BIBLIOTHECA
JURIS
CANONICO-CIVILIS
PRACTICA,
SEU
REPERTORIUM
QUÆSTIONUM MAGIS PRACTICARUM
IN UTROQUE JURE ETIAM ANIMÆ,
OMNIBUS IN UTROQUE FORO VERSANTIBUS
Atque animarum Curam exercentibus apprime utile, ac necessarium
STUDIO AC OPERA CONCINNATUM

FRANCISCI ANTONII BEGNUDELLI BASSI,
Tridentini SS. Theol. Doctoris, Cathedralis Ecclesiæ Frisingensis Canonici Capitularis ac S. Scholastici, nec non Celsiss. & Rev. DD. JOANNIS FRANCISCI Episcopi ac S. R. I. Principis Frisingæ Vicarii Generalis, Officialis ac Consiliarii Ecclesiastici.

Post plures Colonienses Editio prima Italica cæteris omnibus ornatior, in qua novissima præbentur Additamenta

Ex Operibus BENEDICTI XIV. Summi Pontificis feliciter Regnantis deprompta.

TOMUS QUARTUS.





MUTINÆ,
Expensis MODESTI FENTII Veneti.

M. DCC. LVIII.

ELENCHUS

VERBORUM, ET QUÆSTIONUM,

ac Summarium materiarum, quæ in Tomo Quarto continentur.

In quo primi numeri donotant numerum marginalem cujusvis paginæ.

SACERDOS.

SACRILEGIUM

SALARIUM.

§. I.

Quinam teneantur solvere salarium.

§. II.

Quodnam sit Salarium competens?

§. III.

Salarium quando sit augendum.

§. IV.

Quo tempore sit solvendum.

§. V.

In quo moneta valore solvendum.

§. VI.

An salarium transmittatur?

§. VII.

An salarium computetur in legitima.

§. VIII.

Miscellanea de salario.

SALVIANUM INTERDICTUM.

SALVUS CONDUCTUS.

SATISDATIO.

§. I.

Satisdatio quid sit, & quando inteligatur cum fidejussore, & quando non.

§. II.

Satisdatio cum fidejussore qualem fidejussorem requirat, ut dicatur idoneus?

§. III.

Fidejussor de judicio sisti quid sit, & importet, & ejus natura.

§. IV.

§. IV.

Satisdatio de judicio sisti, & judicato solvendo a quibus præstanda vel non.

§. V.

Satisdatio de judicio sisti, & judicato solvendo, quid operetur.

§. VI.

Satisdatio de judicio sisti, quamdiu duret.

§. VII.

Satisdatio de judicio sisti, & judicato solvendo differunt in multis.

SCALÆ, & SCHOLARES.

¶ SCHOLARIS MATRICULATUS.

§. Unicus.

Scholaris Matriculatus quid sit?

SCHISMATICI.

§. I.

Schismatici qui dicantur pejores barbaris, & quibus æquiparantur?

§. II.

Schismaticorum pœnæ quæ sint?

SCIENTIA.

SCRIPTURA.

§. I.

Quotuplex illa sit

§. II.

Quando privata probet?

§. III.

De scriptura publica & authentica.

§. IV.

Miscellanea de scriptura.

SEDILIA,

¶ SEDITIO.

§. Unicus.

Seditio quid sit & qua pœna puniatur seditiosi?

SEMINARIUM.

SENECTUS.

SENTENTIA.

§. I.

Quid & quotuplex sit sententia?

§. II.

Qualiter ferendas?

§. III.

Qualiter ferenda contra contumacem?

§. IV.

Contra quem ferenda?

§. V.

Quibus noceat, vel non?

§. IV.

Sententia criminalis.

§ VII.

An possit revocari vel corrigi ab eo, qui eam tulit?

§. VIII.

Communia de sententia.

§. IX.

Quando tranſeat in judicatum.

¶ SEPARATIO.

§. Unicus.

Separatio bonorum quando, & qualiter fiat?

SEPULTURA.

§. I.

Quo loco quis poſſit & debeat ſepeliri?

§. II.

An is, qui eligit ſepulturam extra parochialem, teneatur ad quartam?

§ III.

De ſepultura Epiſcopi, & aliorum, & expenſis?

§. IV.

An pro ſepultura poſſit aliquid accipi.

30 An

14 Quæ

SIGILLUM.

SIGNATURA.

SIMONIA.

§. I.

Varii casus Simoniaci, & non simoniaci.

§. II.

Effectus simoniæ.

§. III.

De Judice simoniæ, & quomodo probetur.

§. IV.

De pœnis simoniæ.

§. V.

An pro exequiis mortuorum aut benedictione nubentium liceat aliquid accipere.

SIMULATIO.

7 An

SOCIETAS.

SODOMIA.

SOLEMNITATES.

SOLITUM.

SOLICITATIO.

SOLUTIO.

§. I.

Quid sit solutio, & qui solvere teneatur, & quibus?

§. II.

An successor in Episcopatu teneatur solvere debita antecessoris? Idem de successore in beneficio.

§. III.

Quid solvendum, an aliud pro alio?

§. IV.

De solutione indebiti.

§. V.

Miscellanea solutionis.

SOROR.

SORTILEGIUM.

SPOLIUM.

§. I.

In Beneficiis ex quibus fiat, & a quibus.

§. II.

De spolio violento.

Sectio I.

Quæ sint remedium spoliatorum.

¶ STELLIONATUS.

§. Unicus.

Stellionatus crimen, & pœna quando, & in quibus locum habeat, vel non?

STIPULATIO.

STOLA.

STULTI.

STUPRUM.

§. II.

Subscriptio multa operatur, & quæ?

§. III.

Subscriptio qualiter facienda, & quid operetur.

§. IV.

Subscriptio instrumenti requiritur per Notarium, ut probet?

§. V.

Subscriptio Apostillarum debet esse cum speciali approbatione, ut relevet.

§. VI.

Subscriptio qualiter probetur per testes?

SUBSTITUTIO.

§. I.

De substitutione vulgari, pupillari, exemplari, compendiosa?

§. II.

De substitutione pupillari.

§. III.

De exemplari substitutione.

§. IV.

De Reciproca.

§. V.

Compendiosa.

§. IV.

Fideicommissaria.

16 Fi.

§. III.

Successio ascendentium.

§. IV.

Successio Collateralium.

SUFFOCATIO.

SUFFRAGANEATUS & SUMMARIA.

SUMPTUS.

§. I.

Quibus debeantur sumptus litis?

§. II.

§. IX.

§. IX.

De testamento rusticorum, & tempore pestis, & de testamento cæci.

§. X.

De nullitate testamenti.

§. XI.

Testamentum quod est nullum an & qualiter confirmari possit?

§. XII.

Testamentum quando fiat caducum?

§. XIII.

De testamenti revocatione.

§. XIV.

Quando testamentum rumpatur?

§. XV.

§. XV.

De testamenti declaratione, & quid in ea possit testator?

§ XVI.

De dilectis & prædilectis Testatori.

§. XVII.

De probatione testamenti.

§. XVIII.

De executione testamentorum.

§. XIX.

Testamenti miscellanea.

160

TESTIS.

§. I.

Quinam possint esse testes?

§. II.

De numero testium.

§. III.

De Testium singularitate.

§. IV.

Dicta testium qualiter interpretanda.

§. V.

De examine testium.

§. VI.

De testium juramento.

§. VII.

Quinam & quando non probent testes?

§. VIII.

De teste vario & sibi contrario.

§. IX.

De teste falso.

§. X.

Quinam testes non probent aut patiantur exceptiones, aut testes esse non possint?

149

¶ THEOLOGI.

§. Unicus.

Theologi & Canonistæ discordant in multis, & quibus?

THESAURUS.

TITULUS.

TORNEAMENTA.

TORTURA.

§. I.

Alii casus in quibus tortura non habet locum.

§. II.

Quibus possit vel non possit tortura inferri?

§. III.

Quo tempore infligenda tortura? & quibus suffragatur?

§. IV.

De torturæ effectibus.

§. V.

Torturæ miscellanea.

TRACTATUS.

TRADITIO.

TRANSACTIO.

§. I.

Definitio & divisio transactionis.

§. II.

Qui possint transigere, vel non?

§. III.

Super quibus possit transigi?

§. IV.

De transactionis transmissione.

34 Fa-

3 Tur-

TUTOR.

¶ TUTUS.

§. I.

Tutus si non patet accessus, non proceditur contra absentem citatum ad locum non tutum.

§. II.

Tutus si non patet accessus, non proceditur contra absentem citatum ad locum non tutum.

tutus

§. III.

§. III.

De Venditione læsiva.

§. IV.

De pretio.

§. V.

De pactis intervenientibus in venditione.

§. VI.

Variæ venditiones.

§. VII.

De Venditione rei donatæ propter nuptias, a viro uxori, illa consentiente alteri facta?

§. VIII.

Venditio rei alienæ vel furtivæ.

§. IX.

An peregrinis possit carius vendi?

§. X.

Quando cesset remedium rescindendi.

§. III.

§. III.

Venia non est de substantia judicii, quia potest remitti, & quando remissa dicatur?

VERBA.

VERGENTIA & VERSIO.

¶ VERITAS.

§. I.

Veritas quid sit, & quid operetur.

Membrum III.

Quoad Bona Ecclesiastica.

Membrum IV.

Quoad Censuras, & earum absolutionem, & quoad Clericos.

Membrum V.

In consecratione Ecclesiæ aut Ecclesiasticarum rerum, & ornamentorum benedictione, Abbatum, ac Priorum confirmatione.

Membra VI. & VII.

In Delegatione causarum. In Dispensando.

Membra VIII. IX. & X.

In Electione Prælatorum. De feudalibus causis. In gratiis.

Membrum XI.

In Indulgentiis concedendis.

Membrum XII.

In Judicialibus tam Civilibus quam Criminalibus.

Membrum XIII.

Circa Ordinandos.

Membrum XIV.

Quoad pœnas.

Membrum XV.

In Pontificalibus, in quarta decimarum, & quoad Regulares.

Membrum XVI.

Quoad synodum, & subsidium charitativum.

Membnm XVII.

In Testamentis.

Membrum XVIII.

Quoad Visitationem, & quoad Vicarios, ac Coadjutores in Beneficiis, & quoad vota.

§. XII.

Quibus qualitatibus debeat esse praditus Vicarius Generalis.

§. VIII.

Vicarius Capitularis an omnia possit, quæ potest Capitulum ex generali commissione, aut opus habeat speciali, sicut Vicarius Episcopi?

§. XIV. & Membrum I.

In qua potestate Episcopi succedat Capitulum, & Vicarius Capitularis?

Membrum XIX.

Quoad synodum & synodales Examinatores.

Membrum XX.

In Testamentis, & ultimis voluntatibus.

§. XV.

Quamdiu duret jurisdictio Vicarii Capitularis.

Membrum ultimum.

Quoad visitationem.

§. XVI.

De Præcedentia Vicarii Capitularis.

§. XVII.

An Vicarius Capitularis, sicut & alii Ministri Capitulares, possint syndicari, & a Quo?

§. XVIII.

Vicario Capitulari an debeatur salarium?

§. XIX.

An Vicarius Capituli possit ad nutum a Capitulo amoveri.

§. ultimus.

Vicari miscellanea.

VICINUS.

VICTOR, VICTUALIA.

VIDUA.

VIOLANTES.

VIRGINITAS.

VISITATIO.

§. I.

Quibus competat jus visitandi?

§. II.

Quinam ab Episcopo visitari possint.

§. III.

De tempore Visitationis.

§. IV.

De Visitatione Ecclesiæ Cathedralis.

VITIUM, & VITRICUS.

ULTIMUS STATUS.

mus

UNIO.

§. I.

Quid sit unio.

§. II.

De diversis unionibus & earum effectibus.

§. III.

Quæ requirantur ad Unionem.

§. IV.

Quomodo Interventus solemnitatum probetur.

§. V.

Quæ Beneficia uniri possint.

§. VI.

Quomodo probetur unio & ejus effectuatio.

§. VII.

De unius dissolutione & revocatione.

§. VIII.

De Unionum suspensione.

§. IX.

Unionis miscellanea.

UNI-

UNIVERSITAS.

VOCATIO.

VOLUNTAS.

VOTUM.

§. I.

Quid, & quotuplex sit votum.

§. II.

An hæres teneatur implere votum defuncti?

§. III.

De voti permutatione.

§. IV.

An qui vovit ingredi Religionem & profiteri, possit licite ante completum Novitiatum & impletum votum Episcopatum acceptare?

§. V.

An votum obliget etiam impeditum?

§. VI.

De votorum irritatione.

§. IX.

Ususfructus omnium bonorum quæ complectatur.

§. XII.

An legatum ususfructus omnium bonorum, seu alicujus fundi uxori factum computetur cum debito arrharum, cum dote, donatione propter nuptias, & an legatum factum creditori præsumatur factum animo compensandi?

§. XIII.

Ad quas expensas teneatur ususfructuarius?

§. XIV.

Quomodo, & quando ususfructus finiatur?

§. XV.

Miscellanea de Usufructu.

USU-

U S U R A.

§. I. II. & III.

Quid, & quotuplex sit usura; Quo jure prohibita sit; quibus in contractibus cadat?

§. IV.

De obligatione restituendi Usuras.

§. V.

De pœnis contra Usurarios.

§. VI.

De probatione usuræ, & quando pœna non procedat?

§. VII.

Quis sit Judex in causa Usurarum.

§. VIII.

De diversis contractibus, an sint Usurarii?

§. ultimus.

De iis quæ excusant ab usura.

Appendix.

U S U R P A T I O.

U T I L I T A S.

V U L N U S.

U X O R.


BIBLIO-



BIBLIOTHECA JURIS CANONICO-CIVILIS.

SACERDOTES.

Praxis Sacerdotum.



1 NON raro contingit, Sacerdotes exteros a sua Diœcesi, in qua ob aliquod delictum vel fuerunt suspensi, aut carceres verentur, in alienam se transferre, & cum in propria nullam ex Sacrificio Missæ eleemosynam sperare possint, ad alienam se recipere; ex quo fit ex una parte, delicta manere impunita, & Diœceses repleri malis Sacerdotibus, ex alia parte minus recte geri, quæ pertinent ad Missæ Sacrificium. Imo, quo detestabilius, contingit, aliquando, Laicos in regiones alienas, sese recipere, in quibus cogniti non sunt, & in illis Missæ Sacrificium celebrare. Idem de Regularibus apostatis. Ideo Episcopi tanquam boni Pastores suo gregi debent invigilare, ne veniant lupi, & oves rapiant, cum non sit excusatio Pastoris, si lupi devorent oves, & ipsi nesciant. Ideo in Episcopatibus pluribus prohibetur sub pœna excommunicationis, & respective suspensionis, tam Regularibus, quam Parochis, & Curatis, Æditius, seu Sacristanis, ne alienigenas celebrare permittant in Civitate sine licentia Ordinarii, extra Civitatem vero sine licentia Parochi, seu Curati, qui illam non illico & sine alio examine debent concedere, sed bene examinare prius eorum dimissorias, formatas &c. Unde veniant, tempus suæ peregrinationis, ubi celebraverint, ubi in Civitate hospitentur. An decore, vel indecore statui Sacerdotali incedant, & quatenus aliqua oriretur suspicio, præsertim circa vitam & mores, poterunt interrogari hospites, & similes. Dimissoriæ vero debent esse ab Episcopo, a quo discesserunt, quæ fidem faciant, dimissum esse Sacerdotem legitime promotum, non excommunicatum, suspensum, aut interdictum, aut quamvis alia Ecclesiastica Censura, seu pœna innodatum, neque processatum.

2 Insuper in Parochialibus, aliisque Ecclesiis, in quibus frequentior solet esse populus, curare debet, ut missæ celebrentur suo ordine, ne contingat, simul & semel omnes celebrari, & ita aliquos Sacrificio Missæ privari, & quia non pauci Parochis refractarii ægre obsecundant, ideo poterit Episcopus præscribere dictum ordinem, eumque ad Ecclesias Parochiales transmittere in sacristia affigendum ut ab omnibus legi possit, cum prohibitione, & inhibitione, ne ullus audeat vel præsumat contravenire sine Parochi licentia, sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, & excommunicationis respective contra Sacristanos.

3 Notorie criminosi arcentur a celebratione missæ, quia notorietas criminis inducit irregularitatem. *cap. fin. de tempore ordin. cap. cum desideres. cap. significasti de sent. excom.* Pax Jord. *de re sacra. lib. 4. tit.* 1. Dicitur autem crimen notorium aut ex confessione judiciali delinquentis, aut ex sententia Judicis, aut ex evidentia facti, quod nulla tergiversatione possit celari, uti si Sacerdos concubinam domi habeat una cum Filiis. Ita prohibentur etiam celebrare Missam Sacerdotes, qui non sunt jejuni jejunio naturali sub peccato mortali, & pœna arbitraria carcerationis, suspensionis, &c. Lim. si post sumptionem advertitur, materiam non fuisse aptam, aut post purificationem aliquod frumentum remaneret in calice, secus post discessum ab altari, si remansit particula, illa non poterit sumi, nisi forte decenter asservari non posset, vel necessitas perficiendi Sacramentum, quod aliis non potuit, excuset, quia præceptum integritatis Sacrificii est Divinum, præceptum vero jejunandi est tantum Ecclesiasticum. *cap. illud. cap. nihil. quæst. 1.*

Non potest autem pluries in die celebrari, quam semel sub pœna arbitraria, cum non habeatur a jure statuta, attenta tamen facti notorietate, populi scandalo, & celebrantis qualitate. Menoch. *de arbitr. cas.* 407. aliter si Sacerdos recepit pro pluribus eleemosynam, commisit simoniam realem, & si pactum defuit, saltem mentalem, & in utroque casu tenetur ad restitutionem. Lim. Si Sacerdos ob Sacerdotum penuriam duas regit Ecclesias, & una Missa utrique satisfieri non potest; dummodo tamen tunc obtineat licentiam S. Congr. apud Pacem Jord. l. c. qui tamen illam non potest concedere, nisi prius obtinuerit facultatem a Papa. Lim. 2. ob necessitatem conficiendi viaticum. 4

Tempus celebrandi Missam est ab aurora usque ad meridiem. Nomine vero auroræ venit crepusculum diei, vel prima irradiatio solis, quæ cum non consistat in indivisibili, ideo secundum Silvium potest celebrari uno quadrante ante primam solis irradiationem. Secundum Homob. Coninch. & alios media hora ante. Secundum Azor una hora. Diana *par. 2. tract. 14. res. 33.* Pax Jord. vero id concedit quoad horam tantum Episcopo ex privilegio, uti etiam regularibus. Episcopus tamen non prohibetur ex causa in casu speciali concedere etiam aliis, secus generaliter. Bonac. & alii apud Pacem Jord. *de re sacra lib. 4. tit. 1. n.* 88. 5

Locus, in quo Missa a Sacerdote potest, & debet celebrari, est Ecclesia consecrata ab Episcopo, aut benedicta juxta præscriptum Ritualis Romani, aut de licentia Episcopi etiam in Ecclesia non benedicta, sed super altari lapideo consecrato integro, vel saltem non enormiter fracto, aut super portatili consecrato. *cap. 1. cap. sicut. cap. placuit. cap. nullus Presbyter. & cap. altaria. de celebrat. miss.* quam tamen licentiam non potest concedere Episcopus pro domo privata, nisi pro casu necessitatis, aut alterius justæ causæ. S. Congr. in Conc. Trid. *sess. 22. de reform.* declaravit. Gutierrez. *Can. quæst. lib. 1. cap.* 30. & DD. apud Barb. *de Off. Episc. alleg.* 23. De quo plura in praxi Oratorii, & Missarum. 6

Episcopus debet curare, ut Sacerdos satisfaciat suo 7

oneri Beneficii, etiam consuetudinario. Pyrrhus Corrad. *in prax. Benef. lib. 2. cap.* 11. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 24. & quidem si Sacerdos sit Capellanus, vel Beneficiatus, qui per decennium ex errore aliquas missas certo die & loco celebravit, existimans, ad hoc se teneri vigore sui Beneficii; consito de errore, non potest desistere, sed debet cogi ad prosequendum, quia per tantum tempus censetur introducta laudabilis consuetudo, favore piæ causæ. Riccius *in prax. rer. quotid. res.* 361. Dices, ad obligandum aliquem pro tempore futuro in perpetuum vigore consuetudinis, seu præscriptionis requiritur lapsus triginta annorum. Bald. Jas. & Alciat. *in L. si cert. an. C. de pact* Respondetur, hoc procedere in casu oneris gravis, uti in servitute, subjectio, vassalagio &c. secus quando agitur de onere levi animæ proficuo, Ecclesiæ favorabili. Imo ad hanc laudabilem consuetudinem obligatur etiam successor singularis, & si a prædecessore consuetudo decennalis non fuit completa, tenetur Episcopus Ecclesiam manutenere in quasi possessione, & successorem cogere ad continuandum, ad quem effectum sufficient etiam probationes summariæ, & captæ in visitatione. Ratio est, quia Ecclesia habet fundatam intentionem contra Beneficiatum in præsumptione, quæ in eo potissimum nititur, quod Beneficia non soleant fundari sine onere, adeoque successor, qui aliquando intermisit, debet compelli ad supplendum pro tempore intermisso. Quia Ecclesia gaudet privilegio minorum. *cap. 1. de in integ. restit.* Gabr. *de testib. quæst.* 21. & DD. apud Sperell. *dec.* 130. *nu.* 39. etiam adversus quadragenariam. *cap. 1. de in integr. restit.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 35. *num.* 35. Fachin. *lib.* 8. *controv. Jur. cap.* 103. Barb. *de Jure Eccl. lib. 2. cap. 3. n.* 182. & 105. Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 29. Buratt. *dec.* 774. Pax Jord. *de re Sacra. lib. 4. tit. 1. num.* 549.

7 Quæres, an Sacerdos, qui celebravit extra Ecclesiam, vel altare, in quibus fuit fundatum Beneficium, teneatur ad restitutionem, si celebravit iterum in Ecclesia, aut altari, in quo debebat. Respondetur negative, quia non privavit fundatorem fructu suo, peccavit tamen mortaliter, nisi raro id fecisset.

8 Quæres 2. quid si Ecclesia, vel altare, fuerunt translata legitime? Respondetur, fore celebrandum in altari translato, nisi alia fuerit mens institutoris, aut fundatoris, quia cum altari videntur jura quoque translata. *cap. & ad hec 16. quæst.* 7. Huic si Monasterio fuit relictum legatum aut Ecclesiæ, ut inibi quotannis celebretur una Missa, translato Monasterio, vel Ecclesia, vel translatis monialibus, quibus fuit relictum legatum ad aliam Ecclesiam, si in illa curent celebrari Missam, legatariam, non amittunt legatum. Gratian. *discept. for. to. 1. cap. 73. num. 5. & 6.* Pax Jord. *de re Sacra lib. 4. tit. 1. num.* 529. Lim. Si corpus legantis esset sepultum in prima Ecclesia; nam missa magis videtur prodesse in loco, in quo est sepultus legator. *cap. fraternitatem. de sepult.*

9 Quæ licet vera sint, tamen Episcopus non potest cogere Capellanum ad celebrandum per seipsum, cum possit per alium, nisi aliter fuerit præscriptum in fundatione, nam qui per alium facit, per seipsum facere videtur. *cap. qui per alium de R. J. in 6.* quamvis fundator dixisset in fundatione. *Capellanus celebret.* Quia hæc verba intelliguntur in terminis juris communis, scilicet per se, vel alium. S. Congreg. apud Fraxinell. *de oblig. Sacerdotum sect. 4. conclus.* 4. Pax Jord. *l. c. num.* 563. Riccius *in praxi Missarum. res.* 102. *par.* 4. Fagnan. *in cap. significatum de præb. nu.* 3. quia Capellania tunc non dicitur nec actu, nec habitu Sacerdotalis. Bonac. *de Sacram. disp. 4. quæst. ult.* nisi in fundatione fuerit dictum, ut celebret per seipsum. Barb. *de potest. Episc. alleg. 24. num.* 29. S. Congr. apud *Dianam par. 2. trac. 14. res. 18. & par. 4. trac. 4. res.* 87. Ciarlin. *controv. for. cap. 38. num.* 15. aut nisi fundator Capellano præter missam imposuisset onera personalia, ut scilicet adjuvaret Curatum in Officio Chori; tunc enim etiam obligatio celebrandi Missam censetetur personalis, eo quod tunc videatur electa industria personæ. *L. inter artifices. ff. de Solut.* Quando vero Capellanus potest celebrare per alium, facultas substituendi non pertinet ad Episcopum, sed ad ipsum Capellanum.

Quia vero quælibet res in dubio præsumitur libera. *L. altius. C. de servit.* Riccius *in praxi Capellaniarum res.* 156. ubi D. D. ideo absolute Capellanus non potest cogi ad celebrandum, nisi constet de onere. Et quando Capellanus est certo obligatus ad celebrandum & applicandum, & hæres negat ab illo suo oneri fuisse satisfactum, debet a Capellano probari celebratio, alias relictum ejus intuitu non debetur. Bald. *in L. 3. ff. de Cond. & demonstr.* Coron. *cons.* 171. Gasp. Thes. *quest.* 86. Mascard. *de prob. conclus.* 733. neque statur ejus juramento. Riccius. *loc. cit. res.* 355.

Sed supposito, quod Capellanus sit obligatus ad celebrationem missarum, oritur quæstio, an possit prævenire tempus celebrationis? Respondetur cum distinctione, quod si nimirum præventio vergat in majorem Ecclesiæ utilitatem, possit. Riccius *in prax. Capellaniarum. res.* 349. Franc. *dec.* 756. aliter regulariter non potest, quia voluntas testatoris est servanda ad unguem, & conditiones in fundatione positæ sunt implendæ. Riccius *loc. cit. res.* 338. Ledesma, Rodriquez. Reginal. & alii apud Dianam. *par. trac. 14. res.* 6.

Quæres. Quid si Beneficiatus, seu Capellanus sit infirmus? Respondetur, illum teneri substituere alium, qui satisfaciat, nisi infirmitas sit valde brevis; nam datum ob causam, ea non secuta repetitur. *L. si pecuniam. ff. de condict. caus. dat.* Sicut nec famulo infirmo debetur salarium, nisi infirmitas sit brevis, uti decem, vel quindecim dierum. gl. *in L. actoribus. ff. de usuf.* Bart. *in L. si cum dotem. ff. solut. matrim.* quæ procedunt in Beneficiis fundatis primario pro celebratione missæ, secundario vero pro sustentatione Sacerdotis; secus vero in iis, quæ primario fuerant fundata pro sustentatione ministri, veluti in Prælaturis, Canonicatibus; quia tunc infirmus magis eget auxilio, quam sani, ideo fructibus Beneficii privari non debent. Imo quod in Beneficiis, quæ primario fundata sunt pro celebratione missarum, etiam in infirmitate brevi debeat ab infirmo alius substitui, nisi aliter fuerit dispositum in fundatione, tenent non pauci apud Riccium *l. c.* & probant *ex cap. significatum.* ubi. Abb. & DD. *de præben.* Angel. *in verb. Missa. cap.* 43. Sylvest. *in verb. Missa quæst.* 7. Grass. *de præben. cons.* 1. Pax Jord. *de re Sacra lib. 4. tit. 1. num.* 541. Tenendum tamen est cum prima sententia, quia infirmitas omnes excusat, Dec. *cons. 70. vol.* 3. & pro præsentibus habentur. DD. apud Riccium. *l. c.* Barb. *de Jure Eccl.* 10

Sed quid si legatum relictum pro missis dicendis totaliter periit, eritne Capellanus absolvendus ab obligatione celebrandi missas? Responsio est affirmativa; quia nemo suis stipendiis militare tenetur, & qui servit altari, de altari quoque vivere debet. DD. apud Pacem Jord. *de re Sacra lib. 4. tit. 1. num.* 573. & cessante causa cessare debet effectus. Riccius *in praxi Missarum res.* 105. De reductione, vide, quæ dicta sunt in praxi Missarum. 11

Sed pro praxi hic notandum est, in ordine ad reductionem missarum distinguenda esse tempora. Primum est ante Conc. Trid. *sess. 25. cap.* 4. liberum erat Episcopis reducere onera missarum, ex causa tamen legitima, & vocato Patrono, eoque requisito, quamvis consentire noluerit. Graz. *de Benef. par. 7. cap. 1. num.* 134. Felin. *in cap. cum accessissent de constit. num.* 19. Pyrrhus Corrad. *in prax. Benef. lib. 2. cap.* 11. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 29. Pax Jord. *lib. 4. tit. 1. de re sac. num.* 574. 12

Secundum tempus est Concil. Trident. *loc. cit.* quod hanc facultatem concessit Episcopis tantum in Synodo Diœcesana, & tantum in legatis, aut etiam anniversariis, ut declaravit S. Congreg. apud Pyrrhum Corrad. *loc. cit. num.* 3. non vero in Benef. Quaran. *in summ. Bullar. ver. missa, vers. posse Episcopum*; quia Conc. Trid. *l. c.* tantum loquitur de legatis. Barb. *de alleg.* 29. Leo *in thes. for. Eccles. par. 2. cap. 11. a nu.* 33. Riccius *in prax. Capell. res.* 404. & tunc requiritur justa causa, alias erit nulla. Barb. *loc. cit.* Fraxinell. *de oblig. Sacerd. sect.* 7. Pax Jord. *loc. cit.* 13

Tertium tempus est Urbani VIII. de cujus mandato S. Congreg. prohibet Episcopis reducere onus missarum post Concil. Trid. impositarum, aut in limine fundationis, & præcipit, pro ejusmodi reductione recurrendum esse ad S. Sedem, quod decretum non abstulit 14

Epis-

Episcopis omnem facultatem missarum reducendarum, sed tantum illarum, quæ vel post Concil. Trid. aut in limine fundationis fuerint impositæ, illas ergo, quæ ante Conc. Trid. fuerunt impositæ, poterunt reducere Episcopi in synodo Diœcesana. Et quod dictum fuit de Episcopis & synodo Diœcesana, intelligendum etiam est de superioribus Regularium in Capitulis: sufficit tamen, quod primus actus reductionis, puta memoriale in synodo tradendo fuerit inchoatus, quia tunc de synodi consensu negotium reductionis potest terminari extra synodum. Pyrrhus Corrad. *d. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 3.

17 Et quia de synodo est sermo, notandum est, quod, esto virtute Concil. Trid. reductio missarum debeat fieri in synodo Diœcesana; tamen illius consensus in decreto reductionis non est necessarius, sed sufficit tractatus & consilium. Pax Jord. *de re sacra lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 189. Imo non pauci tenent, talem reductionem posse fieri extra synodum, ea ratione, quod Episcopis jus, quod prius habebant, a Tridentino non fuerit ablatum; tamen a Communione non est recedendum, quam S. Congr. sæpius confirmavit; quia Conc. præscripsit formam, quæ dat esse rei. Pax Jord. *loc. cit.*

18 Reductio vero non debet fieri ad arbitrium Reducentis, sed ita, ut, quoties debebat dici missa, pro illo, qui legavit, fiat commemoratio in memento, collecta, vel etiam applicato fructu impetratorio. Conc. Trid. *d. sess.* 25. *cap.* 4. *de ref.* quia reductio debet fieri convenientissimo modo. Pax Jord. *loc. cit. n.* 590.

19 Quod autem Episcopus post Conc. Trid. non possit reducere onera missarum relictarum post illud, aut fundatorum in Beneficio, sequentes recipit limitationes. Prima. Si in Beneficii erectione fuit expresse cautum, ut liceret Episcopo dictum onus reducere. S. Congr. quam affert Pyrrhus Corrad. *in prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 11. Pax Jord. *loc. cit. num.* 585. secunda, si per decem annos fuit introductus stylus contra Constitutionem usu non receptam, aut quadraginta annos contra usu receptam.

Porro reductio fieri non potest, nisi diminutio relictorum sit perpetua, secus si temporalis. Idem *l. c.* & quia quod operatur propositum in proposito, operatur etiam oppositum in opposito, & contrariorum eadem est disciplina. *cap. fin. de V. S.* ideo sicut diminutis fructibus reducuntur onera missarum, ita auctis fructibus debent etiam augeri onera missarum, nisi augmentum contingat impensis, labore, vel industria Sacerdotis, quia nemini diligentia sua debet esse damnosa. *L.* 3. *C. de alluvion.* aut nisi augmentum esset modici momenti, cum de minimis non curet Prætor, & minima non habeantur in consideratione. 20

In casibus ergo, in quibus Episcopus potest reducere onera missarum, pro praxi, porrigitur illi supplex libellus, in quo narratur fructuum diminutio, & petitur onerum reductio, & Episcopus vocatis hæredibus, illos interpellat, an velint supplere; & quatenus nolint capta informatione, quod preces veritati nitantur sive judiciali, quod est consultius, sive extrajudiciali, ut est communior praxis, facit decretum una cum reductione missarum, & facit expediri litteras patentes ejusdem reductionis ad perpetuam rei memoriam, cujus formam ex Pyrrho Corrado *in prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 4. subjungimus, quæ omissis omittendis, aut additis addendis, poterit deservire in materia simili; neque enim est cautum, ejusmodi expedire, per rescriptum, quia rescripta multas pati possunt exceptiones, & de illis elapso longo tempore potest dubitari, & facile hac via fraudes committi possunt, fingendo memorialia & rescripta, quando de identitate characteris disputari potest. 21

Forma Reductionis.

22 CUM provide S. Concilii decretis, ne piæ testantium voluntates, ac fidelium dispositiones circa Missarum celebrandarum onera imposita depereant, eorumque, ad quos ipsorum executio spectat, onerandi conscientias detur occasio, facultas Episcopis sit concessa, ut re diligenter in Diœcesana synodo perspecta possint pro sua conscientia statuere & providere, quod magis circa hoc visum fuerit expedire. Ideo porrecta nobis petitione pro parte N. N. super moderatione, & reductione onerum missarum per ipsos ex. N. defuncti legatis explendis mercede ita illis constituta, aut eleemosynis ita exiguis, ut ab ipsis faciliter negligi experientia sit comprobatum. Visis proinde petitionibus prædictis, nec non assensu Diœcesanæ synodi per Nos celebratæ, ut quæ circa prædicta providere & ordinare oportet, & in ipsa synodo diligenter & accurrate, prout decet, non ita facile poterant extra ipsam synodum per Nos decerneretur, & provideretur, eamque vim haberent, ac si in ipsa synodo fuissent Secreta, negotium illud DD. NN. considerandum, discutiendum, & disponendum commisimus, ac Nobis in scriptis referendum. Cumque ipsi debita, quæ in his requiritur, diligentia omnibus mature pensatis & congruenter dispositis scripto retulissent, ut sequitur. (hic inferitur deputatorum relatio) oretenus etiam per eosdem relato nobis negotio, ac cum eisdem iterum singulis perspectis, & accurate consideratis, visis videndis, auth. S. Conc. Nobis in hac parte attributa, constituimus, ac definimus, onus missarum prædictarum esse moderandum, & reducendum, prout præsentium tenore, authoritate, qua supra, illud perpetuo reducimus, moderamus, & minuimus, ac moderata, minuta, & reducta esse decernimus, ita ut Domini N. N. & eorum successores non teneantur plures, quam tot missas celebrare. Volumus autem, quod illis diebus, in quibus alias debebat applicari missa pro N. pro eodem fiat commemoratio & collecta.

23 Quia vero post Constitutionem Urbani VIII. ejusmodi reductio solet peti a S. Sede, a qua expeditur seu commissio, seu delegatio per rescriptum ordinario, ut verificatis verificandis, iis præsertim, quæ narrantur, reducat, & hæc delegatio ac praxis potest etiam deservire ipsis Ordinariis pro iis casibus, in quibus possunt reducere, ideo non inutile erit, praxim hujus reductionis subnectere.

Titius ergo supplicavit S. Congreg. Conc. Trid. ut sequitur. 24

EMinentiss. & Reverendiss. Domini N. N. loci N. legavit alias Ecclesiæ S. N. loci N. Diœcesis N. scuta octingenta Monetæ Romanæ pro Missa quotidiana celebranda in dicta Ecclesia. Cum autem ex dicto capitali vix percipiantur scuta viginti octo similia, & Ecclesia posita sit in montibus, & ob maximam difficultatem itineris longe distet a loco N. & non invenitur Sacerdos, qui ejusmodi onus adimpleta pro tali eleemosyna, ideo supplicatur pro reductione.

25 Sequitur rescriptum S. Congreg.

Die &c. mensis &c. anni &c. S. Congregatio Eminentissimorum Patrum Conc. Trid. Interpretum authoritate sibi attributa remisit libellum hunc ad Episcopum N. qui supradictas missas ut supra celebrandas ad proportionem redditTum more regionis inspecto pro suo arbitrio, & conscientia moderatur atque reducat.

N. N. Card. N.

Hoc rescripto attento potest Episcopus extrajudicialiter se informare super veritate narratorum, quæ si veritate nitantur, poterit venire ad executionem, juxta ea, quæ dicuntur in praxi executoris.

Praxis vero informationis capiendæ solet esse sequens. Primo examinantur testes, vel delegatur aliquis, qui examinet super sequentibus interrogatoriis.

Primo an sciat capitale, & super quo sit fundatum beneficium N. & ut recenseat, ac describat. Et in causa scientia, seu quomodo sciat. Et quid annuatim ex illo percipiatur. Et in causa scientiæ.

Secunda quis subministret utensilia, & ceras pro celebratione Missarum, & in causa scientiæ,
Tertio qua spatio distet Ecclesia a loco N. & in causa scientiæ.
Quarto quid solitum sit in d. Parochia dari pro eleemosyna Missarum. Et in causa scientiæ.
Quinto an verum sit, quod non inveniatur Sacerdos, qui ejusmodi adimplere velit. Et in causa scientiæ,

Quibus habitis fit decretum, quod ab eodem subscribitur, nec non a Cancellario, & publicatur coram duobus testibus.

Si vero impetratio fit ab ipso S. Pontifice ex Dataria, tunc comparet impetrans, præsentat Bullas, & executor præmisso testium examine, ut supra justa narrata in Bulla, venit ad sequens decretum.

NOs ad infrascripta Executor Apostolicus specialiter deputatus, vel Delegatus, Universis & singulis præsentes visuris salutem in Domino, & nostris, imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Literas Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Clementis Divina providentia Papæ &c. ejus vera Bulla plumbea cum chordula cannabis impend. more solito Romanæ Curiæ coram nobis pro parte Vener. in Christo dilecti Domini N. N. uti Beneficiati Altaris N. in Ecclesia N. in subinsertis Litteris Apostolicis principaliter nominati præsentatas nos debita recepisse reverentia noveritis hujusmodi sub tenore.

Clemens Episcopus servus servorum Dei. Dilecto Filio officiali Vener. Fratris nostri Episcopi N. salutem & Apostolicam benedictionem. Honestis petentium votis libenter annuimus, illaque favoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti Filii N. N. Clerici perpetui Beneficiati in Ecclesia N. petitio continebat, quod dictus N. ratione perpetui simplicis Beneficii Ecclesiastici ad altare, vel sub invocatione S. N. in dicta Ecclesia, quod obtinet ad residentiam, sive servitium Chori dictæ Ecclesiæ, & celebrandi quatuor missas qualibet hebdomade teneatur, fructus vero dicti Beneficii valorem annuum viginti quinque scutorum non excedentes prædicto oneri impares existant; reliqui vero Beneficiati distinctos & uberiores fructus ratione suorum Beneficiorum percipiant; quare pro parte dicti N. Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus sibi in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur debitam de præmissis notitiam non habentes, dictum N. a quibusvis excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum obtinendorum absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Vener. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Decretorum Concil. Trid. Interpretum, discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus servitium Chori dicto Beneficio incumbens, firmo manente onere dictarum missarum, & dummodo idem Beneficium ratione servitutis Chori ejusmodi nulla omnino emolumenta habeat, authoritate nostra reducas ac modereris, ac ex nunc reductum esse ac fore, sicque per quoscumque Judices Ordinarios vel Delegatos quavis authoritate fungentes, sic judicari, & definiri debere, ac quidquid secus super his a quocunque quavis athoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum & inane authoritate, decernas. Non obstant. &c.

Post quarum quidem litterarum præsentationem Nobis, & per Nos, ut præmittitur, factam, fuimus pro parte dicti N. debita cum instantia requisiti, quatenus ad executionem dictarum Bullarum Apostolicarum, & contentorum in eis procedere dignaremur. Nos igitur Executor præfatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam, & rationi consentaneam, quandoquidem ex testium servatis servandis examinatorum legitima depositione, ac etiam ex informatione summarie recepta, tam circa fructuum dicti Beneficii quantitatem, quam illorum valorem comperimus Sanctæ Sedi Apostolicæ narrata & exposita veritate niti, authoritate Apostolica ut supra, & qua fungimur in hac parte, servitium &c. reducimus & præsentium tenore moderamur, ac ex tunc reductum esse & fore, sicque per quoscumque Judices (*ut in litteris Apostolicis*) irritum & inane authoritate Apostolica, qua supra, decernimus. Non obstantibus &c. in quorum &c. Datum & publicatum in loco &c. præsentibus in testes specialiter adhibitis. N. N.

28 Quæres, an Sacerdos obligatus celebrare quotidie, possit ex causa majoris honestatis unam Missam in hebdomade omittere? Responsio est negativa, sed tantum tenetur celebrare, quanto frequentius poterit salva honestate, & devotione. *cap. significatum. de præben.* ubi Abb. & Dec. *ambo in 3. notab.* Fagnan. *in d. cap. significatum. par. 1. tertii Decretal.* forte propter pollutionem nocturnam *ut in cap. 1. 6. dist.* vel quia non decet eam celebrare cum vilibus indumentis. Conclusio vero procedit in eo casu, in quo Sacerdos fuit obligatus celebrare per seipsum. Abb. & Host. apud Fagnan. *loc. cit. num. 9.* quia tunc talis fundatio seu obligatio est illicita; quia probaret materiam peccandi, quia difficulter Sacerdos quotidie est devotus ad celebrandum. Si vero Fundator obligavit Sacerdotem ad celebrandum quotidie Missam sine adjectione personalis obligationis, hoc est per seipsum, tunc tenebitur satisfacere oneri celebrationis per alium celebrando. Lapus *alleg. 34. aut 36. & alleg. 116.* Rota & S. Cong. uti testatur Fagnan. *in cap. 1. de ætate & qualit. a. num. 60. & in cap. significatum de præben. num. 10.* Abb. *consf. 99. dub. 1. num. 4. vers. & ex his petet responsio. lib. 2.* Gonzal. *in d. cap. significatum. de præben. lib. 3.* qui citat alios. Diana. *moral. par. 2. tract. 14. ref. 28.* qui citat Fraxinel. *de obligat. Sacerdot. sect. 4. conclus. 4. §. 1.* Bonac. *de Sacram. disp. 4. quæst. ult. p. 7. §. 2. num. 16. & 17.* Navar. qui *to. 1. lib. 3. de præb. cons. 6. num. 5.* existimat, non semel tantum Capellanum, sed etiam bis posse omittere celebrationem missæ in hebdomade honestatis causa. Porro non potest Sacerdos, qui honestatis causa relinquit celebrationem missæ injunctæ a fundatore, celebrare missam pro alio, & accipere stipendium, ut tenet Diana *loc. cit. in fin.* qui si potest celebrare, tenetur celebrare pro fundatore.

29 Quæres secundo, an Sacerdos possit discedere ex Diœcesi? Quamvis Riccius *in praxi for. Eccles. par. 2. ref. 264.* teneat, Clericum etiam, non Beneficiatum nec obligatum ad residentiam, posse ab Episcopo prohiberi, ne discedat a Diœcesi, tamen contrarium docuit *ref. 534.* quod idem docent Campanil. *rubr. 9. cap. 4. num. 4.* Barb. *de pot. Episc. alleg. 21.* & Sacra Cong. quam citat. & sequitur Pax Jord. *de re Sacra, lib. 4. tit. 1. num. 571.* hoc nullo jure cautum reperitur.

30 Bene verum est, quod tali Clerico Sacerdoti petenti Dimissorias, aut commendatitias pro suo discessu, non debebit illico easdem concedere; nisi habuerit fidem Parochi de vita & moribus ejusdem. Item quod Sacerdos qui vult abire, nullum possideat Beneficium vel Capellaniam, aut coadjutoriam, quæ illum arctet ad celebrandum personaliter per se, ita ut non possit per alium, & quatenus possit substituere, non debet Ordinarius id permittere, nisi substitutus ad hoc fuerit Ordinario præsentatus, & approbatus; nam ejusdem interest, & maxime Parochorum, ne quilibet substituatur, nisi sit idoneus, & morum probitate commendatus.

Forma Licentiæ discedendi pro Diœcesano.

31 NOs &c. universis & singulis præsentes nostras visuris notum facimus & attestamur, Vener. D. N. N. de loco N. hujusce Diœcesis N. esse Presbyterum promotum, prout ex litteris Illustriss. & Reverendiss. D. N. N. Episcopi N. præsentatis in forma probante nobis constare fecit, non excommunicatum, suspensum, interdictum, aut quavis alia Ecclesiastica Censura, seu pœna, quod sciamus, esse innodatum, vel processatum,

satum. Et propterea eidem facultatem, & licentiam concedimus, ut ab eadem Diœcesi N. abesse possit, & valeat. Quem proinde omnibus, & singulis, ad quos illum divertere contigerit, commendatum esse cupimus, prout præsentium tenore benigne in Domino commendamus. In quorum &c.

N. N. Vicarius Generalis.

(L. S.) N. Cancellarius.

Forma ejusmodi licentiæ pro externis.

NOs &c. Universis & singulis præsentes nostras visuris, lecturis, pariter & audituris notum facimus, & attestamur, Reverendiss. N. de loco N. qui jam ab annis in terra &c. Diœcesis nostræ cum litteris commendatitiis Reverendiss. sui Ordinarii fuit commoratus, modo hinc discedere non processatum, inquisitum, bannitum, suspensum, interdictum, excommunicatum, aut quavis alia Censura, seu pœna, quod sciamus innodatum, vel irretitum, quem proinde &c. ut supra.

32 Sacerdos in concursu non Sacerdotis præferendus est in adjudicatione Beneficii, etiam non Sacerdotalis. Gutierrez. *conf.* 2. *num.* 22. Dec. *conf.* 542. *num.* 12. *&* 13. Latra. *de Capell. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 17. Rota *in Calagurit. Beneficii* 20. *coram Peutingerio*. Apud Bich. *dec.* 271. *num.* 13. quod quidem Sacerdotium probatur patentibus litteris, seu Formatis Ordinarii. Felin. *in cap. possessionem num.* 15. *de probat.* Bucatt. *dec.* 255. *num.* 15. *&* *dec.* 708. *num.* 1.

33 Sacerdos extraneus præsentari potest, si in ipsa fundatione non fuit exprese prohibitum, Barb. *de potest. Episc. alleg.* 72. *num.* 72. Bich. *dec.* 553. *num.* 13. & quando concurrunt plures Sacerdotes, antiquior in adjudicatione Beneficii est præferendus. *cap.* 1. *de major. & obed.* Rota *in Calaguritana Beneficii.* 26. *Maii* 1653. *coram Albergato*. Item ætate senior, & approbatus ad curam animarum. Bich. *dec.* 639. *num.* 3. *dec.* 653. *num.* 1.

34 * Sacerdos Sacrificio Missæ abutens ad sortilegia, præter pœnas a jure, & Apostolicis Constitutionibus inflicta, perpetuam etiam inhabilitationem incurrit ad præfati sacrificii celebrationem. *Decretum Sanctæ Universalis Inquisitionis, sub die* 4. *Augusti* 1745. *emanatum*.

35 Idem dicendum de sollicitante ad turpia in actu sacramentalis Confessionis, sive illius occasione, aut prætextu. Ibid.

36 Sacerdoti Confessionem Sacramentalem personæ complicis in peccato turpi, atque inhonesto excipere omnino vetitum est, excepto casu extremæ necessitatis, nimirum mortis articulo, & deficiente tunc quocumque alio sacerdote qui Confessarii munus obire possit. Et qui secus fecerit, præterquamquod nulla, atque irrita sit absolutio, pœnam Confessarius majoris excommunicationis incurrit, a qua nonnisi a Romano Pontifice absolvi potest. Benedic. XIV. Consti. *Sacramentum pœnitentiæ*, §. 4.

37 Eidem Sacerdoti in mortis articulo complicis præferendus est simplex Sacerdos ad audiendas confessiones non approbatus: ita ut iste, non ille eamdem vitæ contritam absolvere possit. Idem Constit. *Apostolici muneris* §. 2. *

SACRILEGIUM.

Praxis Sacrilegii.

1 Sacrilegium est crimen mixti fori, in quo est locus præventioni. *cap. cum sit generale. de foro compet.* Abb. *in cap. si Clericus. de foro compet. & in cap. inter alia. De Immun. Eccles.* Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 20. *de off.* 1. *Cleric. off. num.* 615. Farin. *in prax. quæst.* 18. Clarus. *in* §. *fin. quæst.* 38. Martha *de Jurisdict. cas.* 11. Guazin. *de Defens. Reor. lib.* 1. *def.* 1. *cap.* 11. *num.* 11. Ciarlin. *controv. for. cap.* 15. Diana *par.* 1. *trac.* 2. *res.* 89. Barb. *in collect. to.* 2. *lib.* 5. *tit.* 23. *cap.* 2.

2 Cum non sit exceptum in Bulla Gregoriana, non privat immunitate Ecclesiastica. Sperell. *dec.* 22. per totum ubi DD. *& num.* 7. *& seqq.* Ejus pœna, quæ sit. Vide Pœna. & Extrahens.

3 Sacrilegium commissum contra Sacerdotem fundat diversas jurisdictiones; nam ratione Censurarum solus Judex Ecclesiasticus cognoscit; respectu vero pœnæ sanguinis solus Laicus est Judex. Ratione aliorum pœnatum est mixti fori. Ciarlin. *controv. for. cap.* 4. *num.* 11. Caball. *res. crim. cas.* 194. *num.* 10. Martha *de Jurisdict. par.* 2. *cas.* 11. Scacia *in pract. civil. & crimin. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 14. Leo *in thes. for. Eccles. & alii.* apud Sperell. *dec.* 3.

Sacrilegium committit Laicus alium Laicum in Ecclesia percutiens, quia Sacrilegium ob tres causas incurritur. Primo, cum persona Sacra violatur. Secundo, cum res Sacra, aut ad Divinum cultum destinata violatur. Tertio, cum locus sacer humani sanguinis, aut seminis effusione polluitur. Sperell. *dec.* 62. *num.* 11. Abb. *in cap. fin. de Immun. Eccles.* Clar. *in* §. *fin. quæst.* 38. Farin. *de carcer. & carcer. quæst.* 28. *num.* 62. vide quæ diximus in verb. *Ecclesia. num.* 70. & in verb. *Laicus num.* 46. 4

Sacrilegium non committit occidens in Sacristia, porticu, vel ostio, quia licet ista in favorabilibus, cum agitur de Immunit. Ecclesiæ, veniant nomine Ecclesiæ, tamen in odiosis, cum agitur de incurrenda excommunicatione, & Sacrilegio, non veniunt nomine Ecclesiæ, & licet connexorum eadem sit ratio, secus tamen est, si militat diversa ratio. 5

Sacrilegium non committitur, nisi auferatur res sacra de loco sacro. *cap. Sacrilegium* 17. *quæst.* 4. Riccius *in prax. Sacrilegii, par.* 3. *res.* 104. neque ille committit, qui aliquid aufert in oratorio, quod non est locus sacer. Neque auferens in Domo Sacerdotis. Dicitur res Sacra, quæ fuit consecrata ab Episcopo, & cultui Divino dedicata. Riccius *loc. cit. res.* 407. neque committitur in rebus Sanctis, & Religiosis, sed tantum in rebus sacris. Plura apud Ricium *res.* 410. 6

Sacrilegium committit vulnerans, vel spolians cadavera defunctorum, sive id fiat in loco sacro, sive prophano. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 36. & hoc Sacrilegium est mixti fori. *cap. quisquis inventus.* 17. *quæst.* 4. *cap. cum sit generale. De Foro compet. L.* 3. *ff. ad L. Jul. pecul.* Riccius *in prax. remiss. delinquentis. quæst.* 43. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 37. *vers. ulterius quæro.* Diana *par.* 1. *trac.* 2. *res.* 82. Mastrilli *dec.* 68. *num.* 4. apud Antonell. *l. c.* 7

Sacrilegium committit cognoscens carnaliter monialem, & punitur pœna mortis. *L. si quis. C. de Episc. & Cler. cap. si quis rapuerit.* 21. *quæst.* 2. Clarus *in* §. *fornicatio. num.* 14. ubi Bajard. Menoch. *de arb. cas.* 389. Cabal. *res. crim. cas.* 200. Farin. *quæst.* 146. §. *Sacrilegium*, & bona delinquentis applicantur Monasterio dictæ Monialis. Osasc. apud Farin. *l. c.* sicut etiam cognoscens carnaliter Bizochas. Decian. *crimin. lib.* 6. *cap.* 20. *num.* 6. secus si cognoscit servas monialium, quia non veniunt nomine illarum. Et de Jure Canonico delinquens excommunicatur. *cap. si quis. Monacharum.* 27. *quæst.* 1. Menoch. *loc. cit.* & Clericus privatur Beneficio, & deponitur. Covar. *in Clem. si furiosus par.* 2. Farin. & Bajard. *ll. cc.* Punitur pœna arbitraria utroque jure. *L.* 3. *ff. ad L. Jul. pecul.* Decian. *l. cit. cap.* 33. Menoch. *de arb. cas.* 389. Sperel. *dec.* 4. & si est Clericus, deponitur. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 36. 8

Sacrilegus, si est Beneficiatus, non privatur ipso jure Beneficio, sed est privandus. *cap. si quis Presbyterorum.* 50. *dist.* nisi Sacrilegium fuerit commissum contra Cardinalem, aut Episcopum. Garz. *de Benef. par.* 11. *cap.* 10. §. 2. *num.* 173. Clar. *in* §. *Sacrilegium. l. c.* Menoch. *loc. cit.* 9

Sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, sive sacrum de non sacro. *cap. quisquis inventus fuerit.* 17. *quæst.* 4. Farin. *de furt.* 10 *quæst.*

quæst. 72. *nu.* 5. Mastrill. *dec.* 68. *num.* 3. Borell. *in sum. dec. par.* 3. *tit.* 1. *num.* 2. ita, ut ille, qui furatur in Ecclesia rem laicam, dicatur committere Sacrilegium. Suarez. *de Relig. lib.* 3. *de reverentia debita locis Sacris. cap.* 6. *num.* 7. Trivisan. *dec.* 60. *n.* 2. *lib.* 2. Sperel. *dec.* 3. *num.* 26. & 27. Fagnan. *in cap. fin. de Immun. n.* 19. ubi id limitat, si furtum fuerit commissum spe immunitatis. *num.* 20.

SALARIUM.

Praxis Salarii.

§. I.

Quinam teneantur solvere salarium.

1 Salarium est remuneratio debita pro operis retributione. *S. Tho.* 1. 2. *quæst.* 114. *art.* 1. *in corp.* Zachias *de salario. par.* 1. *quæst.* 1. *n.* 13. Aliud est, quod respicit probitatem intellectus & scientiæ, & non laborem corporis. Veluti Judic. Advocat. Medicor. Aliud respicit dignitatem, uti sunt salaria ministrorum Principum. Aliud, quod non tantum respicit probitatem intellectus, sed etiam laborem corporis, uti salaria militum. Aliud denique, quod respicit solum laborem corporis, uti famulorum, & operariorum.

2 Salarium est solvendum ab illo, qui aliquid fieri mandat. *L. salarium ff. mandati* Zachias *l. c. quæst.* 4. Larrea *dec. Granat.* 85. *num.* 10. quamvis Ministerium personæ, quæ mandatum recipit, alium juvaret, & respiceret commodum tertii. Signorol. *cons.* 45. Lim. in Tutor. Curat. aut aliis administratoribus, ad quos non spectat onus solvendi salarii, sed ad illos, ad quorum favorem, & utilitatem fuit ab Administratoribus factum mandatum. Gutierrez *de tutel. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 20. Escobar. *de ratiocin. Administrat. cap.* 27. *sub. nu* 35. *vers. si tamen quæstio.* Ita salarium Advocatis est solvendum a litigantibus, nisi sint pauperes, quia tunc consequi debent salarium a publico. *L.* 1. *ff. de postul.* Zachias *loc. cit. num.* 17.

3 Principes, quoties ea, quæ facere tenentur ex propria persona, volunt facere per ministros, uti administrationem justitiæ, illis, scilicet Ministris, de suo debent solvere salarium. Greg. de Valent. *de Just. & Jur. lib.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 7. §. 5. *vers. de hac. re.* Zach. *loc. cit. num.* 41. Mastril. *de Magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 22. Neque obstat Cancer. *var. res. par.* 3. *cap.* 13. *num.* 55. qui dicit, onus salariandi publicos officiales spectare ad subditos, quia intelligitur de illis, qui Principum vices non gerunt.

4 Conclusionem limit. 1. quando partes petunt aliquem particularem Judicem sibi dari, quia tunc a partibus, & non a Principe salarium esset solvendum Judici. Angel. *in sum. verb. Judex.* 1. *quæst.* 8. 9. & 10. Garz. *de expen. cap.* 21. *num.* 5. Lim. 2. si adesset consuetudo, quod subditi, ad quorum commodum justitia administratur, salarium Judici solvant. Specul. *in tit. de salar. Jud. nu.* 13. Binnius. *cons.* 130. *nu.* 54. Petr. Nunez. *in trac. de exquen. mand. reg. cap.* 10. *num.* 3. Mastrill. *de Magist. cap.* 21. *num.* 25. Decian. *cons.* 41. *num.* 80. *lib.* 2. Peregr. *cons.* 13. *num.* 5. Lim. 3. si redditus Principis essent ita tenues, ut vix sufficerent pro illius victu, quia tunc salarium Judici est solvendum a Communitate. Luc. de Penna *in L. annonas col.* 2. *in fin. C. de erog. militar. annon. lib.* 12. Menoch. *cons.* 1047. *num.* 5. *lib.* 11. & posset Communitas cogi ad imponendam collectam. Bald. *in L. neminem. C. de SS. Eccles.* Luc. de Penna *in L. fin. quæst.* 12. *C. de quib. man.* Escobar. *de ratiocin. Administrat. cap.* 25. *nu.* 23. Zachias *loc. cit. num.* 43. & *seq.* ad quam tamen non tenerentur Clerici. Lancell. Gall. *cons.* 59. *num.* 45. Ruin. *cons.* 111. *num.* 11. *lib.* 5. Bellon. *cons.* 12. *num.* 8. Bursatt. *cons.* 16. *num.* 17. 27. & 31. Alder. Mascard. *de interpret. stat. conclus.* 1. *num.* 40. Sperell. *dec.* 35. *num* 9. Ciarlin. *controv. for. cap.* 103. quamvis contrariam, quod imo Clerici teneantur ad ejusmodi collectas pro salario Judicis, quando hæ imponuntur pro communi utilitate tam Clericorum, quam Laicorum, defendunt DD. *in cap. non minus,* & *in cap. pervenit de Immun. Eccles.* Anchar. *cons.* 96. *num.* 6. Specul. *in tit. de Cler. conjug.* §. 1. *num.* 3. Osasc. *dec.* 68. *num.* 5. Festas. *in tract. de æstim. & collect. par.* 4. *cap.* 1. *a num*; 15. Rol. *cons.* 2. *num.* 1. *vol.* 4. Menoch. *cons.* 800. *a num.* 3. *lib.* 8. Natta. *cons.* 180. *num.* 6. Layin. *moral. trac.* 9. *cap.* 6. *num.* 7. *vers. vide etiam.* Molina *de Just. & Jure. disp.* 972. *num.* 4. *vers. secunda conclusio.* Graff. *de eff. Cleric. eff.* 3. *num.* 200. Rota *in Cordub. Gabellæ* 26. *Martii* 1601. *coram Penia.* Quia Clericus, utens beneficio Laicorum, tenetur subire onus illi Beneficio annexum. Bald. *in L.* 1. *circa fin. C. de contrab. emptione.* Abb. *cons.* 6. *lib.* 1. Natta. *cons.* 311. Graff. *loc. cit. num.* 273. præsertim si utilitas æque principaliter respicit Clericorum commodum ac Laicorum, secus si tantum in consequentiam interesset etiam Clericorum, quia tale interesse non habetur in consideratione. Abb. *in cap. non minus. De Immun. Eccl.* Azor. *instit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 19. & hanc secundam sententiam tanquam communiorem tuetur etiam Zachias *de salar. quæst.* 5. *num.* 9. & *seq.*

Ex hac secunda sententia sequitur 1. quod ad solutionem salarii, quod datur saltuariis, aut custodibus animalium, teneantur etiam concurrere Clerici, fundos 5
aut animalia habentes. Natta. *cons.* 280. *num.* 6. Castr. *cons.* 424. *num.* 2. *vers. breviter. advertendum vol.* Bursat. *cons.* 42. *num.* 15. *lib.* 1. Bertachin. *de gabell. par.* 7. *num.* 20. Item ad solutionem Medicorum, Chirurgorum, quia illi non sunt minus utiles Clericis, quam Laicis. Bellam. *cons.* 47. *num.* 1. Borgnin. *dec.* 44. *num.* 100. *lib.* 1. & DD. supra cit.

Secundo infertur, quod, si onera imposita respiciunt causam pietatis, etiam Clerici teneantur contribuere. 6
Laym. *de Immun. Eccles. cap.* 6. *num.* 7. *vers. verum ut S. Pontifex.* Cevall. *commun. contra commun. quæst.* 578. *num.* 6. Thes. *dec.* 234. *num.* 10. Graff. *de eff. Cleric. eff.* 3. *num.* 281. Menoch. *con.* 800. *lib.* 8. Bursat. *cons.* 16. *num.* 23. *lib.* 1. tales causæ pietatis sunt, causa studiorum Bart. *in L.* 1. *ff. solut. matrim.* Bald. *in L.* 1. *col.* 4. *vers. Item. ad hæc scholares. ff. eod.* Item salarium debitum Concionatoribus. Quæ omnia verissima videntur quoad vim directivam, præsertim, si, antequam onera imponerentur, fuit consultus Papa, juxta *cap. non minus adversus. ubi* Abb. *num.* 5. *vers. quarto requiritur de Immun. Eccles.* Molina *de Just. & Jure disp.* 672. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *quæst.* 9. Graff. *de eff. Cler. eff.* 2. *num.* 477. Surd. *cons.* 301. & DD. supra cit. Rota *dec.* 339. *num.* 70. *par.* 6. *recent.* Non vero quoad vim coactivam. Innoc. *in cap. non minus. num.* 6. *vers. quod verum credo. de SS. Eccles.* Guido Papa *dec.* 18. Natta *cons.* 311. *num.* 4. *lib.* 2. Carpan. *ad statut. Mediol. cap.* 250. *num.* 4 & 5. *par.* 2. Surd. *loc. cit.* Graff. *de eff. Cleric. eff.* 3. *num.* 296. Bellat. *disquis. Clerical. par.* 2. *tit. de exemp. Cleric.* §. 2. *num.* 10. Ciarlin. *controv. for. cap.* 103. *num.* 29. Diana *par.* 1. *trac.* 2. *res.* 41. quamvis adesset consuetudo in contrarium, utpote damnata per SS. Can. *cap. cum venerabilis. de consuetudine.* Sperell. *dec.* 133. *num.* 19. Rota *dec.* 265. *num.* 15. *par. recent. cap.* 1. *in fin.* ubi gl. *vers. irrationabilis. De constit. in* 6. Host. *in sum. tit. de consuet.* §. *quid sit consuetudo. sub. num.* 4. Zachias *de salar. quæst.* 5. *num.* 23. & ita conciliantur DD. primæ & secundæ sententiæ, qui videbantur discrepantes.

Remissio Clerici, si fit ad instantiam Clerici, debet fieri expensis ipsius Clerici. Boer. *dec.* 303. si vero fit ad instantiam Episcopi suam jurisdictionem defendentis, expensæ fieri debent ab Episcopo pro solvendo salario Custodibus &c. Menoch. *de arb. cas.* 228. *num.* 23. Boer. *l. c.* in praxi tamen semper a Reo solvi debent, si sit solvendo. Riccius *in praxi. lib.* 2. *res.* 76. vide Zachiam. *de salario quæst.* 4. 7

Et quamvis numerus duodecim filiorum tribuat exemptionem a collectis, & oneribus, tam realibus, quam personalibus, etiam mortuo Patre. Surd. *dec.* 123. *per totum*, etiam, pro bonis postmodum etiam acquisitis, etiam in catastro descriptis, dummodo non agatur de oneribus jam impositis ante privilegium. gl. in *L. decurio. C. de Decur. lib.* 10. Jas. *in L. sciendum num.* 3. *ff. qui satisdar. cog.* Alex. *in L. cum dotem.* §. *si maritus. num.* 6. *ff. sol. matr.* Bursatt. *cons.* 161. *lib.* 2. *num.* 1. Borell. *cons.* 28. *num.* 10. Rol. *cons.* 52. Cacheran. *cons.* 6. *per tot.* Thes. *dec.* 267. *num.* 4. Novar. 8

qq. for.

93. for. par. 1. quæst. 17. num. 1. & quæst. 57. num. 3. Menoch. conf. 486. Tondut. ref. civil. lib. 2. cap. 26. num. 1. Sola de Jure emphyt. par. 3. gl. 2. num. 19. Zachias l. c. quæst. 6. in quo numero computantur masculi, & fœminæ, etiam Religionem professæ, & nuptæ. Vinc. de Franch. dec. 532. etiam Bastardi, si Religionem fuerunt professi, alias non. Tamen quando agitur de collectis impositis pro salariandis officialibus, & publicam utilitatem respicientibus, exemptiones non dari. L. 1. C. de collat. Thes. dec. 267. num. 15. Paschal. de patr. pot. par. 4. cap. 4. num. 28. Zachias. de salario quæst. 6. num. 10.

9 Salaria debita pro serviriis præstitis, Episcopo solvi debent a Camera Apostolica, quæ succedit in spoliis, seu bonis Episcopi defuncti. cap. fin. de off. Ordin. in 6. & cap. 1. de solut. ubi sicut filius debita Patris solvere tenetur, ita Prælatus debita sui Prædecessoris contracta pro necessitate Ecclesiæ. Bursat. conf. 226. n. 95. vol. 3. Covar. var. ref. lib. 2. cap. 17. num. 3. Menoch. de arbitr. cas. 432. num. 32. Tiraquel. de retrac. lignag. §. 15. gl. 1. num. 7. Paris. de resign. lib. 1. qu. 16. num. 49. Navar. de spol. Cleric. §. 10. num. 6. Bellet. disquis. Clerical. par. 1. tit. de Cler. debitore §. 3. num. 1. Zachias de salar. quæst. 7. num. 5. Gratian. disc. for. cap. 94. num. 30. Rota dec. 805. num. 4. par. 1. divers. & coram Burat. dec. 401. num. 5. Redoan. de spol. Eccles. quæst. 10. Lim. si debitum fuisset voluntarium. Veluti si constituit Concionatorem pro se, cui de suo debet mercedem solvere. Navar. lib. 4. tit. 30. l. 3. de prædicat. Sacr. Script. num. 23. & declaravit Conc. Trid. sess. 24. cap. 4. sub num. 5. vers. merces, quæ Prædicat. Cavaler. dec. 462. num. 2. Buratt. dec. 418. sub num. 3. vers. in qua etiam. Zachias quæst. 8. a num. 11. Idem dic, si debitum fuit præscriptum.

§. II.

Quodnam dicatur Salarium competens?

10 Salarium competens dicitur, quod fuit a Lege, vel Principe constitutum, cap. statutum. de rescript. in 6. Menoch. de arbitr. cas. 514. num. 4. & 5. Abb. in cap. quia plerique n. 33. de Immun. Eccles. Molina de Justit. & Jur. disp. 83.

11 Est etiam salarium justum, quod a Consuetudine fuit taxatum. L. licet C. locati L. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de edil. edic. Bart. in L. si certis annis nu. 9. C. de pact. Mant. de tacit. lib. 5. tit. 2. num. 5. vers. item Locatio. Menoch. l. c. Surd. conf. 42. num. 13. Rota dec. 10. n. 15. par. 6. recent. Adden. ad Buratt. dec. 508. n. 4. Rota coram Merlino dec. 108. n. 1. Zachias de salario. qu. 9. n. 22.

12 Sed quid si consuetudo fuit varia, & aliquando majus, aliquando minus salarium taxavit? Respondetur debere attendi salarium, quod longo tempore consuetum fuit aliis dari gl. in L. excepto. C. locati. Bart. in L. Magistratus. ff. ad municip. Gabr. de consuet. conclus. 1. num. 36. Zachias loc. cit. num. 31. quia nomine consuetudinis semper intelligitur, quæ per longum temporis spatium fuit introducta. cap. Cumana. de consuet. Bart. in L. nemo est, qui nesciat. ff. de duob. reis. Abb. in cap. cum M. de constit. Capic. dec. 163. nu. 3. quia contrahentes præsumuntur se conformare consuetudini loci contractus. L. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædil. edic. Jo. And. in reg. quomodo facit, de R. J. in 6. Tiraquell. de retract. par. 1. §. 1. gl. 18. num. 37. Gabr. de consuet. conclus. 1. num. 5. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 23. num. 18. Et dicitur salarium Consuetum, quod ultimo loco datum fuit. Caroc. de locat. & conduc. quæst. 5. Paiarell. exped. & annot. 99. Cyriac. controv. 67. Zachias de salar. quæst. 10. per tot. & Reconductus quis censetur pro eodem salario, quo sub prima vice fuit conductus, dummodo non adsint novationes, vel circa officium aucto, vel diminuto labore, vel circa personam magis idoneam, quæ tamen novationes non attenduntur, quando quis fuit reconductus ad officium, cui est taxatum certum, & determinatum salarium. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 9. num. 4. Zachias loc. cit. quæst. 10. per tot. Surd. conf. 42. num. 10. & conf. 66. num. 6. Rota apud Seraph. decis. 65. Menoch. de arbitr. cas. 223. Cyriac. controv. 67. num. 49. Rota apud Merlin. decis. 108. nu. 2. & decis. 162. & post Post. de manut. decis. 335. num. 8.

Quæres, quid si salarium a Lege, vel Principe taxatum sit adeo tenue, ut ille, qui in eo servitio servit, vivere ex illo non possit, teneturne pro illo officium exercere, quamvis tempore suscepti officii fuerit competens, sed postmodum ob supervenientem caritatem ita fuit factum incompetens, ut ex illo quis non possit vivere? Respondetur; in hoc casu Principem teneri illud augere, & si recuset, posse officialem petere incrementum, usque ad limites justi pretii ab iis, ad quorum instantiam, & commodum officium exercet. Menoch. de arbitr. cas. 514. a n. 12. qui id probat. 1. quia non tenetur officialis servare legem injustam, cap. erit autem lex. 4. dist. S. Thom. 1. 2. quæst. 96. art. 4. Sylvest. in sum. ver. Lex. quæst. 5. Suarez. de LL. d. lib. 1. cap. 9. num. 14. Laym. moral. trac. 4. cap. 1. num. 4. Rota apud Post. post trac. de manut. dec. 335. num. 8. Secundo, quia esset absurdum, ut officialis, qui ætatem suam in officio transegit, tandem cogeretur officium deserere, & mendicare. Contrarium tamen, quod nimirum officialis non possit propria auctoritate sibi providere de salario competenti, modo supradicto, si Princeps illud augere recusat, defendit Zachias l. c. num. 6. vers. quibus tamen. ex Molina de Just. & Jur. disp. 83. col. 6. sub litt. D. quia Princeps plures inveniet, qui pro eodem stipendio libenter servient in eodem ministerio, & ad rationes Menochii respondet. Ad 1. dicitur, quod quis tenetur servare legem etiam injustam in sui præjudicium, quando per pactum illi se obligavit. Cagnol. in L. contractus. nu. 70. ff. de R. J. Castr. conf. 471. num. 1. lib. 1. & conf. 219. num. 2. vers. contractus autem. lib. 2. Rota dec. 415. num. 4. par. 1. recent. & contractus Legem ex conventione accipiunt. cap. contractus. de R. J. in 6. L. contractus. ff. eod. Surd. conf. 383. n. 6. Rota dec. 669. num. 4. par. 1. recent. & coram Seraph. dec. 787. n. 2. Ad secundum, esset majus absurdum fidem fallere, ut fieret accipiendo plus, quam fuit conventum, & toleratur absurdum, ut majus absurdum evitetur. L. si ita vulneratus. §. quod si quis absurde. ff. ad L. A. L. quoties nihil ff. de R. J. Bart. in L. fuerit §. pactus. num. 1. ff. de his qui not. infam. & hæc sententia videtur omnino tenenda, quam defendit etiam. Cyriac. controv. 67. num. 46. qui citat Menoch. de arb. cas. 514. num. 16. Lucam de Penna in L. in sacris. 12. sub num. 21. vers. & sibi imputat. C. de proxim. sacror. scrin. lib. 12.

Quando vero nec lex, nec Princeps, nec statutum, nec consuetudo taxavit Salarium, tunc a Judice arbitrio suo taxatur. Bart. in L. Scio in fi. ff. de an. leg. Magon. dec. Florent. 12. num. 18. Menoch. de arbitr. cas. 514. num. 9. & cas. 223. Coccin. dec. 256. num. 3. Rota coram Merlin. dec. 108. num. 5. & dec. 128. num. 3. par. 4. divers. & aliæ apud Zachiam. de salar. quæst. 9. num. 39. Judicis tamen arbitrium in taxando salarium regulari debebit a jure. Cæs. de Graff. dec. 7. num. 6. & 7. & dec. 8. de sent. & re jud. Rotam coram Ludovis. dec. 465. num. 1. & ideo in taxatione salarii debebit se conformare cum dispositione juris. & 1. attendere ad qualitatem personæ, quia non est rationabile, quod ignarus tantum habeat salarium, quantum doctus. Coccin. dec. 416. num. 1. Rota in Rom. Salarii. §. quod autem. & in Interamnen. Mercedis. 1. Jul. 1644. coram Peutingerio. s. cum igitur. 2. debet considerari qualitas laborum. Gutierrez. de tutel. lib. 2. cap. 3. num. 46. Escob. de ratioc. cap. 22. nu. 14. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 14. num. 21. quia salarium debet correspondere laboribus. L. Scio amico. ff. de an. leg. Rota dec. 238. num. 5. & 291. num. 2. par. 1. recent. & coram Seraph. dec. 65. 3. debent considerari circumstantiæ temporum, uti caritatis annonæ, & similia, & an officium requirebat totum hominem. Rota in Rom. mercedis. 26. Aprilis 1604. coram Merlino, quæ inter ejus impressas est. decis. 108. num. 6. 4. attendi debet qualitas officii, an illud afferat aliquem honorem, & extraordinaria emolumenta. Zachias. l. c. num. 50.

§. III.

§. III.

Salarium, quando sit augendum?

15 Cum salarium debeat proportionari laboribus. juxta *d. L. Seio.* Bald. *in L. binos. num.* 10. *C. de Advoc, divers. Jud.* Surd. *cons.* 42. *n.* 10. & *cons.* 66. *num.* 6. Rota *dec.* 156. *num.* 4. *par.* 5. *recent.* & coram Seraph. *dec.* 65. Zachias *l. c. quæst.* 11. *num.* 1. ideo aucto labore augendum erit salarium, & illo diminuto, diminuendum. *L. fin. C. de Princ. agen. in reb. lib.* 12. Bald. *in L. edicta. C. de eden.* Put. *de syndic. ver. salarim. cap.* 1. *num.* 2. Mastrill. *de magistr. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. cas.* 223. Gail. *lib.* 1. *obs.* 44. *num.* 8. Cyriac. *controv.* 67. *num.* 46. Gratian. *dec.* March. 101. *num.* 1. Rota *dec.* 354. *num.* 4. & 5. *par.* 1. *recent.* & aliæ apud Zachiam. *l. c. n.* 2. & post trac. Post. *de manut. decis.* 335. *num.* 8. Hinc Advocato debetur majus salarium, si causa, cui patrocinatur, est magis difficilis, vel longius sine culpa Advocati protrahitur, sicut venit diminuendum, diminuto labore. Gratian. *discept. for. cap.* 56. *num.* 4. & 5. Bald. *in d. L. edicta.* Afflict. *dec.* 70. *num.* 3. Cæval. *commun. contra commun. lib.* 1. *quæst.* 288. *sub num.* 9. Quod ampliatur, quamvis ab initio inter Clientem, & Advocatum de certo salario fuisset conventum; quia adhuc poterit ad instantiam Clientis diminuto labore diminui, & ad instantiam Advocati pro qualitate aucti laboris augeri. *L.* 1. §. *in honorariis. ff. de var. & extraord. cognit.* Gratian. *l. c. num.* 3. *vers. ad exemplum.* Gutierrez. *de juram. confirm. par.* 1. *cap.* 53. *n.* 3. & alii apud Zachiam. *l. c. n.* 5. Idem proportionaliter dicendum de aliis Officialibus.

16 Augmentum salarii eodem jure censetur, quo ipsum salarium, quia augmentum est ejusdem naturæ, ac principale. Vinc. de Franch. *dec.* 251. *nu.* 5. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 189. *n.* 157. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 19. *n.* 59. Gratian. *dec. Marchiæ.* 213. *n.* 1. Boer. *dec.* 284. *num.* 2. Rota *decis.* 72. *num.* 4. & *dec.* 94. *n.* 3. *par.* 2. *recent.* Castr. *cons.* 8. *sub nu.* 2. *vers. ad idem facit. lib* 1. Bald. *cons.* 407. *num.* 3. *vers. cum ergo.* Rota coram Buratt. *dec.* 481. *n.* 3. quia augmentum dicitur accessorium. Surd. *dec.* 83. *num.* 10. Rota apud Zachiam. *l. c. quæst.* 12. *n.* 2. & 3. accessorium vero sequitur naturam sui principalis, *cap. accessorium. de R. J. in* 6. *L. cum principalis. ff. eod. L. & ex diverso.* §. 1. ubi Bart. *ff. de rei vendic.* nec debet diverso jure censeri, *cap. cum in tua. De Decim. cap. cognovimus* 12. *quæst.* 2. *L. cum fundus. in fi. ff. de legat.* 2. & regulatur secundum naturam sui principalis, cui accedit. Rota *dec.* 343. *n.* 6. *post vol.* 2. Farin. *cons. crim.* Honded. *cons.* 84. *num.* 67. *lib.* 2. & ita gaudet iisdem privilegiis juxta *L. quod in rerum.* §. *si quis. ff. de leg.* 1. Bart. *in L. si ita n,* 4. *ff. de leg.* 2. Alex. *cons.* 278. *n.* 10. *lib.* 2. Dec. *cons.* 52. *n.* 51. *lib.* 1. Duran. *de arte testan. tit. de legat. caut.* 10. Menoch. *cons.* 97. *num.* 145. *lib.* 1. Neviz. *cons.* 71. *n.* 2. Surd. *dec.* 83. *n.* 11. Hinc hypothecato fundo censetur etiam hypothecatum illius augmentum. Decian. *cons.* 52. Zachias. *l. c. n.* 7. Hinc termenus prorogatus debitori ad solvendum intelligitur prorogatus cum omnibus qualitatibus, & pœnis appositis in primo termino. Bart. *in L.* 1. §. & *post operis ff. de nov. oper. nunt.* Fel. *in cap. præterea. col.* 10. *de sponsal.* Blanc. *de compromiss. qu.* 7. *n.* 53. Jenzon. *ad statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 66. Rota coram Buratt. *dec.* 29. *n.* 21. & *in Firmana execut. laudi.* 26. *Jan.* 1598. *coram Card. Pamphil.* Et exceptio rei judicatæ, quæ obstat ratione rei principalis, obstat etiam ratione augmenti. *L. si Titio.* §. *usumfructum. ff. de usufr.* Conclusio tamen limitatur, nisi militaret aliqua ratio diversificans. Tiraquell. *d.* §. 1. *gl.* 18. *num.* 59. Surd. *cons.* 255. *nu.* 24.

17 Sed quid si Officium, quod per unum exercebatur, duobus committatur, eritne salarium inter illos dividendum? Respondetur affirmative, quia cum salarium debeat juxta dicta correspondere labori, necessario sequitur, quod diviso labore etiam salarium dividi debeat. Put. *de syndic. ver. salarium. cap.* 5. Bart. *in L. binos C. de Advoc. divers. jud. juxta L. restituendæ. C. de Advoc. divers. Jud.* Bald. *in d. L. binos.* Capic. *dec.* 27. *num.* 20. Aloys. de Leo. *in L.* 5. *n.* 26. *C. de postul.* Menoch. *de arbitr. cas.* 223, *num.* 6. Zachias *de salar. quæst.* 13. *per totam.*

§. IV.

Quo tempore Salarium solvi debet.

Si salarium debetur ex dispositione Legis, vel statu- 18
ti, solvi debet in principio officii, quia lex mitior est, & favorabilior, & debet late interpretari. Bart. *in L.* 1. §. *Divus. ff. de var. & extraord. cogn.* Tusc. *litt. S. conclus.* 10. *n.* 2. Zachias. *l. c. quæst.* 14. *n.* 1. si vero debetur ex dispositione hominis, tunc, si operarius est talis, qui non potest operas præstare, nisi soluto prius salario, uti si artifex pauper promisit, construere ædificium pro certa mercede, tunc erit solvendum ab initio. *L. qui insulam.* §. *eodem. ff. locati. L. si vero.* §. *ult. ff. mandati*; quia præsumitur, ita conventum, ut ab initio solvatur. Bart. *l. c.* Lim. in cordonibus, Sartoribus &c. quia quoad istos, inspecto onere, non est onerosa dilatio solutionis, nisi operarius esset talis, qui quotidiano labore sibi victum quæreret quolibet die, quia tunc quotidie salarium esset solvendum. *L. plenum.* §. *æquitas ff. de usu & habit. L. ejus artificis. ff. de oper. libert.* Bart. & Bald. *in L.* 2. *C. de locato, & conducto.* Maran. *in spec. aur. par.* 4. *dist.* 9. *num.* 197. Zach. *l. c.* nisi tamen inter partes fuerit conventum, quo tempore salarium solvi debeat; quia tunc conventioni standum esset, *cap. qualiter. de pact. L.* 1. §. *si conveniat. ff. de pact.* Menoch. *cons.* 1. *n.* 226. Zachias *l. c. n.* 19. quia provisio hominis facit cessare provisionem legis. Seraphin. *dec.* 829. *n.* 3.

Debet etiam solvi ab initio, quando salarium non 19
datur tantum pro laboribus, sed etiam pro oneribus, & expensis, veluti Judicibus, Rectoribus, Ambasciatoribus. Bart. *l. c.* & alii apud Zach. *l. c.* quæ tamen omnia regulantur a consuetudine.

Quæres, an salarium debeatur a die, quo quis fuit 20
ad aliquod officium promotus, vel electus, aut a die, quo cœpit officium exercere? videtur, quod debeatur a die, quo quis ad officium fuit electus, *L. legato. ff. de legat. L. qui mittuntur.* §. *sed si extra patriam ff. ex quib. caus. mai.* Contrarium tamen videtur verius; quia salarium datur ratione laboris, qui non incipit, nisi a die exercitii. Bart. *in L.* 1. §. *Divus. num.* 6. *ff. de var. & extraord. cognit.* Auth. *de Administrat.* §. *illud. ubi gl. in ver. codicillis.* Bart. *in L. absenti in fi. ff. de donat.* Bald. *in L. sed & milites. ff. de excus. Tutor.* Mastrill. *de magist. lib. cap.* 21. *num.* 98. *par.* 1. A Ponte *in tract. de potest. Proreg. tit. de assens. reg.* §. 6. *num.* 16. Put. *de synd. in verb. electio Officialium. cap.* 2. *sub num.* 2. *vers. & quia tales Officiales in ver. salarium. cap.* 6. *sub n.* 7. Molfes. *cons.* 15. *sub n.* 17. quia Officialis non habetur pro electo, & creato, si non administret. Bald. *in d. L sed & milites* & DD. cit. Zach. *de salar. quæst.* 15. *a num.* 14. Lim. si officialis differret administrare officium ex licentia, & permissione Principis, aut ob casum fortuitum, quia tunc consequeretur salarium non secus, ac si actu officium administraret. *L. hac Lege C. de prox. sacr. scrin. lib.* 12. Dec. *cons.* 70. *col. fi. lib.* 1. Bald. *cons.* 71. Cagnol. *in L. diem functo. sub. n.* 205. *ff. de off. Ass ss.* Zachias. *de salario. quæst.* 15. *n.* 24.

Quæres 2. an salarium debeatur etiam officialibus 21
infirmis? Respondetur: quod illis, quorum officium consistit in probitate scientiæ & intellectus, uti Advocatis, Doctoribus, & Judicibus, Ambasciatoribus, & Tutoribus, omnino debeatur; illis vero, quorum officium consistit in corporis labore, non deberi, nisi pro rata laboris. Zach. *l. c. quæst.* 19. Bart. *in L.* 1. §. *Divus. n.* 5. & 7. *ff. de var. & extraord. cogn.* Cephal. *cons.* 70. *n.* 7. & *cons.* 71. *nu.* 2. Surd. *cons.* 42. *num.* 2. *vol.* 1. Cagnol. *in L. diem functo. n.* 186. *ff. de off. assessor.* Fel. *in cap. quam sit. col. penult. de Judæis.* Oddo. *de restit. in integr. quæst.* 11. *art.* 6. Caoc. *de loc. & cond. par.* 2. *tit. de Ambasciat. quæst.* 3. *n.* 1. quibus non tantum salarium debetur, sed refici debent expensæ pro Medico, medicinis, & aliis &c. DD. cit. & Zach. *l. c. n.* 7. & 8. Escobar. *de ratiocin. cap.* 27. *n.* 22. Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 8. Abb. *in cap.* 1. *circa fin. de Cler. ægrot.* Dec. *in cap.* 1. *de præben.* & *in cap. significatum. eod. num.* 7.

Surd.

Surd. *de alim. tit.* 4. *quæst.* 23. Sylvest. *in sum. verb. familia* §. 2. Capella Tholosana. *dec.* 269. *n.* 3. Molina. *de just. & Jure disp.* 493. *n.* 3. Laym. *moral. lib.* 5. *trac.* 5. *cap.* 3. *num.* 7. Diana *par.* 1. *trac.* 8. *ref.* 86. Leoncill. *de privil. pauper. par.* 2. *privil.* 361. *n.* 1. quia talis labor, & pecunia divisionem patitur. *L. Seio Amico. ff. d ann. leg.*

§. V.

In quo moneta valore solvi debeant?

22 Salarium, si fuit promissum in certa moneta, puta in aureis, si illius valor mutatur salva bonitate intrinseca, est solvendum in eadem specie, scilicet in aureis, & ita si fuerunt promissi centum aurei, centum aurei sunt solvendi, non habita ratione augmenti, vel diminutionis valoris. Batt. *in L. Paulus. ff. de solut.* Cyriac. *controv.* 261. *n.* 3. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 42. *num.* 6. Rota post trac. Cencii. *de censib. dec.* 216. Zachias. *de salar. quæst.* 16. *per tot.* nisi concurrat mora debitorum, quia si mora concurrit, diminutio valoris cedit damno morosi. *L. quod te & L. vinum ff. si cert. petatur.* Batt. *in L. Paulus.* 1. *sub nu.* 8. *ff. de solut. vers. sed si tu poneres.* Socin. *cons.* 298. *nu.* 1. *lib.* 2. Abb. Brunus. *de augm. & diminut. monet. lim.* 1. *sub n.* 1. Thes. *dec.* 174. *sub nu.* 4. Gabr. *de solut, conclus.* 3. *n.* 1. Scaccia *de camb. gl.* 5. §. 2. *nu.* 148. Maresc. *var. ref. lib.* 1. *cap.* 94. *n.* 15. Cancer. *var. ref. lib.* 2. *cap.* 6. *de solut.* Rota *in Rom. seu Florentina. camb.* 3. *Jun.* 1650. *coram Card. Corrado.* si vero mora esset ex parte creditoris, diminutio valoris monetæ cederet illius damno. *L. illud. ubi gl. ff. de pericul. & commod. rei vend. L. Item illa ff. de constit. pecun. L. si per emptorem. ff. de act. empl.* Si vero, qui conduxit operas, dixit, promitto salarium scutorum centum solvendum in tot piastris; tunc si piastrorum valor fuit auctus, aut diminutus, solutio deberet quidem fieri in piastris, sed non in numero centum, si eorum valor fuit diminutus, vel auctus. Imol. *in L. Paulus. n.* 2. *ver. Item adde dictis. ff. de solut.* Covar. *de numismat.* §. *un. cap.* 7. *conclus.* 8. Scacia. *de camb.* §. 2. *gl.* 5. *n.* 188. Bertazol. *de claus. claus.* 30. *gl.* 9. *n.* 10. Menoch. *cons.* 258. *n.* 3. Larrea *dec. Granat.* 24. *num.* 9. Zachias *l. c. n.* 5. apud quem plures alii.

23 Si vero promissio fuit facta de certa specie pecuniæ addito valere, uti dicendo, promitto salarium centum scutorum aureorum, ad rationem Juliorum quindecim pro quolibet aureo, si tale scutum aureum esset moneta imaginaria, & non existeret, solutio esset facienda juxta æstimationem conventam tempore contractus. Bart. *in d. L. Paulus.* Scacia. *de commerc.* §. 2. *gl.* 5. *num.* 187. Brun. *l. c. n.* 5. *lim.* 8. si vero scutum aureum, aut alia moneta in stipulatione deducta existeret, & plures reperirentur specie differentes in valore, tunc deberet solvi illud scutum aureum, quod fuit promissum, licet fuisset mutatus valor, nulla habita ratione æstimationis factæ Juliorum quindecim, quia diceretur illa æstimatio facta ad differentiam alterius speciei scuti aurei. Surd. *cons.* 368. *n.* 15. Cephal. *cons.* 31. *n.* 6. Gratian. *discept. for. cap.* 417. *a n.* 2. *usque ad* 15. Cyriac. *controv.* 388. *n.* 14. Menoch. *cons.* 952. *nu.* 15. Boer. *dec.* 327. *n.* 3. Rota *dec.* 114. *n.* 5. *par.* 1. *& dec.* 49. *n.* 3. *par.* 3. *& dec.* 430. *n.* 2. *par.* 4. *Recent.* & aliæ apud Zachiam. *l. c. n.* 7. nisi fuisset promissum salarium in scutis aureis ad rationem Juliorum tot; quia tunc moneta ipsa videtur esse in obligatione, & æstimatio cadit super moneta, non autem super aureo. Cephal. *l. c.* Gratian. ut supra, & Zachias. *l. c. n.* 9.

24 Si vero fuit mutata monetæ qualitas intrinseca, quæ consistit in pondere, & qualitate materiæ *L.* 2. *C. de vet. numismat.* Boer. *dec.* 327. *nu.* 13. Covar. *de mut. mon.* §. *un. n.* 2. *vers. tertia conclusio.* Tondut. *quæst. civil. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 1. Lother. *de re Benef. quæst.* 39. *n.* 185. *lib.* 1. Rota coram Buratt. *dec.* 626. *n.* 4. *& dec.* 597. *n.* 2. *par.* 1. *recent.* solutio debet fieri de moneta antiqua, si reperiatur, si banna non obstant, alias de nova, ad valorem tamen antiquæ, quæ aderat tempore contractus, nulla habita ratione, an debitor fuerit in mora, vel non. Abb. *in cap. quanto. sub n.* 12. *vers. venio ad secundum. de jurejur.* Socin. jun. *cons.* 145. *n.* 94. *vol.* 1. Scacia. *l. c. n.* 178. Natta *cons.* 302. *nu.* 1. Afflict. *dec.* 90. *n.* 30. Surd. *cons.* 220. *n.* 3. Cyriac. *controv.* 391. *n.* 21. Ludovis. *dec.* 42. *n.* 1. ubi Beltram. *n.* 7. Zachias *l. c. n.* 12. Buratt. *dec.* 626. *n.* 3. Rota *dec.* 597. *par.* 1. *& dec.* 149. *par.* 2. *recent.*

Si vero salarium fuit taxatum a statuto in quantitate certæ pecuniæ, tunc non attenditur valor monetæ de tempore conditi statuti, sed qui currit de tempore, quo officialis fuit conductus, nisi aliter observet consuetudo. Speculat. *in tit. de oblig. & solut.* §. *nunc aliqua in fine.* Brunus. *de augmen. & diminut. mon. par.* 1. *particel.* 7. *n.* 4. *vers. item prædicta limitantur.* Gabr. *de solut. conclus.* 5. *n.* 1. Milis. *in repert. ver. pecunia* §. *pecunia, quæ debetur.* 25

§. IV.

Salarium, an transmittatur?

Salarium debitum Advocatis, dummodo non sint ignorantes, Doctoribus, Lectoribus, Judicibus, Medicis, & Assessoribus, transmittitur, si decedant officio non completo, & quidem integrum ad hæredes. *L. qui operas. ff. locati.* Batt. & DD. *in L. si uno.* §. *cum quidam. ff. eod.* & *in L. diem functo.* ubi Bart. Bald. Castr. & DD. *ff. de off. assessor.* & non tantum pro rata temporis, quo inservierunt, sed pro toto anno; quia per illos non stetit, quo minus inservirent. Bald. *in L.* 1. *C. de suffrag. gl. in d. L.* 1. *Divus* & ibi Batt. *n.* 17. *ff. de var. & extraord. cogn.* Speculat. *in tit. de salar.* §. *fin.* Dec. *cons.* 70. *per totum.* Zachias. *de salar. quæst.* 21. *per tot.* quo privilegio fruuntur etiam milites, qui in castris obierunt, & istis quidem non tantum pro tempore, quo fuerunt conducti, sed etiam pro sequenti anno. *L. fin. C. de domest. & protect. lib.* 12. dummodo sint milites graduati, quamvis hodierna consuetudo videatur contrarium observare. 26

Contrarium vero dicendum est de salario debito operariis, quia quoad illos promissio salarii fit intuitu operarum, quæ habet tacitam conditionem, si operæ præstentur. Et quoad istos salarium tantum pro rata temporis, & laboris est solvendum. *L. Seio ff. de an. leg. L. si uno.* §. *Item cum quidam. ff. locati. L. iis scholaribus & L. penult. C. de erogat. milit. lib.* 2. Dec. *cons.* 70. *per totum.* Natta *cons.* 229. *n.* 1. Cephal. *cons.* 70. *n.* 4. & alii apud Zachiam *l. c. n.* 1. *&* 2. 27

Quæres, an operarius conductus ad certum tempus pro certo salario, illud consequatur, ita ut transmittere possit, si suas operas non præstet? Respondetur, si causa, propter quam non fuerunt præstitæ operæ, provenit ab ipso operario, & causa fuit necessaria, uti propter absentiam, aut infirmitatem, tunc lucratur salarium, ut transmittere possit, dummodo causa absentiæ sit justa, quia absens ex justa causa habetur pro præsente, *cap. ex parte* 2. *& cap. ad audientiam. de Cler. non resid. cap. un. cod. in* 6. Navar. *cons.* 8. *n.* 2. *de Cler. non resid.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 43. *n.* 3. Oddo. *de restit. in integr. par.* 1. *quæst.* 5. *art.* 4. *n.* 3. & probatur *ex L. milites. L. sed etsi.* §. *fin. L. si qua militi. & L. qui mittuntur. ubi gl. in ver. militibus. ff. ex quib. caus. mai.* si vero causa fuerit voluntaria, salarium non debetur pro tempore, quo operæ non fuerunt præstitæ. Bald. *in L.* 2. *& L. adem. vers. quæro pone, sed famulus. C. locati.* Bart. *in L.* 1. §. *Divus. ff de var. & extraord. cognit.* Put. *de syndic. ver. salarium cap.* 3. *vers. quod ego. sub nu.* 3. Imo tenebitur conductori ad interesse. *L. ex conducto. & L. si fundus. ff. locati.* Zach. *de salar. quæst.* 22. 28

Si vero causa provenit a Conductore, & salarium fuit promissum intuitu laborum, non debetur salarium, nisi pro labore præstito. Dec. *cons.* 70. *col.* 1. *lib.* 1. Surd. *cons.* 41. *n.* 10. Socin. sen. *cons.* 196 *lib.* 2. Rota *dec.* 191. *n.* 3. *par.* 1. *recent.* Zachias. *l. c. n.* 4. si vero fuit simpliciter conductus pro certa mercede, & ex causa Conductoris operæ non fuerunt præstitæ, operarius consequitur integrum salarium, pro tempore, pro quo fuit conductus, ac si realiter, & effective operas præstitisset, dummodo ad omnem requisitionem fuerit paratus. *L. qui operas. ff. locati.* Bart. *in L.* 1. §. *Divus n.* 1. *ff. de var. & extraord. cogn.* Buratt. *dec.* 5. *n.* 15. *& dec.* 79. *n.* 9. ubi Adden. *n.* 14. Cavaller. *dec.* 520. Rota *dec.* 839. *par.* 4. *divers. & dec.* 330. *n.* 3. *par.* 1. *recent.* Zachias. *l. c. num.* 9. quia quando stat per Condu- 29

ductores, quominus operæ impleantur, habentur pro impletis. *L. Jure civili. ff. de condit. & demonstrat.* gl. *in L. Julianus §. si. ver. venenum. ff. ex quib. caus. mai.* Alex. *cons.* 49. *n.* 2. *vers. secundo. quia. lib.* 2. Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 26. *num.* 25. Buratt. *dec.* 5. *num.* 9. Zachias *l. c. vers. nec tali,* Non dicitur autem operarius fuisse promptus ad omnem requisitionem Conductoris, si alteri se locavit. *L. sed addes. §. fin. ff. locati.* Rota *in Urbinat. salarii* 10. *Aprilis* 1654. nisi essemus in illis operariis, qui consueverunt, pluribus eodem tempore suum servitium impertiri, quia tunc non posset illis denegari salarium promissum, quales sunt etiam Medici, Procuratores &c.

30 Quod si impedimentum, ne operæ præstentur, procederet a tertio, si impedimentum potuit removeri ab operatio, & non fuit remotum, salarium non debetur pro tempore servitii non præstiti. Rota *in Urbinat. salarii.* 26. *Jun.* 1652. *coram Zarate & 20. Aprilis* 1654. *coram Albergato*, quia non dicitur, quis impeditus, si impedimentum removere potest. Bart. *in L. sed & si per Prætorem §.* 2. *ff. ex quib. caus. maj.* Dec. *in cap. cum fuero* 3. *notab. de appell.* Caputaq. *dec.* 72. *n.* 7. *par.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 118. *& cons.* 110. *n.* 116. Zachias. *de sal. qu.* 22. *nu.* 13. si vero impedimentum operarius removere non potuit, sed tantum potuit removeri per Conductorem, salarium debetur, etiam pro tempore, quo operari non potuit. *L. Item quæritur. §. exercitu. ff. de locato.* & *cond.* Felin. *in cap. ex transmissa. de præscript.* Alex. *cons.* 49. *n.* 5. *lib.* 2. Natta *cons.* 258. *n.* 6. Dec. *in cap. scissitatur in ult. notab. de rescript.* Afflict. *dec.* 49. *n.* 1. Lancellot. *de attent. lite pend. cap.* 4. *in præf. cap.* 489. Put. *dec.* 249. *n.* 3. *lib.* 3. Verall. *dec.* 72. *n.* 5. *par.* 2. Ludovis. *dec.* 501. *n.* 1. Buratt. *dec.* 110. *n.* 4. Rota *dec.* 18. *n.* 10. *par.* 4. *recent.* & alii apud Zach. *de salar. d. quæst.* 22. *n.* 13. Nisi tamen factum tertii impediens præstationem operarum supervenirei propter inimicitiam Conductoris, aut operarii; quia tunc diceretur impedimentum evenisse culpa ejus, qui habet inimicitiam, ita ut si inimicitiæ essent Conductoris, ille teneretur ad solvendum integrum salarium; si vero inimicitia esset operarii, ille teneretur ad interesse. *L. si merces. §. culpæ. ff. locati.* Bart. *in L. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publican.* Alciat. *cons.* 93. *n.* 4. Zach. *l. c. n.* 14.

31 Si vero operæ non præstantur ob casum fortuitum, ex parte operarii salarium debetur, juxta superius dicta, ubi fuit facta distinctio; si vero casus fortuitus se habet ex parte Conductoris, ille tenetur ad integrum salarium. Bene verum est, quod operarius, si habita notitia fortuiti casus poterat se alii locare, & noluit, & quando casus fortuitus fuit ex parte Conductoris; tunc non acquirit salarium, nisi pro tempore præstiti servitii, si vero non potuit se aliis locare, integram mercedem consequitur. Rebell. *de oblig. Just. par.* 2. *lib.* 4. *qu.* 14. *n.* 15. Diana *moral. par.* 3. *tract.* 6 *res.* 14.

32 Sed quæres, quid si officialis suspenditur ab officio, debeturne illi salarium? Respondetur, quod si causa suspensionis fuit justa, salarium non debeatur, si vero fuit injusta, & hoc apparet ex sententia, salarium debetur. *L. ex causa. ff. de re milit.* Add. ad Capic. *dec.* 125.

33 Quæres 2. an operarius conductus ad serviendum in certo loco, si recuset alibi servire, consequatur salarium? Respondetur affirmative, nisi concurrat causa contrarium suadens. Ratio est, quia per operarium non stetit, quominus operas præstaret. *L. sed addes.* 21. §. *cum quidam. ff. locati.* Natta *cons.* 452. *num.* 2. Dec. *cons.* 70. *n.* 1. Noguerol. *alleg.* 33. *a n.* 64. Rota coram Buratt. *dec.* 5. *nu.* 13. & coram Caval. *dec.* 520. Zach. *l. c. quæst.* 23.

34 Salarium non debetur officiali falso, nisi salarium fuisset constitutum ratione personæ, & non laboris; quia nemo ex suo dolo debet reportare præmium. *L. itaque fal. ff. de furt. L. si hereditariæ ff. de negot. gest.* Bart. *in L. si quis legatum ff. de fals.* Zachias. *l. c. quæst.* 24. *a n.* 2. *& n.* 11.

35 Quæres 3. an salarium computetur in peculio castrensi, vel quasi, ita ut illud transmittatur, aut filius familias de illo possit disponere? Respondetur, esse peculium castrense, vel quasi, ut pluribus probat Zach. *de salar. quæst.* 26. *per totam.* Paschal. *de patr. potest. par.* 1. *cap.* 3. *sub nu.* 3. Sylvest. *in sum. ver. peculium. quæst.* 10. Mangil. *de imput. quæst.* 29. *a n.* 27. Caroc. *de locat. & conduct. tit. de fruct. & litis expens. qu.* 8. *a n.* 49. Capella Tholos. *dec.* 10.

Quæres 4. quibus universim debeatur salarium, ut transmitti possit? Respondetur, quod debeatur Administratoribus publicis, & privatis, etiam voluntariis, si salarium fuit conventum, vel consuetum solvi. Item Advocatis, licet non fuerit conventum. Item Ambasciatoribus. Item Arbitris, & Arbitratoribus, Artificibus Mechanicis. Item Assessoribus, Bancheriis, & depositariis improprie dictis, si depositum fuit factum in gratiam deponentis, & non depositarii, & est extrajudiciale. Item executoribus testamentariis, quando officium executionis habet tractum successivum, secus, si est momentaneum, quod brevi tempore expediri potest. Item familiaribus, si salarium fuit conventum, alias non, quia magnum præmium est magnis viris servire. Zachias. *de salar. par.* 2. *qu.* 67. *n.* 7. Item famulis, quod totum illis debetur, si ante tempus sine causa expelluntur. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 6. *n.* 36. Zach. *l. c. quæst.* 68. *n.* 12. Gubernatoribus, Judicibus, Magistris scientiarum, Medicis, meretricibus, militibus, Notariis, Nuntiis, Cursoribus, Nutricibus, Obstetricibus, Prædicatoribus, Proxenetis, Sacerdotibus pro celebratione Missarum, Testibus pro expensis, Tutoribus, si sunt pauperes, aut ob damnum passum, Vecturalibus, & Nautis, Venatoribus. 36

Quæres 5. an Vicario ab Episcopo debeatur salarium, etiam non conventum? Respondetur affirmative, ad quod tamen non tenetur successor Episcopi, sed tantum hæredes illius, quia successor Episcopi, quamvis teneatur ad expensas necessarias antecessoris, non tenetur tamen ad voluntarias, quales sunt Vicarii, quem Episcopus habere non tenetur. Gratian. *disc. for. cap.* 561. *n.* 18. Rota apud Zachiam. *de salar. par.* 2. *quæst.* 90. *per totam.* Paris. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 16. *nu.* 53. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 54. *nu.* 179. quæ tamen omnia intelligi debent cum limitatione, quod non sit Diœcesis magna, & insignis. Flor. *var. qq. lib.* 1. *quæst.* 8. *a n.* 4. Hoieda *de Benef. incompat. par.* 2. *cap.* 10. *num.* 9. aut Episcopus non sit juris peritus, ut per se negotia, & controversias definire possit. Gratian. *l. c.* 37

Quæres 6. an salarium sit communicandum, seu conferendum in societate? Respondetur, non esse communicandum in societate certæ negotiationis, quia dicitur esse extra negotiationem. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 2. *n.* 9. *gl. in L. si fratres. §. Papinianus. in verb. irritum. ff. pro socio.* ubi Bald. secus in societate omnium bonorum. Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 7. Felici. *de societ. par.* 12. *n.* 26. Giurba *in consuet. Messan. cap.* 1. *gl.* 3. *cap.* 1. *n.* 17. Caroc. *de locat. & conduct. par.* 2. *tit. de Medic. quæst.* 10. *n.* 3. Gutierrez. *pract. qq. qu.* 119. *n.* 7. Lupus. *de donat. inter vir. & uxor.* §. 62. *n.* 18. Jos. Ludovic. *de societ. conclus.* 6. *illat.* 10. Michalor. *de fratrib. par.* 2. *cap.* 26. *n.* 5. & plures, quos citat Zachias. *de salar. quæst.* 31. *par.* 1. *nu.* 6. qui tamen contrariam defendit opinionem, qui citat pro se Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 45. *n.* 14. & *lib.* 2. *cap.* 138. *n.* 33. Mascard. *de prob. conclus.* 148. *n.* 9. *vol.* 1. dummodo fuerit facta societas omnium bonorum adjecta illa dictione. *& cætera.* quæ dictio importat, quod & reliqua omnia. *L. cæterorum. ff. de V. S. L.* 2. *C. de hered. instit.* secus, si societas fuit facta simpliciter, non adjecta dictione. *& cætera.* 38

§. VII.

An salarium computetur in legitimam, si provenit ex officio quæsito per patrem filio?

Dicendum, quod si officium reddit emolumenta per se ratione pecuniæ in illius emptione expensæ, emolumenta imputantur in legitimam, sive officium de sui natura sit transmissibile; sive non, quia emolumenta ejusmodi, tanquam provenientia ex pecunia paterna dicuntur profectitia. Bart. *in L. cum oportet. num.* 3. *&* 4. *C. de bon. quæ liber.* Specul. *de Jud. §. sequitur. vers. quid si alter filiorum.* Crav. *cons.* 165. *num.* 2. *lib.* 1. Bart. *in L.* 1. *§. nec castrense. num.* 7. *vers. sed quæro. ff. de collat. bon.* Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 24. *num.* 5. Zachias. *de salar. quæst.* 32. si vero officium ultra emolumenta pecuniæ expensæ habet etiam alia, 39

alia, quæ percipiuntur ratione laboris, hæc non computantur in legitimam. Merlin. *l. c. quæst.* 24. *num.* 4. quia hæc reputantur peculium quasi castrense, aut adventitium, quæ in legitimam non imputantur. DD. *in L. quartam. ff. ad L. falc.* Mangil. *de imput. qu.* 29. *num.* 27.

40 Quæres, an saltem salarium relictum per legatum imputetur in legitimam, aut minuat legitimam. Conclusio est generalis, quod legata non deducuntur ante legitimam, nec illam minuunt. *L. Scimus antea C. de inoffic. testam.* Socin. jun. *cons.* 47. *n.* 3. *lib.* 2. Petra *de fideic. quæst.* 15. *n.* 6. Rol. *cons.* 65. *nu.* 30. *lib.* 1. Cravetta *cons.* 141. *n.* 4. Surd. *cons.* 332. *n.* 14. Peregr. *de fideic. art.* 36. *n.* 35. Gratian. *disc. for. cap.* 751. *n.* 14. Zachias. *de salar. quæst.* 33. *n.* 1. Rota *dec.* 620. *n.* 2. *par.* 4. *recent.* & post trac. Statil. *de salv. interd. dec.* 161. *n.* 1. etiamsi essent legata pia, quæ filiorum legitimam minuere non possunt. Bart. *in L. si quis. ad declinandum n.* 6. *C. de Episc. & Cleric.* Mangil. *de imput. quæst.* 49. *n.* 63. Cæpolla *cons.* 85. *n.* 31. Ludovis. *dec.* 539. *n.* 5. quia etiam legitima continet piam causam, & favorabilior sit qualibet pia causa. gl. *in cap. fin. verb: non reddere* 17. *quæst.* 4. Lim. si legatum fuisset relictum famulis, quia illud si fuit relictum pro salario, & remuneratione laboris, minuit legitimam, & ante ipsam est deducendum, tanquam æs alienum. Alex. *cons.* 31. *n.* 1. *vers. propterea deducendum erit. lib.* 4. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 10. *sub n.* 18. Petra *de fideicom. quæst.* 16. *n.* 8. Cravetta *cons.* 141. *n.* 4. quia legatum factum ex causa remunerationis est quædam compensatio laborum, seu salarium, & accedit naturæ contractus onerosi. *L. Attilius regulus. ff. de donat. L. sed & si* 1. *lege.* §. *consuluit. ff. de pet. hæred.* Menoch. *de præsumt. lib.* 3. *præs.* 29. *n.* 8. Rota *dec.* 292. *n.* 13. *par.* 5. *recent.* Contrariam tamen sententiam esse communiorem, fatetur Merlin. *l. c.* Castr. *in auth. unde, si parens n.* 7. & ibi Jas. *n.* 15. *C. de inoff. testam.* Aym. *cons.* 165. *n.* 4. Borgnin. *de usufr. mulier. relicto. n.* 95. Rota coram Seraph. *dec.* 416. *n.* 14. Zachias vero. *d. quæst.* 33. *n.* 7. *&* 9. distinguit inter legatum factum illi famulo, qui pro consequendo suo salario, aut mercede, poterat judicialiter agere contra hæredem, & inter illum, qui non poterat agere, ut quia salarium non fuit conventum, in primo casu legatum deducitur ante legitimam, tanquam debitum necessarium. *L. Papinianus* §. *quarta ff. de inoff. testam.* DD. *in L. Ex facto. & in L. quoties. ff. de hæred. instit.* Bart. *in L.* 2. *n.* 3. *C. si in fraud. patr.* Mant. *de tacit. & ambig. lib.* 21. *tit.* 4. *nu.* 8. secus in posteriori casu, in quo legatum dicitur ex voluntaria causa factum, quod non potest impedire legitimæ detractionem. Castr. *cons.* 134. *numer.* 2. Socin. *cons.* 148. *col. fi. lib.* 1. Pinell. *in L.* 1. *in* 4. *par. n.* 76 *C. de bon. mat.* Covar. *in cap. Raynutius.* §. 10. *nu.* 9. *de testamen.* Seraph. *dec.* 416. *n.* 27.

41 Quæres 2. an acceptans legatum, in quo testator declarat salarium ipsi debitum esse compensandum cum legato, possit ultra legatum etiam salarium petere? Respondetur, quod non, quia acceptando tale legatum, videtur etiam acceptare, & approbare declarationem a testatore factam in ipso legato. Rota coram Seraphin. *dec.* 961. *L. fin.* §. *fin.* ubi Bart. *de inoff. testam.* Castr. *in L. si cum dotem* §. *si pater. n.* 31. ubi Alex. *nu.* 2. *ff. sol. matr.* Mant. *de conject. lib.* 10. *tit.* 2. *num.* 16. Zach. *de salar. quæst.* 34. *par.* 1. quamvis legatum esset minoris quantitatis, quam salarium debitum. Surd. *de alim. tit.* 5. *quæst.* 3. *nu.* 24. Et debitor dotans illam, cui debet, non censetur donare dotem, sed potius cum debito velle compensare. Bald. *nov. tract. de dote par.* 6. *privil.* 31. *num.* 6. Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 1. *n.* 6. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 24. *& de arbitr. cas.* 8. *vel* 88. *num.* 46. & alii apud Zach. *l. c. quæst.* 36. Anchar. *cons.* 7. *nu.* 9. Costa *de portione ratæ qu.* 220. Merlin. *de legit. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 17. *n.* 29. Sermo est de extraneo dotante, qui licet dotans præsumatur donare. juxta *L. unica.* §. *accedit. C. de rei uxor. act.* Socin. *cons.* 191. *num.* 11. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 65. *nu.* 3. *vol.* 3. Castr. *cons.* 211. *num.* 2. *vol.* 1. Negusant. *de pignor.* 2. *par. princ. memb.* 4. *num.* 22. Surd. *cons.* 196. *num.* 26. Bald. novel. *in tract. de dote par.* 6. *privil.* 3. *nu.* 7. Simoncell. *de decret. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 6. Cyriac. *controv.* 508. *nu.* 13. Rota *dec.* 70. *num.* 2. *par.* 4. *recent.* Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 9. *n.* 18. quia hæc non procedunt, quando ex circumstantiis eliditur præsumptio, & urgentissima est illa, quod dotans sit debitor dotatæ, quo casu non præsumitur donatio. *L. cum de indebito. ff. de probat. L. Campanus. ff. de oper. libert.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 24. *a n.* 1. Surd. *de alim. tit.* 6. *quæst.* 1. *num.* 6. & omnis contraria præsumptio etiam erroris amplectenda est, ut donatio evitetur. gl. *in L. generaliter. verb. causa.* ubi Bald. *n.* 5. *C. de non nu. pecun.* Dec. *cons.* 195. *n.* 2. Menoch. *de arb. cas.* 88. *n.* 46. & commun. DD. apud Zachiam. *l. c. quæst.* 36. 8. *& seqq.*

§. VIII.

Miscellanea de Salario.

Quæres 1. an salarium veniat nomine alimentorum? 42
Respondetur, quod si salarium fuit relictum diviti, non comprehenditur sub nomine alimentorum, nec pro alimentis relictum fuisse præsumitur. *L. legatum.* ubi gl. *C. de cap. demin. L. Titia. ff. de leg.* 2. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 7. *n.* 15. Buratt. *dec.* 73. *n.* 6. Zachias. *de salar. par.* 1. *quæst.* 37. *nu.* 8. secus, si legatum sub nomine salarii relictum pauperi, quia tale legatum, quocunque nomine relictum intelligitur factum pro alimentis. *L. cum iis.* §. *si annuum. ff. de transact.* Surd. *de alim. tit.* 2. *quæst.* 12. *num.* 10. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 9. *col. fin.* Et ideo sicut transactio super alimentis non valet sine interventu prætoris, juxta Fel. *in cap. si diligenti nu.* 5. *de foro compet.* Covar. *in cap. quamvis. par.* 2. §. 6. *nu.* 4. *de pact. in* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 170. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 56. ita nec super salario, quia æquiparatorum eadem est dispositio, & judicium. Rota apud Zachiam. *quæst.* 37.

Quæres 2. an salarium præbeat justam causam alienationis bonorum Ecclesiæ? Respondetur negative, sicut nec pupilli; quia debet solvi ex annuis redditibus, non vero ex alienatione bonorum, nisi annui redditus non essent sufficientes. gl. 1. *in cap.* 1. *ver. defens. de reb. Ecclesiæ non alien. in* 6. Abb. *in cap. nulli eod.* Rota apud Zachiam. *de salar. quæst.* 39. *n.* 3. 4. *&* 5. 43

Quæres 3. an salarium promissum, si opus terminetur intra certum tempus, debeatur, si fuit terminatum intra brevius tempus? Responsio est affirmativa, quia diligentia nemini debet esse damnosa, sed lucrosa. DD. apud Zach. *l. c. quæst.* 41. *num.* 5. Adden. ad Capic. *dec.* 27. Capiblanca. *de Jure Baron. pragmat.* 16. *n.* 53. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 5. *sub n.* 41. *vers. & si officiali*, dummodo tamen opus fuerit redactum ad omnem perfectionem, ac si tantum temporis impensum fuisset, alias enim paria sunt non facere, vel non bene facere. *L.* 2. *ff. de excus. Tutor. cap.* 1. *de translat. prælat.* Felin. *in cap. gratum. n.* 4. *de off. Deleg.* & *in cap. illud. de rescript.* 44

Quæres 4. an de salario, quod succedit loco alimentorum, debeatur gabella? Responsio est negativa, sicut nec de alimentis solvitur. Thom. *de collect.* §. *subjiciunt. n.* 25. *&* 32. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 91. secus, si non succedat pro alimentis. Zachias. *l. c. qu.* 44. 45

Quæres 5. si salarium debetur forensi, an iste teneatur contribuere collectæ, quæ imponitur pro solutione ipsius salarii ipsi debiti? Respondetur, quod non; quia forenses, non possunt collectari ex defectu jurisdictionis, neque ratione personæ. Bart. *in L. libertus* §. *sola ratio. n.* 1. *ff. ad Municip.* Fel. *in cap. Ecclesia S. Mariæ. nu.* 76. *vers. & hinc. de constit.* Guttierrez. *var. qq. lib.* 43. *quæst.* 16. *n.* 20. Dec. *cons.* 285. *n.* 4. *vers. comprobatur.* Gabriel. *de Jure immun. conclus.* 2. *n.* 1. & alii apud Zach. *l. c. nu.* 7. ubi Rota. 46

Quæres 6. an salarium famulorum in concursu aliorum Creditorum præferatur cæteris Creditoribus? Et dicendum præferri. Felician. *de cens. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 12. Rota coram Dunozeto. *dec.* 187. *nu.* 30. quia salaria veniunt nomine alimentorum. DD. apud Zachiam. *l. c. par.* 3. *quæst.* 99. *nu.* 23. *&* 26. quia esto vera sit regula, quod prior in tempore sit potior in jure. *L. qui prior. ff. de R. J.* Gait. *de credit. n.* 1193. *cap.* 4. fallit tamen pluribus in casibus. 1. quando concurrunt creditores mercedum ex causa studii, ut sunt Doctores, Advocati, Assessores, Ludimagistri, ad quorum favorem de jure fuit inducta hypothe- 47

theca cum prælationis privilegio. Gratian. *discept. for. cap.* 267. *nu.* 17. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 67. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 11. *num.* 2568. Zach. *l. c. num.* 3. Secundo, si concurrunt illi, qui conservarunt res debitoris; nam etiam isti præferuntur aliis, etiam anterioribus habentibus hypothecam expressam generalem, & specialem, aut tacitam anteriorem. Gail. *lib.* 2. *obs.* 25. *num.* 8. Gait. *l. c. num.* 2010. *&* 2014. *de alim. tit.* 8. *privil.* 62. *num.* 12. Gratian. *disc. for. cap.* 670. Merlin. Pignatell. *controv. cap.* 26. Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. Adden. ad Buratt. *dec.* 62. *num.* 10. quales sunt Advocati, Procuratores, & alii, qui pro conservandis bonis patrocinati sunt. Gratian. *disc. for. cap.* 257. *num.* 17. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 67. & alii apud Zachiam. *l. c. num.* 8. Tertiò, quando concurrunt creditores ex causa alimentorum. Quarto, quando concurrunt pauperes, & miserabiles, ex privilegio Pii V. & Pauli V. quod apud omnes Judices ordinarios servandum est. Leoncillus *de privil. pauper. par.* 2 *privil.* 325. Zachias. *l. c. n.* 28.

48 Salarium, quod fuerit conventum, probatur tum ex confessione debitoris, sive hæc facta fuerit in contractu, sive in testamento, sive in apocha, sive in precibus Principi porrectis, sive in judicio, sive extra, sive etiam in litteris missivis, recognitis manu scribentis. Item per testes, comestes, habiles tamen. Item præsumptione, & conjecturis. Item juramento suppletorio. Zachias. *l. c. quæst.* 100. *per totam.* & quis ordo judiciarius sit servandus in petitione salarii, videri potest apud Zach. *de salar. par.* 3.

49 Quæres 7. an salarium debeatur famulo conducto ad annum, si recedat ante annum? Dicendum, quod non Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 6. *a num.* 60.

50 Salarium non debetur pueris, nisi expleto decimo quarto ætatis anno, & puellis, nisi completo duodecimo. Fragos. *de regim. Reipublicæ Christianæ. par.* 3. *lib.* 10. §. 5. *dec.* 22. Neque musicis, vel Cantoribus, qui inserviunt minus, nisi aliter fuerit pactum. Fragos. *l. c.* Prat. ad Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 3. Gratian. *disc. for. cap.* 185.

51 Salarium dicitur, & est præscriptum, si in vita Prælati non fuit petita solutio ultra duos annos, etiam post mortem ultra annum. Zachias. *de salar. quæst.* 105. *num.* 6. quod procedit in terminis statutorum, & constitutionum particularium, aut consuetudinis particularis, quæ se non extendunt extra locum, in quo ortum habuerunt. Capon. *disc. for.* 109. secundum quod salarium perscribitur triennio. Carpan. *ad statut. Mediol. lib.* 2. *cap.* 419. *num.* 18. Flores de Mena. *var. quæst. lib.* 1. *quæst.* 8. §. 2. *num.* 38. Gratian. *dec. Marchiæ* 53. *num.* 6. adi ex consuetudine particulari. Alias de jure communi non præscribitur nisi triginta annis; quia tantum tempus requiritur in præscribendis actionibus. *L. sicut. & L. omnes. C. de præscript. triginta annorum.* ubi gl. Bart. Bald. & alii apud Zachiam. *l. c. num.* 3. Afflict. *dec.* 245. *num.* 13. Tiraquell. *de retrac.* §. 35. *gl.* 4. *num.* 41. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 67. *num.* 7. Gratian. *disc. for. cap.* 2. *num.* 30.

52 Salarium Capellani taxari debet, juxta solitum Ecclesiæ, cui inservit, nec attenditur solitum aliarum Ecclesiarum. Rota *dec.* 414. *num.* 9. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 86. *num.* 17. Etiam non conventum debetur stante solito conducendi, & locandi operas. Alex. *cons.* 109. *num.* 2. *lib.* 6. Ruin. *cons.* 138. *num. lib.* 1. Socin. *cons.* 196. *num.* 1. *vers. quarto. lib.* 2. Nata *cons.* 376. *num.* 4. Menoch. *cons.* 570. *num.* 6. Cyriac. *controv.* 76. *num.* 6. Maur. *dec.* 266. *num.* 1. Bich. *dec.* 67. *num.* 1. & ut solitum locandi inducatur, requiritur, quod bis locaverit. Idem *num.* 2.

53 Salariatus non potest uti jure retentionis. Gratian. *disc. for. cap.* 56. *num.* 16. Socin. *cons.* 158. *num.* 28. Cravetta. *cons.* 148. Surd. *cons.* 183. *num.* 5. & alii apud Zachiam, *de salar. par.* 3. *quæst.* 96. quia retentio est de jure prohibita. *L. fin. C. commod. L. si non inducta. C. ex quib. caus. pign. tac. contrahat.* Negus. *de pignor. memb.* 4. *par.* 5. *num.* 1. Surd. *de alim. privil.* 62. *num.* 8. & *tit.* 19. *quæst.* 32. *num.* 53. Garz. *de expen. num.* 16. Rota *dec.* 691. *num.* 2. *vers. & id merito. par.* 1. *recent.* quia nemo potest sibi jus dicere in causa propria. *L.* 1. *ff. ne quis in propr. caus.* Lim. 1. in scriptore, qui potest retinere librum a se scriptum, donec ei merces scripturæ solvatur. gl. *in L. si non sortem.* §. *si centum. ver. retinebit. ff. de cond. indeb.* Garz. *l. c.* Caroc. *de locat. tit. de expensis. num.* 58. *vers. limitatur.* Gutierrez. *Can. quæst. lib.* 2. *cap.* 8. *vers. & inducunt.* Gratian. *disc. for. cap.* 56. *num.* 15. & alii apud Zachiam. *l. c. num.* 41. non potest tamen retinere originale libri descripti. Maurus. *de solut. cap. ult. num.* 23. Lim. 2. in Notario, qui potest retinere acta, & processum litis, donec ei mercedes solvantur. Fab. *in C. lib.* 2. *tit.* 8. *defin.* 22. *num.* 1. Surd. *dec.* 50. *num.* 2. Boer. *dec.* 15. *num.* 4. Gail. *lib.* 2. *obs.* 12. *num.* 5. Gratian. *disc. for. cap.* 56. *num.* 14. *& cap.* 618. *num.* 6. Lim. 3. in Nauta, & Vectorali, qui possunt retinere merces, donec illis salarium solvatur. Bald. *in L. fin. ff. commod.* Garz. *l. c. cap.* 1. *num.* 16. Caroc. *de locat. tit. de expen. num.* 59. Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 6. *vol.* 1. Lim. 4. in sutoribus, fabris, & aliis artificibus, & sartoribus, qui possunt retinere vestes, donec merces sibi solvatur. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil* 62. *num.* 4. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 11. *quæst.* 5. *num.* 28. & alii apud Zachiam. *l. c. num.* 8. Lim. 5. in Marescalco, qui equum curavit. Item in Depositario, si sit de illis, quibus merces debetur. Et in famulis pro solutione salarii. Item in Advocatis & Procuratoribus, juxta Gail. *obs.* 17. *num.* 5. *lib.* 2. sed contrarium tenet communis apud Zachiam. Gratian. *disc. for. cap.* 56. *num.* 14. Rota apud eundem Zachiam. *l. c. num.* 13. Porro, quando creditoribus competit retentio, hæc non tantum competit ipsis, sed etiam eorum hæredibus, imo & singularibus successoribus. Et creditor potest retinere rem debitoris, quamvis creditum esset præscriptum. Caroc. *de locat. par.* 4. *quæst.* 2. *quæst.* 13. *princ. num.* 11. quia prohibita actione non est prohibita retentio. Giurb. *dec.* 60. *num.* 5. Merlin. *de pign. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 6. Et retentio tantum competit pro rata debiti, & non ultra. DD. communiter apud Zachiam. *de salar. quæst.* 96. *num.* 20.

Salarium indebite solutum repeti potest; dummodo id probet, quia habet præsumptionem juris contra se. *cap. qui conquèritur.* ubi Abb. *num.* 3. *de solut.* Cyriac. *controv.* 263. Rota coram Coccin. *dec.* 95. *num.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 569. *num.* 28. & debebit probari, quod solverit realiter, & cum effectu, nec sufficiet illam probare per confessionem de recepto. Adden. ad Buratt. *dec.* 592. *num.* 7. & ulterius debet probare, quod solutio fuerit indebita. Dec. *cons.* 94. *num.* 3. & quod per errorem, & ignoranter solverit. Zachias. *l. c. quæst.* 97. *num.* 4. 5. *&* 6. Rota coram Buratt. *dec.* 592 *num.* 3. ubi Adden. *num.* 6. Alex. *cons.* 83. *num.* 1. *lib.* 1. & non sufficit, quod solverit per errorem juris, sed debet probare, quod solverit per errorem facti. Dummodo tamen solutio non fuerit facta a muliere, minore, vel rustico, qui possunt repetere, licet solverint per errorem Juris. *L. regula. ff. de Jur. & fact. ignor.* Gomez. *to.* 2. *var. res. cap.* 13. *nu.* 16. Fontanella. *de pact. nupt. conclus.* 4. *gl.* 7. *a num.* 18. 54

Quæres ultimo, quis ordo sit servandus, quando plures Creditores concurrunt contra bona communia debitoris? Dicendum. Priorem in tempora esse potiorem in jure. *L. qui prior. ff. de R. J. L. qui fundum. C. qui potior. in pign.* Negus. *de pign. par.* 5. *memb.* 2. *num.* 1. *&* 5. Dec *cons.* 689. *num.* 1. Gait. *de credit. num.* 1193. *cap.* 4. Zachias. *de salar. quæst.* 99. *per totam.* Rota *dec.* 34. *num.* 1. *& dec.* 303. *num.* 3. *par.* 4. *& dec.* 174. *nu.* 3. *par.* 6. *recent.* L. 1. cum concurrunt creditores mercedis ex causa studii, uti Judices, Doctores, Advocati, Assessores, Ludimagistri, & similes, ad quorum favorem inducitur a Lege tacita hypotheca cum privilegio prælationis. Bart. Socin. sen. Angel. Socin. jun. & alii. *in L.* 1. *ff. sol. matrim.* Barb. *in L.* 1. *par.* 7. *num.* 25. *vers. & infertur. ff. sol. matr.* Gratian. *disc. for. cap.* 267. *num.* 17. Lim. 2. quando concurrunt creditores ex causa conservationis rerum debitoris, qui præferri debent aliis creditoribus anterioribus, habentibus expressam hypothecam generalem, vel specialem, vel taciam anteriorem. Barb. *l. c. par.* 6. *num.* 12. Gail. *lib.* 2. *obs.* 25. *num.* 8. Gait. *l. c. num.* 2010. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 62. *num.* 12. Gratian. *disc. for. cap.* 670. *num.* 8. *&* 9. Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 23. *num.* 1. Merlin. Pignatell. *controv. cap.* 26. *num.* 1. Vinc. de Franc. *dec.* 97. *num.* 1. Adden. ad Buratt. *dec.* 62. *nu.* 10. Hinc Advocati, Procuratores, & alii, qui pro conservandis, seu recuperandis bonis patrocinium præstiterunt, honoraria sua consequi debent ante omnes creditores, expressam etiam, & specialem hypothecam habentes Bart. *in L. interdum. num.* 4. *ff. qui potior. in pign.* Gratian. *disc. for. cap.* 257. *num.* 17. Paschal. 55

de patr. pot. par. 4. cap. 6. num. 67. Amat. var. resf. lib. 1. resf. 3. num. 10. Rota apud Zach. l. c. num. 8. Afflict. dec. 359. num. 1. & 2. Peregr. de fideic. art. 50. n. 9. & 12. Rota coram Seraph. dec. 925. n. 3. & coram Ludovis. dec. 197. Imo pro solutione ejusmodi honorariorum potest deveniri ad alienationem bonorum fideicommissariorum, in quorum defensione, aut recuperatione Advocati suum patrocinium præstiterunt, quamvis ex tali patrocinio non emanaverit sententia favorabilis. Seraph. dec. 925. Beltram. ad Ludovis. dec. 197. num. 6. quia qui defendit bona, & liberavit cæteras molestias, & persecutiones temerariorum, lucrum dicitur attulisse. cap. veniens. 1. de testib. L. si quis obligatione. ff. de R. J. Specul. de usur. in fi. Ita etiam salaria debita exactoribus pro exigendis creditis defunt deducenda primo loco in concursu Creditorum ex bonis debitoris, cum prælatione; quia nec Exactorum laborem salvum remansit patrimonium debitoris, ex quo creditores satisfactionem consequuntur. Fab. in C. lib. 8. tit. 8. defin. 7. Carleval. de Jud. to. 2. disp. 32. n. 4. Ita Administratores, Tutores, Curatores, quibus pro rebus administrandis salarium fuit constitutum, possunt illud consequi in concursu aliorum creditorum cum prælationis privilegio. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. n. 30. Ita Custodes animarum concurrunt cum anterioritatis privilegio pro consequenda eorum mercede. Item Custodes fructuum, & aliarum rerum. Neguf. de pignor. memb. 3. par. 6. n. 14. Menoch. de recuper. possess. remed. 11. n. 8. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 13. Gig. de pens. quæst. 39. n. 10. Natta cons. 536. a n. 8. vol. 3. Caroc. de locat. & conduc. par. 5. tit. de difformit. quæst. 5. n. 4. fol. 260. Gait. de creditor. cap. 4. quæst. 11. n. 1558. Ita eodem privilegio fructuum Institores, qui in rebus appothecarum, & negotiorum, quibus fuerunt præpositi, anteponuntur pro sua mercede aliis creditoribus. Amat. Rodriquez. de concursu. & privil. credit. par. 1. art. 3. n. 26. Gair. de creditor. in append. cap. 4. num. 123. Zach. loc. c. num. 17. usque ad 22.

56 Ita artifices, & operarii omnes in rebus, in quibus suam operam impenderunt, habet privilegium, ut ex eis primo loco deducantur eorum merces, & quod reliquum est, aliis Creditoribus distribuatur, veluti fabri, sutores, marescalchi, scriptores, & alii. Merlin. l. c. n. 25. & seq. Surd. de alim. tit. 8. privil. 62. num. 12. & alii apud Zachiam. l. c. n. 32.

57 Limit. conclusio præterea, quando concurrit creditor ex causa alimentorum, qui præferitur prioribus creditoribus. Felician. de censib. to. 2. lib. 3. cap. 5. num. 12. Rodriquez. de concursu creditor. par. 1. art. 3. num. 19. Carleval. de Jud. to. 2. lib. 1. disp. 29. num. 2. quales sunt Medici, quorum opera ad sustentationem corporis humani est necessaria, & ideo ratione operæ præstitæ ad curandum infirmum cæteris creditoribus præferuntur. L. restituenda. ubi Bald. & Salic. C. de petit. hæred. Mastrill. dec. 10. num. 10. Carleval. de Jud. to. 2. lib. 1. tit. 3. disp. 29. num. 7. Et inter hos connumerantur etiam famuli secundum aliquos, qui debitori fuerunt famulati, ita ut cæteris creditoribus pro eorum salario præferantur. Felician. de censib. to. 2. lib. 3. cap. 5. num. 12. vers. sed eximiam. Larrea eandem sententiam tenet in parte. dec. Granat. 85. num. 4. & 6. Carleval. l. c. disp. 29. num. 13. Rota in S. Sever. dot. 4. Maij. 1640. coram Dunozeto, quæ est dec. 187. num. 30. quia salaria famulorum veniunt nomine alimentorum, in tantum, ut is, qui ad præstanda alimenta obligatus reperitur, providere teneatur alimentario de famulis, eisque salarium solvere, si personæ alimentariæ qualitas id requirat. gl. in §. illud quoque dudum. verb. onera. ubi Bart. num. 3. auth. de non elig. secund. nub. Abb. in cap. quanto. num. 4. de censib. Lupus in cap. per vestras. 3. notab. num. 2. vers. ad hoc est textus. & in repetit. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §. 68. num. 3. & 6. Borgnin. de usufruct. mulier. relic. num. 27. Grammat. decis. 113. num. 29. Surd. de alim. tit. 4. quæst. 24. n. 9. Zach. l. c. num. 27.

SALVIANUM INTERDICTUM.

Praxis Salviani interdicti?

Salvianum interdictum est remedium adispiscendæ possessionis. Abb. in cap. pastoralis. sub. num. 11. de caus. possess. & propriet. Menoch. de adipiscen. possess. rem. 3. num. 5. Statil. de Salv. interd. inspect. 1. n. 5. cap. 1. ubi DD. text. in §. interdictum quoque. inst. de interd. aliud est directum, aliud utile: Directum datur Locatori pro rebus Coloni in prædium illatis. Utile vero datur pro rebus Inquilini, quod competit etiam cuilibet creditori hypothecario. L. 1. ubi gl. C. de precar. & Salv. interd. Bart. in L. 1. ff. eod. Neguf. de pignor. memb. 4. par. 2. num. 133. Menoch. d. rem. 3. n. 18. Thesaur. dec. 176. n. 1. & 2. qualiter vero in Judicio Salviani sit procedendum, vide apud. Statil. l. c. cap. 2. 3. & 4. 1

Salvianum interdictum non competit, nisi probatis extremis, scilicet possessionis debitoris, & Rei conventi una cum credito hypothecato. Angel. in §. Item serviana. Instit. de act. Rol. cons. 14. num. 13. lib. 1. Rota dec. 294. num. 1. & 3. par. 1. recent. Merlin. dec. 77. num. 1. vide Menoch. de remed. 3. n. 160. seqq. late Conciol. alleg. for. 48. a n. 1. quia cum non constat de hypotheca, Salvianum non intrat; nec hypotheca super re aliena cadere potest. L. 1. ff. de pignor. Bart. in L. 1. n. 2. ff. de Salv. interd. & in L. in princ. C. de precar. Neguf. de pignor. memb. 3. par. 8. n. 19. vers. 2. Surd. cons. 31. n. 11. Seraph. dec. 579. n. 1. Rota dec. 9. n. 4. & dec. 31. n. 3. post Statil. de Salv. interd. Merlin. dec. 78. n. 1. Et ita pro fideicommisso particulari datur Salvianum probatis extremis. L. 2. C. commun. de legat. & DD. in L. 1. ff. de leg. 1. Gabr. cons. 46. num. 19. lib. 1. Vivius dec. 395. Magon. decis. Lucen. 99. Rota dec. 176. num. 1. post trac. Statil. de Salv. extrema vero sunt existentia fideicommissum, & quod res, ad quam petitur immissio, fuerit in bonis fideicommittentis, & illius rei identitas. juxta Peregrin. de fideicom. art. 43. & 44. per tot. Merlin. dec. 186. n. 1. & 2. 2

Salvianum non habet locum, ubi cum credito non adest hypotheca. Natta cons. 474. n. 33. Corn. cons. 190. n. 2. lib. 1. Conciol. d. alleg. 48. a n. 1. Merlin. dec. 487. n. 1. hinc non habet locum in fundo dotali, qui non potest hypothecari. arg. L. fin. C. de reb. alien. non alien. L. un. §. & cum lex. C. de rei uxor. act. Neguf. de pignor. memb. 2. par. 2. Surd. de alim. tit. 8. privil. 36. num. 2. Rota apud Marescot. lib. 2. var. resf. cap. 117 n. 3. & hæc debent probari, & anterior possessio debitoris, & posterior rei conventi. ut supra. 3

Salvianum interdictum non aufert possessionem, quia ex illo immissus non sibi possidet, sed pro debitore. Bart. in L. ab emptione. 8. ff. de pact. Surd. cons. 481. n. 14. Merlin. dec. 487. n. 15. nec transfert dominium, sed nudam detentionem. Merlin. l. c. num. 6. & Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 2. quæst. 80. 4

Salvianum interdictum competit etiam contra tertios possessores. Rota apud Mant. dec. 68. num. 2. & apud Merlin. dec. 624. n. 3. & post Statil. de Salv. interd. in Romana Salviani. 20. Novembris, & Decembris 1630. coram Merlino. Competit etiam Locatori, non tantum pro rebus expresse, sed etiam tacite obligatis, uti pro invectis & illatis. Marescot. var. resf. lib. 2. cap. 118. a n. 1. & per tot. ubi plures ampliationes, & limitationes. Menoch. de adipiscen. rem. 3. n. 33. 5

Salvianum interdictum competit pro alimentis uxori etiam contra tertios possessores, quia in alimentis debitis uxori proportionabiliter ad dotem, seu fructus doris, uxor habet hypothecam legalem, quæ competit pro dote. L. assiduis. C. qui potior. in pignor. haben. L. unica. 2. §. & ut plenius. C. de rei uxor. act. Alex. in L. cum dotem. §. fin. autem. n. 11. ff. sol. matrim. Gutierrez. de juram. confir. par. 1. quæst. 46. num. 5. quæ procedunt, tam constante, quam soluto matrimonio. Berous. cons. 52. n. 13. lib. 2. Bursat. cons. 120. n. 38. Neguf. de pignor. memb. 4. par. 2. n. 50. & 51. Statil. de Salv. interd. inspect. 3. cap. 4. n. 170. Surd. de alim. tit. 6. privil. 49. n. 8. in fin. Bich. decis. 250. n. 41. & seq. Bald. novel. de dote par. 6. privil. 7. Campeg. de dote. par. 2. sub n. 2. Afflict. dec. 10. num. 3. 6

7 Sed quid, si mulier nullam attulit dotem, habebitne hypothecam, & ideo etiam interdictum Salvianum? Respondetur, quod si agatur de alimentis constante matrimonio, habere locum Salvianum interdictum, quia maritus tenetur alere uxorem, etiamsi nulla dos fuerit promissa, aut data. Innoc. *in cap. per vestras. de donat. inter vir. & uxor.* Bald. *in L. pro oneribus. in fi. C. de jure dot. & in L. si constante num.* 103. *ff. sol. matrim.* Alex. *cons.* 56. *nu.* 6. *lib.* 4. Ponte *de alim. cap.* 14. *num.* 5. Guido P p. *dec.* 439. *numer.* 1. Statil. *de Salvian. interd. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 172. si vero dos fuit promissa, & non soluta; & tunc distinguere debes, sicut Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 17. *per tot.* ubi late, quod si uxor partem dotis promissæ, non solvit, non tenetur illam alere, quamvis partem solvisset. Bald. *in L. Insulam.* §. *usuras. ff. sol. matrim.* ubi Castr. *nu.* 2. Lupus *in cap. per vestras.* 3. *notab. col.* 3. *vers. & hoc non solum. de donat. inter vir. & uxor.* tenetur tamen pro rata dotis acceptæ alere, quia eadem est ratio partis quoad partem, quæ est totius quoad totum. *L. quæ de tota. ff. de rei vendic.* sicut etiam emptor licet de rigore juris nihil lucretur de fructibus rei emptæ, nisi totum pretium solverit, tamen æquitate attenta fructus pertinent ad emptorem pro rata pretii soluti. Bart. *in L. Julianus.* §. *offerri. ff. de act. empt. vers. quæro.* Dec. *cons.* 119. *numer* 2. *in fi.* & plures apud Nattam. *cons.* 384 *num.* 10. Surd. *l. c. num.* 7. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 4. *vers. quinto.* Tanto magis cum maritus uxorem, quæ non solvit dotem, possit expellere domo. juxta *L. fin. C. ad Vellcian.* Bald. *in L. si donaturus.* §. 1. *de donat. ob caus.* Abb Hostien. Socin. & alii apud Surd. *l. c. numer.* 11. Lim. si mulier, seu uxor solvit, quidquid potuit, quia habet privilegium, quod non teneatur ultra, quam facere possit. *L. ex diverso.* ubi Bart. & alii. *ff sol. matrim.* quo casu expelli non potest, sed alenda est. Surd. *l. c. numer.* 28. & 29. nisi tamen mulier dolose dotem promisisset, quam sciebat, se non posse solvere; quia tunc propter dolum amitteret hoc privilegium. *L. etiam.* §. *licet. ff. sol. matrim. & L. penult. de jure dot.* Lupus *in d. cap. per vestras.* Lim. 2. si dos non fuit promissa ab uxore, sed a patre, vel fratre, vel alio extraneo; quia tunc, si isti sunt in mora solvendi, tenetur tamen maritus uxorem alere. Cornel. *cons.* 145. *col.* 4. *vers. nec refragatur. vol.* 2. ex duplici ratione. Prima, quia maritus habet actionem contra Patrem, aut fratrem, aut extraneum, qui dotem promisit, & ideo videtur dotem ipsam habere. *L. nemo videtur ff. de in integr. restit. L. rem in bonis ff. de acquir. rer. domin. & L. qui actionem habet. ff de R. J.* Secunda, quia negligentia mariti, seu culpa commissa circa exactionem dotis non debet uxori nocere. Surd. *l. c. num.* 32. & 33. Quamvis Bald. *in L. quod in uxorem. num.* 10. *C. de negot. gest.* teneat alimenta non deberi uxori, si dos non fuit soluta, sive hæc debeatur ab ipsa, sive a patre, fratre, vel alio extraneo. Ubi etiam Castr. *numer.* 4. & Alex. *num.* 3. & tenent multi, adeo ut Surd. *l. c. num.* 35. hanc communiorem existimet; nisi tamen pater non esset solvendo, in utraque sententia deberentur alimenta. *L. penult. ff. de Jure dot. L. ex diverso. ff sol. matrim.* & inopia patris non debet nocere filiæ, vel maritus etiam dote soluta uxorem retineret in obsequio suo; quia tunc illam alere teneretur, quia tenetur quis alere, quem habet in obsequio. *L. in rebus.* §. *possunt. ff. commod. L. servi.* §. *quas impensas. ff. de ædil. edic.* Abb. *cons.* 85. *num.* 6. *vol.* 2. Bart. *in L. quod uxorem.* & alii apud Surd. *l. c. nu.* 37. & 38. Imo Covarruv. *in epitom. de sponsal. p.* 2. *cap.* 7. *in princ. num.* 2. defendit; quod uxor ob dotem non solutam, non possit e domo expelli.

8 Salvianum competit emptori census, non solum super recensita, sed etiam super re subrogata in locum rei censitæ. Bich. *dec.* 310. *num.* 15. Ludovis. *decis.* 60. *nu.* 1. Cens. *de censib. p.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 5. *art* 9. *num.* 15. *in mea impress.* Competit etiam donatario super consecutione rei donatæ. Rota *dec.* 18. *nu.* 7. *& seq. coram Reverend. Urgellen. & dec.* 539. *num.* 1. *par.* 4. *& dec.* 308. *nu.* 3. *par.* 5. *recent.* apud Bich. *dec.* 136. *nu.* 15.

9 Salvianum denegatur creditori posteriori. *L.* 2. *ff. qui potior. in pign. hab.* Mont. *dec.* 69. *numer.* 1. Rota post trac. Statil. *de Salvian. interd. dec.* 74. *num.* 11. *& dec.* 176. *nu.* 6. Bich. *dec.* 10. *num.* 2. neque datur possidenti; quia est remedium adipiscendæ. Bich. *dec.* 136. *num.* 13. ubi Becc. *cons.* 89. *nu* 15. Surd. *cons* 191. *nu.* 12. nisi possideat tantum ficte, uti per constitutum. quia nunc Salvianum haberet locum dando possessionem veram. Statil. *de Salv. inspect.* 3. *cap* 2. *num.* 1009. Bart *in L. si is, qui pro emptore. nu.* 70 *ff de usucap.*

Salvianum & actio hypothecaria possunt in eodem libello alternative intentari, petendo immissionem ad effectum sibi satisfaciendi ex fructibus, quod est proprium Salviani, aut mediante bonorum distractione, quod est proprium hypothecariæ, & parte non opponente potest, utrumque in eodem libello cumulari, non secus, ac petitorium, quod importat hypothecariam, ac possessorium, quod importat Salvianum. Scapuc. *de Salv. interd. lib.* 1. *quæst.* 21. *num.* 5. Neguf. *de pignor.* 3. *memb. par.* 8. *num.* 26. *vers. & talis libellus.* Menoch. *de adipisc. rem.* 3. *numer.* 162. Rota *dec.* 43. *num* 3. *par.* 1. *divers.* vide Card. Anton. de Luca *in schol. ad Gratian. dec. Marchia.* 208. *num* 8. & poterit Judex, sequendo alternativam libelli alternative pronuntiare. Bart. *in L. ut fundus. ff. commun. dividun. & in L. Prætor edixit.* §. *quod autem. ff. de injur.* Grammat. *dec.* 68. *num.* 1. Bich. *dec.* 250. *num* 48 & 49. quia Salvianum & actio hypothecaria non sunt inter se contraria; sed tantum diversa. Alex. *cons.* 96. *num.* 10. *lib.* 4. Rota coram Reverendissimo Urgell. *dec.* 109. *nu.* 4. Bich. *l. c. num.* 50. 10

Salvianum non competit, nisi creditum actoris sit in aliqua quantitate certum, ac liquidum, ad effectum, ut reus conventus per oblationem dictæ quantitatis sententiam contrariam prævenire, & evitare possit. Statil. *de Salv. int. inspect.* 5. *cap.* 1. *num.* 11. Rota *dec.* 328. *num.* 1. apud Mellin. *dec.* 688. *nu.* 4. Bich. *dec* 497. *num.* 14. quia juxta Statil. *l. c.* Salvianum interdictum tollitur per oblationem debiti a Reo creditori factam. *L. Paulus. in fi. ff. quib. mod. pign. vel hypoth solv* Rol. *cons.* 14. *num* 9. *&* 10. *lib.* 1. Menoch. *de adipisc. rem.* 3. *num.* 181. Gratian. *dec. March dec.* 208. *num* 1. Rota *divers. dec.* 269. *num.* 1. *par.* 1. *& in Rom. Salv. interd. coram Pennia.* 19. *Novembr.* 1593. quo casu quilibet, etiam extraneus habet jus offerendi, quia creditoris non interest, an a debitore, vel alio satisfiat, & quilibet potest pro alio solvere. *L. solutione. L. qui decem.* §. 1. *de solut.* Bart. & Bald. *in L. obsignationem. C. de solut.* Berous *cons.* 46. *num.* 5. *vol.* 2. Surd. *dec.* 174. *numer.* 27. Hondcd. *cons.* 19. *num.* 9. *lib.* 1. & alii apud Statil. *l. c. num* 12 & 13. præterquam in materia feudali, & emphyteutica, in qua ultra solutionem, vel oblationem requiritur recognitio dominii directi. Natta *cons.* 194. *nu.* 8. Tiraq. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 9. *numer.* 258. Neguf. *de pign. memb.* 3. *par.* 5. *num.* 43. Corbul. *de caus. privat. ob non solut. Cap. limit.* 7. *num.* 2. & diximus in verb. *debitor. num.* 12. 11

Salvianum non admittit exceptiones requirentes altiorem indaginem. Rota *dec.* 559. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & dec.* 94. *num.* 10. apud Bich. *dec.* 415. *num.* 8. Surd. *cons.* 4. *num.* 36. Hondcd. *cons.* 21. *nu.* 26. *lib.* 1. Natta *cons.* 532. *num.* 9. Sarmiento, *de reddit. Eccl. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 22. Menoch. *de adipisc. rem.* 3. *num.* 180. & alii apud Statil. *de Salv. inspect.* 2. *cap* 2. *nu* 42. quia Salvianum est judicium possessorium, in quo proceditur summarie; in quo neque admittitur excussio. Bald. *in L. clarum. n.* 1. *C. de verit. præst.* Neguf. *de pign. memb.* 1. *par.* 8. *nu.* 28. Thes *dec.* 52. *nu.* 1. & exceptio altiorem requirens indaginem non tantum non admittitur, quando agitur ad effectum immittendi in possessionem, sed neque, si ageretur ad restitutionem possessionis. Statil. *l. c. n.* 47. 12

Salvianum, si fuit intentatum contra emptorem, potest ipse emptor simili Salviano agere contra possessorem bonorum venditoris pro liberatione a molestiis, & actio pro liberatione a molestiis competit statim, ac sunt illatæ, ut res libera tradatur. Surd. *cons.* 36. *num.* 23. Rota *divers. dec.* 586. *num.* 6. *par.* 1. *& dec.* 337. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 531. *num.* 1. & 2. & potest emptor statim post latam contra eum sententiam aliam obtinere contra possessores bonorum venditoris, absque novo libello, vel instantia, parte non opponente. Giurba *dec.* 17. *num.* 20. qui citat Cagnol. Mellin. & alios. Bich. *l. c. num.* 3. 13

Salvianum non competit, nec immissio in possessionem ex illo, ex probatione crediti in genere, sed debet constare de illius specifica, & determinata quantitate. Rol. *cons.* 14. *n.* 13. *lib.* 1. Gratian. *discept. for. cap.* 14

21. *nu.*

22. *num.* 1. Statil. *de Salv. inspect.* 1. *cap.* 5. *nu.* 2. apud quem Rota *dec.* 203. *n.* 1. coram Mellino, Rot. *dec.* 743. *num.* 9. *par.* 3. *& dec.* 609. *sub num.* 1. *&* 4. *par.* 4. *dec.* 576. *num.* 2. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 183. *num.* 4. neque datur immissio, nisi ad effectum satisfaciendi ex fructibus. Bich. *d. dec.* 250. *nu.* 45. neque sententiæ illius executio retardatur per exceptionem crediti illiquidi, & requirentis altiorem indaginem. Bich. *dec.* 258. *nu.* 27. & in hoc judicio rejicitur exceptio fideicommissi, si ultimus status stat pro libertate bonorum. Bich. *dec.* 496. *num.* 15.

SALVUS CONDUCTUS.

Praxis Salvi Conductus.

1 Salvus Conductus conceditur a solo Principe, ita, ut Judex non possit illud concedere bannitis, exulibus, vel confinatis. Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *num.* 23. *vers. cum solus.* Cephal. *cons.* 304. *nu* 103. *lib.* 3. Farin. *de carcer. & carceratis. quæst.* 29. *n.* 79. *&* 102. Guaz. *ad defens. Reor. defens.* 12. *cap.* 1. *nu.* 58. *vers. sed solus.* Cabal. *res crim. cas.* 50. Giurba *cons.* 80. *n.* 15. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 106. *num.* 7. Capic. Latro *dec.* 105. *num.* 6. *par.* 1. Conciol. *res. crim. ver. Salv. conductus. res.* 1: *a nu.* 1. ubi ampliat, & limitat, & est text. *in L. relegati. ff. de pœn.* potest tamen etiam Judex illum concedere ex causa, veluti ad effectum, ut quis valeat comparere ad se defendendum super aliquo crimine, de quo inquiritur: uti si Judex velit confrontare bannitum in faciem Rei, aut velit propalare alios delinquentes, & ad effectum occidendi alios bannitos. Herculan. *de caus. de non offend. cap.* 37. *num.* 17. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 81. *nu.* 1. *& cas.* 337. *num.* 2. *& cons.* 100. *nu.* 198. *lib.* 1. Farin. *l. c. nu.* 82. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 32. *vers. sed hic quæro.* Merlin. Pignatell. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 14. qui tamen Salvum conductum potest concedere tantum ad tempus, & non in perpetuum. *DD. cit.* & potest illum tantum concedere illi, qui ab ipso Judice fuit bannitus, seu ab ejus antecessore, secus si a Judice superiore, quia tunc inferior non potest Salvum conductum dare quacunque ex causa, quia inferior non potest contra factum superioris dispensare. Herculan. *de caut. de non offenden. cap.* 37. *nu.* 8. Menoch. *d. cas.* 337. *nu.* 11. Farin. *l. c. nu.* 88. Giurda *cons.* 80. *num.* 15. Cabal. *res. crim. cas.* 50. *nu.* 3. Guaz. *d. def.* 12. *cap.* 1. *num.* 58. *vers. Judex etiam. in fin.* Conciol. *l. c. nu.* 5.

2 Quamvis vero Judex non possit dare Salvum conductum, si tamen illum de facto concessit, debet omnino servari, ne quis decipiatur sub fide publica. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 81. *num.* 12. *& cas.* 336. *num.* 33. Vinc. de Franch. *dec.* 258. *nu.* 1. Fachin. *lib.* 9. *controv. su. cap.* 63. Farin. *l. c. num.* 95. Cabal. *d. cas.* 50. *num.* 6. Guaz. *l. c. num.* 58. *vers. bene verum est.* Cancer. *var. res. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 314. Giurb. *l. c. num.* 10. Merlin. Pignatell. *controv. for. cap.* 53. *num.* 10. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 106. *num.* 12. Conciol. *l. c. a num.* 6. *seqq.* ubi de veriori, ac magis communi Sperell. *decis.* 48. *n.* 50. nisi Salvus conductus fuerit dolose impetratus. Capic. Latro. *dec.* 105. *a nu.* 27. imo quamvis Salvus Conductus fuerit concessus contra legem, vel statutum illud prohibens concedi, servari debet, quamvis lex, vel statutum habeat decretum irritans. Farin. *d. quæst.* 29. *n.* 97. Giuba *d. cons.* 80. *nu.* 14. dummodo non fuerit datus ab illo, qui caret omni jurisdictione, uti ab Advocato fiscali, vel a Notario, vide DD. apud Conciol. *l. c.*

3 Salvum Conductum possunt dare Principes, Duces, Comites &c. qui in suis dominiis habent merum & mixtum imperium. Farin. *l. c. num.* 102. Guaz. *l. c. num.* 58. *vers. sed solus Princeps.* Conciol. *l. c. n.* 10.

4 Salvus Conductus concessus ad se conferendum ad certum locum, censetur concessus, tam pro eundo, quam redeundo, nisi ex concessione constet contrarium; quamvis de reditu nihil fuerit expressum. Hercul. *d. cap.* 35. *n.* 14. Brun. *de cess. bonor.* 11. *q.* 4. *q. princ. sub n.* 34. Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *num.* 11. Farin. *d. q.* 29. *n.* 33. Guaz. *l. c. nu.* 58. *vers. & Salvus Conductus.* Conciol. *l. c. resol.* 2. Bertazol. *cons.* 359. *n.* 10. *lib.* 2. quia qui non potest secure recedere, non dicitur secure venire. Brun. *de cessione bonorum. d. quæst.* 11. *num.* 34. Farin. *d. quæst.* 29. *num.* 53. quia Salvus Conductus non est privilegium, sed Beneficium, & ideo recipit latam interpretationem. Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *num.* 24. *&* 25. Farin. *l. c. num.* 39. Merlin. Pignatel. *controv. for. cap.* 64. *num.* 3. P. Pithing. *lib.* 3. *tit.* 34. *num.* 6. *vers. colligitur. ex cap.* 2. *de pace & tregua.*

Salvus conductus, nisi offeratur bannito, vel condemnato, citatus ad locum, in quo fuit condemnatus, non tenetur comparere; utpote citatus ad locum non tutum, nec incurrit contumaciam. Boss. *in pract. tit. de citat. nu.* 35. *& tit. de bannit. nullit. nu.* 9. Clarus *in* §. *fi. quæst.* 16. *vers. sed nunquid bannit. & quæst.* 32. *vers. tu scis.* Farin. *de inquisit. quæst.* 11. *num.* 58. *& de carcer. & carcer. q.* 29. *nu.* 85. Guaz. *def.* 12. *cap.* 1. *n.* 44. *&* 58. contra Gail. Nell. Vivium, & alios; & nisi Salvus conductus non fuerit oblatus, processus contra bannitum factus, & sententia contra eum lata, sunt nullius valoris, & quidem ope exceptionis, si Salvus conductus non fuit petitus; si vero fuit petitus, & denegatus, aut de primo banno constet Curiæ ex actis iisdem, processus & sententia sunt nullius valoris ipso jure. Farin. *de inquis. l. c. num.* 59. *& de carcer. & carcer. quæst.* 29. *num.* 85. Conciol. *l. c. res.* 3. *num.* 3. Et ideo Salvus Conductus debet inseri in citatione prima, quæ fit ad valvas Curiæ, ut ab omnibus legi possit. Farin. *ut supra de inquisit.* præsertim, si Reus citatus pro alio delicto petat Salvum Conductum pro aliis delictis, quam Judex debet omnino concedere, alias non tenetur comparere. Clar. *in* §. *fin. d. quæst.* 32. *vers. tu scis.* Farin. *de carcer. & carcer. quæst.* 29. *num.* 86. Scacia. *de Jud. lib* 1. *cap.* 32. *nu.* 27. *&* 29. *& lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 1774. præsertim cum locus manifeste non est tutus. 5

Salvus conductus a Principe concessus est illi punctualiter observandus, ita ut illo munitus non possit carcerari, offendi, nec molestari. Bertaz. *cons.* 359. *n.* 1. *lib.* 2. Decian. *crim. lib.* 7. *cap.* 16. *n.* 3. Herculan. *de caut. de non offen. cap.* 37. *num.* 6. *&* 11. Vinc. de Franch. *dec.* 258. Giurba *cons.* 80. *num.* 10. Farin. *de carc. d. quæst.* 29. *num.* 1. Conciol. *l. c. res.* 4. Capic. Latro *dec.* 105. *num.* 27. *par.* 1. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 106. *num.* 12. P. Grasset. *de nece prodit.* §. 12. *num.* 16. quia turpe est aliquem sub fide publica decipi. Farin. *d. quæst.* 29. & Menoch. *cons.* 156. *num.* 22. *lib.* 2. *L.* 1. *C. de his, qui ven. æt. L.* 1. *ff. de constit. pecun. cap.* 1. *de dolo & contum.* Capic. Latro. *l. c.* & captus sub Salvo conductu ita est relaxandus, ut capi non possit. Farin. *l. c.* Salgad. *de protect. reg. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 52. Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 4. *gl.* 18. *par.* 4. *num.* 33. Conciol. *resol. crim. in verb. Captura. res.* 8. *num.* 1. *& in verb. Salvus Conductus. res.* 4. *nu.* 4. & hæc est interpretandus, ut servetur; quia, ut supra diximus, non est privilegium, sed Beneficium. Lim. 1. si superveniat nova causa, quia ob novam causam licet recedere a pactis. Menoch. *cons.* 244. *num.* 29. *lib.* 3. Bursat. *cons.* 345. *num.* 34. *&* 44. *lib.* 4. Farin. *l. c. nu.* 62. Lim. 2. & pro delictis futuris, ad quæ Salvus Conductus non extenditur. Menoch. *de arbitr. cas.* 337. *num.* 13. Bajard. ad Clar. *q.* 59. *nu.* 94. Capic. Latro. *dec.* 105. *nu.* 30. *par.* 1. Lim. 3. in Salvo Conductu conditionali, qui non juvat, nisi adimpleta conditione. Rim. jun. *cons.* 490. *nu.* 16. *lib.* 5. Farin. *l. c. num.* 65. Capic. Latro. *d. dec.* 105. *num.* 41. Lim. 4. in Salvo Conductu sub vel obreptitio, qui non est servandus. Surd. *dec.* 307. *num.* 17. Capic. Latro. *l. c. num.* 58. *&* 63. Conciol. *l. c. nu.* 9. *&* 10. Lim. 5. quod Salvus Conductus non sit servandus post tempus lapsum, quod est continuum, & currit de momento in momentum. *L.* 3. *ff. de min.* 25. *ann.* Tiraquell. *de retrac. par.* 1. §. 1. *gl.* 11. *nu.* 21. etiamsi Bannitus, cui fuit concessus, non habuerit illius notitiam, ita ut currat etiam ignoranti. Cabal. *resol. crimin. cas.* 249. *per tot.* Conciol. *d. res.* 4. *num.* 11. Guaz. *def.* 12. *cap.* 1. *sub nu.* 58. *vers. sed caveat.* 6

Salvus Conductus extenditur etiam, & servandus est quoad delicta, in Salvo Conductu non expressa, quando sunt minora expressis. Farin. *l. c. quæst.* 29. *num.* 57. Guaz. *def.* 12. *cap.* 1. *nu.* 58. *vers. bene verum est, quod securitas.* Conciol. *l. c. nu.* 12 7

Salvus Conductus concedi debet accusato, aut Inquisito de pluribus delictis, si vult se purgare ab aliquo ipsorum non tantum, quando delicta sunt penitus separata, sed etiam, quando non sunt separata, veluti si quis 8

imputetur de homicidio appensato, qui si velit fateri homicidium, potest petere sibi Salvum Conductum concedi super appensamento. Decian. *cons. 69. num. 8. lib.* 3. Guaz. *def. 1. cap. 1. num. 58. vers. & conceditur.* quamvis contrarium tenuerit D. de Rubeis fisci Apostolici Advocatus, vide Conciol. *loc. cit. res.* 4.

9 Salvus Conductus, seu Moratoria non conceditur, nisi concurrat major pars creditorum, quo casu minor pars tenetur consentire, juxta Afflict. *dec.* 288. Costam *de port. ratæ. quæst.* 139.

SATISDATIO.

§. I.

Satisdatio quid sit, & quando intelligatur cum fidejussore, & quando non?

1 Satisdatio † & cautio importat cum fidejussore, per
quam redditur securus, cui satisdatur. Jas. *in l. 1. in*
2 *pr. ff. qui satisd. cog.* † Et qui promittit satisfacere,
vel satisdare, habet facultatem faciendi alterum de duobus; plene Jaso *in l. 1. in pr. ff. qui satisdar. cog.* ubi,
quod importet verbum, *satisfacere*, ut proprie importet solutionem quocunque modo, per quam sequitur
liberatio, quandoque solam cautionem, videlicet cum
3 fidejussore. † Limita, quia is, qui promittit facere securum alium, non intelligitur de fidejussore præstando,
sed potius de obligatione facienda. *Jaso d. l. 1. in 2.
not. n. 7. ff. qui satisdar. cog.* ubi pro utraque, & hanc
4 veriorem dicit. † Restringe, nisi jam esset primo obligatus; quia talis promissio importat fidejussorem præ-
5 standum. Jas. *ubi supra.* † Restringe, quando promissio loqueretur de idonee cautum reddendo. Jas. *ubi su-*
6 *pra n. 9.* † Restringe, quando promissio fieret a fo-
7 rense. Jas. *d. l. 1. n. 10. ff. qui satisd. cog.* † Declara
tamen, quia obligatus dare fidejussores liberatur dando
8 pignora. Jas. *ubi supr. n. 12. & seq.* † Limita, quia
verbum cautionis importat nudam obligationem sine fidejussore, & idem in verbo securitatis. Bec. *cons. 1. n.*
9 4. plene Fel. *in cap. ad nostram, n. 5. de jurejur.* † Restringe, quando profertur cum adjuncto idoneæ cautionis, vel sine adjuncto. Becc. *d. cons. 1. num.* 4.
10 † Restringe plenissime per Felin. *d. c. ad nostram,
num. 6. & seq. de jurejur.* videlicet in cautione prætoria, vel sufficienti, vel quod causa cognita caveat,
vel satisdet, vel si dicat mediocriter caveat, idem si
dicat, caveat ut potest: Vide Tusch. *litt. C. ver.
Cautio fidejussoria præstanda multiplex, Concl.* 166.
11 *& concl. ibi prox.* † Declara, quia si promittitur cautio; intelligitur de nuda, & sic de obligatione, si
promittitur idonea cautio, intelligitur cum fidejussore.

§. II.

Satisdatio cum fidejussore qualem fidejussorem requirat, ut dicatur idoneus.

1 Fidejussor † quando dicatur idoneus, vel non, plene. Jas. post alios *in l. 2. in pr. ff. qui satisdar. cog.* ubi,
quod debet possidere stabilia, vel multa mobilia, quæ
æquivaleant valori litis, de qua agitur; & quod sit fa-
2 cilis ad conveniendum. † Extende; quia possidens rem
immobilem modicam non relevatur; neque dicitur solvendo, vel idoneus, plura congerit Jas. *l. sciendum, n.*
3 *7. & seq. ver. ex quarta parte, ff. qui satisdare cogant.* † Restringe, quia quando principalis est valde idoneus, recipitur Jas. *d. l. 2. n. 5. ff. qui satisd. cog.* Vide Tusch.
litt. F. ver. Fidejussores idonei qui, & concl. 331.

§. III.

Fidejussor de judicio sisti quid sit, & importet, & ejus natura.

1 Fidejussor † de judicio sisti obligatur pro principali; quia esset principalis in judicio ad causam, & tenetur usque ad sententiam. Bart. *in rubr. ff. ne quis eum, qui in jus vocatus*, & iterum *in rubr. ff. qui satisdare cog. in fi.* ubi Jas. & alii, & de ista fidejussione, & istud sistere est factum cohærens personæ, unde mortuo principali sine mora liberatur fidejussor. Alex. *in l. 4. n.
3. ff. qui satisdar. cog.* Jas. *in l. fin. decesserit, in pr.
eod. tit.* ubi, quod Bartol. & omnes ibi tenent, quod
sistere est personale, & non transit in hæredem † Et 2
paria sunt, fidejussio defendendi, & fidejussio sistendi;
quia qui promittit defendere, promittit sistere. Apost.
ad Matthes. *sing. 177. in fi.* incipit, *Nota, quod fidejussor, in ver. limita*, Pet. de Raven. *sing. 206. Fidejussor*, ubi extendit. † Et paria sunt fidejubere de stan- 3
do juri, & de judicio sisti. Bart. *in l. 1. ff. si quis
in jus voc. non ier.* Marant. *in prax. in 6. par. tit. de
satisd. in pr.* † Ratio hujus fidejussionis est, ut lis fa- 4
ciliori modo expediri possit: & ideo solam instantiam
causæ respicit hæc fidejussio, ut per Jas. *in l. si decesserit, n. 3. ff. qui satisdar. cog.* † Alia ratio, ne re- 5
us aufugiat, & reddatur clusorium judicium. Marant.
in prax. par. 6. tit. de satisdat. & ideo possidens, stabilia non satisdat, sed antequam constet, an possideat, bene satisdat. afflict. *decis.* 109. † Sententia lata 6
contra principalem sicuti potest exequi contra fidejussorem de judicio sisti, & judicato solvendo, ita etiam
contra fidejussorem de judicio sisti. Bart. *in l. 1. n. 2.
ver. & quæro, & n. 3. ver. quæro, an fidejussores, ff.
judic. solv.* & iterum in *l. 3. in fin. ff. qui satisdat.
cog.* † Contrarium tenet Guglicl. de Cun. *in l. 2. §.* 7
fin. ff. qui satisdar. cog. † Declarat Alex. *in d. l. 2.* 8
§. fin. in pr. ff. qui satisdar. cog. ex mente Ang. Fulg.
& aliorum, quia si agitur contra fidejussorem de judicio sisti, ut faciat sistere, proceditur via exequutiva, si
vero, ut solvat interesse, non potest agi contra eum,
nisi via ordinaria, & ideo infert Alex. ibi *n. 2. &
seq.* quod si est contumax principalis in respondendo
libello, seu positionibus, comminitur pœna ad totale
interesse contra fidejussorem de judicio sisti, sequitur
Jas. ibid. *n. 2.* † Declarat plenius Bart. quia si fidejus- 9
sio est de judicio sisti, quia tenetur ad duo & non
extinguitur lata sententia, quia imo tenetur etiam post
sententiam, sicuti ille, apud quem res deponitur in
sequestrum. Bart. *in l. 4. ff. de custod. reor. n. 2. &
seq. ver. primo usque ad quod tempus*, ubi *n. 5. ver.
quæro intra quantum tempus*, ubi, quod *per l. sancimus, C. de fidejuss.* habet terminum sex mensium, nisi
aliter sit conventum; unde cum dicat, ad omne mandatum judicis, censetur illi legi renunciatum, & Bart.
sequitur Jas. *in d. l. 2. §. fin. n. 9. in fin. ver. secundo
limita*, qui alios concord. alleget, & dicit Bald. & Angel. contrarium tenentes reprobari, & plenius tuetur
Apost. 2. ad Matthes. *sing. 177. Nota, quod fidejussor,
in ver. limita*, ubi allegat Alex. Jas. & alios, & maxime Felin. *in c. in nomine domini, col. 2. de testib.*
Petr. de Rav. *sing. 206. Fidejussor de judicio sisti*, &
idem tenet Apost. ad Bart. *In sing. Bar.* 30. incipit,
Fidejussor † operatur hæc satisdatio de judicio sisti, vi- 10
delicet de defendendo, quæ est de judicio sisti; quia si
non sistit, non liberatur præsentando, vel exhibendo
personam, pro qua promisit. Bart. *in l. sancimus, n. 2.
C. de fidejussor.* † Item, quod si principalis, pro quo 11
fuit promissum, quod sistet judicio, cum primum non
sistit, quia est contumax, vel in respondendo libello,
vel positionibus, committitur stipulatio, ut teneatur ad
totale interesse, etiam non expectato, quod sit contumax in tota causa. Alex. *in l. si fidejussor. §. in fidejussorem, n. 2. ver. ex hoc nota, ff. qui satisdar. cog.* ubi
extendit, etiamsi comparear, sed non velit respondere
† Item operatur, quod si moritur principalis in mora 12
existens non liberatur fidejussor, secus si ante moram
commissam, etiamsi lapsum esset tantum tempus, quod
non posset evitare moram, plene Alex. *in l. 4.* quæ incipit, *si decesserit, n. 8. & seq. ff. qui satisdar. cog.*
ubi de communi † Item operatur, quod si datur alius 13
terminus principali ad purgandam moram juxta *l. sancimus, C. de fidejuss.* si moritur principalis in secundo
termino ad moram purgandam dato, non liberatur fidejussor de judicio sisti; ut ibi Bart. qui dicit notabilissimum. † Item si banniatur principalis, non liberatur 14
fidejussor, si bona non incorporantur, vel non acceptantur per fiscum; quia quatenus non sufficiunt, tenetur fidejussor. Bart. & alii, *in l. si vero, ff. qui satisdar. cog.* & idem, si detineatur juste principalis, ne possit sistere: Vide ibi Alex. *in fi.* qui declarat,

§. IV.

§. IV.

Satisdatio de judicio sisti, & judicato solvendo a quibus praestanda, vel non?

1 Regulam † facias, quod tres sunt casus, I. est, quod reus teneatur satisdare oblato sibi libello de jure communi, ut per Jas. *in rubr. ff. qui satisdare cog. in pr.* & ita Rom. *cons.* 100. *In praesenti causa, col. fin. n.* 3. *v. quoad secundum.*, ubi, quod defensor non admittitur sine satisdatione, allegat *l. si ad defensionem.*
2 *ff. judic. solv.* † Restringe, & hic est II. casus, quod is, qui non potest satisdare per impotentiam, admittitur ad cautionem juratoriam. Jas. *d. rubr. ff. qui satisdar. cog. in pr.* & plenius *in l.* 1. *num.* 23. ubi, quod ita servatur in practica; *ff. eod.* sequitur Apost.
3 ad Rom. *cons.* 439. ubi dat concord. † Contrarium Rom. *d. cons.* 439. *Circa primum, in ultimo dubio* Declara 14. modis, quibus non statur juratoriae cautioni, per Jas. *d. l.* 1. *n.* 23. *usque in fi. ff. qui satisd. cog.*
4 *in pr.* † Restringe, & hic est III. casus, quia non tenetur satisdare possidens bona stabilia. Jas. *d. rub. ff.*
5 *qui satisd. cog. in pr.* † Si tamen quis allegat possidere, & negatur interim, donec constet, tenetur satisda-
6 re, ne interim aufugiat. Afflict. *dec.* 109. *actor agit.* † Declara duodecim modis, quibus possidens bona stabilia, tenetur satisdare, de judicio sisti. Jaso. *in l. scien-*
7 *dum, in pr. ff. qui satisdar. cog.* † Et e converso, licet non possideus mobilia teneatur satisdare de judicio sisti; tamen fallit quinque modis, de quibus Jas. *d. l. c. sciendum, n.* 3. *& seq. ver. capio secundam regulam,*
8 *ff. qui satisdar. cog.* † Declara, quia licet quis non teneatur satisdare, si tamen satisdedit, obligatur tam ipse, quam fidejussor. Bald. *cons.* 46. *Notandum est, in*
9 *pr. lib.* 3. † Restringe, & hic est IV. casus, qui potest addi, quia multi non tenentur satisdare, licet non possideant stabilia, & non cesset potentia satisdandi, prout sunt illustres personae ex privilegio, *l. quoties, Cod. de dign. lib.* 12. & idem in proximis factorum scriniorum, & clerici, de quibus gl. magn. *in l.* 1. *ff. qui satisdare cog.* quibus Jas. addit ibi *n.* 16. duos casus, seu duo genera personarum, pro ut in officiali tempore syndicatus,
10 & in eo, qui est notorie idoneus. † Et nobilis probatae vitae admittitur ad cautionem loco satisdationis, Gloss. *in l.* 1. §. *is autem, ff. de rip. munien.* Bald. *c.* 2. *col.* 3. *de jud.* Tiraq. *de poen. temp. cau.* 51. *n.* 37. quod declarat Petr. Surd. *cons.* 68. *n.* 24. quando con-
11 currit, quod sit nobilis probatae vitae, & constet. † Declara, quia in omnibus casibus in quibus non tenetur quis satisdare, quia idoneus, vel alias remittitur fidejussio, tenetur tamen cavere cum hypotheca bonorum suorum. Jas. *d. l.* 1. *n.* 20. *ff. qui satisd. cog.* imo, & cum hypotheca, & juramento. Jas. *in d. l. sciendum, n.* 6. *ver. in* 3. *par.* Alex. *in l.* 1. *n.* 14. *& in fi. ff. eod. tit.*
12 † Contrarium, quod non teneatur ad aliam obligationem, vel hypothecam, aut juramentum, est communis opinio, & ita de consuetudine servari. idem Jas. *d. l.*
13 *sciendum, n.* 6. *ff. qui satisdat. cog.* † Restringe in eo, qui petit alimenta: quia non tenetur satisdare, etiamsi
14 nihil possideat. Aret. *cons.* 40. *in pr.* † Amplia: quia regula est, quod non possidens stabilia conventus tenetur satisdare, ne judicium reddatur elusorium. Jas. *d. l. sciendum, n.* 3. *v. capto secundum, ff. qui satisdar.*
15 *cog.* † Extende: quia in praetoriis stipulationibus licet semel satisdederit, non est liberatus, licet fidejussor esset idoneus, si desiit esse idoneus, quia tenetur iterum satisdare, secus, si jure actionis esset semel praestita idonea cautio, quod effecta est non idonea; quia amplius satisdare non tenetur. Atat. *cons.* 113. *clarissime Doctor,*
16 Petr. Sur. *cons.* 18. *n.* 13. *& seq. usque in fin.* Restringe in eo, qui est ejusdem fori, quia dicitur idoneus fidejussor, si possidet stabilia, Rom. *cons.* 62. *n.* 7. *v.*
17 *ille enim.* † Restringe quinque modis, ut ibi Jaso.
18 *num.* 3. † Amplia; quia administrator pauper in redditione administrationis tenetur fidejubere. Alex. *in L. si mora, n.* 4. *v. tertio fallit, ff. solut. matr. & in l.*
19 4. §. *ait praetor, n.* 2. *&* 3. *ff. de re judic.* † Suspectus de fuga. an teneatur simpliciter fidejubere de judicio sisti, an etiam de judicato solvendo Afflict. *dec.* 170. *Habuimus in facto, in fi. n.* 4. ubi, quod non reperitur decisum, sed tamen consilium tenuit; quod teneatur cavere de judicio sisti, & judicato solvendo.

† Amplia, quia praestari debet haec satisdatio de judicio sisti ab actore in praeludiis judicii, & antequam reus cogatur recipere libellum. Bal. *cons.* 45. *in pr. lib.* 20
3. † Declara, quia ista satisdatio actoris de jure communi non erat, nisi quod litem contestabitur usque ad duos menses, & quod persistet usque ad finem causae; & de solvendo expensas, si constabit litem injuste movisse, *auth. generaliter. C. de Episcop. & Cler. auth. libellum, C. de lit. contestat.* Sed hodie abierunt in desuetudinem. gl. Inst. *de satisdat.* §. *sed hodie, in ver. satisdationem.* Rom. *cons.* 62. *in fin.* † Et secundum antiquas leges ante ff. vel tempore ff. agens reali non praestabat satisdationem, sed bene conventus reali, sive nomine suo, vel alieno tueretur, praestabat; agens vero personali, vel in conventus non praestabat, nisi quatenus nomine alieno; sed hodie nullus satisdat, nisi alieno nomine, defendat. Inst. *de satisdat. in pr. & §. sed hodie.* † Restringe, quia post conclusum in causa non admittitur praestatio hujus satisdationis. Rom. *cons.* 100. *n.* 3. *v. quoad secundum.* † Amplia, quia opponens nomine principalis exceptionem non numeratae pecuniae contra instrumentum debet satisdare de judicato solvendo. Bald. *cons.* 50. *Isti Hebraei, in pr. lib.* 3. † Extende, & est generalis Regula; quia omnis, qui suscepit defensionem litis alienae, tenetur satisdare. Vide Soc. *Reg.* 8. *Defensor. alienae litis,* ubi limitat tribus modis. † Limita in tantum hodie conventum personali, vel reali suo nomine non teneri satisdare, ut procedat, etiamsi conventus sit forensis, qui sit recessurus lata sententia. Jas. post Gl. *in l. Julianus; n.* 6. *v. ultimo pro complemento, ff. qui satisdar. cog.* † Extende magis in cive etiam ex privilegio; quia licet sit forensis quoad domicilium, tamen etiamsi stat statutum, quod actor forensis teneatur satisdare, non habet locum in cive ex privilegio. Rom. *d. cons.* 62. *num.* 8. *usque in fin.* † Limita: quia is, qui non potest praestare satisdationem propter paupertatem, admittitur ad juratoriam cautionem, ita dicit tex. *in authent. generaliter, C. de Episcop. & Cleric.* ubi Bald. & alii, plene Alex. *in l.* 1. *n.* 14. *ff. qui satisdar. cog.* ubi Jas. *n.* 23. *ver. secunda conclus.* qui dicit, quod ita practicatur. Mars. *in l.* 1. §. *praeterea, n.* 85. *& seq. ff. de quaestio.* ubi, quod ratio est, quia impossibilium nulla est obligatio. † Declara septem modis, de quibus Soc. *cons.* 120. *n.* 3. *& seq. v. circa secundam lib.* 1. quia 10. omnis forensis dicitur suspectus; 20. quia arbitrarium judici, an admittendus sit, vel non, & alia vide; quia debet servare formam, ut obliget se, & juret, ut etiam fatetur. Becc. *cons.* 1. *in fin.* † Extende etiam in casu statuti; quia non debet inducere obligationem ad impossibile. Alex. *cons.* 57. *Ponderatis verbis, n.* 8. *lib.* 3. plene Bertran. *cons.* 103. *n.* 13. *v. sed forte dicent, & cons.* 154. *n.* 8. *in* 1. *par. lib.* 2. † Contrarium stante statuto. Soc. *d. cons.* 120. *n.* 17. *ver. secundo principaliter. lib.* 1. allegat. Angel. *in l. postquam, §. Imperator, ff. ut legat. nomin. caveat.* † Extende, ut procedat etiam in quolibet principali obligato relevare suum fidejussorem, quia admitti debet ad juratoriam cautionem, si aliter non potest satisdare; Alex. *d. cons.* 57. *n.* 5. *& seq. lib.* 3. † Extende in cautione Muciana negativa, quam tenetur legataria praestare, quia si non habet fidejussorem, statur juratoriae cautioni. DD. *in l. facimus, C. de verb. signific.* communem dicit Ceph. *cons.* 669. *in pr.* † Extende etiam in satisdatione de non offendendo; quia pauper, qui non potest, admittitur ad juratoriam. Marsil. *in l.* 1. §. *praeterea, n.* 82. *v. ulterius dico, ff. de quaestio. & n.* 85. *& seq.* † Extende, in usufructuario, qui licet teneatur satisdare, non procedit in paupere, qui debet admitti ad juratoriam. Angel. *in l. cum non facile, ff. si cui plus quam per L. falcid.* sequitur Marsil. *in l.* 1. §. *praeterea, n.* 83. *ff. de quaestio.* Angel. *cons.* 91. *Sancta Carmelitarum, n.* 3. *in fi. col. pen.* † Extende in tutore, qui ob paupertatem excusatus, ut sufficiat cautio juratoria. Marsil. *d. l.* 1. § *praeterea, n.* 98. *ff. de quaestio.* † Extende in officiali in Syndicatu, quia admittitur ad juratoriam cautionem, si non potest satisdare. Mars. *in l. fin. n.* 124. *ff. de Jurisd. omn. judic.* † Extende in officiali Syndicato, quia admitti debet omnino ad juratoriam cautionem, si non potest satisdare, plene Becc. *cons.* 1. *per totum,* ubi, quod sufficit juratoria hoc casu, & dicit procedere, etiamsi statutum esset praecisum, *num.* 25. † Extende, quia ubi 39 agitur

agitur de rebus immobilibus, sufficit cautio nuda. Ce-
ph. *cons. 669. num. 5. & seq.* Vide Tusch. *litt. C.*
ver. Cautio juratoria quando admittenda, Concl. 175.
40 † Restringe, nisi Judex haberet indicia, vel præsum-
ptiones, quod possit satisdare, quia tunc compellitur.
Alex. ex mente Bald. Castr. & aliorum, quos citat *d.*
41 *l. 1. num. 14. qui satisdare cog.* † Et est arbitrarium
judici, an admittatur ad juratoriam, vel non. Socin.
42 *d. cons.* 120 *nu. 4. v. septimo, lib. 1.* † Restringe,
in forensi; quia licet in loco, ubi agit, vel conveni-
tur, non reperiat satisdationem, non statur juratoriæ,
sed debet remitti in locum domicilii, ut ibi satisdet.
43 Alex. *d. l. nu. 15. ff. qui satisdare cog.* † Et procedit
restrictio, etiamsi sint loca diversæ jurisdictionis, quia
debet admitti, ut caveat in loco domicilii, vel debet
admitti ad juratoriam cautionem, non habita distin-
ctione, an locus sit vicinus, vel remotus; plene Alex.
cons. 57. Ponderatis verbis, nu. 5. & seq. lib. 3. Vi-
de Tusch. *litt. F. ver. Fidejussor de judicio sisti, &*
judicato solvendo ad quæ teneatur, Concl. 325.

§. V.

*Satisdatio de judicio sisti, & judicato sol-
vendo quid operetur?*

1 Operatur † satisdatio de judicio sisti, & judicato
solvendo, quod ille qui satisdedit, patitur exequutio-
nem taxationis expensarum, & condemnationis factæ
contra principalem pro quo satisdedit, licet ipse satis-
dans non fuerit citatus. Bald. *d. cons. 45. circa fin.*
2 *ver. modo quæstio, lib. 3.* † Amplia, quia etiam pati-
tur exequutionem in negotio principali, licet non fue-
rit citatus; quia censetur ita voluisse. Soc. *cons.* 283.
*Eleganter, & juridice, num. 12. v. capio nunc secun-
dum, lib. 2.* & hanc communem dicit Bart. *in sua*
3 *quæst. 3. Perusina Civitatis, in pr.* † Extende, ut pro-
cedat, sive sententia sit lata contra principalem præsen-
tem, & se defendentem, sive contumacem, & inde-
4 fensum. Bart. *d. q. 3. num. 2. ver. secundo probatur.* †
5 Amplia multis modis, de quibus supra. † Limita, quia
si principalis pro quo fidejussor satisdedit, fuit condem-
natus absens, vel liti non assistens; tunc fidejussor de
judicio sisti non citatus ex persona principalis acquisi-
sivit exceptionem; ideo contra eum non potest senten-
tia exequi. Soc. *d. cons. 283. in fi. ver. respondeo et-
iam alio modo. lib. 2.*

§. VI.

Satisdatio de judicio sisti, quamdiu duret.

1 Satisdatio † de judicio sisti, si non est dictum, non
habet locum, nisi coram primo judice; ideo non du-
rat coram judicibus appellationis, nisi sit dictum *l. cum
apud Sempronium, ff. judic. solv.* Bald. *cons. 46. No-
tandum est, circa pr. v. sed est advertendum, lib. 3.*
ubi, quod debet adverti in præstatione, quod extenda-
tur ad novos judices. Roman. *cons. 100. In præsenti
causa, prope finem. ver. quin imo.* Vide Tusch. *litt. C.
ver. Cautio, quid importet & quamdiu duret, Concl.*
2 *166. num. 17. & seq.* † Amplia etiam quoad expen-
sas; quia si causa ad alium judicem committatur, qui
satisdedit, non tenetur ad expensas, quando fuit di-
ctum. *d. cons. 46. circa pr. v. sed advertendum lib.*
3 3. † Amplia, quia satisdatio coram uno judice præsti-
ta non durat coram alio, *l. non a judice, §. si quis
alio, ff. de Judic.* Rom. *d. cons. 100. in fi. v. primo*
4 *quia.* † Amplia, quia satisdatio præstita in una causa
non durat in alia. *l. cum lite mortua, ff. judic. solv.*
5 Rom. *d. cons. 100. in fi. v. secundo quia.* † Amplia;
quia sicut satisdatio de judicio sisti extinguitur muta-
tione judicis, vel causæ, aut lite finita *l. Græce, §.
post litem, ff. de fidejus.* ita etiam satisdatio judicatum
6 solvi. Rom. *d. cons. 100. in fi. ver. tertio.* † Amplia
quia, quod dicitur de satisdatione de judicio si-
sti, ut extinguatur, ita ut non duret in causa appella-
tionis, idem est in satisdatione de defendendo. Rom.
cons. 100. in fi. ver. quarto quia; ubi dicit esse casum
expressum *in l. cum quærebatur, in pr.* & ibi Bart. *ff.
judic. solvi*, & vide regulam infra, & idem, quod hic
tenet Apost. 2. ad Matthesil. *sign. 177. Nota, quod
fidejussor*, ubi, quod is, qui promittit defendere, pro-
mittit sistere. Bart. *in l. cum quærebatur, in fi. pr. ff.
judic. solvi.* quem sequitur Petr. de Raven. *sign. 206.
Fidejussor*, & dicit esse casum *in l. v. in pr. in ver.
judicium, juncta gl. ff. si ex noxal. caus. agatur.* † Am- 7
plia; quia satisdatio de judicio sisti expirat lata senten-
tia, *d. l. Græce, §. & post litem, ff. de fidejuss.* ubi
Bart. & alii, qui loquuntur in fidejussione de judicio
sisti, & fidejussore defensionis, & pro regula ponit.
Jas. *in l. 2. §. fin. num. 7. & seq. ver. prima regula*,
ubi limitat duobus modis; *ff. qui satisdare cog.* primo
si actor non incepisset litem intra duos menses, quan-
do fidejussio non est in scriptis, juxta *l. pen. C. de fi-
dejuss.* secundo, quando esset de præsentando, & præ-
sentasset ante sententiam, sequitur Apost. 1. ad Matthes.
sign. 177. Nota, quod fidejussor. † Amplia, quia lata 8
sententia ita expirat, quod fidejussor non potest con-
veniri in exequutione, neque in causa appellationis. Jas.
*d. l. 2. §. fin. num. 9. & seq. ver. secunda regula, ff.
qui satisdare cog.* Matthes. *d. sing. 177. Nota, quod
fidejussor.* † Extende etiam idem; si perempta sit in- 9
stantia. Jas. ibi. *num. 9. ver. amplia.* † Extende, ne- 10
dum in causis civilibus, sed etiam criminalibus. Jas.
ibi. ver. secundo amplia, ubi secus in fidejussore de ju-
dicato solvendo. † Extende, etiamsi talis fidejussor de 11
judicio sisti promisit, quod principalis parebit manda-
ris Curiæ Jas. ubi supra. *v. tertio amplia.* † Extende, 12
etiamsi promisit quod principalis sistet in judicio; &
omnia faciet facienda. Jas. ubi supra. *ver. quarto am-
plia.* † Restringe, quando fidejussor semel fuit in mo- 13
ra exhibendi principalem, ut sisteret in judicio; quia
licet per sententiam liberetur, non tamen a pœna com-
missa ante sententiam Jas. ubi supra. *ver. limita.* † Re- 14
stringe, quando promisit, quod sistet in judicio, quan-
docunque fuerit requisitus, vel toties, quoties Judici
placuerit. Jas. *d. l. 2. §. fin. nu. 9. in fi. ff. qui sa-
tisdare cog. & in l. duobus, §. si ei, num. 19. ff. de
jurejur.* † Amplia, quia satisdatio de judicio sisti non 15
debet continere certam quantitatem loco interesse. Jas.
d. l. 2. §. fin. 11. ff. qui satisdare cog. ubi limitat tri-
bus modis. † Limita, nisi satisdatio esset præstita sim- 16
pliciter de stando juri, & judicato solvendo in præsen-
ti causa, quando vigore statuti essent electi arbitri,
quia videtur eadem causa. Bald. *d. cons. 49. circa med.
v. videamus ergo, lib. 3.* Vid. Tusch. *litt. F. ver. Fi-
dejussor, &c. Concl.* 304. & 325.

§. VII.

*Satisdatio de judicio sisti, & judicato solvendo
differunt in multis.*

Differt † satisdatio de judicio sisti a satisdatione de 1
judicato solvendo in multis; I. quia satisdatio de judi-
cio sisti non potest præstari in causa summaria, in qua
potest perveniri ad litis contestationem, ad sententiam.
Angel. *in l. Julianus, in fi. ff. qui satisdar. cog.* † 2
Contrarium verius dicit Jas. *in rubr. ff. qui satisd.
cog. in fi. & in l. Julianus, in fin. eod. tit.* & *in l.
sciendum, num. 2. in 3. limit. eod. tit.* & plenius Jas.
in l. si vero, num. 5. eod. tit. ubi tollit fundamentum
Ang. quia movetur eo, quia in summariis sola facti,
&c. non contestatur lis, & potest perveniri ad senten-
tiam; quasi quod sit data solum ad hunc effectum,
quod non teneretur, nisi ad litis contestationem, &
tamen tenetur usque ad sententiam. *l. Græce, §. & post
litem, ff. de fidejuss.* † II. quia fidejussor de judicio 3
sisti est improprie fidejussor, & licet opinio sit contro-
versa, tamen non est vera fidejussio, quando principa-
lis non erat obligatus, Jas. *in l. 2. §. si quis, num. 6.
ff. qui satisdar. cog.* † III. quia fidejussor de judicio 4
sisti habet privilegium; quod si non est præstita in scri-
ptis, expiret per duos menses, quibus actor negligit
agere, etiamsi probetur aliter, quam in scriptis, jux-
ta tex. *in l. pen. C. de fidejuss.* qui textus non ha-
bet locum in alia fidejussione de judicato solvendo. Jas.
*in d. l. 2. §. si quis, in num. 8. ver. adde etiam, ff.
qui satisd. cog.* plenius Bar. *in l. pen. C. de fidejuss.* † 5
IV. quia si captus ducitur ad carceres, non relaxatur
data cautione de standi juri, sed debet esse de solven-
do, & sic est ante judicatum de judicato solvendo.
Rom. *sign. 142. unus vult fidejubere.* † V. quia fidejussio 6
de

de judicio sisti expirat lata sententia, secus in fidejussione de judicato solvendo. *l. Grace*, §. *& post litem*, *ff. de fidejuss.* ubi Bart. & quod expiret fidejussio sisti. Bart. *sing.* 30. *Fidejussor*, quod illa de judicato solven-
7 do non expirat. † VI. quia satisdatio de judicio sisti præstatur, sed de judicato solvendo non præstatur ab eo, qui nomine suo agit, ita Jas. *in d. l. Julianus*, *n.* 6. *v. ultimo pro complemento*, junctis iis quæ dicit *in l. sciendum*, *num.* 3. *in fi. ver. gl. magn. ff. qui satis-*
8 *dar. cog.* † VII. differt satisdatio de judicio sisti, a satisdatione de judicato solvendo; quia de judicio sisti respicit solam justitiam, & cohæret personæ, quia sistere est factum personale, ideo finitur mortuo princicipale sine mora, & lata sententia liberatur, fidejussor vero de judicio sisti, & judicato solvendo non liberatur, mortuo principali, a judicato solvendo, licet liberetur a judicio sisti. Jas. *l. si decesserit*, *num.* 3. *&* 4. *ff. qui satisd. cog.* ubi dicit communem; in satisdatione de judicato solvendo inest satisdatio de judicio sisti, non e contra, ideo qui satisdedit de judicato solvendo, non tenetur fidejubere de judicio sisti, Bart. & ibi Alex. *in l. filius*, *num.* 7. Jas. *num.* 8. *ff. qui sa-*
9 *tisdar. cog.* ubi certis casibus limitant. † Declara tamen, quia licet sint diversæ satisdationes, tamen si alternative fiant, puta quia quis promisit de judicio sisti, vel de judicato solvendo, utraque perit, prout sola de judicio sisti, licet Jas. dicat hoc quasi mirabile.
10 *in d. l. si decesserit*, *num.* 5. *ff. qui satisd. cog.* † Et quod differant, & sint species diversæ & separatæ. Marant. *in pax. in* 6. *par. tit. de satisd.* ubi ponit hanc de stando juri, seu judicio sisti in prima specie, & il-
11 lam de judicato solvendo in tertia specie, *num.* 11. † Declarat Alex. *cons.* 210. *Reverende Pater*, *nu.* 8. *in fi. & nu.* 9. *lib.* 2. quia satisdatio de judicio sisti non continet, nisi quod in judicio sistat, & non erit contumax principalis, ideo non committitur, nisi sit contumax, & fidejussor interpelletur, alia de judicato solvendo requirit, quod sit lata sententia, & debitum sit liquidum, alias fidejussor non potest conveniri. ¶

SCALÆ & SCHOLARES.

Praxis scalarum & scholarum.

1 Scalas applicans ad fenestras mulieris honestæ pro tentanda ejus castitate, secundum aliquos tenetur pœna mortis. Bald. *in L.* 1. *ff. de rer. divis.* Boer. *dec.* 237. sed quod puniatur pœna arbitraria, defendit Mant. *cons.* 31. *&* 98. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 68. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 6. *cas.* 575. *nu.* 1. *&* 2. *& centur.* 4. *cas.* 360. *sub num.* 95. Farin. *de delict. & pœn. quæst.* 20. *num.* 145. Peguera *in quæst. criminal. quæst. cap.* 26. Cabal. *resol. crim. cas.* 97. *num.* 1.

2 Scholarium famulis non debetur salarium in utroque foro. Gutierrez. *de jur. confess. par.* 1. *cap.* 64. Martha *voto* 99. *num.* 7. Pratus ad Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 3. §. *simpliciter*.

3 Scholares non possunt capi in scholis. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 30. *vers. in hoc autem proposito. num.* 25. & Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 46. *num.* 11. Exteri, quamvis per decennium fuerint in Diœcesi, si habent animum redeundi in patriam, non sunt subditi, nec possunt ordinari ab Episcopo. Diana *par.* 8. *tract.* 2. *res.* 17. Abb. *in cap. fin. num.* 8. *de Paroch.* Laym. *lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 10. *&* 11. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 11. *sect.* 1. §. 5. *nu.* 32. Non gaudent privilegio Scholarium, si lectiones non audiunt. Diana *par.* 8. *tract.* 7. *res.* 22. uti ponit rationes pro utraque parte, & ibi Lucius *de privil. scholarium. tit.* 31. contra Hunnium. Famuli scholarium gaudent privilegio, quo ipsi, licet de illis non fuerit facta mentio, Rebuff. *in tract. de privil. scholar. privil.* 166. Menoch. *de arbitr. cas.* 503. *num.* 62. Thes. *decis.* 22. *sub num.* 2. *vers. tertio facit.* apud Sperell. *dec.* 128. *num.* 2. Capon. *disc. for.* 230. dum tamen sint in servitio.

4 Pro scholari quis haberi debet, si Rector studii injungit Notario, ut aliquem in Matricula scholarium describat. Alex. *in L. si quis id quod. num.* 4. *ff. de Jurisd. omn. Jud.* Rebuff. *de privil. scholar. privil.* 141. *num.* 2. Bich. *dec.* 221. *num.* 31. & hoc etiam ante descriptionem.

¶ SCHOLARIS MATRICULATUS.

§. Unicus.

Scholaris Matriculatus quid sit.

Scholaris † matriculatus semel remanet matriculatus, 1
licet steterit absens minori spatio quinquennii, si vero majori spatio quinquennii perdit privilegium matriculæ. Bart. *cons.* 134. *universitatis*, *lib.* 1. ubi Apost. *in ver. universitatis*, dat concord. † Ratio est quia per 2
lapsum quinquenii præsumitur non habuisse animum revertendi, quia in quinquennio perficit studium. Bart. *d. cons.* 134. ubi Apost. *in ver. revertendi*, *lib.* 1. † 3
Extende, quia artifex, qui per quinquennium deserit artem, desinit esse de illa arte, & contumax vocatus a Collegio, si perseveret per quinquennium, privatur Collegio, ita Apost. ad Bart. *d. cons.* 134. *in ver. revertendi*, *lib.* 1. † Contrarium Bald. *cons.* 409. *Cum* 4
quæritur, *in fi. lib.* 5. ubi, quod desinit esse artifex, cum primum deserit. † Declara tamen, quia scholaris, 5
qui solvit semel matriculam, licet propter absentiam perdiderit privilegium, & debeat iterum matriculari, non tamen tenetur iterum solvere. Bart. *d cons.* 134. *in fi. lib.* 1. ubi Apost. *in ver. super secundo*.

SCHISMATICI.

§. I.

Schismatici qui dicantur pejores barbaris, & quibus æquiparentur.

Schisma † est species hæresis, quia dubitans in fide, 1
infidelis est, Bald. *cons.* 338. *Ad evidentiam*, *nu.* 4. *ver. num schisma*, *lib.* 1. † Schismatici sunt pejores 2
barbaris, cum eis non est conversandum, & eorum Ecclesia vocatur Synagoga. Oldr. *cons.* 62. *in pr.* ubi *in fi.* dicit; quod interficiens schismaticum, non est excommunicatus, & contra eos potest cruciata, seu Crux prædicari, ubi loquitur de Antipapa creato ejiciendo, & quod cum eis non potest haberi commercium, & quod sunt hostes universalis Ecclesiæ. † Et 3
in cons. 65. incip. *Hic agitur*, *vers. venio ad tertium*, idem Oldr. dicit, scismaticum esse excommunicatum, & præcisum, & a communione Ecclesiæ repellendum, item dicit infamem, furem, latronem, apostatam, falsarium, proditorem, & antichristum. † Schismaticorum 4
sequaces, etiamsi sint Cardinales, sunt pari pœna cum schismaticis puniendi; & idem in fautoribus, & receptatoribus. Oldr. *d. cons.* 65. *v. venio ad tertium*, ubi, quod majorem pœnam merentur, si sint Clerici. † Et 6
Et quod schisma sit pejus delictum, quod committi potest, est text. *in cap. non afferamus*, 24. *quæst.* 3. Castr. *cons.* 420. *col.* 3. *in fin. lib.* 1. quod est Ant. de Butr. † Æquiparantur schismatici banniris, & exulibus; quia mortui reputantur, quia schisma est simile morti, ideo pro mortuis habentur. Bald. *cons.* 338. *num.* 4. *ver. item non obstat*, *lib.* 1.

§. II.

Schismaticorum pœna quæ sint.

Schismatici † privantur jure eligendi Prælatum, quia 1
est species hæresis. Bald. *cons.* 338. *ad evidentiam*, *num.* 4. *ver. item non obstat*, *lib.* 1. ubi, quod habetur scismaticus pro mortuo. † Amplia, quia loco 2
schismaticorum fideles sunt instituendi in dignitatibus, & aliis officiis, quæ obtinent, Bald. *d. cons.* 338. *nu.* 4. *ver. item non obstat*, *lib.* 1. † Amplia etiam in Pa- 3
patu, quia concurrentes ad Papatum schismatici sunt compellendi ad cedendum propter scandalum, & divisionem Ecclesiæ, & Concilium providet, Zubar. *cons.* 140. per tot. maxime, *num.* 14. *& seq. ver. quintus modus*; imo Concilio fuerunt declarati privati, & hæretici, Gregorius XII. & Benedictus XIII. concurrentes ad Papatum. Gem. *cons.* 88. *&* 142. super quo facto consuluerunt etiam Castr. *cons.* 419. Anton. de Butr. *cons.* 420. *inter cons. Castr.* & Matthæus de Matthesilanis, ac Jo. de Canctulo *cons.* 421. *inter consilia*

4 lia *Castr. lib.* 1. † Et quod schisma in principio differat ab hæresi, tamen ex perseverantia in fine derivatur ab hæresi. Ant. de Butr. *inter cons. Castr.* 420. *Viso puncto, dum.* 3. *lib.* 1. *& in fin. col. ver. solum ergo*; ubi allegat. gl. *in c. inter schisma*, 24. *quæst.* 3.
5 & alios. † Amplia, quia schismatici sunt dividentes Ecclesiam universalem Dei, impedientes concilia generalia legitime aperta, & alia Concilia aperientes, & pœna eorum est; quia sunt excommunicati, & privati omni dignitate sine spe restitutionis. Abb. *cons. super concilio Basilien. in* 1. *dubio*, *col.* 14. *&* 15. *ver. sed iis certe non obstantibus*, ubi, quod dicuntur esse extra Ecclesiam, & quod subditi possunt propria auctoritate recedere, etiamsi esset Papa, quia eo ipso, quod
6 est schismaticus, desinit esse Papa. † Extende, quia communicantes cum schismaticis incurrunt in easdem pœnas, & Christus prohibet illis posse communicari; *In viam gentium ne abieritis, & in Civitatem Samaritanorum ne intraveritis*, quia Samaria habebat Tribus aliquas schismaticas sequentes viam gentium. *c. denique*, 7. *q.* v. Abb. *d. cons.* ubi supra proxime. Vide Tusch. *litt. P. ver. Papæ plures eodem tempore qui fuerint. Concl.* 72.

SCIENTIA.

Praxis scientiæ.

1 Scientia præsumitur in illo, qui scire tenetur. Vivian. *de Jurepatr. par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 72. Ciarlin. *controv. for. cap.* 1. *nu.* 95. Lambertinus *de Jurepatr. lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 10. *art.* 4. *num.* 23. *vers. ejus tamen.* Paris. *de resign. Benef. lib.* 10. *quæst.* 3. *a nu.* 60. Bart. *in L. si Patronus ff de confirm. Tutor.* Barb. *axiom. lib.* 17. *cap.* 12. *ax.* 7. *ex cap. ult.* §. *si quis. de clandest. despons. L. Titius*, 45. *ff. de fidejuss.* Seraph. *decis.* 306. *num.* 2.

2 Scientia Adversarii non attenditur in possessorio summarissimo. Farin. *dec.* 685. *num.* 4. *p.* 1. Paris. *de noviss. prob. Jurispatron. res.* 210. Ciarlin. *controv. for. cap.* 107. *nu.* 22. *&* 23 Ludovis. *decis.* 249. *nu.* 10. sicut nec quando agitur de reducendo rem ad pristinum statum, uti de præscribenda libertate Beneficii adversus servitutem jurispatronatus, cum regulariter omnia Beneficia sint libera, & Juspatronatus competat ex privilegio, seu gratia. *L. si partem.* §. *si per fundum. ff. quemadmod. servit. amitt. cap. si de terra.* ubi Abb. & Anchar. *de privil.* Felin. *in cap. vigilanti. de præscript.* Covar. *in cap. possessor.* in 2. *p. initii. num.* 8. *vers. primo sententia communis. d. R. J. in* 6. Ludovis. *dec.* 249. *num.* 9. & Innoc. *in cap. bonæ.* 2. *num.* 1. *vers. sed si Dominus. de postul. prælat.* Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 121.

3 Scientia in Principe supremo inhabilem promovente probatur per verba enuntiativa promoventis. Item per testes, famam publicam in loco, & ex conjecturis. vide *Princeps.* Item probatur, & præsumitur ex lapsu longi temporis. Mascard. *de prob. conclus.* 1293. Put. *dec.* 121. *num.* 6. *lib.* 1. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 107. *num.* 19.

4 Scientia & patientia Episcopi probatur, & resultat ex iteratis visitationibus ab Abbate in Diœcesi, vel loco aliquo factis. Innoc. *in d. cap. bona.* 2. *de postul. præl. num.* 2. Abb. *in cap. cum Ecclesia sutrina. de caus. possess. & propriet. num.* 25. Put. *dec.* 210. *lib.* 3. *num.* 3. Seraph. *dec.* 306 *num.* 5. Bich. *dec.* 194. *num.* 7. & necessaria non est, cum constat de titulo possidentis. Bald. *de præscript. par.* 2. *par.* 5. *princ. quæst.* 7. *num.* 4. Gratian. *discept. for. cap.* 870. *num.* 13. Rota apud Bich. *dec.* 267. *num.* 24. Rot. *decis.* 533. *num.* 4. *p.* 1. *recent.*

5 Scientia potest probari etiam conjecturis, etiam per testes singulares, etiam unico teste concludenter deponente. Natta *cons.* 231. *num.* 2. Surd. *cons.* 19. *n.* 35. *& dec.* 211. *num.* 11. Put. *dec.* 118. *lib.* 2. *num.* 2. Bald. *cons.* 392. Alex. *cons.* 187. *num.* 8. *lib.* 2. apud Bich. *dec.* 18. *num.* 3. *&* 4. quæ conjecturæ resultare possunt ex conjunctione sanguinis. Honded. *cons.* 80. *num.* 47. *lib.* 2. & ubi agitur de re gravi, probatur vehementibus conjecturis. Bich. *dec.* 174. *num.* 5.

6 Scientia Patroni de præsentatione privativa alterius Compatroni præsumitur ex diuturnitate temporis, & præsentationum multiplicitate. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 29. Seraph. *dec.* 306. *num.* 7. quod etiam remittitur arbitrio Judicis. Menoch. *de arbitr. cas.* 161. *num.* 5.

In præjudicialibus non sufficit scientia alicujus actus in genere, sed requiritur scientia in specie etiam omnium qualitatum: alias enim: quis non dicitur rei scientiam habere ut per DD. apud Lancellot. *de attent. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 86. Bich. 500. *numer.* 46. Rot. *decis.* 95. *num.* 4. *p.* 1. *recent.* Cyriac. *controv. for.* 289. *a n.* 36. nec sufficeret scientia præsumpta illarum qualitatum, nec daretur præsumptio præsumptionis. Cyriac. *controv.* 278. *num.* 62. nec ex scientia procuratoris infertur ad scientiam Domini, & ad summum esset tantum scientia præsumpta. de quo Rota *decis.* 430. *num.* 4. *p.* 4. *rec. tom.* 1. Bichius *d. decis.* 500. *num.* 47. & infra *num.* 15. 7

Scientia in filiis, quid pater disposuerit, præsumitur stante publica voce & fama. Peregr. *de fideicom. art.* 52. *num.* 104. ubi plures alios ponit casus, ubi scientia in filiis, aut hæredibus præsumitur. Farin. *in fragmen. litt. J. num.* 138. Trentacinq. *var. res. lib.* 3. *tit. de transact. res.* 1. *num.* 20. & scientia alicujus concessionis præsumitur, & probatur ex retentione scripturarum penes se. Bich. *dec.* 256. *nu.* 9. contentorum in testamento, an præsumatur. vide *Hæres.* 8

Scientia ad effectum pœnæ debet esse certa, & non præsumpta. Natta *cons.* 636. *num.* 192. Surd. *cons.* 189. *num.* 49. Crescent. *dec.* 5. *de præsumpt.* Seraphin. *dec.* 1239. *num.* 1. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 127. *num.* 1. Alex. *cons.* 84. *numer.* 1. Bich. *dec.* 195. *numer.* 7. & DD. *num.* 7. *cit.* 9

Scientia & patientia requiritur, quando agitur de inducenda præscriptione contra aliquem. Buratt. *dec.* 912. *num.* 7. Bich. *dec.* 474. *num.* 4. & ex diuturnitate temporis præsumitur. Bich. *l. c. num.* 5. ubi *DD. cit.* non est probanda in summatissimo possessorio, dum de Adversarii quasi possessione, vel dominio non constat, licet alias bonum jus habere prætendat. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gl.* 45. §. 2. *num.* 32. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 5. *num.* 121. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 249. *num.* 8. Bich. *dec.* 486. *nu.* 7. 10

Scientia fideicommissi in renuntiante probatur per testes singulares, imo etiam per unicum concludenter deponentem. Item ex illius mentione facta in principio instrumenti renuntiationis. Item ex taciturnitate per lapsum longi temporis. Bich. *dec.* 18. *per totam.* ubi DD. *supracit.* non probatur tamen ex enuntiativa sola testamenti, nisi aliæ conjecturæ concurrant. Bich. *dec.* 119. *num.* 6. Sim. de Pret. *cons.* 162. Fusar. *cons.* 39. *n.* 52. Peregr. *de fideic. art.* 52. *numer.* 21. Berous *dec.* 177. *num.* 8. Ayan. *cons.* 193. *num.* 8. contra Honded. *cons.* 53. *num.* 55. 11

Scientia actus ratificandi, ejusque qualitatis requiritur ad hoc, ut ratificatio inducta dicatur, alias ratificatio non præsumitur. Natta *cons.* 162. *num.* 32. quæ etiam conjecturis probari potest. Bald. *cons.* 392. Alex. *cons.* 187. *num.* 8. *lib.* 2. Socin. *cons.* 16. *lib.* 1. *nu.* 42. Bich. *dec.* 6. *num.* 15. *&* 16. 12

Scientia Principis habetur pro causa concessionis. gl. *in cap. ad hæc*, *de rescript.* Natta *cons.* 638. *num.* 15. Barb. *axiom. lib.* 17. *cap.* 12. *axiom.* 1. 13

Scientia Canonicorum induit ratificationem alienationis factæ per Procuratorem, quia scientia inducit consensum. Ita Fachin. *lib.* 13. *controv. Jur. cap.* 50. *& lib.* 8. *cap.* 64. *& lib.* 7. *cap.* 80. apud quem DD. 14

Scientia Procuratoris non afficit Dominum, nec Dominus scire præsumitur, quæ scit procurator. *L. quod vulgo. ff. pro empt.* Gratian. *disc. for. cap.* 853. *num.* 60. Afflict. *dec.* 129. *num.* 10. Natta *cons.* 636. *num.* 190. Surd. *cons.* 183. *num.* 33. Bich. *dec.* 139. *num.* 14. *& dec.* 464. *num.* 24. quod tamen Gratian. *l. c.* hoc dicit procedere in simplici procuratore, secus in procuratore cum specialissimo mandato, vel cum libera &c. quem vide. 15

Scientia Patris de pecuniarum exactione a filio facta redditur clara ex cohabitatione cum ipso filio, præsertim cum agitur de negotio utrumque tangente, & de pluribus exactionibus palam factis tempore successivo. *L. Octavi. ff. unde cognat.* Ruin. *cons.* 123. *numer.* 18. *lib.* 5. Bich. *dec.* 135. *num.* 16. Honded. *cons.* 80. *lib.* 2. *num.* 44. Surd. *cons.* 251. *num.* 16. 16

Jo.

Jo. Bapt. Costa, *de facti scientia & ignor. inspect.* 74. *num.* 1.

17 Scientia Juris præsumitur in viris ingenio, & scientia conspicuis. Bich. *dec.* 256. *num.* 11. gl. *in L. professio. C. de muner. patrim. lib.* 10. Alex. *in L. civitas.* 13. *ff si cert. pet.* Oldo. *de restit. in integr. quæst.* 23. *a nu.* 24. apud Bich. *l. c.* quos proinde ignorantia non excusat. Rot. *dec.* 3. *nu.* 35. *seq. p.* 7. *rec.*

18 Scientia rei emphyteuticæ requiritur in hærede emphyteutæ, ut contra illum a Domino caducitas intentari possit, quæ quidem scientia debet esse certa & clara, ita ut præsumpta non sufficiat, & a Domino probari debet. Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *numer.* 40. Fulgin. *de Jure emphyt. tit. de solut. Can. quæst.* 2. *n.* 259. Gratian. *disc. for. cap.* 633. *num.* 18. Bich. *dec.* 485. *num.* 22. *& seqq.*

19 Scientia præsumpta oritur ex intimatione domi facta citationis, dimissa copia. Franch. *in cap. bonæ memoriæ. num.* 2. *de appell.* Tiraq. *de retrac. lignag.* §. 9. *gl.* 2. *num.* 42. Bich. *dec.* 437. *num.* 19. & hæc non aufert facultatem contradicendi a die veræ notitiæ. Rota apud eund. *l. c. nu.* 20. & præsumpta ex sola acquiescentia non sufficit, sed requiritur vera & inevitabilis, ut quis non contradicendo sibi præjudicet. Rota apud Bich. *l. c. num.* 22. & apud Tut. *dec.* 42. *lib.* 1. coram Coccino. *dec.* 283. *nu.* 4. *inter recent.* præsertim si agatur de magno præjudicio.

20 Scientia sive taciturnitas, quando agitur ad obligandum, non habetur pro consensu. *L. filius.* §. *invitus. ff. de procurat.* DD. apud Bich. *dec.* 611. *nu.* 5.

21 Scientia testamenti paterni, quamvis non arguatur in filiis, si tempore mortis paternæ erant infantes, argui tamen potest, si tempore divisionum, quod attendi debet, erant adulti. Bart. *in L. qui Romæ.* §. *duo fratres. ff. de V. O.* & scientia successoris, quoad contenta in instrumento locationis factæ ab Antecessore, non probatur ex sola scientia instrumenti. *L. non est ferendus. ff. de transact.* Bich. *dec.* 437. *nu.* 17.

22 Scientia sufficit etiam in casibus, in quibus requiritur intimatio. Abb. *cons.* 281. *nu.* 5. *& cons.* 560. *num.* 32. *vers. respondetur.* Alex. *cons.* 27. *num.* 2. *lib.* 6. Rota *in Romana societ. Officiorum.* 5. *Jul.* 1627. apud Bich. *dec.* 82. *num.* 9. & scientia individua exceptionis demonstratur ex mentione, & præservativa exceptionum. Alex. *cons.* 39. *num.* 6. *vers. unde probatio. lib.* 2. *& cons.* 113. *num.* 27. *lib.* 6. Aym. *cons.* 193. *num.* 7. *vers. idque si probaretur.* Surd. *dec.* 265. *numer.* 44. *&* 45. Rimin. jun. *cons.* 262. *num.* 41. præsertim in actis judicialibus, in quibus scientia facilius præsumitur. Pacian. *resp. un. post tract. de re judic. num.* 43. *in fi.* Put. *dec.* 109. *nu.* 4. *lib.* 2. *in cor.* Rota *dec.* 409. *nu.* 3. *par.* 3. *recent.* Bich. *l. c. num.* 12.

23 Scientia in fratre de donatione facta a patre alteri fratri præsumitur ex possessione inæqualis portionis cum acquiescentia. Bart. *in L. qui Romæ.* §. *duo fratres. n.* 14. *vers. pone. ff. de V. O.* Ruin. *cons.* 47. *num.* 11. *lib.* 1. Dec. *cons.* 267. *num.* 2. *& cons.* 287. *nu.* 17. Paris. *cons.* 72. *num.* 25. *lib.* 2. Rol. *cons.* 36. *num.* 16. *lib.* 2. Bursat. *cons.* 174. *num.* 13. Nevizan. *cons.* 84. *n.* 16. apud Bich. *dec.* 6. *nu.* 24.

24 Scientia fideicommissi clare resultat, si ante divisionem solverunt legata a fideicommittente relicta, quia illa non solvissent, nisi inspectis verbis testamenti. Bart. *l. c. in* §. *duo fratres. sub nu.* 13. *vers. potest ex alio.* Rota *in Monopolitana bonorum.* 19. *Decembris.* 1614. *coram Manzanedo.* Bich. *dec.* 158. *num.* 35. Item ex aliis conjecturis, & actibus judicialibus. Idem *nu.* 36. non probatur ex sola enuntiativa testamenti, nisi aliæ cuncurrant conjecturæ. Socin. jun. *cons.* 98. *nu.* 5. *lib.* 2. Paris. *cons.* 12. *num.* 83. *lib.* 2. Berous *cons.* 177. *n.* 8. *lib.* 1. Sim. de Pret. *cons.* 162. *nu.* 2. Fusar. *cons.* 39. *nu.* 52. Peregr. *de fideic. art.* 52. *nu.* 21. Cornel. *cons.* 153. Bich. *dec.* 119. *nu.* 6.

25 Scientia emptoris, quod non tota res vendita spectaret ad venditorem, sicut & in aliis, ex quibus resultet, vide Bich. *dec.* 670. *num.* 15. ubi Rota *dec.* 406. *nu.* 7. *par.* 1. *recent. & dec.* 565. *nu.* 19. *coram Buratt.* Rimin. jun. *cons.* 562. *nu.* 74. *cap. fin. qui matrim. accus. poss.* Gratian. *disc. for. cap.* 301. *nu.* 63.

26 Scientia, & patientia possessoris est necessaria, ut per actus contrarios ei præjudicetur. DD. *in cap. cum Ecclesia Sutrina. de causa possess. & propriet.* Mant. *dec.* 4. *num.* 9. Seraph. *dec.* 1463. *num.* 5. Buratt. *dec.* 912. *num.* 6. Rota *divers. dec.* 165. *n.* 5. *par.* 4. apud Bich. *dec.* 621. *nu.* 25.

Scientia, quando agitur de jure quæsito amittendo, 27 & de incursione pœnæ, debet esse explicita, & indubitata. Cyriac. *controv.* 289. *num.* 38. Merlin. Pignatell. *controv. for. cap.* 30. *num.* 27. *par.* 1. Rota *dec.* 644. *num.* 5. *p.* 3. *& dec.* 322. *num.* 3. *dec.* 387. *num.* 4. *par.* 4. *recent. & dec.* 504. *nu.* 3. *par.* 4. *recent. & dec.* 301. *num.* 28. *par.* 5. *recent. & dec.* 558. *num.* 15. *par.* 5. *recent. lib.* 2. *& dec.* 360. *nu.* 3. *par.* 6. *recent.* & debet esse cum omnibus suis qualitatibus. gl. *in cap. conjectationi.* 8. *ver. non consenserit. de appell. in* 6. Alex. *cons.* 114. *num.* 4. *lib.* 1. Merlin. Pignatell. *controv. for. cap.* 48. *num.* 13. Altogr. sen. *cons.* 84. *num.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 38. *num.* 35. *lib.* 2. Rota apud Zachiam. *de oblig. camer. dec.* 114. *num.* 7. Conciol. *alleg.* 79. *nu.* 23. & ideo ad caducitatem inducendam debet ab illo, qui agit ad caducitatem, formiter probari. Jas. & alii. *in L.* 2. *C. de jure emphyt.* Dec. *in L. qui in alterius.* 43. *num.* 2. *ff. de R. J.* Joan. Bapt. Costa. *in trac. de scientia & ignorant. inspect.* 85. *nu.* 16. Cyriac. *de controv.* 279. *nu.* 36. Altogr. *l. c.* Farin. *cons.* 125. *nu.* 8.

Scientia banni publicati in civitate non præsumitur 28 in pagis, aut castris. Bertazol. *cons.* 125. *num.* 4. præsertim, si distet decem milliaribus Italicis. Rimin. jun. *cons.* 635. *num.* 42. *lib.* 2. Farin. *de consult & mand. quæst.* 133. *num.* 116. *& num.* 127. Et scire non dicitur, cui non fuerunt notificatæ omnes qualitates, & circumstantiæ. Borgnin. *dec.* 12. *num.* 37. *par.* 1. Surd. *dec.* 265. *num.* 19. Cephal. *cons.* 437. *num.* 35. *lib.* 3. Mascard. *de prob. conclus.* 45. *num.* 49. *lib.* 1. *& conclus.* 1299. *num* 13. *lib.* 3. Cyriac. *controv.* 286. *num.* 17. Conciol. *alleg.* 79. *num.* 21.

Scientia partis haberi non potest, sine scientia totius, 29 cum pars in toto contineatur. *L. si quis cum totum.* 7. *ff. de except. rei jud. L. in toto.* 114. *ff. de R. J.* Gratian. *discept. for. cap.* 766. *num.* 52. *par.* 4. & ad cognitionem qualitatis debet præcedere cognitio substantiæ. Bal. *in L.* 2. *num.* 1. ubi Castr. *num.* 3. *C. de bonor. possess. sec. tab.* Gratian. *disc. for. cap.* 552. *nu.* 6. *par.* 3. Ludovis. *dec.* 381. *nu.* 3. ubi Rota *dec.* 344. *num.* 7. Conciol. *alleg.* 2. *nu.* 30.

Scientia elicita ex conjecturis, & præsumptionibus, 30 dicitur scientia vera, & non præsumpta; aliud est enim, scientiam esse præsumtam, & aliud, eam probari præsumptionibus. Rot. post Merlin. *de pignor. decis.* 50. *num.* 34. Cravetta *cons* 73. *num.* 19. *& cons.* 179. *num.* 1. Rota apud Seraph. *dec.* 1459. *num.* 4. *&* 5. Conciol. *alleg.* 3. *num.* 28.

Scientia existentiæ census probari potest ex instru- 31 mento divisionis. Surd. *cons.* 49. *num.* 32. *lib.* 1. Merlin. Pignatell. *controv. for. cap.* 7. *num.* 13. *in fin.* Rota *dec.* 478. *num.* 16. *par.* 4. *recent. to.* 2. *& dec.* 306. *num.* 54. *par.* 7. *recent. & dec.* 643. apud Post. *de manut.* & præsumitur in facto proprio, in quo non cadit ignorantia. *L. fin.* ubi Bart. *num.* 2. *ff. pro suo.* Costa *de facti scient. & ignor. dist.* 65. *num.* 7. Rota *dec.* 111. *num.* 8. *par.* 7. *recent.* Conciol. *alleg.* 3. *nu.* 45.

Scientia præsumitur in his, quæ afferunt commodum, 32 maxime si concurrant cohabitatio, longinquitas temporis, & alia. Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 23. *num.* 84. ubi late *per tot.* quando præsumatur ignorantia, vel non. Paiatell. *annot. civil.* 74. *nu.* 38. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 97. *litt. B.* Rota *dec.* 262. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* Surd. *dec.* 111. *num.* 13. Conciol. *alleg.* 30. *nu.* 39. *&* 40. Rota apud Merlin. *de pignor. dec.* 50. *num.* 25. *& in Rom. divisionis.* 15. *Jun.* 1640. *coram Richio.* alias

Scientia non præsumitur, sed debet probari. *L. ve-* 33 *rius.* 21. *ff. de probat.* Cravetta *cons.* 134. *n.* 18. Ossasc. *dec. Pedemont.* 71. *num.* 36. Surd. *cons.* 28. *num.* 100. Gabr. *cons.* 146. *num.* 14. *vol.* 1. Post. *de manut. obs.* 36. *num.* 15. Cancer. *var. res. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 103. Rota *dec.* 327. *num.* 4. *& dec.* 547. *nu.* 3. *par.* 4. *divers.* & apud Cenc. *de censib. dec.* 83. *nu.* 4. Rota *dec.* 160. *num.* 3. *par.* 3. *recent.* Conciol. *alleg.* 60. *num.* 28. est de essentia actus ratificandi cum suis qualitatibus, quia ratificatio non datur sine scientia actus ratificandi cum omnibus suis qualitatibus, ignorantia enim excludit consensum. Gabr. *l. c.* Mascard. *de probat. conclus.* 1262. *vol.* 3. Surd. *cons.* 28. *num.* 118. Ossasc. *dec. Pedemon.* 158.

138. *num.* 24. Surd. *dec.* 228. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 208. *num.* 7. & DD. *mox supra cit.* Conciol. *alleg.* 61. *num.* 7. *& seq.* & in ratificatione Universitatis non sufficit scientia singulorum, sed requiritur, quod legitime congregata sciat. Conciol. *l. c. num.* 9. ubi Alex. *cons.* 135. *num.* 2. *vol.* 7. Surd. *d. cons.* 28. *num.* 104. *vol.* 1. *& cons.* 323. *num.* 12. *vol.* 3. Post. *l. c. obs.* 36. *nu.* 1. *seqq.* Gabr. *in tit. quod cujusque Universit. nomine. conclus.* 1. *in fin.* Pacion. *alleg.* 110. *num.* 11.

34 Scientia donationis præsumitur, si Donatarius habitet cum donante, & illius acceptatio, ac ratificatio. Menoch. *cons.* 1253. *num.* 14. Rol. *cons.* 19. *nu.* 40. *lib* 1. Borgnin. *dec.* 42. *num.* 23. Surd. *dec.* 111. *num.* 11. Farin. *decis. noviss.* 346. *num.* 8. Bursat. *cons.* 119. *nu.* 5. præsertim si non agitur de re minima. ita Tranchedin. *consult.* 7. *num.* 24.

5 Scientia, ut quis scire dicatur, debet esse perfecta cum omnibus circumstantiis rei venditæ, qualitate pretii, ac clausularum in instrumento positarum. Ruginell. *de oppell.* §. 4. *cap.* 1. *num.* 35. Tiriquell. *de retrac. lignag.* §. 36. *gl.* 2. *n.* 30. Gratian. *disc. for. cap.* 742. *num.* 5. nam scire non dicitur, nisi qui certo scit. Tiraquell. *l. c. num.* 31. Tranched. *consult.* 31. *num.* 49. *&* 50. & supra *nu.* 7.

36 Scientia non sufficit, quando ultra scientiam requiritur factum. Barb. *in cap. eum qui. num.* 2. *de R. J. in* 6. *L. post perfectam. num.* 28. *C. de peric. & commod. rer. vend.* Tiraq. *de retr. par.* 1. §. 36. *gl.* 2. *num.* 28. Ruginell. *l. c.* Gratian. *ut supra.* Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gl.* 8. *par.* 14. *num.* 72. apud Tranched. *l. c. num.* 51.

37 Scientia instrumenti præsumitur ex sanguinis conjunctione. Bec. *cons.* 47. *num.* 24. Bertazol. *cons. civil.* 97. *num.* 2. præsertim si concurrat cohabitatio. Honded. *cons.* 79. *num.* 56. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 168. *num.* 7. *vol.* 1. Schernard. *cons.* 62. *num.* 80. *lib.* 1. apud Tranched. *l. c. consult.* 54. *nu.* 28.

38 Scientia præsumpta sufficit, ut possit deferri juramentum in litem. Rota *divers. dec.* 448. *nu.* 2. *par* 4. coram Ubaldo, Hieronym. Laur. *decis. Aven.* 106. *nu.* 1. Pacionus. *alleg.* 7. *nu.* 8.

39 Scientia actuum publicorum, & notoriorum præsumitur in eo, qui retinet ministros in loco, ubi emanarunt. Cuman. *cons.* 162. *num.* 3. *vers. nec in hoc.* Decian. *cons.* 124. *num.* 21. Menoch. *cons.* 1156. *num.* 66. *vers. quinto.* & scientia ipsa ministrorum reputatur scientia Domini, & illi præjudicat. Rota *dec.* 295. *nu.* 10. *par.* 10. *recent.* Pacion. *alleg.* 177. *nu.* 7. *&* 8. & Rot. *dec.* 507. *per tot. p.* 1. *recent.*

40 Scientia implicita Papæ sufficit ad abstergendam labem simoniæ. Redoan. *de simonia. par.* 1. *cap.* 25. *num.* 25. Suarez. *de relig. tom.* 1. *trac.* 3. *lib.* 4. *cap.* 61. *numer.* 14. Rota *dec.* 978. *num.* 3. *coram Dunozeto jun. & dec.* 357. *num.* 18. *par.* 12. *recent.* apud Pacion. *alleg.* 178. *num.* 24.

41 Scientia ad effectum amittendi jus, puta præsentandi, ob lapsum temporis, debet esse certa, & indubitata. Rota *dec.* 95. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* Dutand. *dec.* 283. *num.* 4. & non sufficit præsumpta Rota *dec.* 111. *num.* 7. *& dec.* 507. *numer.* 8. *par.* 1. *recent.* Coccin. *dec.* 283. *num.* 4. Paccion. *alleg.* 119. *num.* 10. & *alleg.* 26. *num.* 66.

S C R I P T U R A.

Praxis Scripturæ.

§. I.

Quotuplex sit Scriptura, & de privata.

Scriptura, quoad editionem & probationem illius existentiæ apud aliquem, vide Editio.

1 Scriptura alia est privata, alia publica; illa est, quæ fit a privatis, & non publicis personis, & per se authoritatem non habet, nisi Adversarius eam confiteatur, aut si per comparationem alterius Scripturæ probetur. Innoc. *in cap.* 1. *de fide instrumentorum.* Mascard. *de probat. conclus.* 6. *nu.* 79. Genua *de script. priv. lib.* 1. *quæst.* 1. *numer.* 3. Privata alia dicitur apocha, alia antapocha, alia syngrapha, alia liberationum, & alia epistola: apocha est Scriptura facta a creditore, & data debitori, qua solutionem sibi factam fatetur. Vulgo *Ricevuta*, aut latine *recepisse. L. fin. §. filius ff. de cond. indeb.* cum aliis adductis per Genuam *l. c. q.* 2. Antapocha est, quæ fit a Debitore, & Creditori datur, qua solutio pecuniæ continetur, vulgo dicitur chirographum, quo debitor se fatetur debitorem certæ summæ, aut se obligat ad certam summam. Syngrapha dicitur, quæ a pluribus, qui in alicujus rei fidem paciscuntur, scripta est.

Scriptura privata in genere sumpta non probat. *L. instrumenta. C. de probat. L. nuda. C. de donat.* Rol. *cons.* 2. *num.* 139. Mascardus *de prob. conclus.* 111. Genua *de Scriptura privata. lib.* 1. *quæst.* 4. & communis apud eosdem, si tamen non fuit recognita, aut continet inverisimilia, aut se ad aliam refert, quæ non exhibetur, vel si agitur de præjudicio tertii. Gail. *lib.* 2. *obs.* 25. *num.* 9. Rota apud Genuam *l. c. nu.* 7. & in præjudicium tertii non probat, nisi a partibus, & tribus testibus sit subscripta. Thom. Trivisan. *lib.* 1. *disp.* 60. aut aliis adjuvetur adminiculis, & contineat verisimilia, tunc enim probat etiam contra tertium. Bald. *in rubr. C. de fide instrum.* Menoch. *cons.* 85. *num.* 10. Genua *l. c. nu.* 11. apud quem videre poteris plures ampliationes, & limitationes. Sicut vero una non probat, ita nec multæ simul junctæ, quamvis manu Notarii confectæ sint, sed sine solemnitatibus ad Scripturam publicam requisitis. Mascard. *de prob. conclus.* 1300. *num.* 7. Gratian. *decis. March.* 104. Rota quam citat Genua *l. c. num.* 18. Sim. de Pret. *de interpret. ultim. vol. num.* 20. *fol.* 141. *num.* 20. & subscripta per Notarium, an, & quando intelligatur per eum, uti amicum, & non uti Notarium, vide Gratian. & ibi De Luca *in animadvers. ad d. decis.* 104. Imo quamvis scripta fuisset ab Episcopo. *cap. cum a nobis.* ubi Bald. *de testib. L. quadam. §. numularios. ff. de edendo.* Genua *l. c. num.* 19. Neque probat ad utilitatem fisci. *L. inter chartulas. C. de commun. fisci debit.* Peregr. *de Jure fisci. lib.* 6. *vel* 7. *tit.* 1. *num.* 28. quia fiscus in dubio utitur jure privati. *L. idem. ff. de compens. L. cum vitios. ff. de pignor.* Peregr. *l. c.* Imo nec favore piæ causæ plene probat. Mascard. *l. c. num.* 10. Genua. *l. c. num.* 28. quia non plus probat Scriptura privata, quam vox viva. *cap. licet ex quadam. de testib. L. in exercendis. C. de fide instrum.* & plus probat vox viva, quam mortua, & in pia causa non est remissa solemnitas Juris Divini. *In ore trium* &c. *cap. relatum. cap. cum esses. de testam.* Tiraquell. *de pia causa privil.* 1. 2

Scriptura etiam privata facta per modum attestationis non probat. Tusc. *litt. S. conclus.* 26. *num.* 9. Genua. *l. c. num.* 31. *vers. septimo.* nisi de partium consensu fuisset conventum, quod Scripturæ privatæ credatur. Bald. *in L. de quibus.* 17. *ff. de LL.* Felin. *in cap.* 2. *nu.* 13. *de fide instrument.* Cravetta. *cons.* 939. *num.* 12. Genua *num.* 35. quia quod Scriptura privata non probet, est inductum favore partium, cui favori a partibus renunciari potest: sicut etiam testes inhabiles de partium voluntate habilitari possunt. Specul. ubi Jo. And. *de teste.* §. *sæpe. in prima additione.* Imol. *in cap. cum dilectus. de consuet.* ubi Butr. & semiplena probatio de partium consensu potest fieri plena, & sententia, quæ est nulla, potest fieri valida. Gabr. *de testib. conclus.* 1. *num.* 31. Mascard. *de prob. conclus.* 11. *num.* 12. Caroc. *de juram. litt. decis. quæst.* 5. *num.* 11. *&* 12. ubi testis infamis potest a partibus approbari. Imo a partibus fieri potest, quod Scriptura privata habeat vim publici instrumenti. Hieron. Felic. *de societ. cap.* 29 *num.* 84. Farin. *in dec. noviss.* 98. Genua *l. c. num.* 46. 3

Scriptura privata pro scribente non probat, quamvis ipse scribens jurasset. *L. exemplo, & C. rationes. C. de probat.* Paris. *cons.* 12. *num.* 20. Socin. jun. *cons.* 54. *num.* 5. Decian. *cons.* 46. *num.* 33. Honded. *cons.* 109. *a num.* 46. Gail. *lib.* 2. *obs.* 20. *num.* 1. nisi contineret verisimilia; quia tunc probaret etiam pro scribente. Rota apud Genua. *l. c. num.* 143. & accederet juramentum, vel nisi a contraria parte approbaretur, aut pars contraria confessa fuit, quod scribens sit dignus, qui præstetur fides. Mascard. *de prob. conclus.* 111. *in fin.* secus, si tantum fassa est scribentem esse bonæ conditionis & famæ, quia tunc dicitur approbata persona, non vero dictum. Mascard. *de prob. conclus.* 1300. *a num.* 12. 4

§. II.

§. II.

Quando Scriptura privata probet?

5 Scriptura privata probat, si longo tempore a partibus fuit observata. *L. cum de in rem. verſ. ff. de uſur.* Cravetta *de antiq. tempor. verſ. 4. limitatur. num.* 14. Mascard. *de prob. concluſ.* 1300. *num.* 19. Menoch. *conſ.* 508. *n.* 20. Peregr. *conſ.* 64. *num.* 19. *vol.* 1. quia longi temporis observantia facit, quod instrumento minus solemni, & invalido plena fides adhibeatur. Cravetta *conſ.* 65. *nu.* 11. Jos. Ludovic. *concluſ.* 38. *illat.* 4. & 117. sicut cum agitur de modica summa, & levi præjudicio; quia tunc plene illi creditur. Mascard. *de prob. concluſ.* 399. *num.* 4. maxime in antiquis, ubi Abb. & alii. Genua. *n.* 76. *l. c.*

6 Item si Scriptura privata recipit aliquod fomentum, aut supplementum, ex quo fit publica, seu authentica, & fulcitur adminiculis, quia tunc plene probat Cravetta *conſ.* 613. *n.* 14. Fatin. *conſ. crim.* 70. *num.* 59. Gilchen. *in L. rationes. n.* 5. *C. de prob.* adminicula vero sunt, si scribens est bonæ famæ, & solitus semper scribere veritatem. Gozzad. *conſ.* 11. *num.* 18. Item si vir scribens est legalis, & magnæ prudentiæ, nobilitatis, & integritatis. Socin. *conſ.* 186. *num.* 16. Menoch. *conſ.* 402. *num.* 42. Item si Scriptura continet verisimilia. Bald. *in L.* 1. *C. de edend.* Alex. *conſ.* 54. Rota apud Genuam. *l. c. num.* 82. Item si fuit jurata, quia tunc habet etiam executionem paratam. Seraphin. *de privil. juram. privil.* 77. *num.* 18. Graff. *de except. in prælud. num.* 78. alia adminicula vide apud Menoch. *conſ.* 402. *num.* 49.

7 Item si is, contra quem producitur, fatetur, sua manu fuisse confectam; quia tunc contra illum plene probat. *L. Publ. ff. depoſ. auth. contra, qui propriam. C. de non num. pecun.* Gilchen. *in L. instrumenta. num.* 4. *C. de fide inſtrum.* Fel. *in cap.* 2. *n.* 11. *de fide inſtrum.* ubi Dec. Mascard. *de prob. concluſ.* 100. Scacia, & alii apud Genuam. *l. c. num.* 84. quia contra scribentem plene probat. *L. de ætate. §.* 1. *ff. interrog. act.* quamvis postmodum negaret, in illa contenta esse vera. Cephal. *conſ.* 562. Mascard. *de prob. concluſ.* 109. *num.* 9. Scacia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 83. potest tamen, qui scripsit probare, quæ scripsit, non esse vera. Etiam in criminalibus probat contra scribentem, licet is neget, quæ scripsit, esse vera, sed dicat joco, vel ad probandum calamum scripsisse. Farin. *conſ.* 25. *num.* 1. *vol.* 1. Genua. *l. c. num.* 108. *verſ. pulcher. autem* Rodriquez. *Can. qq. lib.* 2. *quæſt.* 13. *art.* 5. Porro Scriptura probat non tantum contra scribentem, sed etiam contra successores illius, & hæredes Mascard. *d. concluſ.* 109. *num.* 3. vide plures apud Genuam *n.* 122. dummodo Scriptura sit recognita.

8 Item si Scriptura, seu apocha esset subscripta a tribus testibus, quia tunc cessat omnis fraudis suspicio. *L. Scripturas. C. qui potior.* Imo Scriptura privata scripta manu debitoris, & subscripta a tribus testibus integræ & probatæ opinionis vigore hypothecæ, vel pignoris, plene probat. *L. Scripturas. C. qui potior.* Angel. *in L. cum antiquitas. C. de teſtib.* Rol. *conſ.* 26. *n.* 1. dummodo testes subscriptionem suam recognoscant, & fateantur, se illam fecisse, aut saltem adfuisse, quando debitor subscripsit. Cravetta *de antiquit. tempor. par.* 1. *nu.* 50. *verſ. etiam quæro.* Et in tantum talis Scriptura probat, ut trino teste bonæ opinionis ac famæ munita præferatur habenti instrumento publicum posterius quoad pignus, & hypothecam. *L. Scripturas. C. qui potior. in pign.* Gabr. *de prob. concluſ.* 11. Genua. *lib.* 1. *ad L. Scripturas. concluſ.* 3. ubi late, & DD. supra cit. in verb. *Debitor. num.* 114. Duo vero testes non sufficiunt, quamvis unus illorum sit Notarius DD. apud Gabr. *l. c. num.* 3. & Mascard. *de prob. concluſ.* 285. *num.* 4. quamvis ipse principalis se subcripsisset; quia adhuc trino teste debet esse munita, non tantum, cum agitur contra tertium, sed etiam contra ipsum debitorem. Scacia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 992. Et qualitas bonæ famæ, & opinionis non tantum est articulanda, sed etiam probanda. Socin. *conſ.* 274. *n.* 10. Cravetta *de antiquit. temp. par.* 1. *verſ. quæritur. num.* 39. Genua *l. c. num.* 12. Vinc. de Franch. *dec.* 644. Mascard. *de prob. concluſ.* 285. Gabr. *de prob. concluſ.* 11. *num.* 6. Ad hæc est necessarium, quod tres testes habeant notitiam partium, & illas agnoscant. Scacia. *l. c. num.* 997. ad excludendas fraudes, & falsitates: & quod sint subscripti, & sua sigilla apposuerint, & quod sint mares, non fœminæ. DD. apud Gabr. *l. c.* Covar. *pract. qq. cap.* 22. *num.* 5. Rol. *conſ.* 84. Mascard. *d. concluſ.* 285. & 1300. Scacia *l. c. num.* 984. Præterea necesse est, quod ambæ partes se subscripserint. Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 24. *n.* 9. quamvis contrarium putet esse communius. Genua. *l. c. n.* 24. qui citat Mascard. Rol. Cravettam, & Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſ.* 114. *n.* 4. præsertim si sigillum principalis fuit appositum; sed

Quæres: quid si unus ex tribus testibus fuit mor- 9
tuus, & duo tantum Scripturam recognoverunt, etiamne tunc talis Scriptura præferenda instrumento publico posteriori? Negativam omnino tenent Gabr. *de prob. concluſ.* 10. *num.* 22. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 96. *num.* 85. Mascard. *de prob. concluſ.* 110. *num.* 18. Menoch. *conſ.* 199. *n.* 26. Surd. *dec.* 71. ubi DD. sed contrariam defendit Genua. *l. c. num.* 69. ubi contraria resolvit, postquam fundamenta utriusque sententiæ posuit. Bursat. *conſ.* 103. *num.* 8. Cephal. *conſ.* 270. Gratian. *deciſ. March.* 94. Gail. *lib* 2. *obſ.* 43. *num.* 4. Mant. *l. c. tit.* 24. *n.* 11. quia publico instrumento creditur, quamvis Notarius fuerit mortuus; tum quia ad probandam Scripturam per comparationem litterarum sufficit, quod duo testes ex tribus subscriptis recognoscant subscriptiones. juxta *L. comparationes. C. de fide inſtrum.*

Porro, ut Scriptura probet contra scribentem, suf- 10
ficit, quod fuerit citatus ad recognoscendum, & non comparuerit, & accusata fuerit contumacia. Rota. Genuen. *dec.* 118. Bich. *dec.* 501. *num.* 2. & DD. apud Genuam. *d. lib.* 1. *quæſt.* 4. *n.* 125. *verſ. Addo.* vel fuerit probata per testes, aut litterarum comparationem. Imo licet Scriptura fuerit per tertium scripta, & ab ipso subscripta, contra quem producitur. Marian. Socin. *conſ.* 9. *n.* 11. quia Scripturam subscribens dicitur totam scripsisse. Borgnin. *dec.* 27. *par.* 2. *num.* 62. Felin. *in cap.* 2. *de fide inſtrum. n.* 7. Bursat. *conſ.* 37. *num.* 24. Decian. *conſ.* 39. *n.* 89. Castr. *conſ.* 320. Gabr. *de præſ. concluſ.* 3. *a num.* 1. Et ut probet contra scribentem, requiritur etiam, quod contineat causam. Honded. *conſ.* 39. *num.* 37. Genua. *num.* 141. *verſ. coarctatur.*

Scriptura privata probat etiam contra producentem, 11
& quidem plene. DD. *in cap. Venerabilis. de except.* Cravetta *conſ.* 815. *n.* 14. Menoch. *de præſ. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 7. Mascard. *de prob. concluſ.* 916. Trentacinq. *var. reſ. lib.* 2. *tit. de fide inſtrum. reſ.* 3. quia producens in Judicio omnia contenta in illa fateri videtur, nec illam amplius reprobare, vel impugnare potest. Peregr. *conſ.* 61. *n.* 10. Alex. *conſ.* 147. Mascard. *de probat. concluſ.* 1241. *num.* 15. quamvis producens fuisset protestatus, quod illam producit tantum in parte, & partibus facientibus, & favorabilibus; quia hac protestatione non obstante teneretur illi stare etiam in partibus contra se facientibus DD. *in d. cap. Venerab.* Rota apud Genuam. *l. c. d. q.* 4. *num.* 158. Magon. *deciſ. Lucen.* 25. *num.* 10. Scacia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 50. quamvis Scriptura sit privata. Surd. *dec.* 267. nisi esset suspecta de falso; dummodo in productione pars fuerit citata ad videndum produci, alias productio esset invalida, & nihil operaretur. Scacia *l. c. num.* 6. Et scripturam producens censetur fateri contenta in illa. *L.* 1. *§. editiones. ff. de edendo.* Alex. *conſ.* 108. *num.* 5. Rol. *conſ.* 2. *num.* 116. *vol.* 1. Bich. *dec.* 556. *num.* 5. Rot. *dec.* 123. *num.* 5. *p.* 1. *rec.* non obstante protestatione prædicta, videri potest etiam Cyriac. *controv.* 602. ubi contra producentem plene probat. Bich. *dec.* 442. *num.* 2. Gabr. *confeſ. concluſ.* 4. *a num.* 1.

§. III.

De Scriptura publica, & authentica.

Scriptura a Notario coram testibus rogata, & in ejus 12
protocollo reperta cum clausula *Actum*, & testium appositione dicitur authentica. Covar. *pract. qq. cap.* 20. & 21. Conciol. *alleg.* 66. Menoch. *conſ.* 42. & 48. & *de*

de præf. lib. 2. *præf.* 81. Mafcard. *de prob. conclus.* 1101. Surd. *conf.* 16. Rota apud Seraph. *dec.* 909.

13 Cenfetur authentica, quæ eft confecta fecundum morem, & confuetudinem regionis, quia confuetudo habet vim efficiendi authenticham Scripturam, quæ alias non effet. *cap. cum dilectus.* §. *fin.* ubi gl. & Fel. *nu.* 35. *de fide instrum.* Specul. *de instrum. edit.* §. 7. *nu.* 8. ubi Jo. Andr. *in edit. magna ad fin. verf.* 7. qui ait, quod Venetiis ftatur inftrumentis fcriptis per facerdotem, & multis in locis certum figillum, certa fubfcriptio, & certa ftampa, aut formæ impreffio fufficit, uti in quibufdam locis Galliæ. & ftatur confuetudini loci illius, & inftrumentis eo loco factis, licet alibi agatur, & producantur. *cap. dilectus. de fide instrum. L.* 1. C. *de emanc.* Jaf. *in L. admonendi. num.* 78. *ff. de jurejur.* Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 20. *num.* 8. Genua. *l. c. quæst.* 11. Item fi a Superiore Judice per fententiam, aut a Principe fuit approbata, & admiffa, imo fi juffu Principis duntaxat fuit confcripta. Item fi in actis Judicii fuit reperta, dummodo a Notario in libris actorum infinuata, & approbata fuerit, ponendo productionem, quia talis atteftatio habet vim fubfcriptionis teftium. Genua *l. c. nu.* 166. ubi Craveud *de antiq. tempor.* & alii.

14 Scriptura privata, fuscripta & figillata figillo Principis, Comitis, aut alicujus publici Officialis plene probat, ficut etiam quælibet alia, parte contraria, contra quam producitur, non opponente; quia tunc habetur pro publica. Surd. *dec.* 190. *num.* 8. Macerat. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 58. *num.* 7. Rota Genuen. *dec.* 21. Mafcard. *de prob. conclus.* 121. *nu.* 10.

15 Scriptura privata defumpta ex archivio, fi eft antiqua, habetur pro publica, & probat, præfertim, fi inter alias publicas fuit reperta, & ab Officiali publico in archivio fuit cuftodita, ad quem tamen effectum eft neceffarium, quod omnes Scripturæ cuftoditæ habeantur pro publicis; alias commixtio privatarum & publicarum impedit probationem. Genua. *d. lib.* 1. *post cit. quæst.* 4. *tit. An Scriptura privata ex archivio. q.* 2.

16 Scriptura privata a partibus fubfcripta etiam fine teftibus, vim publicæ obtinet quoad perfonalem actionem, contra debitorem exercendam. *L. Scripturas. C. qui potior.* Genua. *d. lib.* 1. *quæst.* 16. *conclus.* 1. & ibi DD.

17 Scriptura privata confeffata, & recognita æquiparatur publico inftrumento. *L. ne in arbitris.* 4. *C. de arbitr.* Dicitur autem fufficienter recognita a teftibus deponentibus fe, vidiffe illam fcribi, & fubfcribi, qui eft verus modus recognofcendi Scripturas privatas. Fel. *in cap.* 2. *num.* 4. *de fidejuss.* Menoch. *de arb. caf.* 114. *num.* 20. Marefcot. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 79. Genua *de Script. priv. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 12. Rota apud Bich. *dec.* 20. *num.* 3. Imo fufficit, quod fuerit recognita a teftibus habentibus notam manum fcribentis. Cytiae. *controv.* 246. *nu.* 11. Ruin. *conf.* 46 *num.* 11. Scacia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 971. Baratt. *dec.* 522. *nu.* 5. Bich. *dec.* 501. *nu.* 1. & hoc faltem de Stylo Curiæ, quamvis in alias non approbet Menoch. *l. c. nu.* 22.

18 Sed quæres, quam probationem facit Scriptura probata per comparationem litterarum? Refpondetur effe prius videndum, quomodo fiat comparatio litterarum. Et quidem ad comparationem litterarum duplex requiritur Scriptura; una, ex qua fit comparatio, altera, ad quam fit comparatio. Bart. *in L. comparationes. & in L. admonendi. C. de probat.* Scriptura, ad quam fit comparatio, eft illa, quæ in judicio producitur, ut ei fides adhibeatur. Scriptura vero, ex qua eft illa, quæ in judicio producitur, ut ex illa fimilitudo accipiatur. Rol. *conf.* 26. *lib.* 1. Jof. Ludovic. *dec. Perusin.* 7. *n.* 1. *par.* 1. Genua *de Script. priv. lib.* 2. *in princ. de apocha manu debitoris conscripta. num.* 27. Scriptura, ex qua comparatio defumenda eft, debet effe certa, vera, & indubitata illius, qui illam fcripfiffe afferitur. Trentacinq. *var. ref. lib.* 2. *tit. de fide instrum. ref.* 7. *num.* 2. & Judex pro comparatione facienda poteft cogere Adverfarium negantem fcribere, & ex illa comparationem facere ad Scripturam contentiofam. Imo producens talem apocham poteft inftare apud Judicem, ut ex officio interroget eum, contra quem producitur, an talem apocham fcripferit, & eundem teneri ante litem conteftatam interrogatorio refpondere. Abb. *conf.* 737. *num.* 6. Vivius *commun. opin.* 113. *num.* 2. Magon. *decis. Lucen.* 17. *num.* 2. Farin. *in fragmen. criminal. par.* 1. *num.* 449. Menoch. *de arbitr. caf.* 114. *num.* 12. Scacia. *de Jud. lib.* 2. *de Jud. cap.* 11. *num.* 939. & alii plures apud Genuam *de Script. priv. lib.* 1. *d. tit. de apocha manu debitoris &c. num.* 30. & Scripturâ manu tertii fcripta de ejus tamen mandato, ficut propriam recognofcere tenetur, & ad recognofcendum cogi poteft.

19 Comparatio autem in omnibus cafibus fieri poteft, in quibus comparatio ipfa poteft aliquem veritatis effectum producere, alias fecus. Genova *de Script. l. c. num.* 35. quare fi quis haberet probationes veritatis aliunde, a comparatione, abftinendum effet. Bald. *in d. L. comparationes*, ficut etiam, quando alio refpectu Scriptura fidem non faceret, uti fi Scriptura privata effet fine caufa.

20 Comparatio vero a Judice committitur peritis Scriptoribus, qui illam faciant, & Judici referant, juxta *L. non semel. C. de re militari. lib.* 12. dummodo peritis detulerit juramentum, juxta formam *in L. comparationes*, & debent adhiberi duo, vel plures, fi in loco haberi poffunt, alias fufficiet unus. Bart. & DD. *in L.* 1. §. *fin. ff. de V. O.* Alex. *conf.* 179. *num.* 6. Jof. Ludovic. *dec. Perus.* 7. *num.* 9. Menoch. *d. caf.* 114. *n.* 27. Scaccia *l. c.* 1601. Periti autem, qui eliguntur, non debent effe fufpecti partibus, fed confidentes. Genua *l. c num.* 45. & 46. *lib.* 2 & eorum juramentum non poteft recipi, nifi partibus præfentibus, aut legitime citatis, ut poffint opponere contra illos, fi habeant pro fufpectis. Bart. *in L. Theopompus. num.* 1. *ff. de dot. præleg.* Fel. *in cap. quia judicante. num.* 1. *de præsumpt.* Farin. *conf.* 70. *nu.* 16. Genua *l. c. nu.* 49.

21 Porro ifti periti non jurant, nec tenentur jurare de veritate, fed tantum de credulitate. Caftr. *in d. L. comparationes.* Jof. Ludovic. *d. c. Perus.* 7. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 58. Genua. *l. c. nu.* 54. apud quem alii plures. Et qui comparationem petit, folemniter tactis manu Evangeliis, jurare debet, quod non folum idoneam habens fidem ad ipfam comparationem confugit, & quod circa eam nihil egerit, quod poffit veritatem immutare; quia cum judicium comparationis fit fubfidiarium, ad illud deveniri non debet, nifi in defectum aliarum probationum. Cephal. *conf.* 570. *num.* 7. & 8. Scacia. *l. c. num.* 1057. Gilchen. *in L. comparationes. num.* 3. *C. de fide instrum.* Et petens comparationem debet etiam jurare de calumnia. Surd. *conf.* 187. *num.* 26. Jo. Bapt. Cofta. *de remed. subsid. remed.* 7. *a num.* 1. Trentacinq. *var. ref. lib.* 2. *de fide instrum. ref.* 6.

22 Juramentum vero, quod defertur peritis juxta formam. *in L. comparationes est* nimirum, quod ad id non accedant lucri caufa, neque ex inimicitia, vel gratia erga partes. Ita Scacia, Menoch. Cofta. *ll. cc.* apud Genuam *l. c. num.* 60. quibus præftitis juramentis Judex, & Periti coram fe pofitis Scripturis litteras fimplices, feu elementa, earum tractum ftylum, modum dictaminis, & alia ad eruendam veritatem utilia confiderare debent. Menoch. *l. c. nu.* 31. & alii apud Genuam. *l. c. num.* 62. fufficit autem, quod periti juraverint femel ante factam comparationem, & non eft neceffarium, quod iterum jurent ante relationem.

23 Quæritur jam, quam fidem faciat comparatio litterarum, uti præmittitur facta? Refpondetur, quod quamvis olim faceret plenam probationem, & hodie etiam, quod faciat plenam fidem teneant Accurfi. *in L.* 3. §. 1. *in verb. speciem. ff. de testibus* Albericus *in d. L. comparationes.* apud Mafcard. *de prob. conclus.* 330. *nu.* 8. & nonnulli alii relati per Riminal. jun. *conf.* 779. *nu.* 4. tamen vera & communis fententia eft, quod faciat femiplenam probationem. gl. *in d. L. admonendi.* Bart. *in L. nuda ratio. ff. de donat.* Fel. *in cap.* 2. *num.* 14. *verf. limita. de fide instrum.* Rol. *conf.* 26. *a num.* 12. Covar. *pract. quæst. cap.* 22. *num.* 6. Burfat. *conf.* 123. *num.* 31. Surd. *conf.* 187. *num.* 24. Mafcard. *l. c. conclus.* 330. Gilchen. *in L. instrumenta. num.* 13. *de prob. & in L. comparationes. C. de fide instrum.* Natta *conf.* 632. Vivius *com. opin.* 113. *num.* 1. Cofta *de remed. subsid. rem.* 7. *num.* 14. Farin. *in fragmen. civil. par.* 1. *num.* 495. & alii apud Scaciam. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 999. & *seqq.* ubi reprobat Menoch. & fequaces, & ratio eft, quia Scriptura privata fimpliciter de per fe abfque aliis adminiculis, inducit præfumptionem ad favorem inducentis, quæ eft minor femiplena probatio.

batione; ergo si accedat comparatio, faciet semiplenam probationem. Genua *de Script. priv. lib. 2. nu. 74. d. tit. de apocha &c.* Bald. *in d. L. comparationes. col. ult. nu.* 33. In tantum, quod producenti talem Scripturam per comparationem comprobatam deferri possit juramentum suppletorium. DD. cit. & Rodriquez. *lib 2. Can. qq. quæst.* 13. *art.* 5. Genua. *l. c. nu.* 75. nisi essemus in causis magni ponderis, quo casu juramentum suppletorium non admittitur, ita DD. communiter apud Mascard. *de prob. conclus.* 954. *nu.* 30. Mancin. *de juramen. part.* 2. *art.* 6. *n.* 5. Genua *l. c. n.* 76. ob suspicionem perjurii ratione magni emolumenti: quæ autem sint causæ magni, vel parvi momenti remittitur arbitrio Judicis. Mascard. *l. c.* Menoch. *de arbitr. cas.* 71. Mancinus. *d. art.* 6. *num.* 7. quod tamen juramentum suppletorium evitari non potest, si fuit probatum plusquam semiplene, etiam in causis magni momenti, præsertim si jurare debens sit honesta persona. DD. apud Mancin. *l. c. n.* 8. & Mascard. *conclus.* 957. Put. *dec.* 1. *de jurejur.* Maccrat. *var. res. lib.* 2. *res. ult. cap.* 32. Genua. *l. c. nu.* 80. & diximus in verb. *juramentum*, & alibi, & si ad Scripturam privatam per litterarum comparationem comprobatam accesserit alius testis, qui deponat, se fuisse præsentem, & vidisse, quando debitor scripsit, plenam faciet probationem. Scacia *l. c. cap.* 11. *num.* 1028. Farin. *l. c. in fragmen. par.* 1. *n.* 515. Genua *l. c. n.* 81. quia duæ probationes semiplenæ, etiam diversi generis, tendentes ad eundem effectum conjunguntur, ut plenam faciant probationem. gl. *in L.* 3. §. *Idem Divus. in vers. specie. ff. de testib.* Farin. *cons.* 70. *n.* 67.

24 Aliquando vero potest esse tanta vis comparationis, ut illa sufficere possit ad plenam probationem. Bart. *in d. L. admonendi num.* 26. & DD. *in cap.* 2. *de fide instrum.* Peregr. *cons.* 101. *num.* 7. Scacia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 530. & 531. & sunt plures casus, in quibus comparatio prædicta facit plenam probationem. Primo, si comparatio ostenderet Scripturam simul cum illa, ad quam fit comparatio, esse per omnia similem, quia tunc plene probaret. §. *si quis igitur. in auth. de fide instrum.* Mascard. *de prob. conclus.* 330. *n.* 20. Vivius *opin.* 233. *n.* 3. Marescot. *l. c. d. cap.* 29. *n.* 7. & 8. apud quem Rota *in Romana. de Malvetiis.* 25. *Maii* 1587. *coram Plato.* Genua *d. lib.* 2. *n.* 87. Secundo, si ultra comparationem adest etiam subscriptio trium testium suum characterem recognoscentium, licet non omnes testes recognoscerent Scripturam, sed tantum aliqui eorum.

25 Comparatio litterarum facit etiam plenam fidem, quando & scribentes, & subscribentes mortui sunt. §. *si vero nihil.* & § *si vero omnes. d. auth. de instrum. caut.* & alii apud Genuam. *num.* 93. Item, si inter partes fuit conventum, quod sola litterarum comparatio faciat plenam probationem. Præterea litterarum comparatio facit plenam fidem in omnibus casibus, in quibus admittuntur testes recognoscentes manum alterius; qui eam notam habent, licet non viderint illum scribere. Farin. *l. c. num.* 512. & 513. Item facit plenam fidem, quando aliis adminiculis est munita. Ratio est, quia in apocha privata non sufficit comparatio propter suspicionem falsitatis, quæ in illa potest committi, hæc autem suspicio cessat, ubi adsunt in contrarium adminicula pro veritate apochæ. Farin. *l. c. n.* 514. & *cons.* 70. *n.* 65. Paris. *cons.* 28. *n.* 50. *lib.* 2. Genua. *l. c. nu.* 97. *vers. suspicio.*

26 Quia vero supradictum fuit in causis magni momenti, vel valoris, non habere locum comparationem litterarum, videndum restat, quænam dicantur causæ magni valoris ad hunc effectum? Respondetur illam causam dici magni valoris, quæ excedit unam libram auri, dicitur autem constituere unam libram auri summa nonaginta sex aureorum. Vivius *opin.* 76. *num.* 5. Scacia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 99 *n.* 2. Sola *de Monet. cas.* 41. *n.* 4. Jos. Ludovis. *decis. Perus. num.* 3. & alii apud Genuam. *num.* 106. ubi Rol. *de lucro dotis. quæst.* 53. *in fi.* libram auri constare ad minimum ex aureis centum & septem. Peregr. *cons.* 102. *num.* 11. Trentacinq. *res.* 7. *num.* 1. Costa *de remed. rem.* 7. *nu* 1.

27 Comparatio tamen litterarum, quamvis juxta dicta procedat in causis civilibus, tamen in criminalibus non admittitur, veluti ad probandam falsitatem; ad quam probandam non sufficit comparatio litterarum. Dec. *cons.* 615. *col.* 1. Mascard. *de prob. conclus.* 330. *num.* 26. & 27. & *conclus.* 627. *n.* 29. Vivius. *opin.* 113. *num.* 20. Scacia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 1020. Cabal. *res. crimin. cas.* 151.

Quæres, si quis fuit accusatus, quod scripserit libellum famosum, ille negaverit, eritne tunc deveniendum ad comparationem litterarum? affirmat Costa. *de remed. subsid. rem.* 7. *num.* 12. apud quem plures alii, quem sequitur Genua. *l. c. num.* 113. indicium tamen non facit ad torturam. Farin. *cons. crim.* 70. *n.* 14. Trivis. *dec.* 52. *n.* 8. & alii apud Genuam. *n.* 118. 28

Quæres 2. an comparatio scripturarum in libris rationum faciat plenam fidem & probationem? Sententia affirmans est communissima, & probatur ex eo, quod *L. comparationis* sit duntaxat correcta in apochis, & apodissis, non autem in libro rationum. Ita tenent Mascard. *de prob. conclus.* 330. *n.* 17. & 18. Vivius *opin.* 113. *num.* 22. Peregr. *cons.* 10. *num.* 10. *lib.* 2. Gilchen. *in L. instrumenta. num.* 20. *C. de prob.* Trentacinq. *d. res.* 7. *num.* 5. qui plurimos citat, quia facilius est committere fraudem in apocha, quam in libro rationum, qui semper remanet apud scribentem. Eandem defendunt Scacia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *nu.* 1022. Farin. *in fragmen. crimin. par.* 1. *num.* 524. Genua *lib.* 2. *num.* 123. Menoch. *de arbitr. cas.* 114. *n.* 25. quod idem tenent in epistola *DD. mox. cit.* & Genua. *d. lib.* 2. *n.* 130. 29

Quæres 3. an Scriptura, quæ a partibus non fuit subscripta, sed tantum a testibus, faciat plenam fidem? 30
Respondetur, si testes suas subscriptiones recognoscentes tantum deponant, quod fuerint præsentes apochæ, de qua controvertitur, & vidisse illam scribi, tunc non facit plenam fidem, sed requiritur ulterius litterarum comparatio. Bart. *in L. nuda ratio.* & *in L. admonendi. C. de fide instrum.* & *in L. Scripturas. C. qui potior. in pign.* Canonistæ. *in cap.* 2. *de fide instrum.* Socin. sen. *cons.* 274. *num.* 6. *lib.* 2. Gabr. *de prob. conclus.* 9. *num.* 14. Menoch. *de arbitr. cas.* 114. *nu.* 2. Burlat. *cons* 123. *num.* 22. Mascard. *de prob. concl.* 330. *num.* 28. Scaccia. *d. cap.* 11. *num.* 976. Cravetta *de antiquit. temporis. vers. quæritur etiam num.* 79. Genua *l. c. num.* 39. si autem testes deponant etiam de tenore, & contentis in apocha, tunc plene probat. Host. Jo. And. Imol. *in cap.* 2. *de fide instrum.* & alii, quos citat Genua. *l. c. num.* 137.

§. IV.

Miscellanea de Scriptura.

Scriptura est stricti juris, quæ aliis in illa non nominatis nec nocet, nec prodest. Bart. *in L. admonendi. num.* 32. *ff. de jurejur.* Bald. *in L. probationem. C. de probat.* & semper intelligitur *salvo jure tertii.* Castr. *cons.* 72. Dec. *cons.* 468. *n.* 26. Barb. *axiom. lib.* 17. *cap.* 13. *ax.* 14. 31

Scriptura minus perfecta probat stante observantia etiam plene. Cravetta *cons.* 101. Menoch. *cons.* 423. Surd. *cons.* 262. Seraph. *dec.* 928. Rota apud Merlin. *dec.* 40. Bich. *dec.* 29. *num.* 10. & *dec.* 133. *num.* 4. facta parte absente, & nemine stipulante, non obligat. Ciarlin. *controv. for. cap.* 127. 32

Scriptura privata vera in una parte, præsumitur vera in totum. Bich. *dec.* 20. *num.* 5. Castr. *cons.* 301. *num.* 4. Paris. *cons.* 90. *num.* 4. Cyriac. *controv.* 272. *nu.* 4. Ludovis. *dec.* 62. *num.* 8. Inserta in aliquo instrumento, ut fidem faciat, requiritur, quod illa fuerit inserta cum decreto Judicis, alias urget suspicio Antidatæ. Bich. *dec.* 130. *n.* 5. & *dec.* 131. *num.* 7. Gratian. *disc. for. cap.* 693. Afflict. *dec.* 273. *n.* 4. Crescent. *dec.* 1. *de prob.* Buratt. *dec.* 108. *n.* 1. qualiter probetur alicujus esse. vide Menoch. *de arbitr. cas.* 114. Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. *n.* 24. 33

Scriptura privata, vel apocha Tutoris probat, debitorem solvisse, etiam contra pupillum. *L. Lucius.* §. *tutela. ff. de administr. Tutor.* Tiraquell. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 18. *num.* 95. Mascard. *de prob. conclus.* 111. *n.* 21. & *conclus.* 370. 34

Scriptura in lapidibus monumentorum, in columnis antiquis, & in muris, ac parietibus, probat, Genua. *l. c. a num.* 187. quia talis Scriptura publice omnibus apparet, & inducit notorium. Bart. & Bald. *in L. monumentorum.* 35

rum. C. de relig. etiam in recentibus, nisi agatur de præjudicio tertii, uti quod Ecclesia fuerit consecrata. Mascard de prob. conclus. 415. n. 3. nisi tamen præjudicium tertii esset leve.

36 Item in locis, in quibus viget consuetudo, quod Scripturæ privatæ credatur, dummodo consuetudo sit legitime præscripta, quod debet probari ab allegante, & dummodo Scriptura sit facta in loco, in quo viget talis consuetudo, quia tunc Scriptura ubique terrarum probaret. Genua. *l. c. a n.* 200.

37 Scriptura privata patris probat ætatem filii. Socin. jun. *cons.* 3. *n.* 5. Mascard. *de prob. conclus.* 670. *per tot.* Menoch. *de arbitr. cap.* 116. Farin. *fragm. crim. par.* 1. *n.* 153.

38 Scriptura privata, quando est per testes justificata, vel solemniter per ipsum scribentem, vel alio modo recognita, probat contra debitorem, non contra alios. DD. apud Genuam. *de script. privata lib.* 2. *l. c. nu.* 225. sicut etiam scripta per manus duorum Notariorum, si subscripserunt tanquam Notarii.

39 Scriptura privata licet regulariter non probet, facit tamen aliquam præsumptionem in favorem creditoris illam producentis. Rol. *cons.* 26. *num.* 14. Cephal. *cons.* 454. *num.* 55. Mascard. *de prob. conclus.* 111. *n.* 5.

40 Scriptura privata ad sui valorem non requirit nec diem, nec annum, nisi controvertatur de prioritate temporis. Genua *de Script. privata. quæst.* 3. *lib.* 1. *post quæst.* 4. *princip.* non probat, præsertim in præjudicium Ecclesiæ. *cap.* 1. *&* 2. ubi DD. *de fide instrum.* Specul. *in tit. de instrum. edit.* §. 2. *per totum. &* §. 7. *numer.* 1. Angel. *cons.* 220. Bien. *decis.* 443. *num.* 4.

41 Scriptura privata adminiculis fulta, & munita, idem operatur, quod publicum instrumentum. Cyriac. *controv.* 252. *nu.* 13. & si vera apparet, habet vim publici instrumenti. Bald. *cons.* 198. *nu.* 5. *lib.* 1. & *cons.* 279. Bich. *dec.* 481. *num.* 19. *&* 20. ubi Rota.

42 Scriptura, quam quis impugnavit, postea pro se uti nequit, *cap. ex eo. de R. J. in* 6. *cap. cum olim* ubi Abb. *de cens. in* 6. Surd. *cons.* 151. *num.* 93. Buratt. *dec.* 46. *nu.* 11. Bich. *dec.* 208. *nu.* 5. Rota una parte tantum informante.

43 Scriptura non est de essentia cambii. Bich. *decis.* 74. *n.* 44. Scaccia *de camb.* §. 1. *quæst.* 5. *n.* 10.

44 Existens in archivio præsumitur combusta, combusto archivio, si archivii combustio fuerit probata. Bich. *dec.* 270. *num.* 11.

45 Sed quia mentio fuit facta de Scripturis ex archivio extractis, videndum nunc est, an ejusmodi Scripturæ probent? Respondetur, quod Scripturæ extractæ ex archivio Civitatis, cum res agitur inter ejusdem Civitatis cives, probent, quia archivium probatur inter subditos Fel. *in cap. ad audientiam. n* 12. *vers. tamen non negat. de præscript.* Cardin. *cons.* 72. *n.* 8. Alex. *in auth. si quis in aliquo. n.* 8. *C. de eden. & cons.* 138. *n.* 5. *lib.* 1. Gabr. *de prob. lib. conclus.* 5. *n.* 14. Vestrill. *dec.* 42. *par.* 1. Rota tamen voluit Scripturas extractas, vel a successore in officio, vel ex Archivio Civitatis debere recognosci in Curia, alias nihil probare. Put. *dec.* 359. *n.* 3. *lib.* 2. ita *in Brittinorien. Jurispatron.* 20. *Decembr.* 1610. *dec.* 271. *par.* 1. *recent.* Trentacinq. *var. res. lib.* 2. *res.* 8. *n.* 5. *tit. de fide instrum.* Cravetta *cons.* 274. *sub num.* 6. Merlin. *dec.* 264.

46 Et quod Scripturæ desumptæ ex Archivio publico probent, tenuit Rota apud Merlin. *decis.* 264. Est autem archivium publicum, si habet publicum Officialem, & Custodem. Fel. *in cap. ad audientiam. de præscript.* Merlin. *l. c. num.* 24. qui dispositia monumenta exacte conservet, qui claves archivii asservet. Cravetta *cons.* 158. *num.* 5. *& cons.* 274. *num.* 5. *&* 6. Item si in illo solum Scripturæ publicæ, & authenticæ asservari solent. juxta *cap. ad audientiam. de præscript. & L. census. ubi gl. ff. de probat.* Bart. *in L.* 1. *ff. si cert. pet. Jac.* Pignatell *to.* 4. *consult.* 42. *num.* 20. Genua *de Scriptura privata. tit. de lib. Monast. lib.* 5. *fol.* 169. Surd. *cons.* 245. præsertim, si fuerunt extractæ ex archivio Ecclesiæ Cathedralis. Pignatell. *tom.* 1. *consult.* 223. *n.* 18. Hinc

47 Scripturæ extractæ ex Archivio Episcopali dicuntur extractæ ex archivio publico, & plene probant. *cap.* 2. *de fide instrum.* ubi Cardinal. & Hostien. Genua. *de Scriptura priv. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 33. & alii apud Merlin. *dec.* 264. *num.* 3. & Archivii Scriptura data per Archivistam non suffragatur, nisi docto de deputatione. Rota *dec.* 135. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* apud. Farin. Et quod Archivium Episcopale dicatur publicum, & Scripturæ ex illo extractæ plene probent, probatur ultra *d. cap.* 2. *de fide instrum.* etiam a Rota. *decis.* 45. *num.* 2. *par.* 5. *recent.* apud Bich. *decis.* 246. *nu.* 17. qui citat Franc. Mar. *dec.* 298. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. Alvarot. *inter cons. Alber. Brun. cons.* 121. *num.* 1. An hoc vero procedat, quando agitur de interesse ipsius mensæ Episcopalis, & contra tertium, præsertim non subditum, sed Judice litem esse dicit Bich. *ibid. num.* 18. Certe archivium Episcopale, quantumvis publicum tantum probat inter personas illius territorio subjectas. Caputaq. *decis.* 42. *par.* 1. Put. *decis.* 341. *num.* 2. *lib.* 2. Caval. *decis.* 351. *num.* 2. Scraph. *decis.* 642. *num.* 1, Rota *decis.* 271. *num.* 1. *par.* 1. *recent.*

Scripturæ extractæ ex archivio Monasterii, quamvis hoc sit privatum, probant contra tertium, si sunt adminiculatæ. Bald. *in L. instrumenta. nu.* 1. *C. de prob.* & ibi Salyc. *num.* 1. Caputaq. *dec.* 234. *par.* 1. Buratt. *dec.* 716. *num.* 4. Rota *dec. ult. num.* 2. *& seq. par.* 1. *divers. & dec.* 537. *num.* 1. ubi Beltram. ad Ludovis. Bich. *dec.* 267. *num.* 10. alias extractæ Scripturæ ex archivio privato non probant contra tertium. Caputaq. *decis.* 42. *par.* 1. Put. *decis.* 341. *num.* 2. *lib.* 2. Cavaller. *decis.* 351. Seraph. *decis.* 642. *num.* 1. Millin. *decis.* 334. *num.* 1. præsertim si non probatur, quo tempore Scripturæ fuerunt repositæ in archivio; quia reponi potuerunt post motam litem. Caputaq. *dec.* 91. *n.* 4. *par.* 1. Put. *dec.* 431. *n.* 1. *lib.* 2. Millin. *dec.* 34. *n.* 4. Rota *divers. dec.* 549. *num.* 2. *par.* 4. Bich. *dec.* 431. *num.* 20. 48

In Archivio, si fuerunt factæ diligentiæ de reperiendo aliquem processum, & non reperitur, exinde probatur ejus amissio. Felin. *in cap. sicut. col.* 7. *vers.* 5. *declaratio. de re jud.* Aretin. *in cap. fin. in* 3. *notab. de probat.* Bart. *in L. is potest. num.* 20. *ff. de requir. hæred. & in L.* 3. §. *Nerva. ff. de acquir. possess.* Surd. *cons.* 109. *sub num.* 6. *vers. & dicit Aretinus.* Bich. *dec.* 178. 49

Scriptura informis sumit robur ab observantia. Cyn. *inter cons. Baldi. cons.* 400. *sub num.* 6. *vers.* 1. & idem Bald. *cons.* 402. *num.* 5. *lib.* 5. Aym. *cons.* 158. *num.* 1. Bec. *cons.* 103. *nu.* 26. Cavaller. *dec.* 122. *num* 4. Rota *dec.* 349. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 29. *num.* 16. & Rota *dec.* 482. *num.* 1. *&* 2. *par.* 1. *& dec.* 18. *nu.* 1. *par.* 2. *recent. & dec.* 757. *n.* 5. *coram Buratt.* Bich. *dec.* 133. *n.* 4. 50

Scriptura privata dicitur sufficienter recognita a testibus deponentibus, eam vidisse scribi, & subscribi, qui est verus modus recognoscendi Scripturas privatas. Fel. *in cap.* 2. *n.* 14. *de fide instrum.* Menoch. *de arbitr. Jud. cas.* 214. *num.* 20. Marescot. *var. res. lib.* 1. *cap.* 79. *num.* 1. Genua *de Script. priv. lib.* 1. *quæst.* 15. *num.* 12. Grammat. *dec.* 84. *num.* 1. Rota *dec.* 61. *num.* 4. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 20. *num.* 3. Imo recognitio Scripturæ privatæ sufficit, quod fiat a testibus habentibus notam manum scribentis. Ruin. *cons.* 46. *num* 11. *lib.* 4. Cyriac. *controv.* 246. *n.* 14. & *controv.* 272. *num.* 5. Rota *dec.* 124. *num.* 3. *&* 4. *par.* 2. *divers. & dec.* 292. *num.* 15. coram Buratt. Bich. *dec.* 20. *n.* 3. *&* 4. & ut supra. 51

Scriptura privata non probat præsertim in præjudicium Ecclesiæ. *cap* 1. *&* 2. ubi DD. *de fide instrum.* Specul. *in tit. de instrum.* §. *secundo per totum. &* §. 7. *num.* 1. Angel. *cons.* 220. si tamen vera appareret, habet vim publici instrumenti. Bald. *lib.* 1. *cons.* 279. *n.* 1. & adminiculis fulcita idem operatur, quod publicum instrumentum. Cyriac. *controv.* 252. *n.* 13. Rota Bonon. *divers. dec.* 15. *n.* 8. Bich. *dec.* 481. *n.* 19. *&* 20. 52

Scriptura plene probat contra producentem. Dec. *in cap. cum venerabilis. num.* 90. *de except.* Valenzuela *cons.* 40. *n.* 59. *&* 60. *lib.* 1. Gabr. *de confess. conclus.* 4. *num.* 14. Rota *dec.* 2. *num.* 1. *par.* 2. *recent. & dec.* 238. *n.* 5. coram Ludovis. Bich. *dec.* 442. *n.* 21. quia illam producens fatetur, omnia in ea contenta esse vera. Surd. *cons.* 151. *n.* 16. Rota *dec.* 123. *n.* 5. *par.* 1. *recent. & in Bonon. fideicom.* 5. *Jul.* 1651. *coram Ottobono.* Bich. *dec.* 556. *num.* 4. *& dec.* 585. *n.* 2. & probatur ex *cap. cum venerabilis. de except.* & illam producens appro- 53

approbat eo modo; quo concepta est; nec productio diversimode ab illa operatur. Bart. *in L. post legatum n. 2. vers. responde. ff. de his quib. ut indign.* Imol. *in cap. cum venerabilis. num.* 25. ubi Fel. *num.* 25. *&* 26. *de except.* Alex. *cons.* 124. *nu.* 5. *lib.* 7. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 238. *n.* 15. *lim.* 1. Rota *dec.* 159. *nu.* 1. *par.* 2. *divers.* & ex productione Scripturæ oritur confessio implicita contentorum in Scriptura producta. Bich. *dec.* 402. *n.* 7.

54 Scriptura non est necessaria in donatione Jurispatronatus. Castr. *cons.* 75. *nu.* 3. *lib.* 2. Mascard. *de prob. conclus.* 562. *num.* 1. Cancer. *var. res. to.* 3. *cap.* 7. *n.* 347. Bich. *dec.* 270. *n.* 12.

55 Scriptura habetur pro recognita, si Judex in contumaciam non comparentis ad recognoscendum pronuntiavit, illam haberi pro recognita. Colet. *de process. executivo. par.* 3. *cap.* 1. *n.* 95. *&* 138. Gail. *lib.* 1. *obs.* 80. *n.* 6. Scaccia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 1055. Bich. *dec.* 501. *n.* 2. *&* 3. & ut supra.

56 Scriptura non recognita parte citata, stante speciali protestatione, fidem non meretur. Caputaq. *dec.* 4. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 3. Buratt. *decis.* 543. *num.* 14. Rota post trac. Post. *de manut. dec.* 392. *n.* 7. *&* 8. Bich. *decis.* 580. *n.* 12.

57 Scripturæ laceratio facta ab Antecessore in Episcopatu non operatur probationem ibi contentorum in præjudicium successoris, quia alias temeritas antecessoris noceret Ecclesiæ, contra tex. *in cap. cum venerab. de except.* Felin. & Host. *in cap. accepimus. sub n.* 2. *vers. vel ideo.* quem sequitur Jo. Andr. *n.* 3. *vers. vel ideo.* Ant. de Butr. *n.* 5.

58 Scriptura, si fuit probatum, quod apud aliquem existat, allegans illam desiisse habere, probare tenetur Bart. *in L. si quis ex argentariis.* §. *an nec hæredi. num.* 3. *ff. de eden. L. si creditor. n.* 1. *& seq. C. de pignor. act.* Aretin. *in cap. fin. num.* 3: *vers. sed ille. de probat.* Surd. *cons.* 109. *sub n.* 9. apud Bich. *dec.* 227. *n.* 8. & si non fuit probata existentia, satis est, quod ipse factis diligentiis alleget, pene se non reperiri. Surd. *l. c.* & Bich. *l. c. n.* 13.

59 Scripturæ existentia in archivio probatur ex illius extractione facta a Notario. Bart. *in d. L. si quis ex argentariis.* §. *cogentur. n.* 3. *ff. de eden.* Dec. *in auth. si quis in aliquo. n.* 26. *ff. eod.* Covar. *pract. quæst. cap.* 21. *n.* 3. *vers. hoc ipsum.* Caputaq. *dec.* 246. *n.* 3. *par.* 2. Rota *dec.* 271. *n.* 5. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 409. *n.* 3.

60 Scripturam exhibere nemo tenetur, nisi prius probetur illius existentia. *L. in hac actione.* §. *sciendum. ff. ad exhibendum.* gl. *in L. non ignorabit. C. eod.* Rota penes Cavaller. *dec.* 542. *n.* 1. *& dec.* 18. *sub num.* 14. *vers. parum enim. par* 6. *recent.* apud Bich. *decis.* 227. *num.* 7.

61 Scriptura non recognita probat, si in illius productione adversarii citati ad dicendum contra nihil opposuerunt. Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 918. *&* 933. Genua *de Script. priv. lib.* 1. *quæst.* 4. *n.* 210. Fenzon. *ad statut. Urbis. lib.* 1. *cap.* 82. *n.* 1. *&* 2. Post. *de manut. obs.* 98. Rota *dec.* 151. *nu.* 1. *par.* 3. *divers.* apud Zachiam. *de oblig. camer. dec.* 104. *num.* 102. & apud Cenc. *de cens. dec.* 410. *n.* 8. *& dec.* 479. *n.* 9. apud Buratt. & non potest amplius quidquam opponi contra illius recognitionem. Gair. *de credit. cap.* 3. *tit.* 4. *nu.* 30. Beltram. ad Ludovis. 292. *n.* 6. Post. *l. c.* Rota apud Seraph. *dec.* 333. Conciol. *alleg.* 49. *n.* 10. *&* 11. etiam in causa appellationis.

Scriptura non exhibita in actis parte citata cum termino ad dicendum contra, non dicitur de actis, & nullam fidem facit. Barr. Bald. Socin. Menoch. & alii apud Conciol. *alleg.* 52. *n.* 16. Hond. *cons.* 21. *n.* 17. *vol.* 2. Covar. *var. res. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 5. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 224. *n.* 6. Rota *dec.* 147. *nu.* 16. *par.* 5. *recent.* & non dicitur exhibita, nisi fuerit dimissa in actis. Gratian. *disc. for. cap.* 981. *n.* 24. *par.* 5. Cyriac. *controv.* 540. *n.* 47. 62

Scriptura testamenti a Notario coram testibus rogata, & in ejus protocollo reperta, dicitur authentica, dummodo appareat perfecta cum clausula *Actum*, testium appositione, ac aliis denotantibus illius stipulationem. Bart. *in L. quadam.* 9. §. *numularios. nu.* 3. *& in L. argentariis.* 10. *ff. de eden.* Abb. *in cap.* 2. *n.* 11. *de fide instrum.* Cec. *cons.* 477. *n.* 6. Covar. *pract. qq. cap.* 20. *n.* 1. Rota *dec.* 413. *n.* 1. *&* 5. *par.* 4. *recent.* Conciol. *alleg.* 66. *n.* 1. *&* 4. 63

SEDILIA.

Praxis Sedilium in Ecclesia.

Sedilia in Ecclesia, sicut etiam sepulturam invito Episcopo, vel Ordinario nemo habere potest. Host. Jo. And. Abb. & alii. *in cap. ult. de sepult.* Rochus de Curte *de Jurepatr. quæst.* 7. Lambertin. *eod. trac. par.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 11. *art.* 15. Ciarlin. *controv. for. cap.* 210. *n.* 2. Gratian. *discept. for cap.* 210. *n.* 47. Genuen. *in prax. cap.* 41. Et ideo possunt ab eodem Episcopo etiam ipsis Laicis invitis amoveri, quia Laici non possunt in Ecclesiis habere aliquod jus in Sedilibus ad sedendum invito Episcopo, qui potest, cui vult, gratificari, sicut non possunt habere juspatron. invito Episcopo. Host. Jo. And. & Ancharan. *in cap. abolendæ.* ubi etiam Abb. *de sepult.* Rochus *de Jurepatr. In verb. Ecclesia. n.* 13. Gratian. *l. c.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 119. *&* 210. & cum Laici permittitur usus sedilium in Ecclesia, pro tali usu competit illis mandatum de manutenendo contra alios Laicos. *cap. licet causam.* ubi Bald. *de prob.* Farin. *dec.* 378. *n.* 1. *p.* 2. *rec.* Rot. post Postium. *de manuten. dec.* 117. *nu.* 1. & tale jus semel concessum non est irrevocabile. Diana *par.* 10. *trac.* 16. *res.* 64. & ut in verb. *Laici. n.* 15. 1

Ad praxim procedendo, talis licentia non solet dari, nisi cum clausula: *sine præjudicio tertii, & in loco a Parocho deputando, & facta Ecclesiæ competenti eleemosyna.* Ut ergo facilior supra dictorum evadat praxis, licentiæ ab Ordinariis concedi solitæ formulam hic exhibere placet. 2

Formula licentiæ habendi Sedilia in Ecclesia.

NOs &c. Universis & singulis præsentes nostras visuris, lecturis, & legi audituris notum facimus, quod precibus D. N. N. loci N. favorabiliter annuentes, eidem facultatem, & licentiam concessimus, prout præsentium tenore concedimus imponendi, & successivis temporibus manutenendi Sedile, vel Scamnum pro usu suæ familiæ, & pro capacitate tot personarum in Ecclesia Parochiali S. N. in loco a Rev. Domino Parocho loci designando, cum Syndicorum Ecclesiæ, Regulanorum juratorum, ac vicinorum interventu, eo potissimum intuitu, quod dictus D. N. dictæ Ecclesiæ florenos triginta pro eleemosyna donarit, ut ex attestatione. Quapropter committimus & mandamus, tam prædicto D. Parocho, ac successoribus quibuscunque ejusdem, quam juratis, Syndicis, Regulanis, & Vicinis ejusdem loci tam præsentibus, quam successive pro tempore extituris, ne audeant, vel præsumant; quovis sub prætextu, hujusmodi nostræ concessioni, seu illius fruitioni sese opponere, vel contradicere sub pœnis arbitrio nostro, seu successorum nostrorum imponendis, non intendentes propterea per hanc nostram concessionem ulli præjudicium inferri, sed cuique sua jura salva & intacta remanere. In quorum &c.

SEDITIO.

§. Unicus.

Seditio quid sit, & qua pœna puniuntur seditiosi.

Seditio † est, quando quis tractat facere proditionem, & novitatem contra publicum, & bonum statum civitatis alicujus præter Romanam, vel facere guerram, vel quid simile, non nuda cogitatione, sed perveniendo ad aliquem actum, puta faciendo conjurationem, vel rumorem, Bald. *cons.* 59. *Licet eleganter, n.* 2. *&* 3. *ver. est autem seditio, lib.* 1. † Aliquando tamen aliquis redditur suspectus de seditione, licet nondum sit seditiosus, & po-

& potest banniri, vel relegari. Bald. *conf.* 487. *per tot.*
3 maxime *post med. lib.* 5. *sub n.* 4. & 5. † Et inobedientia, contumacia, & irreverentia vociferando, est quasi seditio, cujus pœna gravis est, & quandoque ca-
4 pite punitur. Anch. *cons.* 410. *Ponderata, n.* 5. † Pœna seditiosorum est pœna mortis, *l.* 1. & 2. *C. de se-*
5 *ditio.* † Limita tamen, quia pœna seditiosorum minuitur ex multis causis, videlicet propter dignitatem personarum, propter multitudinem, & propter qualitatem seditionis, plene Bald. *cons.* 59. *n.* 2. *ver isti quandoque, lib.* 1. † Limita, quando is, qui tractavit seditionem, nedum non devenit ad actum, sed imo tractavit sub conditione, quæ non extitit, quia non potest pœna corporis puniri, maxime, quando non erat subditus illi Domino, vel Civitati. Bald. *cons.* 487. *Cum civitas, per tot.* Vide Tusch. *litt. F. ver. Pœna potest minui per Judicem ex causa, & quando, Concl.* 255. ¶

SEMINARIUM.

Praxis Seminarii.

1 Juxta Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 18. tenentur Episcopi erigere Seminarium in loco Civitatis conveniente, de sententia etiam Civitatis, cujus interest, approbando; pro alendo certo numero puerorum; non tamen majorem, quam ea pecunia, quæ ex media decima, juxta antiquam taxam, ali potest. Debent autem ad Seminarium suscipi pueri, qui sunt procliviores ad vitam Ecclesiasticam, præsertim pauperes, qui in illo Ecclesiasticis præceptis, & moribus imbuendi sunt: non spurii, nec legitimati. Debent prima tonsura statim initiari. Admittendi debent habere ad minimum duodecim ætatis annos, habitu Clericali semper uti. Singulis diebus missas audire, singulis mensibus confiteri, & S. Synaxim sumere, debent discere una cum studiis humanioribus etiam cantum Gregorianum, rituum, ac cæremoniarum formam. Prax. *Episcop. par.* 1. *vers. Seminarium.* §. 2. Fuscus *de visit. cap.* 16. *n.* 14. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 77. *n.* 34. Pax Jord. *de re Benef. lib.* 7. *tit.* 4. *per tot.*

2 Taxa vero pro Seminario ut solvatur, hic ordo servari debet: ut primo Episcopus & Capitulum, aut Episcopi, & Capituli mensa contribuant Seminario, & postmodum alios cogat ad solvendum suo exemplo, juxta Conc. Trid. *l. c. cap.* 18. Barb. *l. c. n.* 34. Et quidem omnes Beneficiati de stabilibus bonis solvere tenentur taxam, exceptis illis, qui nominatim a Concilio excipiuntur, secus de illis, qui consistunt in incertis, aut eleemosynis, de quibus nihil solvitur. Barb. *l. c. n.* 3. neque ab hoc onere eximuntur Cardinales habentes Beneficium in Diœcesi, quin ex illorum fructibus solvere teneantur. S. Congreg. apud Barb. *l. c. num* 5. Pignatell. *tom.* 1. *consult.* 223. *num.* 11. neque hospitalia data in titulum. Idem. *num.* 6. & S. Congreg. apud Gallemart. *in sess.* 23. *Conc. Trid. cap.* 18. *n.* 14. neque Confraternitates, Capellæ, & scholæ habentes redditus Ecclesiasticos, etiam intra Regularium Ecclesias existentes. S. Congreg. apud Barb. *nu.* 10. Neque pensionarii, qui tenentur pro rata pensionis. Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 5 *nu.* 171. Moneta *de decimis. cap.* 9. *a n.* 83. Azor. *institut. mor. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 9. *qu.* 2. Barb. *l. c. n.* 12.

3 Eximuntur vero Canonici ratione distributionum quotidianarum. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc.* §. 7. *num.* 170. Moneta *de distrib. quotid. par.* 3. *quæst.* 9. *n.* 14. sicut etiam Collegia, & Monasteria Mendicantium. Juxta Conc. Trid. *l. c.* qualia sunt S. Dominici, S. Francisci, S. Augustini, Carmelitarum, Servorum. Pius V. *in Constit.* quæ incipit. *Romanus Pontifex.* 1. *Octobris* 1568. uti etiam PP. Jesuitæ. Idem Pius V. *in Constitutione*, quæ incipit: *Dum indefessæ. die* 7. *Jul.* 1571. & alii apud Barb. *l. c. n.* 14.

4 Sed quid si præfati Mendicantes habeant Abbatias unitas? Respondetur, obligari, uti declaravit S. Congr. *an.* 1582. quam declarationem per extensum affert Pignatell. *tom.* 1. *consult.* 223. *num.* 4. Dec. *cons.* 35. *n.* 5. quia Abbatiæ, seu Beneficia transeunt cum suo onere sibi annexo, & sine præjudicio Seminarii, ad cujus favorem vigore Concilii Trid. jam obligata erant. *cap. pastoralis. de decimis. cap. quia Monasterium. de Relig. dom.* Aym. *cons.* 217. *num.* 5. Bellet. *disquis. Clerical. par.* 1. *de exemptione. Cler.* §. 8. *num.* 8. Pignatell. *l. c. a nu.* 10. ubi S. Congr. & unio sine præjudicio tertii semper est intelligenda. Rota apud Coccin. *dec.* 157. *num.* 9. Seraph. *dec.* 1420. *num.* 18. & aliæ; quas citat Pignatell. *l. c. num.* 14. quæ tamen procedunt duntaxat, quando unio fuit facta æque principaliter, non vero accessorie, quia tunc beneficium unitum fit prædium illius, cui unitur. Præterea privilegia Regularium propter unionum multitudinem fuerunt facta læsiva Seminariis, & ideo non videntur observanda. *cap. suggestum de decimis. cap. quid per novale.* ubi gl. *de V. S.* Rebuff. *de decim. quæst.* 14. *num.* 45. Menoch. *cons.* 156. *num.* 9. *lib.* 2. Tambur. *de Jur. Abb. disp.* 17. *quæst.* 5. *num.* 11. quare cum Pontifices eximunt Mendicantes, intelliguntur de quantitate redditum proportionata illorum congruæ sustentationi contra Lanc. & alios. S. Congreg. apud Gallemart. *a n.* 19. qui tamen *n.* 25. ex Congregationis sensu refert, quæ opinioni contrariæ multum favent.

Hæc vero contributio non debetur, nisi postquam Seminarium fuerit erectum, & extructum, & in illo scholares actualiter edsint. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ. gl.* 7. *nu* 68. Barb. *l. c. num.* 23. dicitur autem Seminarium erectum, vel extructum, introductione puerorum, non vero emptione domus pro eo. Rota apud Farin. *dec.* 835. *in novis*, quamvis pueri fuerint introducti ad hunc effectum in domum conductam. Rota *dec.* 835. *num.* 4. *par.* 4. *divers.* & *dec.* 361. *num.* 3. & 5. *par.* 2. *recent. coram Coccino.* Pignatell. *tom.* 1. *consult.* 179. *num.* 18. Barb. *loc. cit. n.* 24. 5

Ad Seminarii erectionem, & illius regimen tenetur Episcopus adhibere consilium duorum Canonicorum, non tantum in eligendo locum pro fabrica, magistros, & confessarios pro alumnis, sed etiam in constituendis regulis pro bono regimine, in assignandis libris pro studio, in corrigendis, aut expellendis dyscolis, in visitationibus, & generaliter in omnibus & singulis agendis, & gerendis in præmissis; & circa præmissa etiam in expensis &c. quamvis eorum consilium sequi non constringatur, ut declaravit S. Congreg. apud Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 46. *num.* 74. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 191. Zerolla *in prax. verb. Seminarium.* §. 3. Gavant. *eod. num.* 44. Barb. *d. alleg.* 77. *num.* 32. & 33. Pax Jord. *de re Benef. lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 13. acta vero, & gesta sine ejusmodi consilio sunt nullius valoris, & signanter unio Beneficiorum pro sustentatione collegii. ita declaravit S.Congr. *Conc.* 13. *Jan.* 1594. de qua testatur Barb. *l. c. num.* 33. Gavant. *n.* 43. Pax Jord. *l. c. nu.* 14. est enim conclusio generalis, quod quando traditur alicui potestas aliquid faciendi cum consilio aliquorum, illud requiratur de necessitate. *L. Impuberibus. ff. de suspect. Tut.* Bart. *in L. testium.* & Dec. *in L. cum filius. num.* 1. *ff. si cert. pet.* Pax Jord. *l. c. n.* 15. nisi tamen requisitio ejusmodi consilii esset admodum difficilis, aut omnino impossibilis, uti quia Canonici deputati agerent in remotis. Electio vero horum Canonicorum ab Episcopo semel facta non potest ab eodem ad libitum suæ voluntatis cassari, aut alii de novo eligi, nisi justa & rationabilis causa aliud exigat. S. Congreg. apud Zerollam. *l. c. d.* §. 3. Barb. *d. alleg.* 77. *n.* 31. Pax Jord. *l. c. num.* 17. Præter hos duos Canonicos a solo Episcopo deputatos, quatuor alios deputatos habere tenetur, duos Canonicos, unum ab ipso Episcopo, alium vero a Capitulo deputatos, & duos de Clero Civitatis, unum ab Episcopo, alium vero a Clero eligendos, qui eidem Episcopo consilium præbeant in provisione redditumm, & proventuum necessariorum ad fabricant Seminarii pro mercede magistrorum, & ministrorum ad alendam juventutem, & ad reliquos sumptus. Conc. Trid. *l. c.* §. & *quia.* Pax Jord. *l. c. n.* 18. potest etiam Episcopus pro Seminario dimembrare unum Cannnicatum Collegiatæ, ut declaravit S. Congreg. apud Gallemart. *n.* 8. 6

Seminaristæ Clerici ad SS. Ordines promoveri non possunt, nisi pro servitio seminarii uniti, & tunc cum assignatione certi redditus annui, ex quo promoti honeste vivere possint, quæ assignatio cessabit, si aliunde æquæ se sustentare possint. Barb. ad Conc. *loc. cit. nu.* 6. & ibi declaratio Greg. XIII. & Seminaristæ possunt ordinari ad titulum Seminarii. S. Congreg. apud Garz. *de Benef. part.* 2. *cap.* 4. Genuen. *in prax. cap.* 81. 7

Se-

8 Seminarium est locus pius, & gaudet immunitate Ecclesiastica. Riccius *in praxi seminarii. par.* 3. *ref.* 412. habet etiam fori electionem. Idem *ref.* 413. non potest pro sua fabrica aliquem cogere ad vendendum. *ref.* 414. gaudet beneficio restitutionis in integrum. *ref.* 416. an illo inchoato possit fieri illi unio Beneficiorum, vide *ref.* 417. & quoad fori electionem, quam habet seminarium, ultra Riccium tractat Novar. *in praxi elect. for. quæst.* 43. *sect.* 1. & quod non possit suam ob fabricam aliquem cogere ad vendendum rem suam, ultra Riccium *loc. cit.* tenet Caroc. *dec.* 26. ex communi regula, quod nemo cogatur vendere. *L. nec emere. C. de jure delib. L. invitum. & L. fi. C. de contrah. empt. L. invitus. C. locati.* & quæ servanda sint in unione facienda seminario, vide eundem Riccium. *l. c. ref.* 415.

9 Seminarium, ut agere possit pro contributione sibi debita ex dispositione Concilii Tridentini, requiritur taxatio. Taxa autem Beneficiorum ad favorem Seminarii est pars fructuum, qui supersunt supportationi onerum Ecclesiæ. S. Congreg. apud Conc. Trid. apud Barb. ad d. Concilium *cap.* 18. Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 4. *nu.* 49. §. *un. n.* 39. *vers. verum in hac contributione.* Pacionus *alleg.* 41. *per tot.*

10 Beneficium unitum semel Seminario non potest amplius ab Episcopo conferri. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 15. Seraph. *dec.* 1078. *n.* 6. Cavaller. *dec.* 330. *n.* 3. dummodo unio sit valida. juxta Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 8. *de ref.* Pacion. *alleg.* 184. *n.* 2.

SENECTUS.

Praxis senectutis & senii.

1 Senectus dicitur altera adolescentia & pueritia, in cunctis tamen semper est honoranda. *L. fi. C. de tyron. lib.* 12. Natta *cons.* 195. *L. ult. ff. de fide instrum.* Mynsing. *cent. lib.* 4. *obs.* 37. *n.* 4. Gail. *lib.* 1. *obs.* 149. *num.* 9.

2 Senex dicitur, qui est constitutus in quinquagesimo anno, secundum communem Civilistarum: secundum Canonistas vero dicitur senex, qui est septuagenarius. Sed secundum communiorem relinquitur arbitrio Judicis. Menoch. *de arbitr. Jud. cap.* 49. pensata qualitate corporis, & aliis secundum facti contingentiam. Genuen. *in prax. cap.* 65. Ventrigl. *in praxi for. Eccles. annot.* 4. §. 1. *n.* 4. Potest carcerari pro debito, sed carcere non duro. Andreol. *controv. for.* 89. Natta *cons.* 319. Menoch. *de arbitr. cas.* 305. Paschal. *de patr. potest. par.* 2. *cap.* 9. Gratian. *disc. for. cap.* 328. Tranchedin. *consult.* 94. Delinquens mitius punitur. *L.* 2. *ff. de termino moto. L. fere in omnibus. ff. de R. J.* Carter. *in pract. crim. par.* 2. *de homicid.* §. *circa quartum.* Gomez. *de delict. cap.* 1. *n.* 68. Menoch. *de arbitr. cas.* 329. Gail. *lib.* 2. *obs.* 110. Farin. *qu.* 92. *n.* 25. contra Clarum; tam in pœnis ordinariis, quam arbitrariis, & ipso jure absque ope exceptionis, dummodo sit in ætate decrepita. Gomez. *l. c.* & non simus in capitalibus, vel pecuniariis. Farin. *l. c.*

3 Senex sexagenarius, qui in juventute voverat ingressum Religionis, est solutus voto. Sotus *de Just. lib.* 7. *quæst.* 2. *art.* 1. & DD. apud Dianam, *par.* 9. *tract.* 8. *ref.* 2. propter ejusdem inhabilitatem.

4 Senectus incipit a quinquagesimo anno completo usque ad septuagesimum. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 59. qui tamen concludit, hoc remittendum esse Judicis arbitrio. Farin. *quæst.* 92. Non æquiparatur morbo ante septuagesimum annum. Bich. *dec.* 198. *n.* 13.

5 Senior impune potest corrigere juniorem. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 4. *n.* 30. Menoch. *de arbitr. cas.* 364. leviter tamen.

SENTENTIA.

Praxis sententiæ.

§. I.

Quid & quotuplex sit sententia?

1 Sententia est judicialis definitio controversiæ finem imponens. Maranta *in speculo. par.* 3. *par.* 6. *actu.* 1. *de sent. num.* 1. Speculat. *tit. de sent. lib.* 2. *par.* 3. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 2. *n.* 1. Abb. *in rubr. sub num.* 4. *de sent. & re jud.* Host. *in sum. eod. tit.* Res vero judicata est sententia, quæ ob omissam appellationem transiit in judicatum. Scaccia *l. c. n.* 3. quod fit dupliciter: lapso termino ad appellandum, si in illo non fuit appellatum. 2. Per prohibitionem appellationis. Dec. & DD. *in L. res judicata ff. de R. J.* Menoch. *cons.* 345. Ruginel. *de appell.* §. 12. Ciarlin. *controv. for. cap.* 49. *n.* 26. Gabr. *cons.* 49. *nu.* 1. sed secundum Scacciam, *l. c.* sententia multipliciter potest transire in judicatum. 1. Per non appellationem infra legitima tempora. *quæst.* 12. *n.* 143. 2. Si appellatio non fuit postea fomentata. 3. Si non sit sublevata. 4. Si non sit introducta. 5. Si non sit inchoata. 6. Si non sit prosecuta. 7. Si non sit finita.

Sententia alia est definitiva, alia interlocutoria habens vim definitivæ, alia interlocutoria simplex. Definitiva determinat quæstionem & controversiam principalem. Specul. *de sentent.* §. *species. n.* 3. *lib.* 2. Maranta *l. c. n.* 4. Scaccia *l. c. quæst.* 4. Host. *in sum. tit. de sent.* §. *quot sint.* interlocutoria vero non determinat causam principalem, sed tantum quæstiones emergentes & incidentes, quæ oriuntur inter principium, & finem quæstionis principalis. DD. supra cit. & Ecclesia *obs. for.* 12. Sententia interlocutoria habens vim definitivæ, causam principalem quidem non definit, sed illam tamen ferme perimit. juxta *L. post sententiam. C. de sent. & interloc. omn. Jud.* Multis vero in casibus interlocutoria habet vim definitivæ. Primo, si finitur officium Judicis. 2. Si finitur articulus substantialis. 3. Si continet aliquid dari, vel fieri. Maran. *in spec. par.* 9. *tit. de sent. nu.* 42. Ecclesia *l. c. num.* 19. Et ita dicuntur habere vim definitivæ sequentes. Incompetentiæ Judicis, absolutionis ab instantia ab observatione judicii, revocationis attentatorum, de procedendo, & de non procedendo in causa illa. Item, quæ dicit, exceptionem peremptoriam obstare, aut aliquid probatum fuisse; vel non probatum. Maran. *loc. cit.* Granat. ad Vestrium. *lib.* 7. *cap.* 3. *n.* 46. Mynsing. *obs.* 88. *cent.* 3. Vivius *opin.* 714. Item super desertione appellationis. Gail. *obs.* 138. *lib.* 1. sicut sententia absolutoria ab observatione Judicii. Borgn. *dec.* 7. *lib.* 1. Jos. Ludovis. *conclus.* 50. Covar. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 1. Thes. *dec.* 122. *num.* 9. Sola. *super Decret. antiq. Sabaud. incipit. Ut nihil. gl.* 2. *par.* 3. Ecclesia *obs.* 12. *n.* 23. Et generaliter sententia, postquam non speratur alia sententia, dicitur interlocutoria habens vim definitivæ. Ut in sententia in qua pronuntiatur aliquid solvendum. Item sententia de aliquem immittendo in possessionem ex secundo decreto. Item per quam mulcta alicui imponitur. Vel per quam finitur officium Judicis, uti si Judex se pronuntiet incompetentem. Item, si per illam finitur unus articulus substantialis causæ principalis, vel per quam admittitur exceptio peremptoria. 2

Porro sententia interlocutoria habens vim definitivæ non solum quoad formam, & effectum interponendæ appellationis, sed etiam quoad alios juris effectus, æquiparatur sententiæ definitivæ. P. Pirrhing. *lib.* 2. *tit.* 27. *sect.* 1. *n.* 2. Gail. *lib.* 1. *obs.* 30. *n.* 5. Alex. *cons.* 182. *n.* 1. *lib.* 6. *gl. in cap. ult. vers. Joannes. de elect. in* 6. 3

§. II.

Qualis ferenda sit sententia?

Sententia debet ferri a Judice secundum allegata, & probata, quamvis in sua conscientia sciat, acta & probata non continere veritatem. Scaccia *de sent. & re Jud. gl.* 14. *quæst.* 8. *n.* 4. gl. *in L.* 6. *illicitas.* §. *veritas.* ubi Bart. *ff. de off. Præsid.* Cyn. *in L.* 1. *sub n.* 2. *C. ut quæ des. Advoc.* Bald. *in L.* 2. *n.* 15. & 16. *vers. quid ergo. C. de sent. ex peric. recitan.* Jo. Monach. *in cap.* 1. *n.* 1. *de sent. excom. in* 6. Abb. *de statut. par.* 3. *quæst.* 53. gl. *in cap. pastoral.* 28. §. *quia vero.* ubi Abb. *sub n.* 8. *de off. & potest. Jud. Deleg.* Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contra sub nu.* 541. *de prob.* Navar. *in cap.* 4. *n.* 121. *in* 6. *argum. dist.* 7. Covar. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 1. *n.* 3. ex Theol. S. Thom. 2. 2. *qu.* 64. *art.* 6. *vers. ad* 3. & *quæst.* 67. *art.* 2. *vers. sed contra.* Sot. *de Just. & Jur. lib.* 5. *quæst.* 4. *art.* 2. apud quos commun. Theol. Ratio est, quia Judex debet esse solum Judex, & non testis & Judex simul, alias daretur occasio plurimis injustitiis & iniquitatibus. Vide Judex. 4

5 Secundo sententia debet esse conformis libello, alias est ipso jure nulla; nam Judex judicans ultra petita dicitur fatuus. *L. fin. C. de fideic. libert.* Afflict. *dec.* 3. Bart. *in L.* 2. *num.* 3. *C. de sent.* Menoch. *cons.* 345. *n.* 31. quia in re non petita non est lis, & ideo in ea non fuit data defensio, nec lis contestata, sine qua, cum sit fundamentum judicii, non potest ferri sententia. Porro debet esse conformis libello in tribus. 1. in re. 2. in causa. 3. in actione. Bald. *in L. fi. num.* 6. *C. de fideic. libert.* Scaccia. *l. c. quæst.* 16. *n.* 6. quæ tamen procedunt duntaxat in sententia definitiva, non vero interlocutoria. Bald. *l. c.* Scaccia. *l. c. n.* 9.

6 Sententia lata super libello inepto est ipso jure nulla, quamvis de libelli ineptitudine nihil fuerit oppositum. Gail. *lib.* 1. *obs.* 66. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 50.

7 Tertio sententia debet esse certa, quia generalis obscura, & perplexa non valet. *L.* 3. *&* 4. ubi DD. *C. de sent. quæ sine cer. quant.* Vant. *de nullit. ex def. process. n.* 101. Specul. *tit. de sent.* §. *qualiter autem. n.* 7. Rol. *cons.* 30. *n.* 19. Scaccia. *de sent. l. c. quæst.* 15. *n.* 1. quamvis libellus esset incertus, dummodo in processu certificetur; quia sententia, ut supra dictum, debet esse conformis libello, & continere certam quantitatem. Ecclef. *obs. for.* 22. nisi in libello adsit clausula: *Peto mihi justitiam administrari.* & sufficit, quod sit certa in se, vel per relationem, nisi judicium esset universale. Lim. *si est incerta in accessoriis, reservata* nimirum declaratione, aut liquidatione. Scaccia *l. c. qu.* 15. *gl.* 14. *de sent. & re jud.* Ecclesia *obs. for.* 23. *&* 24.

8 Quarto debet esse conformis Juri, aliter lata contra Leges, seu Canones est nulla, nec ab ea appellare necesse est. *cap. inter* 9. *cap. cum inter.* 12. *cap. quod consultationem.* 15. *de sent. & re jud. cap. per tuas. de sent. excom. L. magis.* §. *si æs alienum. ff. de reb. cor. L. nemo. C. de sent. & interloc.* Vulteius *de Jud. lib.* 4. *cap.* 1. Petr. Barb. *in L. maritum. nu.* 51. *& L. si Prætor.* 37. *ff. de Jud.* Barb. Garanna, Fermosin. & alii apud Gonzal. *lib.* 2. *Decretal. tit.* 27. *de sent. & re jud. in cap. post longas. nu.* 6. Ratio est: quia Judici sola facti quæstio relinquitur, quæ autem sunt juris Legis authoritati reservantur. *L.* 1. *ff. ad Turpillian. L. ordine. ff. ad municip.* Ergo, si Judex pronuntiet expresse contra jus, functionem Judicis egressus Legislatorem se facit. Et Judex non debet ferre sententiam suo sensu, sed secundum Leges. *L. nemo. C. de sent. & interloc.* Molla. *in empor. tit. de Legib. quæst.* 15. *n.* 5. Et ideo sententia lata contra jus expressum est ipso jure nulla, & quia nulla non transit in judicatum. Et hanc sententiam docet etiam P. Pirhing. *lib* 2. *tit.* 27. *sect.* 1. §. 2. *nu.* 4. Ubi sententia contra jus Civile, vel Canonicum, quod respicit merita causæ lata, ita ut error juris, sive repugnantia juris cum Lege, aut Canone in sententia exprimatur, est nulla ipso jure, nec est necesse appellare. *L.* 1. §. *item, cum contra ff. qua sent. sine appell. rescin. L. si expressim.* 19. *ff. de appell.* puta si Judex pronuntiaret, minorem 14. annis posse testari. Si autem sententia lata contra, non continet expressum juris errorem, aut repugnantiam cum jure, tunc valet sententia, & transit in judicatum, si infra decennium non fuerit appellatum, quamvis fuerit lata contra jus litigatoris, & ideo injusta sit; dummodo contra jus Constitutionis, seu contra Legem, vel Canonem non sit expresse. *cap. cum inter.* 13. *in fi. de sent. & re judic. L. cum prolatis.* 32. *ff. eod.* Abb. *in cap.* 1. *nu.* 7. *de sent. & re jud.* Nisi injustitia sententia esset notoria; tunc enim sententia esset ipso jure nulla. *cap. inter cæteras. n.* 9 *de sent. & re jud.* si vero sententia est lata contra jus concernens aliam injustitiam extrinsecam, & diversam a meritis causæ, tunc sententia pari modo est ipso jure irrita, sive error juris sit in illa expressus, sive non; quia regulariter quidquid fit contra jus, est nullum. *L. non dubium* 5. *de LL. & Can. quæ contra jus.* 64. *in* 6. *de R. J.* Sic sententia contra Leges, vel Canones lata est nulla, quamvis error juris in illa non exprimatur, ex defectu jurisdictionis, qua Judex caret. *cap. at si Clerici* 4. *de Jud.* aut defectu Judicis, puta excommunicati. Juxta *cap. ad probandum* 24. *de sent. & re jud.* aut, si sententia fuit lata contra pupillum stantem in Judicio sine Tutore, aut Minorem sine Curatore. *L. Clarum.* 4. *C. de auth. præstan.* aut si sententia sit lata die festo *contra cap. ult. de fer.* autem Ecclesia a Judice sæculari contra *cap.* 2. *de immun. Eccles. in* 6. aut si fuit lata a muliere, vel impubere, qui judicare non possunt. *L. cum Prætor.* 12. *ff. de Jud.* Quæ tamen omnia declarari debent, procedere, quando sententia est contra jus clarum, secus, si contra obscurum, vel controversum. Abb. *in cap.* 1. *n.* 9. *de sent. & re jud.* & ibi Felin. *l. c. n.* 15. Pirhing. *l. c. n.* 8.

Sententia lata contra Leges, vel Canones prætextu consuetudinis, quæ tamen sit contra Canones, est invalida, & retractanda. *cap. cum causa.* 8. *de sent. & re jud.* quia consuetudo Ecclesiis damnosa, tanquam irrationalis reprobatur. *in cap.* 1. *de consuet.* cujusmodi consuetudines sunt, quod alienatio bonorum Ecclesiasticorum valeat sine solemnitatibus Juris Canonici. Item quod Prælatus alienet rem Ecclesiæ sine consensu Capituli. Gonzal. *lib.* 2. *tit.* 27. *in cap.* 8. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 17. *n.* 4. Gama. *dec.* 83. Rota apud Merlin. *dec.* 647. 9

Sententia Judicis debet esse absolutoria, aut condemnatoria expresse, vel virtualiter, & æquivalenter. *L. præses.* 3. *C. de sent. & interlocut. omn. Jud.* ubi gl. *ver. absolutionem.* Et quamvis Judex regulariter non teneatur exprimere causam suæ sententiæ, tamen, si propter ineptam petitionem actoris in libello factam reum absolvit, tenetur exprimere. *cap. examinata.* 15. *de Jud.* Item, si in pronuntiando recedit a jure communi, & ordinario, & victum in expensis non condemnet. *auth. de testib.* §. *oportet. collat.* 6. Item si Reum conventum rei vindicatione absolvit, eo quod tempore sententiæ non possidet. *cap. penult. de except. L. si rem.* 17. *ff. eod.* Item si Reum non absolvit simpliciter, sed ab instantia judicii, & per Patronos causæ stetit, quominus causa potuerit definiri. *L. properandum.* 13. *C. de Jud.* Item in sententia excommunicationis causa exprimi debet. *cap.* 1. *de sent. excom. in* 6. sicut etiam in causa appellationis causa debet exprimi, quare prior sententia revocetur. *cap. cum Bertholdus.* 18. *de sent. & re jud.* Præsertim in criminalibus in quibus damnatus ex una causa infamis effici potest, non vero ex alia, & ideo causa condemnationis exprimi debet; etsi in sententia condemnatoria non exprimitur causa, præsumitur in mitiorem partem, bene verum est, quod in præmissis casibus expressio causæ non requiritur pro valore causæ, seu sententiæ, sed ut constet, an Reus sit absolutus duntaxat ab observatione instantiæ, aut in perpetuum. 10

Sed quæres. In Judicio fuerunt petiti decem floreni ex unica causa, & Judex condemnavit ad quinque, censeturne absolvisse ab aliis quinque? Dicendum, quod non. gl. & Petr. de Bellap. quos sequitur *in L.* 1. *sub sub n.* 3. Bart. *sub n.* 1. & Bald. *sub nu.* 3. *C. si ad verf. rem jud.* Ratio est, quia cum petitur aliquid ex eadem causa, uti cum petuntur decem ex unica causa. Judex debet de omnibus decem pronuntiare. ita Scacia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 4. *n.* 17. *& num.* 9. *vers. resolvendo.* alias sententia est nulla. Franc. *de accept. trac. de sent. defin. & interloc. n.* 12. quia judicium est individuum, & connexum, & ideo sententia non potest ferri pro parte, sed debet totum definire; si vero una pars petitur ex una causa, & alia ex alia causa, uti quinque ex uno capite, alia quinque ex alio; tunc si judicium fuit intentatum super omnibus, sententia lata super quinque non valet; si vero non fuit intentatum super omnibus, tunc separatim potest sententiari. vide Scaciam. *l. c.* 11

Quæres secundo; an sententia in una parte nulla, & invalida sit etiam nulla, & invalida in aliis. Respondetur, si capita sunt separata negative, sed nulla in una parte potest esse valida in alia. Scaccia. *de sent. gl.* 14. *quæst.* 13. *num.* 1. *&* 2. qui citat Surd. *cons.* 101. *n.* 40. *& cons.* 150. *n.* 113. quia utile per inutile non vitiatur. *cap. utile.* 37. *de R. J. in* 6. Si vero sententia continet unum caput duntaxat, aut unicam rem, vel summam, tunc sententia est nulla in totum. Surd. *dec.* 74. Flamin. Cartar. *dec.* 39. *nu.* 12. Rota *diversf. decis.* 135. *&* 359. quia sententia, quæ continet errorem calculi, est nulla in totum, quamvis error sit in quantitate dividua, & in individuis utile per inutile vitiatur. Quare sententia continens plura capita non connexa potest pro parte approbari, pro parte impugnari. Bart. *in L.* 2. *C. si adversus rem jud.* Menoch. *de arb. cas.* 93. Rota *dec.* 33. *&* 205. *in noviss.* Vant. *de nullit.* ex 12

ex def. procef. num. 10. Abb. Fel. & Joan. Andr. *in cap. cum inter de sent. & re jud.* Costa. *de port. rata. quæst.* 137. fecus, si unum tantum actum contineat, quia tunc dicitur individua. Burfat. *conf.* 219. Rota apud Put. *dec.* 323. Covar. *pract. quæst. cap.* 25. Thef. *dec.* 122. Bich. *dec.* 218. *a num.* 7. est juris individui, si non continet plura capita separata, vel separabilia. Ecclesia *obs. f.* 22. *num.* 26. Gratian. *disc. for. cap.* 162. Scaccia. *de sent. gl.* 14. *quæst.* 13.

13 Diximus supra, quod sententia lata contra Leges, vel Canones sit nulla, quid dicendum de sententia lata contra decisionem Rotæ; Respondetur validam esse. Garb. *de sent. conclus.* 7. Ciarlin. *controv. for. cap.* 17. Scaccia. *de sent. gl.* 14. *quæst.* 24. *per totam.* Imo nec est injusta, quia licet Rotæ authoritas sit tanta, ut faciat sententiam communem, non ideo tenetur Judex illam sequi, quando habet veritatem in contrarium, & sæpe Rota aliter judicavit, & variavit. Jo. And. Abb. & Butr. *in cap.* 1. *de constit.* Scaccia *l. c. quæst.* 24. *per totum.*

14 Quæres ulterius. Utrum sententia lata sub conditione extrinseca, sive de præsenti, sive de futuro sit valida? Respondetur, esse nullam. Osasc. *dec.* 146. *num.* 2. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 14. *n.* 33. si vero fuit lata sub conditione resolutiva, valet. Angel. *in L. Judex.* & Bald. *in L. certa. C. quando provoc. non est necesse.* Felin. *in cap. cum. contingat. de off. Deleg.* Fachin. *lib.* 11. *controv. Jur. cap.* 16. quamvis conditio esset extrinseca, sed resolutiva. Ecclesia *obs. for.* 24. Vant. *de nullit. ex def. procef.* Gabr. *de sent. conclus.* 1. fecus sub conditione intrinseca respiciente tempus intrinsecum. Uti si probatum sit. Fachin. *l. c. cap.* 18. neque sub conditione intrinseca respiciente tempus futurum, uti si probabitur. DD. cit. & Ciarlin. *controv. for. cap.* 99.

15 Ita sententia deferens parti juramentum, aut dans facultatem jurandi est conditionalis, scilicet, si juraverit, & valet. Bart. *in L. cum. Judex. ff. de sent. & interlocut. omn. Jud.* Cravetta *conf.* 183. Ruginell. *de appell.* §. 12. *gl.* 1. Ciarlin. *l. c.* Menoch. *conf.* 509.

§. III.

Qualiter sententia sit ferenda?

16 Dicendum primo, quod contra contumacem in civilibus datur Actori contra contumacem tenuta, seu immissio ex primo decreto, quod est sententia interlocutoria, quo casu potest Reus comparendo, & refectis expensis, purgare contumaciam, & recuperare pignus, seu tenutam, & super eo audiri, dummodo compareat ante interpositionem secundi decreti. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 7. *num.* 1. & 2. & 107. Et hæc tenuta datur, tam ex actione reali, quam personali, si bona obligavit, si vero illa non obligavit, tantum ex personali. Scacia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 96. *a num.* 4.

17 Alia sententia, quæ fertur contra Reum contumacem, est, quæ fertur causa cognita super toto negotio, & servatis servandis, quæ sententia, quamvis Reus non compareat, & sit contumax, dicitur definitiva; quia examinatis testibus, seu habitis positionibus pro confessatis, constat plene de jure Actoris, & cum hujus sententiæ vigore, si fuerunt datæ dilationes, & servata servanda ex jure municipali, vel consuetudinario loci, datur actori executio, quia vel sententia est inappellabilis de sui natura, vel est facta inappellabilis ob lapsum termini, aut ob non prosecutionem, aut propter confirmationem sententiæ; quæ executio non dicitur tenuta ex primo decreto, neque pignus prætorium, sed dicitur pignus judiciale in vim rei judicatæ, & tunc compareat Reus, quando vult, licet actori reficere expensas contumaciales; tamen non potest audiri. ita Scaccia. *de sent. loc. cit. num.* 3. & *de Jud. lib.* 1. *cap.* 96. *num.* 21. quia hæc sententia non fertur in contumaciam Rei, & in illius odium, ut tædio affectus compareat, sed quia servatis servandis constat de bono jure actoris, & hæc sententia non differt ab ea, quæ fit Reo præsente. Hæc in civilibus. In criminalibus vero modus procedendi, qui servatur ex genarali consuetudine, est valde similis modo procedendi in civilibus; nam sicut in civilibus, contra Reum, qui obligavit bona sua, & est contumax, datur tenuta actori ex primo decreto, & Reus tenutam, quando comparet; recuperat refusis expensis: ita in criminalibus primum bannum resolvitur, & revocatur ipso jure, & Reus remissa contumacia auditur. Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 37. & 38.

Et quia ad contumaciam incurrendam prærequiritur citatio litigantium trina, vel una peremptoria. *L. contumacia.* 53. §. 1. *ff. de re jud. L. tres.* 9. *C. quomodo. & quando Jud.* ideo ante sententiam litigantes sunt citandi, alias sententia est nulla. *L. ea quæ* 7. & *L. consentaneum.* 8. *C. eod.* quia sententia non valet, nisi ii, quorum interest, sint præsentes vere, vel interpretative; quia legitime citati, si sunt contumaces, habentur pro præsentibus. *L. de unoquoque.* 47. ubi gl. *ver. præsentibus. ff. de re jud.* nisi factum esset notorium, adeo, ut liquide constet, nulla Reo condemnando defensionem competere posse. juxta *cap. ad nostram.* 21. *de jurejur.* & *cap. cum olim.* 12. ubi gl. *verf. absent. de sent. & re jud.* Ecclesia. *obs. for.* 37. 18

Quod si citatus ex justa causa, sed Judici ignota, non comparet, tenet quidem sententia eo absente lata, sed retractatur, si is probet legitimum impedimentum, propter quod comparere non potuit. *cap. cum Bertholdus.* 18. *de sent. & re jud.* ubi Abb. etiam post lapsum decem dierum. P. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 27. *sect.* 3. §. 3. *num.* 15. & 16. Gonzal. *lib.* 2. *tit.* 27. *in cap. cum Bertholdus.* 18. ubi Barb. Præterea debet ferri cum causæ cognitione servato juris ordine. *L. probatum.* 4. *C. de sent. & interloc. omn. Jud. cap. ad probandum.* 24. *de sent. & re jud.* ubi gl. *verf. ex alia justa causa* P. Pirhing. *l. c.* §. 3. Felin. *in cap.* 10. Ecclesia *sub nu.* 13. *verf. sed in contrarium. de constit.* Vant. *de nullit. ex def. processf. num.* 30. *fol.* 414. Osasc. *dec.* 146. *nu.* 14. *verf. tertio adducitur.* Scaccia. *de sent. & re jud. gl.* 13. quæ quidem cognitio causæ requiritur de Jure Divino. Abb. *in cap.* 1. *nu.* 5. *de caus. possess. & propriet.* Fel. *in cap. Ecclesia. num.* 26. *not.* 2. *de constit.* & DD. cit. & probatur ad Corinth. 1. *cap.* 4. *num.* 5. Itaque nolite ante tempus judicare; qui enim judicat absque causæ cognitione, dicitur judicare ante tempus; tum quia citatio est necessaria ob causæ cognitionem, & non alio ex fine, citatio vero requiritur de Jure Divino. Scaccia. *l. c. nu.* 3. & *de Jud. lib.* 1. *cap.* 88. *nu.* 3. alias lata sine causæ cognitione est nulla ipso jure. *L. ex stipulatione. C. de sent. & interloc. omn. Jud.* Fel. & Vant. *ll. cc.* Surd. *dec.* 334. *num.* 3. *lib.* 4. neque sufficit, quod causæ cognitio superveniat primum post sententiam. Et tanta est hæc nullitas, ut non sit sublata a statuto, seu motu proprio, quamvis tolleret omnes nullitates, præter tres, Jurisdictionis, mandati, & citationis; quia si sententia est nulla propter defectum citationis, debet esse pariter nulla propter defectum cognitionis, quia citatio requiritur propter causæ cognitionem. juxta illud, propter quod unumquodque tale, & illud magis. Tum quia jurisdictio, mandatum, &c. citatio videntur partes necessariæ ad sententiam, & ex earum defectu potest dici de nullitate sententiæ; sed cognitio causæ videtur major pars, imo includit mandatum, citationem, & jurisdictionem. Et quia hæc nullitas incurritur ipso jure, non est necessarium dicere de nullitate. 19

Neque sufficit causæ cognitio, sed insuper est necessaria congrua deliberatio ad ponderandam sententiam ferendam, quia ista non est subito ferenda. *L.* 2. ubi Bart. *num.* 1. *C. de sent.* quia veritas sæpius exagitata magis splendescit in luce. *cap.* 7. *grave.* 35. *quæst.* 9. & lenta virtus, & cunctatrix ante judicat, quam incipit, quid decorum, quid honestum. *cap. inter hæc.* 34. *quæst.* 3. *de pœnit.* e contra iniquitas omnia præcipitat. Specul. *in tit. de appell.* §. *nunc breviter. num.* 5. *verf. alibi vero. lib.* 2. & præcipitatio est noverca justitiæ. Scaccia. *l. c. nu.* 29. & *gl.* 9. *num.* 33. Ideo lata non visis actis, vel visis, sed sine matura deliberatione est nulla. Bart. *in L.* 2. *C. de eden.* Garb. *de sent. conclus.* 9. Mastrill. *dec.* 30. Ecclesia *obs. for.* 26. Scaccia. *de sent. gl.* 13. *l. c.* 20

Sententia debet ferri in scriptis, etiam contra Reum confessum de Jure Canonico. *cap. nos. & cap. Judex. quæst.* etiam de Jure Civili. *L. Julianus. ff. de confess.* Thef. *dec.* 79. & 186. Osasc. *dec.* 134. Ecclef. *obs. for.* 45. *num.* 7. nisi Reus ante susceptum judicium, & libellum oblatum ex abrupto fuisset confessus; tunc enim partes Judicis non sunt, nisi in executione, & præcipere debet, ut solvat, dato termino. *L. debitori. ff. de Jud.* 21

Maf-

Mascard. *de prob. conclus.* 344. Ecclesia. *l. c.* nisi partes aliter convenissent. Conclusio procedit tam in summario, quam ordinario judicio, & in definitiva, aliter est nulla, licet partes consensissent, tunc tamen valet in vim pacti. Ecclesia. *obs. for.* 43. Scaccia. *de sent. gl.* 12.

22 Sententia debet ferri in loco publico; ubi solitum est jus reddi a Judice ordinario, aliter ab ordinario lata non valet. *L. cum sententiam. 6. C. de sent. & interloc. omn. Jud. L. penult. ff. de Just. & Jur.* secus, si fuit lata a Judice Delegato ad unam causam particularem, qui potest sibi eligere locum congruum, tutum, ac honestum, cum certam sedem non habeat. *L. si cum dies. 5. §. si arbiter. ff. de recept. arbitr.* & si fertur extra locum solitum tribunalis parte non monita de mutatione loci, est nulla. Ecclesia *obs. for.* 6. *num.* 10.

23 Sententia non debet ferri die feriato. *cap. 1. de feriis. L. fin. C. eod.* alias est irrita. *L. si ut proponis. 4. C. quomod. & quan. Jud.* & debet ferri eo die, ad quem facta est citatio, alias lata ante, vel post terminum citationis, non valet, tanquam lata parte non citata. *L. aut. qui aliter. 5. in princ. L. ult. §. fin. ff. quod vi aut clam. L. sive pars. C. de dilat. cap. significante. de dilat.* & ibi Franc. Lapus. *alleg.* 2. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 91. ubi DD. Potest ferri noctis tempore ad lumen trium candelarum, quamvis non omnes tres sint de essentia secundum communiorem apud Ecclesia. *obs. for.* 28. Gratian. *discept. for. cap.* 199. Honded. *cons.* 47. Dian. *par.* 4. *tract.* 8. *res.* 2.

§. IV.

Contra quem ferri debeat?

24 Sententia, si quis non per seipsum, sed per procuratorem stetit in judicio, de Jure civili condemnatoria contra procuratorem ferri debet, si per procuratorem lis fuit contestata, alias contra Dominum, juxta *L. 1. C. de sent. & interloc. omn. Jud. cap. querelam. 25. §. nos igitur. de elect.* ubi gl. *ver. œconomi.* Maran. *de ord. Jud. par. 6. tit. de sent. actu* 1. *num.* 112. quia procurator per contestationem litis fuit factus Dominus litis, & cum illo quasi contractum censetur, de Jure Canonico debet ferri in personam Domini. gl. *in d. cap. querelam.* Boer. *dec.* 285. Ecclesia *obs. for.* 26. *num.* 32. Pithing. *lib.* 2. *tit.* 27. *sect.* 1. §. 5. *num.* 27. Lim. 1. si Dominus, seu principalis in principio litis fuit præsens, & contestatus est litem; quia tunc sententia potest ferri contra ipsum principalem, qui relicto procuratore absens est. gl. *in L.* 1. *vers. non fuit. ex L. furti.* 6. §. *si quis alieno. ff. de his, qui not. infam.* Bart. *in d. L.* 1. *num.* 5. tenet tam Dominum, quam Procuratorem condemnari, si iste sit præsens tempore sententiæ. In causis matrimonialibus, & beneficialibus, aut similibus spiritualibus sententia non fertur contra Procuratorem, sed contra Dominum; nimirum, ut maritus cohabitet uxori. Beneficiatus beneficium resignet. De Jure Canonico sententia indistincte, sive fuerit lata in principalem, sive Procuratorem, valet. gl. fin. *in cap. licet.* 9. *de prob.* & *in cap. suscitata.* 6. *verb. Monasterium. de in integr. restit.* quia revera Dominus per suum Procuratorem contrahit, & in judicio cum suo adversario litem contestatur.

25 Lata contra mortuum est nulla, nisi fuerit lata favore libertatis Ecclesiasticæ, aut causæ piæ, aut nisi in causa fuerit constitutus Procurator, & cum eodem lis contestata, aut Reus fuerit citatus ante mortem. Gizzarel. *dec.* 9. Capon. *disc. for.* 248. ubi Novar. Franc. & alii. Fachin. *controv. jur. lib.* 13. *cap.* 17.

§. V.

Quibus noceat, vel non noceat sententia?

26 Sententia inter alios lata, non nocet aliis. Ofasc. *dec.* 156. Surd. *dec.* 256. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 12. *num.* 2. præsertim, si non fuerunt vocati per edictum, vel proclama. Ciarlin. *controv. for. cap.* 5. *nu.* 53. Bald. & Alex. *in L. de quocunque. ff. de re jud.* Felin. *in cap. humilis. de major. & obed.* Dec. *in L. jure civili. ff. de R. J.* Put. *dec.* 91. Bursat. *cons.* 203. quia res inter alios acta aliis non nocet. *cap. super eo. de off. Deleg. cap. veniens.* 18. *de transact. cap. cum super. de sent. & re jud.* & *cap. quamvis. eod.* ubi Barb. & Fermosin. Salgad. *de protect. reg. par.* 4. *cap.* 8. *num.* 3. Olea. *de ces. jur. tit.* 3. *quæst.* 12. *num.* 14. & *tit.* 4. *quæst.* 6. *num.* 33. Escobar. *de purit. par.* 1. *cap.* 13. §. 1. & 2. & alii plures, apud Gonzalez. *in* 2. *Decretal. cap. quamvis.* 25. *tit.* 27. *num.* 1. In quo tamen contrarium tenet Noal. *de transmiss. cas.* 74. *num.* 4. ubi pluribus probat, & respondet contrariis, nisi sententia fuisset lata in contumaciam, aut super juribus personalibus. Vive Merlin. *de pignor. lib.* 5. *tit.* 1. *quæst.* 40. & *seq.* & localis sententia, videtur consentire cum Merlin. *dec.* 836. ubi sententia contra tertium non nominatum, non præjudicat. Decius *cons.* 564. *num.* 8. Put. *dec.* 365. *lib.* 1. *in correct.* Gabr. *cons.* 52. *num.* 4. *lib.* 1. Rota *dec.* 360. *num.* 3. *par.* 4. *recent.* & quamvis noceat tertio citato, quatenus putat sua interesse, fallit tamen, quando ille tertius non est principalis. Castr. *in L. filius. fam.* 49. *num.* 3. *ff. de V. O.* Surd. *cons.* 334. *num.* 11. aut citatio non arctat tertium ad comparendum, ita ut illius citationis vigore possit contra non comparentem procedi ad definitivam. Rota *dec.* 545. *num.* 2. *par.* 3. *divers. lib.* 3. Seraph. *dec.* 512. *num.* 5. Caputaq. *dec.* 116. *num.* 6. *par.* 1. Rota *dec.* 151. *a num. par.* 3. *divers.* Merlin. *loc. cit.* aut mens Judicis contraria deprehenditur. Et lata contra unum Legatarium non nocet aliis, quorum æque principaliter interest. Scacia & Ciarlin. *ll. cc.* Dec. *cons.* 445. Menoch. *cons.* 101.

Sententia prodest, vel præjudicat successoribus, & ad eos, vel contra eos transit, & nocet non tantum hæredibus, & successoribus universalibus. *L. exceptio. ff. de except. rei jud.* Alex. *in L. sæpe. num.* 69. *ff. de re jud.* Dec. *loc. cit.* sed prodest etiam, & nocet successoribus singularibus, uti in Beneficio, feudo, sive fideicommissariis substitutis, emphyteutis, quamvis non citatis. DD. apud Noal. *loc. cit. num.* 4. dummodo causa in prima, & ulteriori instantia fuerit viriliter defensa. Noal. & Ciarlin. *ll. cc.* 27

Sententia lata contra gravatum nocet etiam fideicommissario, etiam non citato, & lata contra primum substitutum nocet etiam secundo. Fusar. *de substit. quæst.* 622. tum quia adversarius futurus non est citandus, cum non lædatur principaliter, sed tantum in consequentiam. Idem dic in primogenituris. Lim. 1. Si fuit lata contra contumacem, & si causa non fuit sufficienter defensa. Item, si fuit lata per collusionem, præsumitur autem lata per collusionem, cum victus non curavit jura sua deducere, aut non appellavit. Lim. 2. si gravatus erat pupillus, qui se defendere non poterat. Lim. 3. cum fideicommissarius ignorat litem pendere, quamvis contrarium defendat Fusar. *loc. cit.* Lim. 4. posse fideicommissarium appellare pro suo interesse, aut Principi supplicare etiam contra tres conformes; si tamen ignoravit causam agi. Lim. 5. si sententia fuit lata propter confessionem; nam sicut confessio non nocet alteri, aut tertio, ita neque sententia propter confessionem lata. Item, si setentia fuit lata ob non factas probationes, vel juramentum. Videri possunt DD. magno numero apud eundem Fusar. Mant. *de conjectur. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 6. Peregrin. *de fideic. art.* 53. *num.* 49. *vers. & idem. & de Jure fisci. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 7. Sim. de Pret. *de interpret. ult. vol. fol.* 572. *num.* 12. Ceval. *comm. contra commun. quæst.* 637. Boer. *dec.* 255. *col. penult. vers. & ideo sententia prædicta.* Ofasc. *decis. Pedemont.* 157. *n.* 1. Thesaur. *decis. Pedemont.* 194. *num.* 5. Lim. 6. si sententia fuit lata contra primum fideicommissarium agentem ex causa fideicommissi ob aliquod ejus particulare factum, ut quia consensisset alienationi, aut præscripta fuisset illius actio, quia tunc non noceret secundo fideicommissario. Peregr. *l. c. num.* 60. *art.* 53. Fusar. ut supra. *num.* 26. 28

29 Sententia lata contra principalem non nocet fidejussori contractus non citato, & in eadem exequenda contra fidejussorem opus est novo processu. Cabal. *res. crimin. cas.* 252. ubi DD. secus, si fidejussio fuit facta apud acta de stando juri &c. Paiatell. *exped.* 3. nisi a sententia fuerit appellatum. Paiatell. *loc. cit.*

§. VI.

§. VI.

De sententia Criminali.

30 Sententia mortis, an possit exequi contra mulierem prægnantem? vide *Mulier*.

31 Sententia declaratoria incursionis Censurarum, lata contra non citatum, aut invalide citatum, uti si non fuit citatus personaliter, est nulla. *L. ignorare. C. de restit. in integr.* Innoc. *in cap. fin. de eo qui mittitur in possess.* Felin. *in cap. cum sit Romana. de appell.* Covar. *in. cap. alma mater. par.* 1. §. 9. Menoch. *de arbitr. cas.* 541. Gratian. *disc. for. cap.* 531. Salgad. *de retent. Bullar. par.* 2. *cap.* 24. nec sufficit facta ad domum, nisi dolose latitet. Diana. *par.* 10. *trac.* 12. *res.* 4. Sperell. *dec.* 48. vide citatio.

32 Sententia criminalis non potest valide ferri de nocte, eo quod oriatur præsumptio contra facientem actum de nocte, qui de die fieri potest. Vant. *de nullit. ex def. jurisdict. ordin. num.* 132. & alii apud Cabal. *res. crim. cas.* 218. sed contrarium tenet gl. *in cap. consulut. de off. Jud. Deleg.* Cabal. *loc. cit.* Vant. ut supra, qui respondent contrariis. Castr. *in L. non minorem. C. de transact.* qui sequitur primam, si sumus in Judice Ordinario, qui habet certum locum, & tribunal. In judice vero Delegato sequitur secundam, quam secundam de consuetudine indistincte observari testatur Caball. *loc. cit.* quamvis prima sit de jure communior, & verior, nisi partes consentiant, ut feratur de nocte, aut res esset peritura, aut Judex propter occupationes non potuisset illam ferre de die. Quando tamen secundum consuetudinem fertur de nocte, tria lumina sunt adhibenda. *L.* 1. *ff. de ventre inspic.* Condemnatoria, si ex actis non constat de prætenso homicidio præsumitur lata in contumaciam. Bich. *dec.* 393. *num.* 6. *DD. in cap. cum olim. de re jud.* Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 34. *num.* 11. Seraph. *dec.* 355. *num.* 11. Rota *dec.* 665. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* & impressa apud Duran. *dec.* 76. *num.* 6. quamvis Judex in sententia dixisset constare de delicto per veras probationes. Rota. *dec.* 175. *num.* 1. & 2. inter impressas apud Farin. Idem Farin. *de inquis. quæst.* 11. *num.* 92. *vers. & prænarratis*. Bich. *loc. cit. num.* 7.

33 Sententia excommunicationis invalide fertur, nisi præcesserit trina monitio, uti dictum fuit in praxi excommunicationis, quamvis Diana. *par.* 5 *trac.* 9. *res.* 19. existimet, sufficere unam monitionem ad valorem censuræ, ratus triplicem non requiri pro forma, sed tantum pro solemnitate.

34 Sententia criminalis de generali consuetudine potest ferri, & exequi die feriato in honorem Dei, quidquid sit de jure communi. Clarus. *in §. fin. quæst.* 97. Caball. *resol. crimin. cas.* 227. Boer. *dec.* 259.

35 Lata contra principalem in pœna pecuniaria, vel in certa quantitate pecuniæ, cum ad illam non fuerunt citati fidejussores, an valeat. vide Caball. *res. crim. cas.* 252. Ecclesia. *obs. for.* 168. vide Executio, & fidejussio.

36 Sententia, si est usuraria, potest de pravitate usuratia impugnari, & a Judice rescindi, neque hæc ullo tempore transit in judicatum. ita Sperell. *dec.* 90. Idem dic, si sententia continet usuram.

37 Sententiæ plurium Judicum Ordinariorum, vel Delegatorum discordantes in summa, vel in tempore, si omnes sunt Judices criminales super eodem delicto, non valent, sed manent suspensæ, donec major judicum pars conveniat in una. Thesaur. *dec.* 1. *num.* 12. Caball. *res. crimin. cas.* 119.

38 Sententia lata contra delinquentem in loco delicti, aut in uno territorio, non potest in alio exequi, veluti in loco originis, sine litteris Judicis, qui sententiam tulit. Farin. *de inquis. quæst.* 11. Caball. *res. crim. cas.* 161. Clarus *in §. fin. quæst.* 54. Cartar. *in trac. execut. senten.* contra contumacem. *cap. fin. n.* 11. non tantum, quando territoria sunt sub diversis Principibus, sed etiam, quando sunt sub eodem Principe, sed sub diversis Præsidibus.

39 Sententia excommunicationis debet ferri in scriptis. Novar. *in man. cap.* 27. Diana. *par.* 5. *tract.* 9. *res.* 73. ubi DD.

§. VII.

An sententia possit revocari, seu corrigi a Judice qui illam tulit?

Sententiam definitivam Judex a se latam in eadem instantia, vel eodem judicio declarare non potest, quia sive bene, sive male judicaverit, functus est officio suo, & desinit esse Judex in ea instantia. *L. Actorum.* 49. *ff. de re jud.* Felin. *in cap. qualiter.* 17. *num.* 63. & 64. *de accus.* Gail. *pract. obs. lib.* 1. *obs.* 116. Surd. *cons.* 228. adeo, ut suæ sententiæ, nec addere, nec adimere quidquam possit. *L. Judex.* 55. *C. de sent. rescin.* Bald. *in L.* 4. *num.* 7. *quæst.* 2. *ff. de appell.* Gabr. *de R. J. conclus.* 3. *num.* 14. quæ tamen omnia limitantur in sententia interlocutoria, quam Judex ex officio potest mutare usque ad definitivam, quia interlocutoria quoad Judicem non transit in judicatum. Surd. *cons.* 167. Berous. *cons.* 19. Ecclesia *obs. for.* 13. *num.* 16. Cravetta *cons.* 23. quamvis lapsis decem diebus a parte ad id cogi non possit, nisi impetrata restitutione in integrum. Ecclesia *l. c.* quamvis fuerit appellatum. Nisi interlocutoria haberet vim definitivæ. Ecclesia *l. c. num.* 26. Scaccia. *de sententia. gl.* 14. *quæst.* 17. *num.* 10. Felin. *l. c.* quia per interlocutoriam Judex non dicitur functus officio suo, nec desinit esse Judex. Surd. *cons.* 288. *num.* 20. Lim. si error esset in latinitate, & verbis, quia ille potest corrigi a Judice salva rei substantia. Item in sententia definitiva, cujus nullitas intentatur incidenter, quia tunc Judex ordinarius non vero Delegatus potest ex iisdem actis sententiam reformare. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 22. Item in accessoriis, quæ Judex potest eadem die addere. *L. Paulus.* 42. *ff. de re jud.* Abb. *in cap. qualiter.* 17. ubi Socin. & alii. *de accus.* veluti de expensis; quia quæ fiunt eadem die, dicuntur fieri in continenti, & quæ fiunt in continenti, dicuntur inesse. Item quod esto non possit Judex suam mutare sententiam addendo, vel adimendo, tamen declarare potest, quia qui declarat nihil facit de novo, & nihil dat de novo, sed factum, vel datum explicat. Gabr. *lib.* 6. *de R. J. conclus.* 3. *num.* 14. Gail. *obs. lib.* 1. *obs.* 116. Surd. *l. c.* Felin. *l. c.* Scaccia *l. c. num.* 30. & *seq.* quæ militant tamen duntaxat in Judice ordinario, non vero in Delegato. vide etiam Eccles. *obs. for.* 13. & 30. Cyriac. *controv.* 223. Magon. *de floren.* 131. Et quod sententia nulla, si nullitas non est in actis, sed in ipsa sententia, potest a judice reformari ex iisdem actis, secus, si nullitas non est duntaxat in sententia, sed etiam in ipsis actis, probant Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 17. *num.* 14. *lim.* 3. & *quæst.* 26. *num.* 2. & 7. Cravetta *cons.* 140. *num.* 8. Uti si sententia fuit lata in die feriata, aut contra non citatum; quo casu in reformatione partes de novo citari debebunt, de quo vide *Citatio*. duntmodo instantia adhuc duret. 40

Sententia lata de consilio sapientis non potest retractari de consilio alterius sapientis, si transit in judicatum. Curt. *in L. admonendi. ff. de Jurejur.* Thes. *dec.* 25. Mascard. *de prob. conclus.* 1174. Ecclesia. *obs. for.* 16. *num.* 23. qui tamen in contrarium multos citat. Scaccia *d. gl.* 14. *l. c.* 41

Est autem sententia nulla, si est contra claram mentem Testatoris, uti etiam notorie injusta, & non transit in judicatum. Ciarlin. *controv. for. cap.* 17. & *cap.* 5. sicut etiam lata contra legem municipalem. Barr. & Angel. *in L. cum probatis. ff. de Jud.* Aretin. *in L.* 1. *ff. de appell.* Abb. & Felin. *in cap.* 1. *de re judic.* vel saltem continet manifestam injustitiam, propter quam non transit in judicatum. *cap. inter. ceteras. de re jud.* Innoc. *in cap. fraternitatis. de frigid. & malef.* Ita lata a non habente jurisdictionem est nulla ipso jure. Surd. *cons.* 99. Rugineil. *de appell.* §. 4. *cap.* 2. Scaccia *de appell. quæst.* 19. *rem.* 1. *conclus.* 5. Ciarlin. *controv. for. cap.* 13. Item lata per vim & metum est invalida. Cornecius *in* 3. *par. to.* 5. *de censur.* Ugol. *de censur. tab.* 1. *cap* 2. §. 4. Cabreros *in trac. de metu lib.* 2. *cap.* 31. contra Coninch. Suarez. & alios apud Dianam. *par.* 5. *trac.* 9. *res.* 69. Item lata in causa administratæ tutelæ non visis libris administrationis est nulla. Rota apud Merlin. *dec.* 13. Ita lata ex errore, illo detecto, est nulla. gl. *in cap. fraternitatis. de frigid. & malef.* Mynsing. *cent.* 6. *obs.* 35. Gail. *lib.* 2. *obs.* 111. *num.* 16. *cap. cum contingat.* 36. *de off. Deleg.* Barb. *axiom. lib.* 17. *cap.* 19. *ax.* 19. 42

Ita

43 Ita sententia super professione Regularis, seu illius nullitate lata ab Episcopo absque interventu superioris Regularis, aut Religionis, est nulla, quia secundum Concilium Tridentinum. *sess.* 25. *cap.* 19. Episcopus est Judex simul cum superiore. DD. apud Dianam. *par.* 8. *trac.* 7. *ref.* 2. Item lata a Judice imperito cum consilio assessoris est nulla. Fulgos. *conf.* 49. Alex. *conf.* 145. DD. *in cap. fin. de rescript.* Ecclesia. *obs. for. in procemio. num.* 6. Item lata, causa perempta, est nulla. *L. properandum. C. de Jud.* etiam in Consistorio Principis. Marescot. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 135.

44 Ita sententia lata ab Archiepiscopo, aut Nuntio Apostolico contra subditos Suffraganeorum in prima instantia est nulla ex defectu jurisdictionis. Ciarlin. *controv. for. cap.* 125.

§. VIII.

Communia de sententia.

45 Sententia lata per fraudem aut non valet, aut debet rescindi, quia nihil magis adversatur justitiæ, quam fraus. Hinc sententia obtecta per dolosam occultationem Scripturæ sibi nocivæ rescinditur, etiam sine restitutione in integrum. Scaccia. *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 18. *num.* 1. & 7. & lata per collusionem est nulla. Ayin. *conf.* 10. Pinell. *in L.* 2. *par.* 3. *C. de de rescinden. vend.* Ciarlin. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 5.

46 Lata sine probationibus, quamvis sit valida, est tamen injusta. ita Ofarc. *dec.* 146. *num.* 16. Fel. *in cap. Ecclesia S. Mariæ. num.* 24. *de constit.* Scacia. *l. c. quæst.* 20. *num.* 6. & ideo transit in judicatum.

47 Sententia est stricti juris, & ideo stricte interpretanda, quantum sonat, & quod non dicit, omissum videtur. *L. veteribus. ff. d pact. L. si cum dotem. ff. sol. matrim.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 75. *num.* 2. Trancheein. *conf.* 89.

48 Sententia in causa *L.* 2. *C. de rescind. vend.* debet esse alternativa, ut nimirum res restituatur, aut pretium augeatur. *cap. cum causa. de empt.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 62. Ecclesia. *obs. for.* 23.

49 Lata, prout in cedula, an & quando valeat, vel non vide Ecclesiæ *obs. for.* 27. Vant. *de nullit. ex def. jurisdict. vel process. num.* 31.

50 Sententia debet subscribi a Notario, aliter non valet, nec probat. Ecclesia. *obs. for.* 29. DD. *in cap. quoniam. de probat.* Speculat. *in tit. de sententia.* §. *ut autem. col.* 7. *vers. Notarius autem. num.* 21. Cephal. *conf.* 241. *num.* 83. Afflict. *dec.* 346. *num.* 12. *vers. secundo.*

51 Sententia debet publicari præsente Judice, & pro tribunali sedente, aliter non valet. Rota apud Farin. *dec.* 46. Ecclesia. *obs. for.* 26. *num.* 16. Scacia *de sent. & re jud. gl.* 8. debet subscribi a Judice; defectus tamen subscriptionis non annullat. Ecclesia *l. c. num.* Rota apud Farin. *dec.* 510.

52 Sententia habet præsumptionem pro se, quod fuerit juste lata. *cap. in præsentia. de probat.* & facit de non ente ens, & de albo nigrum, de falso verum, æquat quadrata rotundis. Maran. *in specul. par.* 3. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 2. Ciarlin. *for. cap.* 135. Ciriac. *controv.* 186. (Sermo est de sententia, quæ transiit in judicatum) habet executionem paratam. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 62. *num.* 10. etiam contra fidejussores de judicato solvendo. Ecclesia *obs.* 168. Mynsing. *obs.* 96. & Tranchedin. *conf.* 12. ubi Surd. Andreol. & alii. Executio vero debet prius fieri in mobilibus etiam minus pretiosis, quam in immobilibus. *L. Ordo. C. de execut. rei jud.* Ciarlin. *cap.* 27. vide *Executio.*

53 Sententia lata non constito de mandato, si revera illo tempore exstabat mandatum, quamvis non productum, & dein producatur, sustinetur. Vant. *de nullit. ex def. mandati. num.* 110. Crescent. *dec.* 1. Salgad. *de protect. reg. cap.* 7. *par.* 4. *num.* 126. nisi antea fuerit oppositum de mandati defectu. Scaccia. *de appell. quæst.* 6.

54 Sententia Episcopi non probat Juspatronatus, nisi in antiquis. Pur. *dec.* 338. Riccius *in praxi Jurispatron. ref.* 132. Barb. *de potest. Epis. alleg.* 72. Ciarlin. *controv. for. cap.* 107. *num.* 88. præsertim non citatis citandis. Vide in praxi *Episcopi, & Jurispatron.*

55 Sententia dicitur antiqua, si post Concilium Tridentinum fuit lata a quadraginta annis. Riccius *in prax. noviss. probat. Jurispatron. ref.* 233. Ciarlin. *l. c. cap.* 57. ubi DD. & lata ante Concil. Trid. non probat juspatronatus. Riccius *in praxi Jurispatron. ref.* 146. & & probat sine actis. Bich. *dec.* 205. *num.* 5. & *dec.* 312. *num.* 12. Bald. *in L. emancipationes. num.* 3. *C. de fid. instrum.* Cassad. *dec.* 3. *num.* 2. *de procurat.* Put. *dec.* 338. *lib.* 2. *in antiq.* Ludovis. *dec.* 535. *num.* 8. Rota *in Cracov. decimarum.* 24. *jan.* 1681. *coram Card. Sacrato.*

Sententia lata post Concil. Trident. cum causæ cognitione, & audito fisco Ecclesiæ, si transiit in judicatum, probat Juspatronatus. Fel. *in cap. illud. de præscript.* Gratian. *discs for. cap.* 310. Riccius. *l. c.* Ciarlin. ut supra, terminat negotium, nec ab ea est recedendum. Maran. *in spec. par.* 6. apud Scacciam *de sent. gl.* 14. *quæst.* 2. extinguit litem. Ecclesia. *obs. for.* 171. habetur pro veritate, & illa stante aliud non est indagandum. *L. res judicata.* ubi Dec. & Cagnol. *ff. de R. J.* Scaccia *l. c.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 74. & facit jus vincentis notorium, qualiter argui possit de falsitate, vide eundem ab Ecclesia *obs. for.* 33. 56

Lata, a Vicario, Episcopo mortuo, cujus tamen mors communiter ignorabatur, quamvis illam sciverit Vicarius, valet. Sanz. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 22. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 1. *sect.* 3. §. 1. *num.* 86. 57

Sententia, a qua non fuit appellatum, habet vim transactionis. Nal. *de trasmiss. cas.* 74. Quæ non est liquida, non potest mandari executioni, sed debet prius liquidari. Cravetta. *conf.* 164. Covar. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 11. Cyriac. *controv.* 424. Ecclesia *obs. for.* 16. Lata contra plures obligatos in solidum, afficit omnes pro rata. Costa *de portione ratæ. quæst.* 33. Surd. *conf.* 150. 58

Sententia, quando duo Judices Ordinarii diversas sententias protulerunt, prævalet, quæ favet Reo, nisi causa sit favorabilis, veluti matrimonialis, liberalis, aut testamentaria *L. si pars.* 10. *ff. de re judic. L. si pars.* 10. *ff. de inoff. testam.* Barb. & Fermosin. apud Gonzal. *in lib.* 2. *Decretal. tit.* 27. *in cap. duobus. de sent. & re jud.* Pacian. *de prob. cap.* 9. Covar. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 2. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 27. *sect.* 2. §. 1. si vero diversæ sententiæ fuerint latæ a duobus Judicibus Delegatis, superior, aut Delegans erit adeundus. *cap. per. hoc.* 17. *de heret. in* 6. in cujus arbitrio erit, utrum illis confirmare. *L. duo.* 28. *ff. de re jud. gl. in auth. in Judices non expectent.* §. *jubemus. ver. sententiam. col.* 9. Ratio est, quia plures Judices Delegati non habent jurisdictionem in solidum, saltem quoad usum, & exercitium, sed pro parte duntaxat, & ideo unus sine altero procedere non potest, & sententia unius absque altero lata non tenet. *cap. causam.* 16. *de off. Jud. Deleg.* si versi plures sint Judices in una causa, & omnes præsentes, qui diversas sententias fuerunt, tenet sententia plurium, seu majoris partis eorum, qui consentiunt. gl. *in cap. fin. vers. proferentibus. de sent. & re judic.* sive sint Delegati, sive ordinarii, quia uno ex Delegatis Judicibus absente, alter, vel alii sententiam ferre non possunt. *cap. causam.* 16. *de off. Jud. Deleg.* ubi gl. *ver. unius.* Pirhing. *l. c. sect.* §. 1. *num.* 63. 59

Sententia lata contra possessorem feudi non nocet vocatis, nisi ad sententiam fuerint citati. DD. apud Fachin. *lib.* 7. *controv. Jur. cap.* 103. qui tamen contrarium tenet cum Isernia. *de feud. cap.* 1. Felin. *in cap. ult. de major. & obed.* Alex. *conf.* 86. Dec. *conf. conf.* 445. Cravetta *conf.* 197. Covar. *pract. qq. cap.* 13. Lata in judicio summario nocet in ordinario. vide *Exceptio.* An lata in ordinario possit in alio judicio retractari. vide Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 81. 60

Secunda sententia lata contra primam, quæ transiit in judicatum, non valet, nisi prima fuerit revocata. *Clem. si appellationem. de appell.* Gabr. *conf.* 54. *nu.* 8. *lib.* 1. Cassador. *dec.* 1. *n.* 4. *de sequestr. possess. & fruct.* Rota *dec.* 161. *num.* 2. *par.* 1. *recent.* quæ nullitas subsistit, & obstat, etiamsi sententia dicatur lata tanquam in prima, si constat, quod Judex non fuerit primus, nec fecerit novum processum, sed super priori processu pronuntiaverit; quia tunc non potuit procedere, nisi revocata priori sententia, ne detur sententia contra sententia. *L.* 1. *C. quando provoc. non est necess.* Fel. *in cap. inter Monasterium. num.* 15. *de sent. & re jud.* Gabr. *l. c.* apud Merlin. *dec.* 363. *num.* 1. & 2. 61

Sententia probat acta in antiquis. Riccius *in praxi par* 3. *ref.* 502. an possit ferri contra contumacem. vide Judex. 62

Sententia lata super possessorio plenario est definitiva, cum aliam non exspectet post se; lata vero super possessorio summario dicitur interlocutoria. Gail. *lib.* 1. *obs.*

obs. 7. Menoch. *de retin. rem. ult. num.* 46. Post. *de manut. obs.* 2. *num.* 39. *& obs.* 106. *num.* 63. Scacia *de sent. & re judic. gl.* 14. *quæst.* 4. *num.* 32. & alii, quos citat Ecclesia. *obs. for.* 12. *num.* 13.

63 Interlocutoria habet vim definitivæ. 1. si finitur officium Judicis. 2. si finitur articulus substantialis. 3. si continet aliquid dari, aut fieri. Papien. *in forma libelli. gl. nos Bernardinus.* Maran. *in specul. aur. de sent. par.* 6. *num.* 42. Mynsign. *obs.* 88. Ecclesia *obs. for. num.* 20. Item, si pronuntiatur super Judicis incompetentia, absolutionis ab instantia, ab observatione judicii, revocationis attentatorum. De procedendo, & non procedendo in causa. Item super desertione appellationis. DD. cit. Gail. *lib.* 1. *obs.* 138. Covar. *lib. var. res. cap.* 1. Thesaur. *dec.* 122. *num.* 9. Ecclesia *l. c.*

64 Sententia super omissis, quando libellus continebat plura capita, non præjudicat, quin super illis possit agi, & pronuntiari; nec dicitur Judex super illis absolvisse, uti si Judex non condemnavit in expensis; si vero libellus continet unum caput, debet super toto pronuntiari, aliter non valet. DD. apud Ecclesia *obs. for.* 31.

65 Lata in contumaciam non probat caducitatem Surd. *dec.* 261. Bursat. *cons.* 143. Rota apud Rubeum *tom.* 1. *dec.* 492. *par.* 5. *recent.*

66 Sententia definitiva post annum non potest mandari executioni, sive nova citatione, nisi habeat tractum successivum, veluti in alimentis, annuis præstationibus. Ecclesia *obs for.* 169.

Sententiæ executio, an possit impediri a tertio. vide *Tertius*.

67 Sententia attendi debet in parte dispositiva. Corn. *lib.* 4. *cons.* 10. *num.* 3. Buratt. *dec.* 843. *num.* 4. Rota apud Ludovis. *dec.* 522. *num.* 4. ubi Beltram. *num.* 21. Bich. *dec.* 241. *num.* 1.

68 Quamvis repellat appellationem suspensivam in judicio immissionis in parte immissiva, illam tamen admittit in parte condemnatoria ad fructus, sive sit concepta per capitula separata, sive connexa; quia gravamen fructuum non est reparabile in judicio proprietatis. Bart. *in L.* 1. *num.* 18. *ff. de appell.* Menoch. *de adipisc. rem.* 4. *num.* 870. Mynsing. *obs.* 13. *nu.* 5. *cen.* 6. Scaccia *de appell. quæst.* 17. *lim* 6. *num.* 9. Mastrill. *dec.* 198. *num.* 7. Ad effectum executionis debet justificari ex iisdem actis, non postea secutis. Rota apud Bich. *dec.* 281. *num.* 49.

69 Sententia declaratoria, an & quando requiratur in pœnalibus, vide pœna. Sententiarum conformium executio tribus exceptionibus retardatur; nimirum exceptione defectus mandati, jurisdictionis, & citationis, & non aliis, vide exceptio. *Clem. ut calum. de re jud.* ubi Abb. & Imola. Covar. *pract. qq. cap.* 25. Gabr. *de execut. rei jud. conclus.* 1. Scacia. *de appell. quæst.* 19. Ciarlin. *controv. for. cap.* 49.

70 Sententiæ ut dicantur conformes, requiritur identitas rei, causæ, & personæ. Ruginell. *de appell.* §. 12. *gl.* 1. Scaccia *de appell. quæst.* 17. Ciarlin. *controv. for. cap.* 99. Et in dubio non præsumuntur conformes, sed difformes. DD. cit. & earum conformitas consideratur ab effectu, non verbis. *cap. relatum. de Cleric. non resid.* Bich. *dec.* 28. *num.* 1.

71 Duæ conformes sunt loco trium, cum statutum prohibet secundam appellationem, & in partibus conformibus sunt exequendæ, quamvis in quibusdam discordent. DD. & Rota apud Merlin. *dec.* 550. si sunt injustæ, non dantur executioni. Merlin. *dec.* 859. Bich. *dec.* 28. *num.* 13. Afflict. *dec.* 162. Surd. *cons.* 102. *num.* 11. Gabr. *de execut. rei jud. conclus.* 1. *num.* 5. Rota *post.* 2. *vol. consil. Farin. dec.* 328. *num.* 3.

§. IX.

Quando sententia transeat in judicatum?

72 Respondetur, transire in judicatum appellatione non interposita intra decem dies, tam sententia definitiva, quam interlocutoria, dummodo appellari potuerit intra hoc tempus. *auth. hodie. C. de appell. & cap. quoad consultationem.* 15. *de sent. & re jud.* quod quidem tempus statim currit a die latæ sententiæ. Abb. *in d. cap. quoad consultationem*. Pirrhing *lib.* 2. *tit.* 27. *sect.* 2. §. 1. *num.* 36. quia intra hoc tempus non appellans censetur acquiescere sententiæ. *L. ab eo.* 3. *in fin. C. quomodo. & quando Judex. & L. ult. C. de sent. quæ sine quant. tit. profer.* gl. fin. & Abb. *in d. cap. quod ad consultationem. nu.* 6. *& cap. cum dilectus.* 32. *de elect.* & ita tenent etiam Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 92. Pinell. *lib.* 1. *select. cap.* 19. Barb. *in L. maritus.* 52. *ff. sol. matrim.* & alii apud Gonzal. *in lib.* 2. *Decretal. tit.* 27. *cap. cum inter.* 13. *de sent. & re jud. n* 4. quamvis contra jus litigatoris fuerit prolata, quia alias nullus esset finis litium, & adversus rem judicatam nullum aliud superest remedium, quam restitutionis in integrum petitio. Hinc

Limitatur 1. quod sententia pendente termino ad appellandum nunquam transit in judicatum, sicut neque, quando est nulla. DD. *in L. si expressim. ff. de appell.* Cephal. *cons.* 263. Ciarlin. *controv. for. cap.* 13. Pajatell. *exped. & annot.* 35. Lata tamen super restitutione in integrum transit in judicatum etiam contra Ecclesiam, & Minorem. *cap. coram. de restit. in integr.* Pirrhing. *lib.* 2. *tit.* 1. *sect.* 3. §. 1. *num.* 86. 73

Lim. 2. quod sententia non transit in judicatum, nisi in actis justificetur. Seraph. *dec.* 1261. Verall. *dec.* 87. & plures apud Sperell. *dec.* 139. Fel. *in cap. Latro. de sent. & re jud.* Sperell. *dec.* 180. Sicut nec notorie injusta transit in judicatum, uti si non justificetur ex actis. Ecclesia. *obs. for.* 171. quia æquiparatur nullitati. Merlin. *dec.* 647. Bich. *dec.* 112. *num.* 27. Guido Pap. *dec.* 215. *num.* 9. Put. *dec.* 407. *lib.* 1. ... *ss.* de Graff. *dec.* 10. *num.* 12. *de re jud.* Rota apud Ludovis. *dec.* 1. *n.* 6. ubi Beltram. *num.* 7. Bich. *dec.* 123. *num.* 12. Seraphin. *dec.* 1123. *num.* 6. Cavaller. *dec* 600. *num.* 7. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 1. *num.* 6. juxta *cap. fin. de re jud. in* 6. Rota apud Bich. *dec.* 240. & ideo non est exequenda. Bich. *dec.* 186. *num.* 2. Injustitia vero sententiæ probatur ex decisionibus in causa emanatis. Bich. *dec.* 92. *nu.* 2. & sententia notorie injusta æquiparatur sententiæ invalidæ, & nulli. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 11. *num.* 59. *&* 60. 74

Lim. 3. in causa matrimoniali, in qua sententia nunquam transit in judicatum, sed potest revocari, quoties de veritate constiterit. *cap. requisivisti. vers. quod si.* 33. *quæst.* 1. *cap. quod Deo.* 33. *quæst.* 5. *cap. fraternitatis. de frigid. & malef. cap. ex litteris. de in integr. restit. cap. sicut. cap. series.* 26. *de testib. cap. significantibus. de purg. vulg.* Barb. & Fermosin. *in cap. Lator.* 7. *de sent. & re jud.* Tondut. *de prævent. par.* 2. *cap.* 24. *num.* 3. *& par.* 1. *res. Can. cap.* 77. *num.* 12. *res.* 9. *lim.* 5. *nu.* 114. Sanz. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 100. Moneta *de commut. cap.* 7. *nu.* 334. & alii apud Gonzal. *in* 2. *Decret. in cap. Later.* 7. *de sent. & re jud. num.* 3. quia, vel matrimonium est legitimum, & si pronuntiatur invalidum, fieri non potest, ut quos Deus conjunxit, homo separet; si vero matrimonium fuit invalidum, & pronuntietur validum, Judex facere non potest, ut prohibiti a jure in unum coire, & valide matrimonium contrahere possint. Barb. *in d cap. Lator. de sent. & re jud. & in cap. consanguinei.* 11. *de sent.* quamvis autem sententia in causa matrimoniali non transeat in judicatum, tamen per viam appellationis retractari nequit, sed tantum per viam simplicis querelæ causa deferri potest ad superiorem. Judex vero, qui per viam querelæ adiri potest, est ille, qui primam sententiam tulit. Item S. Pontifex, aut ejus Legatus, non vero Archiepiscopus respectu subditorum suffraganei, qui inter illos solum est Judex in causa appellationis, & non si adeatur per viam querelæ. *cap.* 1. *de off. Leg. cap. pastoralis.* 11. *de off. Jud. ordinar.* Abb. *in cap. Lator. num.* 10. *de sent. & re jud.* ubi Alex. de Nevo. *num.* 10. & Felin. *nu.* 4. Sanz. *de matrim. lib.* 7. *disp* 100. *num.* 9. *&* 10. P. Pirrhing. *lib.* 2. *tit.* 27. *sect.* 2. §. 3. *num.* 51. *vers. notan. secundo.* Covar. *in* 4. *Decret.* 2. *par. cap.* 8. *num.* 12. §. 12. Scaccia. *de sent. & re jud. gl.* 14 *quæst.* 2. *num.* 40. *& lib.* 1. *de Jud. cap.* 97. *num.* 131. Et quamvis sententia matrimonialis non transeat in judicatum, quoad ipsum matrimonium; transit tamen quoad litis expensas, ad quas succumbens fuit condemnatus per sententiam, a qua non fuit appellatum, quia quoad expensas cessat ratio allata, propter quam in judicatum transire nequit. Ita Sanz. *l. c. nu.* 11. Fel. *in cap. Lator. n.* 10. *declar.* 9. *de sent. & re jud.* Jo. And. *in ca. Venerabilibus. de sent. excom. in* 6. ubi Anchar. *notab.* 3. *nu.* 9. Franc. *notab.* 5. *num.* 2. Et quamvis non transeat in judicatum, tamen præsumptio stat pro sententia, ita ut transferat onus probandi in allegantem injustitiam, & non ita indifferenter admitti debet ejusmodi querela, sed allegenda est 75

est aliqua verisimilis injustitiæ causa, quæ Judicem mo-
veat ad id credendum, ne immortalis fiat lis, & in
infinitum querelans matrimonium audiri debeat. Ideo
summaria cognitio adhibenda est, & inquirendum, an
adsit justa causa impugnandi sententiam. Et impugnans
debet instituere novam querelam, novum libellum por-
rigere, in quo petat causam matrimonialem jam defini-
tam iterum ad judicium deduci, & sententiam revoca-
ri ob errore detectum: quia quoad instantiam causæ
jam transiit in judicatum. *cap. ex litteris. 4. de in in-
tegr. restit.* & DD. cit.

76 Si vero sententia fuit lata favore matrimonii, quod
novo consenso utriusque partis potest subsistere, tunc
per omissionem appellationis transit in judicatum: quia
ex ejus observantia nullum nutritur peccatum, & est
præsumptio juris, & de jure, contra quam nulla pro-
batio admittitur, partem victam, quæ a sententia non
appellavit, de novo in matrimonium consensisse, quod
potuit, & debuit facere. gl. fin. *in cap. Lator.* ubi Abb. *n.*
9. Alex. de Nevo. *num. 7. de sent. & re jud.* Covar. *in d.* §.
12. *n.* 19. *vers. tertio.* Sanz. *l. c. num.* 13. Pirthing. *l. c. num.*
52. *vers. notandum quinto*. Hinc sententia lata super dis-
solutione sponsalium de futuro ob probatam aliquam cau-
sam, vel impedimentum, a qua non fuit appellatum,
transit in judicatum, quia partes possunt mutuo con-
sensu sponsalia dissolvere, ergo non appellando possunt
etiam sibi præjudicare, secus, si fuit lata favore spon-
salium pro illorum valore, licet fuerit allegatum impe-
dimens matrimonium, sed non probatum; quia tunc
non potest transire in judicatum, quia compellendo par-
tes ad contrahendum matrimonium invalidum ob im-
pedimentum dirimens foveret peccatum. Sanchez. *l. c.
nu.* 13. Abb. *in cap. juravit. 6. de probat.*

77 Quæres: sed quid dicendum de sententia Divortii?
Respondetur: hanc omnino transire in judicatum, quia
per hanc non dissolvitur matrimonium quoad vinculum,
sed tantum quoad thorum; quia conjuges possunt sine
peccato vivere separati, nec huic conclusioni obstat,
quod conjuges possunt se sibi reconciliare, quia hoc
provenit ex eo, quod quilibet potest renuntiare juri
suo, ut patet in sententiis aliis, quæ sine controversia
transeunt in judicatum. Abb. & Alex. de Nevo. *l. c.*
apud Pirthing. *l. c. num.* 53.

78 Lim. 4. in sententia Excommunicationis, suspensio-
nis, & interdicti, quæ post decennium non transit in
judicatum, quominus his censuris ligati petere possint
absolutionem ab illis, & per simplicem querelam de
injustitia Excommunicationis conqueri, non potest ta-
men per viam appellationis aggravare. gl. *in cap. ad
reprimendum. 8. vers. suspendatur. de off. Jud. ordin.*
Abb. *in cap. consang. 11. nu. 9. de sent. & re jud.* ubi
Alex. de Nevo. *nu.* 15. & probatur ex *cap. cum contin-
gat. 36. de off. Jud. Deleg. cap. fin. de pœnit. cap. Sa-
cro. 48. de sent. excommun.*

79 Lim. 5. in sententia Beneficiali, quæ, licet intra de-
cennium non fuerit appellatum tamen non transit in
judicatum in animæ propriæ, vel Ecclesiæ præjudicium,
cum imminet peccandi periculum. *cap. Lator. 7. de
sent. & re jud.* Quare, si aliquis non fuit Canonice
promotus ad Beneficium, vel fuit intrusus, potest etiam
post decennium denuntiari Judici, & proponi querela
contra sic promotum, ut impediantur peccata. juxta *cap.
constitutis. 46. in fin. de appellat.* Et ipse quoque Judex po-
test ex officio inquirere etiam post lapsum decennii de
titulo legitimo, ut male promotus a Beneficio amovea-
tur. Abb. *in cap. cum dilectus. 32. de elect. n.* 5. & ibi
Laym. *nu* 2. Pirthing. *lib. 2. tit. 27. sect. 2. §. 4. nu.* 59.
transit tamen in judicatum in præjudicium Beneficiati
contradicentis.

80 Lim. ult. in sententia lata ex falsis instrumentis, vel
testimoniis, quæ etiamsi intra decennium non fuerit
appellatum, non transit in judicatum, sed retractari de-
bet. *L. falsum.* 3. ubi gl. *vers. testationem. C. si ex fals.
instrum.* & *cap. sicut. 9. de testib.* dummodo probetur
instrumenta, & attestationem fuisse falsa, & Judicem
ab illis in judicando motum fuisse. *cap. cum I. & A.
22. de sent. & re jud.* Ita nec sententia lata ex jura-
mento suppletorio, si postmodum ex repertis instrumen-
tis probetur falsitas, transit in judicatum. *L. admonen-
dis. 31. ff. de Jurejur. ubi gl.* quia ex juramento sup-
pletorio probatio procedit de jure speciali, quod partem,
cui defertur, facit judicem, & testem contra jus com-
mune. *L. nullus. 10. ff. de testib.* instrumenta vero
noviter reperta probant ex jure communi, quod specia-
li prævalet. Secus dicendum est, cum sententia fuit la-
ta ex juramento voluntario a parte parti delato, quod
habet vim transactionis. *L. quod si. 21. de dolo*, quia
non retractatur ob instrumentum de novo repertum.
sub prætextu. 19. C. de transact. Pirring. *l. c. nu.* 62.
qui citat Maran. & Zæsium.

Quæres, an prætextu instrumenti noviter reperti sen- 81
tentia legitime prolata sit retractanda? Dicendum, quod
non. *L. Imperatores. 35. ff. de sent. & re jud. L. 2.
C. eod. L. sub prætex. C. de transact.* Fachin. *lib. 1.
controv. Jur. cap.* 51. Vulteius *lib. 3. de Jud. cap. 12. n.* 22.
Solorzan. *de jure Ind. tom. 2. lib. 2. cap. 8. num.* 61. Scaccia
de sent. & re jud. gl. 14. quæst. 32. Carleval. *de Jud. lib.
1. tit. 1. disp. 7. nu.* 6. Gail. *de cred. cap. 2. tit. 1.
num.* 120. & plures apud Gonzal. *in cap. suborta. de
sent. & re jud. num. 5. lib. 2. tit.* 27. Ratio, quia
alias nullus daretur litium finis. DD. apud Gonzal. *l. c.*

Quæres 2. Quando decendium incipiat currere? Res-
pondetur a die recitationis, seu publicationis senten-
tiæ. *Can. anteriorum 2. quæst. 6. cap. cum inter. 13. & cap.
quod ad consultationem. 15. de sent. & re jud.* & cur-
rit de momento in momentum. Jo. And. *in cap. super
eo. 12. num.* 10. ubi Abb. *num. 12. de appell.* Reiffen-
stuel. *lib. 2. tit. 27. §. 4. num.* 110. & 111. & si sen-
tentia fuit lata in absentem, qui nec procuratorem ha-
buit, nec veram contumaciam incurrit, decendium in-
cipit currere a die scientiæ latæ sententiæ. *L. 1. ff. fin.
& §. dies autem. ff. quando appell. sit* Scaccia. *de ap-
pel. quæst. 12. num. 13. & seq.*

Et sententia transit in judicatum non tantum defini- 82
tiva, sed etiam interlocutoria. *cap. cum dilectus. 32. §.
fin. de elect.* Abb. *in cap. 2. num. 14. & 15. de in
integ. restit.* P. Reiffenstuel. *l. c.* Item, si appellatio
interposita in tempore fuit deserta. *auth. ei, qui appellat.
C. de tempor. appell.*

Quæres 3. quomodo sententia rite probari possit? Di- 83
cendum, sententiam rite probari posse per testes, licet
ii non deponant de causis, quæ movere solent Judices ad
pronuntiandum. *cap. Albericus. 43. de testib. cap. ult. de
sent. & re jud. in 6. cap. cum olim. de privil. L. testium. C.
de testib.* Barb. *in cap. sicut vestris. de sent. & re jud.* ubi Fer-
molin. Vultejus *lib. 3 de Jud. cap.* 13. & alii apud Gonzal.
in d. cap sicut vestris. 16. num. 2. lib. 2. tit. 27.

Quæres 4. an executio sententiæ possit impediri a tertio. 84
Pro responsione primo, supponi debet, sententiam, quæ
in judicatum transivit, trahere secum executionem. *cap.
sicut. 3. 2. quæst. 1. cap. quod ad consultationem. 15. de sent.
& re jud.* non attenta quacunque exceptione, nisi illa in
continenti fuerit opposita. *cap. veniens.* 38. ubi gl. *ver.
in continenti. de testib. cap. literas. 13. de restit. spol.*
& executio debet fieri ab eo, qui eam tulit, si est Ju-
dex Ordinarius, sive Delegatus Papæ. *cap. in litteris.
28. §. præterea. de off. Jud. Deleg.* sive Delegatus Prin-
cipis supremi. *L. ult. in fin. C. de Jud.* Menoch. *de
arbitr. quæst. 74. nu.* 48. Et si Judex appellationis con-
firmet sententia Judicis a quo, non debet illam exequi,
sed executio debet remitti ad Judicem a quo, ut ubi
judicium cæptum est, perficiatur. *cap cum in Ecclesia.*
38. ubi gl. *ver. alioquin. de appell.* Abb. *in cap. Pastoralis.
28. §. præterea. num. 7. de off Jud. Deleg.* ubi Laym. *n.*
6. quamvis alii apud Pirhing. *lib. 2. tit. 27. sect. 4. §. 3.*
velint Judicem ad quem, si sententiam Judicis a quo
simpliciter confirmavit, uti dicendo bene judicatum,
male appellatum, exequi posse suam sententiam; si vero
tantum tacite confirmavit, uti declarando appellationem
desertam, ad Judicem a quo executionem esse remit-
tendam. Maran. apud Pirhing. *loc. cit.*

Postquam sententia transiit judicatum, non illico ad 85
executionem procedendum est, sed in actionibus, &
debitis personalibus tempus a jure definitum pro exe-
cutione sententiæ est quadrimestre, quod condemnato
ad solvendum conceditur. *cap. quod ad consultationem.
15. de sent. & re jud. & L. 2. & 3. C. de usur.* quod
tempus currit a die latæ sententiæ. Pirhing. *l. c. §. 3. n.*
10. quod quidem tempus potest a Judice ex causa justa ab-
breviari, aut prorogari. gl. apud Pirhing. *l. c.* Bart.
*in cap. quod ad consultationem. 15. de se sent. & re
jud.* Salgad. *de protect. reg. par. 4. cap.* 3. & alii apud
Gonzal. *in d. cap. quod consultationem. lib. 2. tit. 27.
num.* 2. In actionibus vero realibus statim nulla dilatione
con-

concessa debet fieri executio, & condemnatus rem restituere, nisi justam causam in continenti allegaverit, cur non possit restituere, quo casu arbitrio Judicis tempus restitutioni assignari poterit, datis tamen prius fidejussoribus §. *sed si rem. Inst. de off. Jud.* Osvvaldus, & Donell. apud Gonzal. *l. c. num.* 12. *in fin.* Pirhing. *l. c.*

87 Quando varo sententia condemnat Reum ad traditionem possessionis, non satisfit, si pro possessione tradantur pignora. *L. quis restituere.* 68. *ff. de R. J. L. promissor.* 21. §. *fin. ff. de constit. pecun.* Barb. *in cap. cum aliquibus.* 6. *de sent. & re jud.* & ibi Fermosin. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *sub n.* 644. Neguf. *de pignor. par.* 5. *memb.* 1. *n.* 4. Carleftal. *de Jud. lib.* 2. *tit.* 3. *disp.* 3. *n.* 5. & alii apud Gonzal. *in d. cum aliquibus. de sent. & re jud. lib.* 2. *tit.* 27. *n.* 2. P. Pirhing. *l. c.* §. 3. *n.* 101. quia sententia debet exequi secundum condemnatione Judicis.

Qualiter facienda executio. vide in praxi *Executionis*; sed

88 Quæres 5. an tertius, cujus interest, possit impedire executionem se liti opponendo, & appellando? Responsio est affirmativa, quæ probatur *ex cap. non solent.* 2. *q.* 6. *cap. inter.* 16. *de elect. cap. super eo. de off. Deleg. L. si suspecta. ff. de inoff. testam. L. ab executore.* 4. §. 1. *ff. quando appell.* & tuentur Fachin. *lib.* 1. *controv. cap.* 5. *& lib.* 11. *cap.* 5. Gail. *lib.* 1. *ob.* 70. Scaccia *de appell. quæst.* 14. Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *ampliat.* 14. Tiraquell. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 2. Covar. *pract. qq. cap.* 13. *& seq.* Carleval. *de Jud. lib.* 2. *disp.* 12. qui veniens ad causam debet acceptare judicium in eo statu, in quo reperitur. *cap. ult. ut lite pend. in* 6. Felin. *in cap. cum super. de off. Deleg.* Vant. *de nullit. tit. quis possit dicere. de nullit.* Menoch. *de arbitr. cas.* 18. *lib.* 2. Riccius *in praxi. par.* 2. *ref.* 146. nec potest declinare forum. Costa *de portione rata. quæst.* 227. Potest appellare, quamvis transierit in judicatum. Facbin. *lib.* 11. *controv. Jur. cap.* 5. quamvis contrarium teneant. Honded. *conf.* 25. *lib.* 1. Covar. *pract. qq. d. cap.* 15. quia tertio non præjudicat sententia in favorem alterius lata, sed quoad tertium est nulla, nec transit in judicatum. Felin. *in cap. cum Bertholdus. de sent. & re jud.* Boer. *dec.* 79. Costar. *l. c.* Gabr. *de except. rei jud. conclus.* 1. nisi tertius fuerit citatus. Covar. *l. c. cap.* 13. Vant. *l. c. nu.* 13. & non contradixerit, imo paruerit. Paiatell. *exped. & annot.* 30. Tum quia in rebus alienis non potest fieri executio. DD. supra cit. & Rota apud Ludovis. *dec.* 22. quia in rebus alienis non potest fieri executio, sive sint alterius quoad proprietatem tantum, sive quoad possessionem. Post. *de subhast. quæst.* 18. & ideo debet audiri in judicio subhastationis de suis exceptionibus. Gratian. *discept. for. cap.* 339. Covar. *l. c. cap.* 16. Ecclesia *obs. for.* 158. dummodo probet suum dominium, aut possessionem in continenti. Osasc. *dec.* 381. Paiatell. *annot.* 30. Potest objicere nullitatem sententiæ etiam nolente principali litigatore. Vant. *de nullit. sent. tit. quis possit dicere de nullitate. sent. num.* 21. Paiatell. *loc. cit.* De quibus plura videri possunt in verb. *Tertius*.

89 Et an Executor, & quales exceptiones admittere possit, vide in praxi *Executoris*. Et quidem Executor mixtus illas duntaxat potest admittere exceptiones, quæ tendunt non ad impugnandam sententiam, & illam injustitiæ arguendam, sed solum ad impediendum, aut retardandam executionem. Bart. *in L. a D. Pio.* 15. *nu.* 8. *ff. de re jud.* non vero, quæ concernunt merita causæ, quia Judex inferior, qualis est Executor, non posset rescindere sententiam superioris. Bart. *l. c. num.* 9. Abb. *in cap. pastoralis* 28. §. *preterea. de off. Jud. Deleg. num.* 3. *&* 4. *num.* 9. Gail. *lib.* 1. *obs.* 113 *num.* 8. Pirhing. *l. c.* §. 4. *nu.* 105. potest etiam cognoscere de aliis exceptionibus, quæ post latam sententiam opponi possunt. Fel. *in cap. de cætero. de sent. & re jud. num.* 3. ad eum finem tantum, ut cognoscere possit, an in executione supersedendum sit. Executor vero merus nullas exceptiones admittere potest, nec de illis cognoscere. *L. sicut proponis.* 6. *& L. executorem.* 8. *C. de execut. rei jud.* gl. *in d. cap. de cætero. vers. fraus.* Lim. in causa criminali, si sententia lata fuit, & agatur de vita hominis innocentis, ad quam Executor, utpote intrinsece malam non tenetur. Innoc. *in cap. pastoralis.* ubi Abb. *num.* 7. Laym. *lib.* 3. *tract.* 6. *cap.* 2. *num.* 8. Item, si in civili causa constat manifeste de illius injustitia, aut nullitate.

90 Quæritur 5. An is, contra quem in aliqua causa tres conformes, sententiæ latæ sunt, admitti debeat ad dicendum; & agendum de nullitate ipsarum, vel alicujus ex illis, aut ad excipiendum, antequam hæ sententiæ fuerint executioni demandatæ? Dicendum, quod non, juxta *Clem. ut calumniis.* 1. *de sent. & re jud.* Ratio est, quia illi, contra quos latæ fuerunt tres conformes, & non possunt amplius appellare, sæpe recurrerent ad ejusmodi nullitates, & ita causæ litigantium protraherentur in infinitum, & per viam nullitatis obtinerent, quod non potuerunt per viam appellationis, & non tantum procedunt hæc in causa civili, sed etiam in criminali. Bene vero poterit condemnatus per tres conformes post factam executionem trium conformium objicere, & probare illarum nullitatem, qua probata, sententia pronuntiabitur nulla, & revocatur. gl. & Abb. *in d. cap. seu Clem. ut calumniis. n.* 5. dummodo prius executio fuerit plene facta. Et dummodo tres conformes fuerint latæ super eadem causa. vide Covar. *pract. qq.* 25. *n.* 3. §. *quarto.* Pirhing. *l. c.* §. 5. *n.* 115. Lim. in tertio interveniente pro suo interesse, qui potest opponere contra illas exceptionem nullitatis, & impedire executionem trium conformium. Gabr. *de execut. sent. conclus.* 1. *n.* 19. Covar. *pract. qq. cap.* 15. *n.* 9. Pirhing. *l. c. n.* 116. *vers. notandum quinto.*

Tertio vero, si scivit sententiam fuisse latam intra 91 dicendium a die notitiæ, tenetur appellare: si vero ignoravit, sibi non præjudicat, quin executionem sententiarum impedire possit. *cap. cum super.* 17. *de sent. & re jud.* ubi gl. *vers. non noceat.* & Jo. Andr. *nu.* 11. Imol. *nu.* 2. *&* 6. & Abb. *nu.* 17. Pirhing. *l. c.* §. 5. *nu.* 112. *vers. notandum secundo. circa fin.*

Sed quam pœnam incurrunt Judices male judicantes? 92 Respondetur, de jure civili Judices facere litem suam, si male judicant, ita, ut damnum partis læsæ in se transferat. Host. *in sum. rubr. de re jud. num.* 5. Menoch. *de arbitr. cas.* 341. *num.* 2. *&* 3. & si dolose judicavit, tenetur ex delicto, si vero ex ignorantia, tunc tenetur ex quasi delicto. Bart. *in L.* 2. *nu.* 2. *&* 3. *C. de pœn. Jud.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 103. *num.* 2. Judex vero Ecclesiasticus de Jure Canonico, sive sit Ordinarius, sive Delegatus judicans contra propriam conscientiam, & justitiam, gratia, vel favore, vel per sordes, per annum suspenditur ab officii executione, & ad æstimationem litis parti, quam læsit, condemnatur, & si hac suspensione durante temere divina Officia celebraverit, fit irregularis. ita habetur *in cap. cum æterni.* 1. *de sent. & re jud. in* 6. quam tamen pœnam non incurrunt Episcopi, qui non veniunt in pœnalibus nomine Judicum Ecclesiasticorum, & non incurrunt suspensionem, aut interdictum, nisi de illis fiat specialis mentio. juxta *cap. quia vero. de sentent. excom. in* 6. Imo in hac Constitutione pœnali non comprehenduntur Compromissarii, seu arbitri, nisi sint arbitri Juris; quia arbitri facti non sunt Judices ordinarii, aut Delegati. gl. *in d. cap. quia vero.* & *in cap. cum æterni. vers. in judicio.* ubi etiam Joan. Monac. *num.* 8. Franc. *in cap.* 1. 11. *quæst.* 3. §. *si quis autem. num.* 4.

¶ SEPARATIO.

§. Unicus.

Separatio bonorum quando, & qualiter fiat.

Separatio † bonorum fieri consueti de bonis defuncti, & de bonis propriis hæredis, quando extant creditores utriusque, non autem fit, si extant soli creditores hæredis, *l.* 1. *ff. de separat.* Castr. *conf.* 245. *videtur dicendum, in pr. lib.* 3. † Extende idem, quando extant 2 legatarii defuncti, & creditores hæredis; quia in bonis defuncti præferuntur legatarii prævia separatione bonorum. Castr. *conf.* 223. *Visio puncto, in pr. lib.* 1. *& conf.* 245. *In causis, & quæstionibus, in fin. & ver. quarto proposito, lib.* 1. † Limita, quia non fit separatio, quando 3 bona sunt taliter commixta, quod non possint separari. *l.* 1. *C. de heredit. act.* † Declara. quia licet sit impossibilis 4 separatio quoad identitatem corporum circa ea, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, veluti granum, vel vinum hæredis, vel pecunia est commixta cum grano, vino, vel pecunia defuncti; nam separatio est impossibilis quoad corpore, sed si sciatur quantitas vel numerus, vel mensura commixtorum potest fieri separatio, & ita intelligit Castr. *d. l. & l. penult. C. de hered. act. in conf.* 245. *ver. breviter, lib.* 1. ubi, quod dicta jura loquuntur, quan-

quando fit omni respectu impossibilis separatio, & du-
5 plicatur *cons.* 316. *eod. lib.* 1. † Restringe limitationem, quia habet locum in rebus corporalibus adeo mixtis, quod impossibilis est separatio, secus est in incorporalibus quæ consistunt in intellectu, quia in eis non fit commixtio, quia intellectus non possit separare, Castr. *cons.* 245. *num.* 2. *vers. & commixtio proprie*, *lib.* 1. ubi dicit, quod merces consistentes in æstimatione dicuntur etiam consistere in divisione intellectuali, & duplicatur *cons.* 316. *eod. lib.* 1. ¶

SEPULTURA.

Praxis sepulturæ.

§. I.

Quo loco possit, vel debeat sepeliri?

1 Quamvis olim Christiani intra Ecclesiam sepeliri non possent, nisi essent Episcopi, Abbates, aut aliæ insignes personæ, juxta *cap. præcipiendum.* 15. 13. *quæst.* 2. *cap. nullus.* 18. 13. q. 2. & quidem illi fideles, qui pro sanctis habebantur, & miraculis coruscabant. Hodie tamen omnes Christiani in Ecclesiis sepeliri possunt. *cap. cum gravis.* 17. ubi gl. *vers. sepeliantur. ead. caus.* & *quæst. cap. ex parte.* 5. *de sepult.* Barb. *de off. & potest. Parochi. cap.* 28. *num.* 8. Ita etiam in cœmiteriis, neque locus fit statim Religiosus, si in illo fuit sepultus mortuus sciente Domino, uti statuit Jus Civile. *L.* 2. *C. de relig. & sumpt. funer.* §. *nullius. &* §. *Religiosum. Inst. de rer. divis.* sed secundum Jus Canonicum requiritur, quod locus ad sepulturam fidelium fuerit deputatus. gl. *in cap. in Ecclesiastico.* 14. 13. *quæst.* 2. *vers. si terram.* Abb. *in cap. penult. num.* 4. *de sepult.* Molina *de just. disp.* 214. *nu.* 3. Sylvest. *in verb. sepultura. quæst.* 1.

2 Potest autem unusquisque sibi eligere sepulturam, ubi voluerit, & si moritur non facta electione illius, in majorum suorum sepulchro est sepeliendus. *cap. Ebron, cap. unaquæque. & cap. ubicunque.* 13. *quæst.* 2. *cap. ult.* 16. *quæst.* 1. *cap. nimis.* §. 1. *de excess. prælat. cap. plerique. de pact. cap. cum quis. cap. is qui. & cap. fin. de sepult. in* 6. Barb. *in cap. nos instituta. de sepult. & de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 10. & *de off. Paroch. cap.* 26. Tondut. *res. Canon. cap.* 115. Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 13. §. 2. Fragos. *de regim. Christ. Reip.* 3. *par. lib.* 5. §. 17. *nu.* 529. Frances. *de Eccles. Cathed. cap.* 17. Murga *to.* 2. *disquis. moral. trac.* 8. *disquis.* 1. & alii apud Gonzal. *in lib.* 3. *Decretal. tit.* 28. *in cap. nos instituta. de sepult. nu.* 2. Et si quis majorum sepulchrum non habet, debet sepeliri in propria Parochia, in qua domicilium habuit, & Sacramenta percepit, & divinis officiis interfuit. *cap.* 1. *de sepult. & cap.* 1. *eod. in* 6. si vero in duabus Parochiis pariter habitavit, & æque Sacramenta percepit, ac Divinis officiis interfuit, in illa est sepeliendus, quæ prævenit, quod si neutra prævenit; si Parochi non possunt invicem se concordare, Episcopi, qui se tunc interponere debet, judicio stabunt. Molina. *de Just. & Jur. trac.* 2. *disp.* 214. *num.* 3. Pirhing. *l. c. num.* 5.

Porro jus sepulturæ a nemine concedi potest, quam ab Ordinario in scriptis. Barb. *de jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. quod tamen cum hac declaratione est intelligendum, quod sepulturæ locus, quoad dominium, ab Episcopo nemini concedi possit, quia rei Sacræ dominium nullus habere potest, sed tantum quoad jus, & usum sepeliendi, exclusive quoad alios. Barb. *l. c.* sicut idem sepulturæ locus, quoad usum, & jus sepulturæ hæreditariæ, quoad locum digniorem vendi potest. Diana. *par.* 2. *trac.* 15. *res.* 57. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 9. Bonac. *de simon. disp.* 1. *quæst.* 4. §. 6. & 7. & *de contract. disp.* 3. *quæst.* 21. *num.* 3. Barb. *l. c.* Riccius *in praxi. par.* 1. *res.* 39. De quo tamen infra. 3

Et quod jus sepulturæ familiare transeat in successorem etiam per cessionem de familia quoad usum, & commoditatem sepeliendi tantum, non vero, quoad proprietatem tenent, DD. communiter apud Noal. *de transmiss. cap.* 61. Sic non transit in fideicommissarium universalem, quia ex illo tanquam spiritualitati annexo non potest detrahi quarta, cum æstimationem non recipiat. Noal. *l. c.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 1. *num.* 52. Peregr. *de fideicom. art.* 9. 4

Et quamvis Laici non possint in Ecclesiis habere jus sepulchrorum contra Episcopum, quin Episcopus possit concedere licentiam inducendi aliud funus in illud sepulchrum, aut omnino sepulchrum claudere, si expediat Ecclesiæ. juxta Genuen. *in prax. cap.* 34. Gratian. *discept. for. cap.* 210. Host. Jod. And. Abb. & Butr. *in cap. abolendæ de sepult.* Ciarlin. *controv. for. lib.* 2. *cap.* 119. tamen talis Laicus contra alium est manutenendus in sua possessione juris sepeliendi, seu sepulchri, illo utendo, privative quoad alios. Rochus *de jurepatr. verb. in Ecclesia. nu.* 18. Gratian. *disc. for. lib.* 1. *cap.* 110. Post. *de manut. obs.* 10. & Rota apud illum. *dec.* 117. Farin. *dec.* 328. *par.* 2. *& probatur. ex cap. licet causam. de prob.* ubi Bald. Menoch. *cons.* 257. ad cujus manutentionis effectum sufficit unicus actus, & ultimus status attenditur. *cap. consultationibus. de jurepatr.* ubi Abb. Dec. *cons.* 134. Crescent. *dec.* 2. *de Jurepatr.* etiam non probato titulo. Mant. *dec.* 172. Ludovis. *dec.* 9. Farin. *dec. recent.* 270. *par.* 1. 5

An vero a Provincialibus Religionum illud possit concedi in Ecclesiis Regularium, vide Barb. *l. c.* affirmantem, & Constitutionem Pii V. quæ incipit: *cum primum.* 6

Ad praxin descendendo Ordinarius oblato sibi libello a supplicante pro licentia extruendi, vel effodiendi sepulturam in Ecclesia mandat illam expediri per litteras patentes non absolute, sed cum clausula: *sine præjudicio tertii*, & prævia largitione certæ eleemosynæ arbitrio ejusdem Ordinarii ipsi Ecclesiæ facienda, & cum ea conditione, in loco tamen assignando per Parochum convenienter distante ab altari trium pedum ad minimum juxta sequentem formulam, 7

Forma habendi licentiam pro sepulchro in Ecclesia.

NOs &c. Universis & singulis præsentes nostras visuris, lecturis pariter, & audituris notum facimus, qualiter precibus N. N. loci N. favorabiliter annuentes eidem facultatem, & licentiam concessimus, & præsentium tenore concedimus, ut in Ecclesia Parochiali N. pro se suisque hæredibus & posteris ab eo descendentibus sepulturam fodere, & construere possit, & valeat in loco a Rev. Domino Parocho loci ei designando, sine præjudicio tertii, convenienterque distanti ab altari trium pedum ad minimum, ac prævia erogatione florenorum quadraginta pro eleemosyna fabricæ Ecclesiæ Parochialis prædictæ applicanda, quo circa omnibus & singulis Christi fidelibus committimus, & damus in mandatis, quatenus eundem N. N. & ejus hæredes, ac posteros ab eo descendentes in præmissis, ac circa ea non molestent, aut perturbent, multoque minus huic nostræ Concessioni contraveniant. In quorum &c.

8 Sepulturæ vero electio debet esse libera, ita, ut pactum de ea eligenda non valeat. *cap.* 2. *de pactis.* Cravetta *cons.* 16. Riccius *in praxi sepulturæ. res.* 573. potest tamen remitti alterius arbitrio. Gutierrez *in tract. de juram. confirm. par.* 2. *cap.* 4. Abb. *in cap. & si Christus. de jurejur.* & tunc potest fieri, etiam mortuo testatore. Diana. *par.* 5. *tract.* 3. *res.* 105. & facta in testamento, etiam non stipulato, etiam sine testibus valet. Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 461.

9 Hoc jus sepulturæ, si sit familiare, transit ad illos, qui sunt de familia, aut ad illos hæredes, qui sunt de familia, sive sint hæredes, sive non, sive sint agnati, sive cognati, quia inter hos hodie est sublata differentia. Noal. *de trasmiss. cas.* 61. ubi DD. Hæreditarium vero transit etiam ad hæredes extraneos, etiam directe substitutos, secus ad fideicommissarios, & quamvis jus sepulturæ familiare sit transitorium ad successores in majoratu, non tamen hæreditarium, nisi sint simul hæredes. Noal. *l. c.*

Mortuus ergo regulariter, sive sit alienigena, sive civis, 10
sive viator, sive scholaris, licet habeat domicilium in eadem Civitate sub alia Parochia, ibi est sepeliendus,

ubi

ubi recipit Sacramenta, quia ibi præsumitur eligere sepulturam. Abb. *in cap. extirpandæ. de preben.* Gratian. *disc. for. cap.* 75. Molina *de Just. trac.* 2. *disp.* 214. Sanchez. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 23. & probatur *ex cap. in nostra. de sepult.* Sperell. *dec.* 87. *per totam.* Lim. 1. cum quis non discessit e propria Parochia, aut discessit animo cito redeundi. Lim. 2. cum quis habitavit ruri animo ibi non permanendi, sed causa recreationis, secus, si haberet animum permanendi ibi per majorem anni partem, aut habet domicilium hyemale in Civitate, estivum ruri. Lim. 3. si adest consuetudo sepeliendi peregrinos in Cathedrali. Lim. 4. in Clerico viatore, qui est sepeliendus in Cathedrali. Ant. de Butr. *in cap.* 1. *de sepult. in* 6. & alii apud Sperell. *l. c.* Lim. 5. in parvulis, minoribus, pupillis, pro quibus parentes elegerunt sepulturam, aut qui debent sepeliri in sepulchro suorum majorum, ad quem effectum Majores dicuntur, Pater, Avus, quamvis Abavus fuisset alibi sepultus. Lim. tandem in Uxore, quæ sepelitur in sepulchro mariti, ut majorem ejusdem, aut ubi illa sibi elegit. Item in Vidua, quæ sepelitur in sepulchro sui ultimi mariti, quia cum fuerint una caro in vita, juxta illud, quos Deus conjunxit &c. nec in sepulchro separari debent. Sperell. *dec.* 88. *per tot.* quamvis Vidua rediisset ad domum patris, quia hoc privilegium est concessum personæ, non loco.

11 Lim. tandem in Regularibus, qui cum non habeant velle neque nolle, & ideo non possint eligere sepulturam, debent sepeliri in sepulturis Regularium, seu Religionum. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. Diana *par.* 5. *trac.* 3. *res.* 106. Flamin. Marchet. *in praxi Vicarii Capitularis. tit.* 37. *per totum.* nisi moriantur in loco remoto a Monasterio. Pirhing. *l. c. n.* 22.

12 Quæres 1. An pater possit eligere sepulturam pro filio impubere circumscripta consuetudine? Dicendum, quod non *ex cap. licet. de sepult. in* 6. neque refert, quod pater potest pro impubere testari illi substituendo, & debeat facere expensas funereas, quia a temporalibus ad spiritualia non valet argumentum, quod etiam dic de matre ob identitatem rationis. Molina *de Just. & Jur. trac.* 2. *disp.* 214. Sperell. *dec.* 89. ubi vero hæc consuetudo viget, quod pater, aut mater eliget sepulturam pro filio impubere, observanda est, cum habeat fundamentum, seu fomentum a jure, & sit rationabilis, alias sepeliri debet in sepulchro majorum suorum.

13 Quæres 2. Si moriatur Laicus in Monasterio Regularium, ubi erat Hospes, in quo loco sit sepeliendus? Respondetur, posse sepeliri penes illos etiam ab illis. Bordon. *cons. Regular. to.* 2. *res.* 51. & probatur *ex cap.* 16. *quæst.* 1. *in fi.* Diana *par.* 9. *trac.* 7. *res.* 82. qui afferunt Decretum Greg. XIII. & S. Congreg.

14 Quæres 3. Ubi sepeliendus sit novitius? Respondetur, quod si sepulturam elegit, in illa sit sepeliendus; si vero illam non elegit, est sepeliendus in sepultura Religionis. Et ita etiam Canonicus, qui sepulturam non elegit, est sepeliendus in Cathedrali. Diana *par.* 5, *trac.* 3. *res.* 109. & 110. Ita Episcopus, si sepulturam non elegit, debet sepeliri in Cathedrali. Tusc. *litt. S. conclus.* 179. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 21. *p.* 3. plura vide apud Pirhing. *l. c.* §. 2. *per tot.*

15 Electio sepulturæ probatur etiam per testes singulares. Guido Pap. *dec.* 554. & alii apud Riccium *in prax. sepultura. res.* 575. quia testes singulares adminiculantur ad probandum aliquid in genere. Craveta *in trac. de antiquit. tempor. par.* 4. *n.* 23. Angel. *cons.* 234. Alex. *cons.* 85. *vol.* 2. & 92, *vol.* 5. Bald. *cons.* 202. Boer. *dec.* 342. & alii plures apud eundem Riccium *l. c.*

§. II.

An si eligit quis sepulturam extra Parochiam, debeatur quarta Parochialis?

16 Dicendum, quod si Parochianus extra propriam Parochiam eligit sepulturam, debetur quarta portio Parochialis de illis, quæ fuerunt relicta Ecclesiæ in qua sepelitur. *cap.* 1. & 2. *cap. certificari. & cap. in nostra. de sepult. cap. de quarta. de præscript. cap. officii. cap. requisivisti. & cap. fin. de testam. cap. cum quis. de sepult. in* 6. Clem. *dudum.* §. *verum. de sepult.* Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 12. *de ref.* Petr. de Ubaldis. *in trac. de quarta.* Jul. Lavor. *tit.* 2. *lucubr. cap.* 17. Barb. *in cap. cum super.* 8. *de sepult.* & *de off. Paroch. par.* 3. *cap.* 25. & *de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 24. Pont. *de matrim. lib.* 5. *cap.* 13. Gutierez. *lib.* 7. *de juram. cap.* 4. *n.* 1. Tondut. *resol. Canon. cap.* 105. Solorzan. *de Jure Ind. lib.* 3. *cap.* 22. & alii apud Gonzalez. *in* 3. *Decretal. tit.* 28. *in cap. cum super.* 8. *de sepult.*

Debetur autem hæc portio Canonica Parocho, non quia ab illa sepulturam dimisit, sed in compensationem laboris, quem suffert Parochus in administratione Sacramentorum, & ideo si quis discessit a Parochia animo redeundi, tantum recreationis, vel fructuum colligendorum causa, & ibi moriatur, quarta Ecclesiæ Parochiali præstatur. *cap.* 3. *de sepult. in* 6. Pont. *de matrim. lib.* 5. §. 2. *n.* 2. Debetur autem hæc quarta ab illa Ecclesia, in qua quis relicta propria Parochia sepelitur, sive sit Regularis exempta, sive non exempta d. *Clem. dudum. de sepult.* Trid. *l. c.* Barb. *l. c. n.* 10. nisi Clerici, vel Monachi, apud quos quis sepelitur, præscriptione exempti sint a solutione quartæ, quia hæc portio potest præscribi triginta, vel quadraginta annis cum titulo, aut sine titulo tempore immemoriali. Barb. *l. c.* aut si Regulares, ubi sepultura fuit electa, habent privilegium non solvendi dictam portionem, dummodo tamen privilegium deroget expresse Clem. *dudum prædicta.* Ita si monasteria erecta per quadraginta annos ante Concilium Tridentinum solvebant eam portionem, & postea privilegium exemptionis inpetrarunt, tale privilegium non valet, ut est decisum *in d. cap.* 13. *de reform.* Concil. Trid. & testatur Barb. *l. c.* allegans varias Rotæ decis. apud Gonzal. *l. c. n.* 6. nec privilegium concessum uni Religioni alteri prodest, aut communicatur Barb. *n.* 9. Trullench. *de off. Parochi. cap.* 13. *dub.* 13. 17

Canonica hæc portio est deducenda ex omnibus illis rebus, quæ obveniunt Ecclesiæ ratione funeris, seu de omnibus oblationibus, quæ offeruntur in die sepulturæ, ut declaravit Pius V. in Constitutione, quæ incipit: *Etsi mendicantium.* Item ex omnibus Legatis piis Ecclesiæ relictis. *cap.* 1. & *in cap. in nostra de sepult.* Item de cereis, & candelis, quæ circa corpus deferuntur. Item de Missis in testamento assignatis, de armis, & aliis ornamentis, quæ in feretro deferuntur. Tandem de omnibus funeralibus, quæ in prima, septima, nona, & trigesima die ad Ecclesiam occasione sepulturæ deferuntur. 18

Neque refert, quod Testator possit libere disponere de rebus suis, quia Canonica portio, quæ Parocho præstatur, non impedit hanc liberam dispositionem, quia non ex omnibus legatis a Testatore relictis detrahitur, sed tantum ex relicti occasione sepulturæ, & quamvis legata pia non patiantur detractionem falcidiæ, tamen hoc procedit ex speciali ratione pietatis, quæ non militat in hac portionis deductione, quæ æqualiter pia est. 19

Conclusio limitatur, quod portio canonica Parocho non debeatur, si defunctus Parocho aliquid legavit loco quartæ, quod est æquale quartæ, secus, si Parocho aliquid legavit ex alio titulo. Quamvis in dubio præsumatur relictum loco quartæ, & si non est æquale quartæ, Parochus potest agere ad residuum, quod idem militat in Episcopo pro quarta Episcopali. Riccius *in praxi sepulturæ. res.* 581. Covar. *in cap. Episcopi. de testam. in* 6. Tusc. *lit. Q. conclus.* 3. Molina *de Inst. disp.* 200. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 22. *p.* 2. contra Ancharan. Barbat. & alios. 20

Hinc tamen quarta non solvitur de candelis, quæ ad manus deferuntur, neque de donatis in vita Riccius *in prax. quartæ. res.* 337. quia candelæ sunt illorum, quibus dantur. Covar. *in cap. ult. de testam.* Rodriquez. *qq. Regular. quæst.* 39. *to.* 1. & alii, & de donatis in vita, quod non debeatur, in tantum procedit: ut conclusio procedat etiam, quando donatio fuit facta in testamento, quia etiam in testamento potest fieri donatio inter vivos. Oldrad. *cons.* 114. Tusc. *litt. Q. conclus.* 27. Præterea hæc quarta non debetur de illis, quæ relicta fuerunt pauperibus. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 86. neque de illis: quæ relicta fuerunt pro ornamentis Ecclesiæ, nec pro relictis ad ejusdem Ecclesiæ restaurationem. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 22. *p.* 2. neque de relictis pro maritandis puellis singulis annis. Barb. & Riccius. *ll. cc.* 21

§. III.

De sepultura Episcopi, & aliorum, & expensis.

22 Episcopus, qui non elegit sepulturam, debet sepeliri in sua Cathedrali, quamvis extra Civitatem fuerit mortuus; tunc enim debet ad illum ferri, ita ut nulla Parochia, intra cujus fines fuerit mortuus, possit prætendere quartam funeralem; quia non potest dici obiisse magis in una Parochia, quam in alia, cum tota Diœcesis sit Episcopi Parochia. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 80. *n.* 12. Flamin. Marchet. *in praxi Vicarii Capitularis. par.* 3. *tit.* 37. §. 2. *n.* 74. Piasec. *in prax. Episcopor. par.* 2. *cap.* 3. *art.* 3. Mant. *dec.* 48. Barb. *de Paroch. cap.* 25. Samuel. *de sepult. par.* 1. *quæst.* 7. quod si Episcopus moreretur in loco admodum remoto, & distante a sua Ecclesia, esset sepeliendus in Cathedrali illius loci, ubi fuit mortuus, & si dispensative duos habuit Episcopatus, in illa Ecclesia esset sepeliendus, in qua consuevit residere. Medic. *de sepult. par.* 1. *quæst.* 7. & alii apud Marchet. *l. c.*

23 Expensæ vero funerales in sepultura Episcopi debent fieri de redditibus Ecclesiæ vacantis, aut spectantibus ad mensam Episcopalem, quamvis Episcopus habeat proprium patrimonium, qui si non sufficiant, Capitulum concurrere debet cum redditibus mensæ suæ. ita Abb. *in cap. ut præteritæ.* 45. *n.* 6. *de elect.* ubi Laym. P. Pithing. *lib.* 1. *tit.* 6. *sect.* 3. §. 5. Sermo est de expensis ordinariis, quæ fiunt in vestibus famulorum; non vero, quæ fiunt in vestibus consanguineorum.

24 In aliis vero personis expensæ funebres fiunt ab hæredibus, & si cadaver est Regularis, quod sepelitur extra conventum, fiunt a Superiore illius conventus, & si fuerit Novitius, ex ipsius patrimonio, & si superior illas fecerit, poterit Superior illas repetere, nisi animo donandi illas fecisset, qui tamen non præsumitur in dubio. Uxoris vero fiunt a marito, quando lucratur dimidium dotis pro rata. *L. si pro rata. ff. de relig. & sumpt. funt.* Rol. *de lucro dotis quæst.* 90. Costa *de port. ratæ quæst.* 73.

25 Expensæ funebres habent prælationem contra omnes Creditores etiam anteriores. Gait. *de credit. cap.* 4. *n.* 1823. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 17. Staiil. *de Salv. interd. inspect.* 4. *num.* 72. *&* 88. Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 49. Gratian. *disc. for. cap.* 49. Fontanella. *de pact. nuptial. claus.* 6. *gl.* 2. *par.* 5. ut fuit dictum in verbo, seu praxi *Debitoris.*

26 Quæres, an possit denegari sepultura cadaveri propter æs alienum, quod est in usu in Anglia, & aliis locis? Dicendum tamen, quod non, quia hoc est maxime alienum ab omni pietate. Genuen. *in prax. cap.* 76. S. Congr. apud Barb. *in Collect.* DD. ad Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. *de reform.* Flamin. Marchet. *l. c. num.* 25. & impediens sepulturam ob causam pecuniæ, est infamis, amittit debitum, & ejus bona publicantur. Sylvest. *in summa. verb. sepultura. num.* 12. nisi præcessisset sententia Judicis prohibens sepulturam. Medic. *de sepult. par.* 1. *quæst.* 13. Gallesf. *de oblig. Camer. quæst.* 12. Genuen. *in prax. cap.* 117. Leo *in thes. for. Eccles. par.* 2. *cap.* 14. Et Parochus pro exterorum sepultura plus recipere non potest, & pauperes gratis sepelire tenetur. Gavant. *in Enchir. verb. Exequiæ. in addit. num.* 17. *&* 48. S. Congr. Rituum apud Barb. *l. c.* Marchet. *l. c. num.* 47. Et notandum est, quod ornamenta non sunt sepelienda una cum cadavere, sed ab hæredibus repeti possunt. Medic. *l. c.* Duran. *de arte testan. de sepult. caut.* 5. Excepto Episcopo, qui cum vestibus Sacerdotalibus sepeliri debet. Marchet. *l. c. n.* 51.

27 Redeundo ad Episcopum, potest ille sibi eligere sepulturam extra suam Ecclesiam Cathedralem, uti etiam Prælatus Regularium. Abb. *in cap. de Uxore. n.* 5. *de sepult.* Franc. *in cap. ult. n. de sepult. in* 6. Sylvest. *in sum. ver. Sepulchra. quæst.* 6. nisi Prælatus habeat superiorem in ordine. Et quando etiam Prælatus Regularis potest sibi eligere sepulturam, non potest tamen pro Religioso subdito illam eligere, sicut dictum fuit de patre quoad filium impuberem, spectato Jure communi, sed tantum de consuetudine. *cap. penult. in* 6. Sanch. *lib.* 6. *moral. cap.* 14. *num.* 6.

§. IV.

An pro sepultura possit aliquid. exigi, aut accipi?

Dicendum, pro sepultura in Ecclesia præstanda pretium exigi non debere. *cap. postquam.* 13. *cap. in Ecclesiastico.* 14. *cap. præcipiendum.* 15. 13. *quæst.* 2. *cap. plerique.* 7. *de pact. cap. ad Apostolicam. cap. suam & cap. dilectos. de simon.* Barb. *in cap. abolendæ. de sepult.* Suarez. *de Relig. tom.* 2. *trac.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. Jul. Lavor. *tit* 2. *lucubr. cap.* 10. *n.* 2. Diana *par.* 2. *trac.* 1. *res.* 57. & alii apud Gonzal. *lib.* 3. *tit.* 28. *in d. cap. abolendæ. de sepult.* quibus accedunt Pithing. *lib.* 3. *tit.* 28. §. 4. & alii apud Riccium *in prax. sepulturæ. res.* 576. Ratio est, quia etiam apud Gentiles turpis quæstus visus est, qui ex sepulchrali colligitur, & commercium sepulchrorum infame. Tum quia terra concessa putridini non debet vendi, & de alieno luctu aliquod facere compendium, tum quia sepultura est res Religiosa, & Divini Juris. *cap. quisquis.* 17. *quæst.* 4. *cap. consuluisti. de consecr. Eccles.* Et quæ Religiosa sunt, & Divini Juris, vendi non possunt. *cap. ratio. de præb. cap. non satis. de Simonia.* §. *nullius. Instit. de rer. divis.* 28

Terra vero, aut fundus non sacer, ut in sepulturam convertatur, vendi & emi omnino potest, absque simonia. S. Tho. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 4. *ad* 3. gl. *in cap. penult. ver. sepultura. de sepult.* ubi Innoc. *n.* 1. Sylvest. *in ver. sepultura. quæst.* 2. Suarez. *de simon. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 17. Pithing. *l. c.* quia fundus secundum se est quid pure temporale, & pretio æstimabile, & finis, propter quem emitur, scilicet usu sacer, & Religiosus est pure accidentalis. Quando vero fundus ad sepulturæ usum fuit consecratus, vendi amplius sine simonia non potest, ita ut detur pretium ratione consecrationis. *cap. abolendæ.* 13. *de sepult. cap. audivimus.* 41. *de simon. & in cap. quæst.* 12. *& secundo.* 13. *quæst.* 2. *cap. in Ecclesia.* 14. *quæst.* 2. Sed 29

Quæres, an liceat aliquid accipere, vel dare pro honoratiore loco sepulturæ? Respondetur: esse simoniam Juris positivi: quia licet finis extrinsecus ementis sit honor humanus; tamen locus, qui venditur, est sacer. ita Suarez. *l. c. n.* 22. Hinc secundum communiorem, neque potest quis vendere sepulturam juxta valorem fundi, qui ad sepulturam fuit emptus, neque propter expensas in illo factas. Ita Innoc. *in cap. penult. de sepult.* ubi Abb. *n.* 4. Laym. *in disp. Can. de rer. Eccles. alien. thes.* 71. neque refert, quod non vendatur jus spirituale sepulturæ, sed tantum temporale; quia unum est inseparabile ab alio; ut patet etiam in Jurepatronatus, quod se solo, non potest vendi, sed tantum cum universitate bonorum. 30

Parochus pro ipso officio sepulturæ; exequiis, & deductione funeris nihil potest exigere, etiamsi realis sit consuetudo; intellige, quod non possit exigere jure actionis, quia sepelire est actus misericordiæ, & supernaturalis, nihil autem potest exigi pro actu supernaturali sine simonia. Redoan. *simon. mentali. par.* 3. *cap.* 4. & consuetudo non valet, nisi quod possint fideles non quidem via actionis, sed ex Officio Judicis cogi ad observandam laudabilem consuetudinem, dando aliquid titulo eleemosynæ pro actu sepeliendi. *cap. ex parte. de censib. cap. sua. & cap. cum Ecclesia. de simon. cap. ad Apostolicam. eod.* Castr. *cons.* 363. *&* 401. Redoan. *l. c. cap.* 16. Dec. *in cap. avaritiæ. de prob.* Felin. *in Ecclesia S. Mariæ. de constit.* Socin. *cons.* 241. & alii apud Riccium. *in praxi sepulturæ. res.* 576. P. Pithing. *lib.* 3. *tit.* 28. §. 4. *num.* 40. 31

§. V.

Praxis sepeliendum mortuos.

Non illico, ac quis mortuus est, sepeliri debet, sed post aliquod temporis spatium, quod quidem tempus regulatur a consuetudine, alias de jure masculus debet manere supra terram viginti quatuor horas, uti servatur etiam Romæ. Mulieres vero quadraginta horis propter aliquos affectus histericos, quibus ipsæ sunt subjectæ, præsertim parturientes, propter quos non raro ita alienantur a sensibus, ut mortuæ credantur, cum tamen vivant, qui quidem affectus plures horas, uti octo, & duodecim per- 32

perdurant, pro qualitate massæ frigidæ in ventre congregatæ, quæ tot vapores frigidos ad cordis partem transmittunt, illudque restrigerant, ut propterea arteriarum motus a pulmonibus excitatus cesset. Unde. Matta *de Canonicatione Sanctorum. par. 3. cap. 10. num. 5.* ex Reis Franco *in elis. jun. quæst. campo. quæst. 79. n. 9.* monet, ne temere mortui sepeliantur, præsertim apoplectici, & non nisi post secundum diem, dilegenti prius facto examine; & ad hoc comprobandum, ex Diomede Cornatio. *n. 15. Historiar.* refert Madriti in Hispania Illustrem quandam fœminam ex familia Domini Francisci Lasso oriundam, quæ post triduanam cum morte luctam, omnibus jam mortuam credentibus, sepulta fuit; post aliquot menses aperto monumento inventum fuisse cadaver infantem mortuum in brachio dextero habens; & similes casus plures enarrat. Matta *l. c.*

33 Porro modus sepeliendi defunctum, quoad ejus e domo ad Ecclesiam transportationem, tam quoad numerum Sacerdotum, quam eleemosynarum, nisi a defuncto aliter fuerit dispositum, dependere ab hæredum voluntate; ita ut Parochus nihil possit prætendere, aut disponere, aut opponere in contrarium, uti declaravit S. Congr. quam refert Barb. *in collect. DD. super Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 13.* dummodo ab hæredibus proprius Parochus non excludatur, quia excludi nullatenus potest, non obstante dispositione contraria defuncti; quia testator non potest facere, quod Leges non habeant suum robur, juxta S. Congr. apud eundem Barb. *l. c.* Flamin. Marchet. *in praxi Vicar. Capitul. tit. 40. n. 1. & seq.* Et si hæredes sint negligentes, Parochus eligit Sacerdotes sibi benevisos. Barb. *de Jure Eccles. lib. 2. cap. 10. & de off. Paroch. cap. 26.* Marchet. *l. c.* Merlin. *dec.* 480. Gavant. *in Enchirid. ver. Exequiæ. in addit. num. 3.* juxta quos Confraternitates non possunt accedere ad dicta funeralia, nisi fuerint vocatæ, ut declaravit S. Congr. quam citat Marchet. *l. c. n. 6.* nisi desuper essent privilegiatæ. A Regularibus vero cadavera levari non possint irrequisito Parocho S. Congreg. apud Barb. *de Jure Eccles. lib. 2. cap. 9.* nisi defunctus sit Regularis, vel Parochus vocatus tenuat.

34 Ordo vero in funere ducendo debet esse talis. Omnes, etiam Regulares, vocati ad funus accedere debent Ecclesiam Parochialem, in qua est, vel esset sepeliendus defunctus, & ibi convenire in ipsa Ecclesia, & non extra expectare. S. Congr. apud Barb. *in collect. l. c.* Marchet. *l. c.* Et ad Parochum spectat levare cadaver privative, quoad omnes alios, etiam quoad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis. Gavant. *l. c. num.* 8. Barb. *de Paroch. cap.* 25. ubi S. Congr. Marchet. *l. c.* nisi Parochus consentiat, vel requisitus venire recuset, aut licentiam levandi d. cadaver dare nolit. Lim. si Regulares sint in pacifica possessione aut habent privilegium non vocandi Parochum ad sepulturam eorum, qui sepeliuntur, in suis Ecclesiis; quia tunc non tenentur vocare, aut si defunctus sit unus ex eorum Regularibus, vel Tertiariis viventibus in communi. S. Congreg. apud Barb. *de Paroch. l. c.* Marchet. *l. c.*

35 Præterea Parochus declarat, per quam viam sit incedendum usque ad Ecclesiam, in qua funus est sepeliendum, & orationes cantare, & non ad Regulares, quamvis ad eorum Ecclesias deferatur cadaver S. Congr. apud DD. cit. qui quidem Parochus illato Ecclesiæ Regularium funere, licet possit manere in Ecclesia, tamen in decantando officio nullo modo potest se ingerere. Barb. *in collect. loc. cit.* Marchet. *l. c. num.* 27. cum hoc spectet ad solos Regulares, nec valet contraria consuetudo, & sicut Parochus potest stolam ferre in Parochia Regularium, in quam infertur cadaver, ita etiam Superior Regularis potest stolam in Ecclesia ipsius defuncti. S. Congr. apud Barb. *l. c.* & apud Gavant. *ver. Exequiæ. l. c.* debet autem Parochus cum Clero suo cadaver associare, usque ad portas Ecclesiæ, ad quam fertur cadaver.

36 Quæres, si inter Parochum a quo, & Parochum ad quem defertur cadaver, oriatur controversia circa præcedentiam, quisnam erit præferendus; Concluditur pro Parocho ad quem. Gavant. *in Enchirid. ver. præcedentia. in addit. num.* 12. Bordon. *de præced. num.* 214. Marchet. *par. 3. tit. 40. l. c. n.* 20. Barb. *de Paroch. cap. 9.* qui testatur, ita fuisse declaratum a S. Congreg. Lim. si alia vigeat consuetudo, quæ erit observanda, quia cum materia præcedentiarum reguletur ut plurimum a consuetudine, illi standum erit, dummodo consuetudo non sit contra ordinem hierarchicum, contra Jus Divinum, vel Pontificium. Riccius *in praxis præcedentiarum. par. 4. res. 272.* & *par. 4. res. 390.* Sperell. *dec.* 76. Diana *par. 6. trac. 5. res. 29.* Rota apud Rubeum *to. 2. dec. 483. par. 5. recent.*

Præterea in funeralibus unica est præferenda Crux, scilicet illius Ecclesiæ, in qua corpus est sepeliendum S. Rituum Congreg. apud Barb. *in Collect. DD. ad Concil. Trid. sess. 25. de ref. cap. 13.* Gavant. *l. c. ver. exequiæ. in addit. n.* 12. Marchet. *l. c. n.* 25. nisi aliter servet consuetudo. 37

Quæres 2. ad quid teneatur, qui alienum Parochianum sepelivit, aut qui cadaver illius, qui alibi sibi sepulturam elegit, in sua Ecclesia sepelivit? Dicendum, quod teneatur restituere corpus, una cum omnibus, quæ ratione illius accepit, aut amicabilem compositionem facere. *cap. ex parte. 5. de sepult.* Pithing. *lib. 3. tit. 28. §. 5.* 38

Quæres 3. an in materia sepulturæ admittatur appellatio, per quam impeditur sepultura cadaveris? Respondetur negative, quia sepultura hominis non recipit dilationem. *L. ne corpora. 38. ff. de relig. & sumpt. funer.* Barb. *in d. cap. ex parte. 5. de sepult.* Pithing. *l. c. §. 5. n. 31. vers. porro. & in cap. cum liberum. 7. de sepult.* 39

§. VI.

Quibus denegetur sepultura?

Primo sepultura Ecclesiastica denegatur excommunicatis, tam excommunicatione minore, quam majore, etiam toleratis. Sanctarell. *heresi. cap.* 28. Armilla *in sum. ver. sepoltura. num.* 16. Samuel. *de sepult. trac. 2. disp. 1. controv. 4.* Rituale Rom. *de exequiis. tit. quib. non licet dare sepulturam*, dummodo tales excommunicati sint publici, & notorii, & denuntiati. Medic. *de sepult. par. 1. quæst. 1.* Barb. *de Paroch. cap. 26.* Marches. *l. c. num.* 4. nisi ante mortem dederint signa pœnitentiæ, absolutis tamen prius cadaveribus ab excommunicatione. S. Congreg. apud Samuel. *l. c. controv. 9.* Possevin. *de off. Curati. cap.* 14. quæ absolutio poterit concedi ab Episcopo, quamvis excommunicatio fuerit Pontifici reservata, quia juxta Conc. Trid. *sess. 14. cap. 7. de ref.* determinatur, & decernitur, nullam esse reservationem in articulo mortis illis verbis. *Verumtamen pie admodum, ne hac occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia custoditum semper fuit, in nulla sit reservatio in articulo mortis.* Et ita legitur in quibuscunque censuris a Pontifice fulminari solitis cum reservatione, in quibus ea verba addi consueverunt. *in quibus absolvere nemo possit. preterquam in articulo. mortis.* uti videri potest ex Bullis Sixti V. Clem. VIII. Greg. XV. de erectione Monasteriorum, & receptione Novitiorum apud Quarant. Navar. *de pœnit. conf.* 15. Guttierez. *Canon. quæst. lib. 1. cap. 1.* Riccius *in prax. var. res. res.* 229. contra Bonac. *disp. 2. quæst. 2. de censur.* 40

Notorium vero potest dupliciter considerari. Ut est facti, vel, ut est juris. Notorium facti dicitur, quod est ita clarum, ut nulla tergiversatione possit celari. Clarus *in §. fin. quæst. 9.* Scaccia *de Jud. lib. 2. cap. 76.* & quando sit tale, ut nulla possit tergiversatione celari, relinquitur arbitrio Judicis. Menoch. *de arbitr. cas.* 166. Scacia. *l. c.* Gomez. *var. res. tom. 3. cap. 1. de delict.* quod quidem arbitrium regulatur ex qualitate loci, temporis, & regulariter debet esse notum majori parti hominum in loco, & debet esse factum de die. Scaccia. *l. c. a num.* 8. Bonac. *de censur. disp. 2. quæst. 2.* Diana. *par. 2. tract. 16. res.* 24. Notorium vero Juris dicitur, quod inducitur per sententiam, aut partis confessionem in judicio. Seraph. *dec.* 795. Ludovis. *dec.* 425. Post *de manut. obs. 41. num. 154. & 159.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 127. & utrumque notorium sufficit ad denegandam sepulturam Ecclesiasticam excommunicato, quamvis non concurrat denuntiatio, quæ faciat illum esse vitandum, quamvis sit Clerici percussor notorius, & probatus *ex cap. Satis. de sepult. Clem. 1. eod. & extrav. ad vitanda.* apud Suarez. *de Censur. disp. 12. sect. 4.* Bonac. *de censur. disp. 2. quæst. 2. §. 3.* Ugolin. *de censur. tab. 2. cap. 9.* Navar. *in man. cap.* 27. Marchet. *l. c.* apud quem Petr. de Ubald. Samuel. & Medic. *ll. cc.* Barb. *de Paroch. cap. 26* Gonzal. *l. c.* Pithing. *l. c. §. 8.* 41

Secundo Ecclesiastica sepultura denegatur notorio pecca- 42

tori decedenti in mortali fine fignis pœnitentiæ. Item illi, qui fe ipfum voluntarie occidit. Ecclefiæ Decimas non folvit; Parricidæ, blafphemanti Deum, nifi pœnituerint. Barb. *de Jure Ecclef. lib.* 2. *cap.* 7. & quidem de notorio peccatore patet ex his, quæ docet Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. tit.* 39. Navar. *in man. cap.* 25. *num.* 8. Barb. *de Paroch. cap.* 26. *& de Jure Ecclef. lib.* 2. *cap.* 7. *&* 10. Samuel. *de fepult. l. c. controv.* 7. Med. *de fepult. par.* 1. *quæft.* 11. Diana. *par.* 5. *trac.* 3. *ref.* 100. Bonac. *de contract. difp.* 3. *quæft.* 21. *p.* 2. & probatur *ex cap. fures. de furt.* Neque refert, fi Meretrix cum Amafio reperta occiditur, & illa pronuntiat Nomen JESUS, ut dicatur figna pœnitentiæ dediffe; quia talis pronuntiatio eft quodammodo naturalis, ufualis, & communis in quolibet Chriftiano, etiam peffimo, qua tali ad fubitum cafum, vel timorem incuffum, ut videre eft etiam in pueris ante ufum rationis, eft ergo potius ufus oris, quam dictamen cordis. Marchet. *l. c. num.* 38. qui citat. Joan. Bapt. de Fabris. *in man. ordinand. cap.* 14. & Meretricem non poffe præfumi contritam, docet etiam Laym. *moral. lib.* 3. *fect.* 5. *cap.* 12. Et regula eft, quod notorius peccator, aut decedens in notorio peccato carere debeat fepultura Ecclefiaftica. *cap. quibus.* 13. *quæft.* 2. *cap. cum gravia. cap. non æftimemus. & cap. pro obeuntibus.* 13. *quæft.* 2. gl. *in cap. ex parte. de fepult.* Ugol. *de off. Epifcopi. cap.* 17. & DD. fupra cit. contra Bonac. *de contrac. difp.* 3. *quæft.* 21. *p.* 2. Vide Gavant. *in Enchir. ver. fepultura. num.* 23. Marchet. *l. c. num.* 14. Medic. *l. c.* Barb. *de Paroch. cap.* 26. nifi ex furore, vel amentia id feciffet. Genuen. *in prax. cap.* 76. Barb. *de Jure Ecclef. lib.* 2. *cap.* 10. Samuel. *l. c. controv.* 5. fecundum quos, fi aliquis reperiatur in puteo, aut fufpenfus, non erit illico excludendus ab Ecclefiaftica fepultura; nifi conftet, quod ipfe fe præcipitarit, aut fufpenderit, quod non præfumitur, cum potuerit ab alio projici, vel fufpendi, aut ex furore, vel amentia fe fufpendiffe, aut occidiffe. Navar. *de fepult. conf.* 6. Bene verum eft, quod cum furor eft dubius, fepultura deberet dari privatim, ne homines ignorantes furorem fcandalizentur. Genuen. *in prax. cap.* 61. Marchet. *l. c. num.* 15. Sicut a fepultura Ecclefiaftica non effet excludenda puella, quæ ad defenfionem fui honoris feipfam præcitavit, aut mactavit ex ignorantia. Barb. & Marchet. *ll. cc.* Ugol. *de pot. Epifc. cap.* 17. Samuel. *l. c. controv.* 5. fecus, qui feipfum occidit, & contra quem eft vehemens fufpicio, aut præfumptio, quod defperatit, uti fi quis femper fuit fanæ mentis, & paulo ante mortem erat mæftus, aut aliæ eundem caufæ urgebant. Quia ergo in dubio, an quis fit fepeliendus in loco facro, vel non: an defunctus dederit figna pœnitentiæ, vel non, an quis feipfum occiderit, vel ab alio fuerit occifus, femper in meliorem partem eft interpretandum, tefte Macheto. *l. c. num.* 16. ideo fi Parochus inveniret aliquem mortuum, qui nullum haberet fignum, an effet Catholicus, poterit illum credere, fuiffe Catholicum. Poffevin. *de off. Curati. cap.* 14. Med. *de fepult. par.* 1. *quæft.* 7.

43 Quoad parricidam vero, quod careat fepultura Ecclefiaftica, docet Menoch. *de arbitr. Jud. caf.* 387. *num.* 30. Barb. *l. c.* Samuel. *l. c. controv.* 4. Medic. & Marchet. *ll. cc. num.* 30. & de blafphemis, nifi injunctam pœnitentiam fecerint, vide Poffevin. *l. c.* Barb. *l. c.* Ugol. *de poteft. Epifc. cap.* 17. Samuel. & Medic. *ll. cc.* quod ampliatur etiam ad blafpemantes Sanctos, juxta illud, *qui vos fpernit, me fpernit.*

44 De non folventibus Decimas patet *ex cap. prohibemus. de Decimis.* Moneta *de Decimis. cap.* 8. *quæft.* 5. Marchet. *l. c. num.* 31. nifi contraria vigeret confuetudo, quæ eft toleranda in iis locis, in quibus eft difficilis Decimarum exactio. Genuen. *in prax. cap.* 76.

45 Tertio Ecclefiaftica fepultura privantur interdicti notorii, & fufpenfi ab ingreffu Ecclefiæ. *cap. is cui. de fent. excom. in* 6. Barb. *de Jure Ecclef. lib.* 2. *cap.* 7. Bonac. *lib.* 1. *de cenfur. difp.* 5. Gavant. *in Enchirid. verb. fepultura.* Diana. *par.* 5. *tract.* 10. *ref.* 67. five interdictum fit perfonale, five reale. Barb. *loc. cit. & de Paroch. cap.* 26. Rituale Rom. ut fupra ab initio. Medic. *l. c.* Marchet. *l. c. nu.* 7. Ugolin. *de pot. Epifc. cap.* 17. nifi dederit figna pœnitentiæ, licet non fuerit abfolutus, quia tunc abfolvitur a jure. Diana. *l. c. ref.* 75. quæ tamen limitantur non procedere in interdicto audire Divina, cui non poteft denegari fepultura Ecclefiaftica; quia cum fimus in pœnalibus, & odiofis, vitari debet omnis extenfio, & quia a difperatis non fit illatio. Marchet. Medic. & Samuel. *ll. cc.*

Quæres, quid fi fuit interdictum Capitulum, poteritne fepeliri Canonicus? Dicendum, poffe fepeliri Canonicum; quia aliud eft Capitulum, aliud Canonicus, & cum fimus in difperatis, & pœnalibus, ut fupra fuit dictum, non eft facienda extenfio, quod autem aliud fit Capitulum, aliud Canonicus, eft per fe manifeftum, & patet etiam *ex cap. cum te. de refcript.* ubi Felin. Marchet. *l. c. a num.* 9. 46

Quarto; denegatur fepultura Ecclefiaftica manifeftis Ufurariis. *cap. quia. de ufur. & cap. quamquam. de Ufur. in* 6. Ugolin. *de poteft. Epifc. cap.* 17. Poffevin. *de off. Curati. cap.* 14. Marchet. *l. c.* Barb. *de jure. lib.* 2. *cap.* 7. *& de Paroch. cap.* 26. quamvis ifti in ultima fua voluntate mandatint reftitui lucrum illicitum, nifi plenarie fuerit fatisfactum; poft fatisfactionem tamen eft fepeliendus in loco facro, imo fufficit, quod dederit idoneam cautionem de reftituendo. Si vero ufurarius fuit factus manifeftus primum poft mortem, nec non illius impœnitentia finalis, debent illius offa, fi difcerni poffunt, exhumari. Dicitur autem ufurarius manifeftus, vel notorius, qui ita palam exercet fœnus, ut nulla poffit tergiverfatione celari. Navar. *in man. cap.* 17. *num.* 280. Molina. *difp.* 334. Item, qui per fententiam Judicis fuit condemnatus, aut qui in judicio hoc crimen fuit confeffus, aut contra quem in judicio fuit plene probatum per duos teftes. *cap. cum olim. de V. S.* Covar. *lib.* 3. *var. ref. cap.* 3. licet non fuerit confeffus, fe palam exercuiffe, fed fufficit, quod fuerit fimpliciter confeffus, fe exercuiffe. Canifius. *de ufur. & Decimis. cap.* 6. Covar. *l. c.* contra Lupum *in trac. de Ufuris. in cap. naviganti.* §. 6. *de Ufuris.* fufficit tamen cautio juratoria, ut fepeliri poffit. Et præfumentes fepelire ufurarios manifeftos incidunt in excommunicationem Pontifici refervatam, donec fatisfecerint ad arbitrium Epifcopi fui, fi fepeliverint poft declaratoriam fpecialem criminis, ficut etiam fepelientes excommunicatum vitandum, vel hæreticum. Bonac. *de cenfur. difp.* 2. *quæft.* 2. *p.* 4. §. 3. & *difp.* 3. *quæft.* 3. *p. ult.* Diana vero. *par.* 8. *trac.* 7. *ref.* 79. tenet, fufficere, excommunicatum prædictum effe publicum ad effectum prædictum, quod probat ex *cap. facris. de fepult.* ubi Abb. *& cap. cum ad Monafterium. de ftatu Monach.* & *cap. is cui. de fent. excom. in* 6. 47

5. Raptores manifefti rerum per violentiam, nifi ablata reftituerint. *cap. fuper eo.* 2. *de Raptor.* Marchet. *l. c. n.* 22. Barb. *de Jure Ecclef. lib.* 2. *cap.* 10. & *de Paroch. cap.* 26. *num.* 44. etfi tempore mortis non poffint reftituere fua culpa, ut quia cum poffent, noluerunt, privantur fepultura, licet alia Sacramenta, quatenus fit paratus reftituere, percipere poffint, & hoc ad abfterrendum alios a tali crimine. Bene verum eft, quod fi alius vellet pro tali reftituere, contrito tamen, & pœnitentiæ figna edente, facta reftitutione deberet illi fepultura Ecclefiaftica concedi. Marchet. *l. c. num.* 22. Medic. *de fepult. par.* 1. *cap.* 11. Barb. *l. c.* fed notandum, quod dictum *cap. fuper eo.* loquitur de raptoribus Ecclefiarum, earumque violatoribus manifeftis. tefte Samuel. *de fepult. trac.* 2. *difp.* 1. *controv.* 4. *nu.* 16. Barb. *l. c.* 48

6. Regulares, vel Moniales proprietarii, fi a fuperioribus fuis moniti noluerunt dimittere proprietatem, & fpoliare omni dominio, privantur fepultura Ecclefiaftica. Rodriquez. & Portell. apud Dianam, quos ille fequitur. *par.* 4. *trac.* 4. *ref.* 23. Samuel. *de fepult. trac.* 2. *difp.* 1. *controv.* 6. Barb. *de Paroch. cap.* 26. *num.* 47. Marchet. *in prax. Vicar. Capit. tit.* 39. *num.* 16. Et fepultus debet exhumari, quatenus poffit fine gravi fcandalo. Medic. *de fepult. par.* 1. *quæft.* 11. & probatur *ex cap. fuper quoddam. de ftatu Monach.* Marchet. *l. c.* non ideo ftatim, ac in cella Regularis fuerit repertum marfupium pecuniarum, erit privandus Ecclefiaftica fepultura, quia poteft effe, quod talis Monachus non fuerit monitus, aut quod talem pecuniam haberet in depofito, aut aliter fine ullo dominio directo, vel utili, aut quod paulo ante illam acceperit animo illam tradendi fuperiori. Diana. *l. c.* & *par.* 9. *trac.* 8. *ref.* 15. quæ multo magis procedunt, quando modica pecunia fuit reperta. Barb. *l. c.* nifi ftatuta particularia Religionum obftarent, uti in PP. Capucinis, 49

Fra-

Fratribus S. Francisci de observantia, Reformatis, Monialibus &c.

50 7. Privatur sepultura Ecclesiastica, qui semel in anno, nec in paschate SS. Eucharistiam sumpsit, juxta *cap. omnis. de pœnit.* Gennen. *in prax. cap.* 76. Gavant. *in Enchirid. ver. sepultura. & in verb. Euch.* ubi S. Congreg. Marchet. *num.* 10. Samuel. & Med. *ll. cc.* sufficit tamen, quod hoc Sacramentum sumpserit in Cathedrali, etiam extra suam Parochiam. Barb. *de Paroch. cap.* 46. Genuen. *l. c.* & probatur *ex cap. officium. de off. Archipresbyteri.* ubi gl. Præterea conclusio limitatur, si defunctus purgavit suam contumaciam in articulo mortis, vel confitendo, aut communicando, aut saltem signa pœnitentiæ edendo, aut nisi ex causa, aut de consilio Confessariorum abstinuerit a sacra communione. Barb. *de Jure Eccl. lib.* 2. *cap.* 10. & *de Paroch. cap.* 26. *num.* 46. Ugol. *de potest. Episc. cap.* 17. aut si hoc esset occultum, aut dubium; tunc enim ad vitandam infamiam, & scandala, in meliorem partem esset facienda interpretatio, si dubium est affirmativum, juxta notata ex Marcheto. *l. c.* Possevin. *de off. Curati. cap.* 14.

51 8. Patibulariis impœnitentibus ubique denegatur sepultura Ecclesiastica. Medic. & Samuel. *de sepult. ll. cc.* secus, si sunt contriti, nisi contraria vigeat consuetudo, uti in multis Germaniæ locis, & Regionibus in pœnam criminis, & ad terrorem aliorum. Laym. *moral. trac.* 5. *sect.* 5. *par.* 3. *cap.* 12. Marchet. *l. c.*

52 9. Mortuis sine baptismo. Lim. quoad Catechumenos. Laym. *moral. trac.* 5. *sect.* 3. *par.* 3. *cap.* 12. Bonac. *de contr. disp.* 3. *quæst.* 21. *p.* 2. Samuel. *de sepult. trac.* 2. *disp.* 1. *controv.* 4. Et si fuerunt baptizati baptismo dubio, certum est, quod sint sepeliendi in loco Sacro, quia in dubio valoris baptismi non debet quis privari sepultura Ecclesiastica, ne sine sua culpa patiatur pœnam illatam ab Ecclesia contra paganos, & in dubio illa interpretatio est capienda, ut actus potius valeat, & sustineatur, quam pereat per vulgata jura. S. Antonin. *par.* 3. *tit.* 10. *cap.* 5. §. 9. Lavor. *var. lucubrat. tit.* 2. *cap.* 12. contra Valent. quem citat Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 10. Hæc quando dubium est juris, seu facti, sed affirmativum, vel positivum Marchet. *l. c. num.* 18. Medic. & Samuel. *de sepult.* apud eundem. Secus si dubium facti est mere negativum. Vide Ciarlin. *controv. for. cap.* 199. Possevin. *de off. Curat. cap.* 14.

53 10. Privantur sepultura Ecclesiastica illi, qui exenterant corpora defunctorum, & ea decoquunt, ut assa possint in suam forte patriam deferre inibi sepelienda, quia sunt excommunicati ipso facto a Bonif. VIII. in sua extravag. quæ incipit. *Detestandæ de sepult. in* 6. si tamen decedant sine pœnitentia. Medic. & Samuel. *de sepult. ll. cc.* & hoc propter immanitatem, quæ exercetur in corpora defunctorum.

54 11 Infirmi, qui adhibent Medicum Judæum, aut infidelem, quod Parochus debet illis notificare, scilicet infirmis, ut abstineant sub pœna Ord. arbitraria, nisi epicheia Parochus excusaret, uti si sciret Parochus, infirmum esse in bona fide, & monitionem suam probabiliter prævideat futuram infirmo scandalosam, ac in ruinam potius spiritualem, quam ædificationem, non enim videtur S. Pontifex voluisse in tali casu obligare Parochum, Piasec. *in prax. Episcop. par.* 2. *cap.* 3. *art.* 3. ubi videri potest Bulla. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. tit.* 39. *nu.* 45.

55 12. Episcopi in actu visitationis occasione procurationis accipientes aliquid contra formam præscriptam *in cap. exigit. de censib. in* 6. nisi duplum restituerint, tanquam simoniaci, & excommunicati privantur Ecclesiastica sepultura, quod ampliatur ad quemcumque Ordinarium Visitantem, uti Vicarium Generalem Episcopi, seu Capitularem sede Episcopali vacante. Marchet. *l. c. numer.* 47. qui citat Samuel. *l. c. controv.* 10. Sed

56 Quæres, an ejusmodi possint excusari ex titulo ignorantiæ invincibilis, imo vincibilis, & crassæ? de invincibili non est quæstio, sed de vincibili. Et quod ignorantia vincibilis excuset ab incursu Censuræ, docet Navar. *in manc. cap.* 27. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disp.* 32. Bonac. *de censur. in genere disp.* 1. *quæst.* 2. *p.* 1. Card. de Lugo *de Sacram. pœnit. disp.* 20. Diana. *par.* 3. *trac.* 5. *res.* 13. *& par.* 5. *trac.* 9. *res.* 17. Ciarlin. *controv. for. cap.* 155. *num.* 8. quæ quidem videntur procedere in foro interno; non vero in foro externo post publicationem Bullæ Gregor. XIII. post quam ignorantia allegari non potest. Farin. *de Immunit. Eccles. cap.* 20. Sperell. *dec.* 105. *nu.* 57. quia circa officium proprium nunquam excusat ignorantia. *L. regula. ff. de Jur. & fact. ignoran.* Riccius *in prax. par.* 1. *res.* 584. *& par.* 3. *res.* 55. Quare quod ignorantia non excuset a censura saltem in foro externo, imo nec in interno, est probabilior, & communior opinio, quam defendit Sotus *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 2. *& quæst.* 28. Angel. *in verb. Excommunicatio. cas. ult.* Sylvest. *in ver. Ignorantia.* Navar. *in manual. cap.* 27. Covar. *in cap. alma mater. par.* 1. §. 10. *num.* 8. *&* 9. *de sent. excom in* 6. Sperell. *dec.* 105. & probatur *ex cap. Apostolis.* ubi gl. & Abb. *de Cler. excom. ministr. cap. si vero de sent. excom.* Et ideo contrahentes incestas nuptias ex ignorantia crassa, incurrunt excommunicationem latam *in Clementina un. de consang. & affin.* ipso facto. Et ibi Imola Fragos. *de regim. Reip. Christianæ par.* 1. *lib.* 2. *disp.* 4. contra Covar. *de Sponsal. par.* 2. *cap.* 6. §. 8. vide Sperell. *dec.* 129. qui loquitur de ignorantia crassa, *& supina num.* 22. *ex L. nuptias ff. de Juris, & facti ignor.* Costa *de Juris, & facti ignor. inspect.* 81. Rota apud Achill. de Grass. *dec.* 1. talis enim ignorantia comparatur scientiæ, & paria sunt scire, & scire debere. *cap. cum inhibit. de cland. despons.* Sued. *cons.* 49. Mascard. *de prob. conclus.* 879.

57 13. Ecclesiastica sepultura privantur hæretici, quamvis de eorum hæresi appareat post mortem. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *& de off. Paroch. cap.* 26. *num.* 43. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. tit.* 39. *n.* 5. Sed debent isti, ut careant Ecclesiastica sepultura, esse denuntiati? Affirmant Henriquez. *lib.* 13. *cap.* 11. & Miller. *in addit. ad comment. Rumelini super Auream Bullam Caroli IV. par.* 3. *differt.* 2. Negant Filiuc. *to.* 2. *trac.* 22. *cap.* 7. & Trullench. *in Decal. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 14. Sed sufficit, quod manifeste constet de illorum hæresi, quod speciale esse volunt in hæresi ob criminis enormitatem, dummodo hæresis sit talis, & ita notoria, ut nulla possit tergiversatione celari. Palaus. *to.* 1. *trac.* 4. *disp.* 4. *p.* 4. quia tamen ejusmodi hæretici non sunt vitandi, ideo non incurrerent ullam censuram illi, qui comitarentur funus, dummodo hoc non ducatur ad locum sacrum, ne peccato Parochi communicent consentiendo, vel approbando. Bene verum est, quod tali casu Ecclesia non esset polluta. Diana. *par.* 9. *trac.* 8. *res.* 1. quia polluitur tantum per infideles, aut excommunicati vitandi sepulturam.

58 Sed quid dicendum est de maleficis mortuis in carceribus, gaudentne Ecclesiastica sepultura? Respondetur cum distinctione. Si mortui sunt ante confessionem, debent sepeliri honeste, nec sunt comburendi, aliter hæredibus competeret actio injuriarum contra Judicem. Binsfeld. *de conf. malef. in L. eorum. C. de malef. & Mathem. fol. mihi* 624. Idem dic ampliative de confessis, sed nulliter, ob non servata de jure servanda, vel de iis, qui confessionem revocaverunt. Si vero sunt mortui post confessionem, dato tamen signo contritionis, debent sepeliri in loco Sacro. *cap. placuit.* 13. *quæst.* 5. *cap. ex parte de sepult.* licet ex consuetudine multis in locis aliter observetur. Quod si ipsimet sibi mortem violentam intulerunt absque furore, sed ex desperatione, essent comburendi. Clarus *in §. fin. quæst.* 51. Gomez *var. res. to.* 3. *cap.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 285. ratio vero est, quia crimen, & pœna per mortem extinguuntur. *L. defuncto. ff. de publ. Jud.* Binsfeld. *l. c. fol. mihi* 626.

59 14. Sepultura Ecclesiastica carent Clericorum publici, & notorii percussores, nisi eorum excommunicatio fuisset declarata nulla. Quia percussio Clerici notoria notorietate facti, quæ nulla tergiversatione possit celari, reddit, & facit illum esse vitandum, juxta Suarez. *de censur. disp.* 9. *sect.* 2. Alter. *de censur. lib.* 1. *disput.* 9. *cap.* 2. Bonac. *de censur. disp.* 2. *quæst.* 2. *p.* 1. §. 1. & ideo secundum omnes talis erit privandus Ecclesiastica sepultura, tam secundum illos, qui volunt Ecclesiasticam sepulturam non esse denegandam excommunicato nisi sit vitandus, quam secundum alios, & a fortiori, qui defendunt eandem sepulturam esse denegandam excommunicato etiam tolerato, & non vitando.

lando. Unde in priore sententia non sufficeret notorietas juris, nisi cum illa concurreret denuntiatio ad privandum talem percussorem sepultura: sufficeret autem in secunda, juxta doctrinam Samuel, & Medic. *de sepult. l. c.* apud Marchet. *d. tit.* 39. *num.* 1. quos ipse sequitur.

60 Quæres, an hæc conclusio procedat etiam contra illos, qui percutiunt aliquem Religiosum non habentem ullos Ordines, etiam notoric notorietate facti, quæ nulla tergiversatione celari possit? Affirmant Diana. *par.* 15. *trac.* 14. *ref.* 9. quia lex, & decretum Concilii Constantiensis est favorabile, & non pœnale; quia per illud principaliter intenditur favor Ecclesiasticorum gl. *in cap. si propter. de rescript. in* 6. ubi Gemin. & Jo. And. Fel. *in cap.* 1. *de Sponsal.* Bart. *in L. qui except. ff. de condict. indeb.* Castr. *in L. si quis. ff. si cert. pet.* Menoch. *de recuprr. poss. rem.* 1. *num.* 28. Sanchez *de matrim. lib.* 1. *disp.* 1. *num.* 5. ubi quando dispositio dicatur favorabilis, aut odiosa. Paris. *de resign. lib.* 12. *quæst.* 2. & Religiosi in favorabilibus veniunt nomine Clericorum, licet non sint ordinati. Fel. *in cap. non dubium. de sent. excom.* Sylvest. *in sum. verb. Clerici* §. 1. Mar. Antonin. *lib.* 1. *var. ref.* 112. Negant tamen alii, apud Dianam ex eo potissimum, quod decretum Concil. Constantien. si pœnale, & in pœnalibus non sit facienda extensio, ideoque verba sint accipienda in proprio suo significatu. Sed Religiosi ejusmodi non sunt proprie Clerici. Ergo

61 Cum sæpius fuerit facta mentio signorum pœnitentiæ, restat videndum; quænam sint talia signa, propter quæ potest ejusmodi excommunicatus, vel hæreticus donari sepultura Ecclesiastica. Sunt plura ejusmodi signa. Primum est, si in articulo mortis qui recepit Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ, vel illa saltem petiit. Samuel. *de sepult. trac.* 2. *disp.* 1. *controv.* 7. Marchet. *d. tit.* 39. 1. 1. Secundum est, si quis post crimen, cui annexa est excommunicatio, aut carentia sepulturæ, visus fuit fundere preces ante imaginem Sanctam. Laym. *moral. lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 5. *cap. tract.* 5. *cap.* 12. Tertium est, si in articulo mortis desiderans reconciliari Ecclesiæ se fecit absolvi Laico, eo quod Ecclesiastici copiam non haberet, licet hæc absolutio fit nullius valoris, dummodo bona fide hoc egerit, quæ bona fides præsumitur, ut excludatur præsumptio, & conjectura delicti. Marchet. *l. c. n.* 56. Quartum, si juravit parere mandatis Ecclesiæ: Navars *in man. cap.* 1. *num.* 15. Quintum, si imploravit B. Virginis auxilium, nec potuit petere confessarium. Navar. *l. c.* Barb. *in Collect. DD. super Conc. Trid. sess.* 25. *de ref. cap.* 13. *& de off. Parochi. cap.* 24. *& de Jure Eccl. lib.* 2. *cap.* 10. Item si, cum loqui non posset, sublevavit oculos, & palmas in cœlum, aut cor percussit, vel qualecumque signum pietatis ostendit. Laym. *lib.* 3. *mor. sect.* 5. *tract.* 5. *cap.* 22. Sextum, si meretrix, quæ fuit confessa in Paschate, & communicavit, dum occiditur extra actum peccati, invocat Nomen JESU, quamvis esset cum Amasio, secus si in actu peccati. Navar. *de sepultur. lib.* 3. *cons.* 4. Samuel. *l. c.* Marchet. *l. c. nu.* 52.

Sed debetne Ordinarius illico credere ejusmodi signa 62
intervenisse, ut det facultatem sepeliendi in loco sacro similes personas, Respondetur quod non, sed erunt probanda per unum testem, si per duos non potest formiter examinatum juxta ea, quo in ordine ad praxim mox infra tradentur. Gavant. *in Enchir. verb. sepultura. nu.* 17. Samuel. & Medic. *de sepult. l. c.* Laym ut supra. Marchet. *l. c. num.* 59. neque sufficit attestatio Confessarii, nisi habeat licentiam à pœnitente talem attestationem faciendi. Hinc cauti esse debeant Parochi in ejusmodi sepulturis concedendis, & in facti contingentia, ubi adest dubium probabile de impœnitentia talis peccatoris, publici, & notorii, debent rem deferre ad Ordinarium, alias si contingat illum sepeliri in loco Sacro, qui non debet, ab iisdem poterunt arbitrarie puniri. Ordinarius autem requisitus pro consilio, & licentia sepeliendi ejusmodi peccatorem propter dubia signa pœnitentiæ, non statim illam concedat, sed curet relevari per testium examen servatis servandis veritatem existentiæ ejusmodi signorum. id est, quod revera mortuus talia signa dederit, propter quæ possit concedi talis licentia. Et ita passim observari solet.

Ordinarius ergo, si cadaver, cujus sepultura Sacra 63
prætenditur, ex eo, quod ante mortem dederit pœnitentiæ signa, sit distans a loco, in quo ipse moratur, ut non possit commode per seipsum testium examen recipere, mandat expediri delegatorias in personam non Parochi sepelire debentis, sed alterius vicinioris, quatenus testes cum suo juramento sigillatim coram Notario examinet super Interrogatoriis ad hunc finem transmittendis.

Forma Delegationis.

64 NOs &c. Adm. Reverend. Ex annexa instantia percipiet, quid nobis, & officio nostro propositum fuerit pro obtinenda sepultura cadaveri quondam N. N. cumque ante quam ad concessionem dictæ facultatis, seu aliam deliberationem procedamus, & deveniamus, nobis incumbat, ut de veritate narratorum debitam capiamus informationem, hinc est; quod de sufficientia, dexteritate, & integritate tua confisi, tibi hujusmodi examinis receptionem committendam, & delegandam duximus, prout præsentium tenore committimus, & delegamus, committentes, ut testes inducendos, & verisimiliter informatos, servatis servandis, super rescriptis interrogatoriis, seu capitulis a parte exhibendis diligenter examines, illorumque dicta tuo sub sigillo, & nemini pandita ad nos quamprimum transmittas pro ulteriore deliberatione, una cum præsentibus, vel earum copiis.

65 Testibus vero debent fieri sequentia, aut similia interrogatoria.

Primo an cognoscat defunctum N. N. a quanto tempore, & qua occasione?
Secundo an dictus N. N. sit modo vivus, aut mortuus, & qua morte, naturali, vel violenta? & in causa scientia.
Tertio, in quo loco fuerit mortuus? & in causa scientiæ?
Quarto, quinam fuerint præsentes illius morti? & an ipse testis?
Quinto, an ante mortem perceperit Sacramenta, & quæ? & si non, an saltem illa petierit, aut dederit pœnitentiæ signa, & quæ? & in causa scientiæ,
Et si signa consistunt in verbis, describantur verba præcisa, quæ dixit.
Sexto, an post dicta signa fuerit observatum signum, vel declaratio expressa vindictæ, aut desperationis.
Ad generalia in forma.

Deinde fit decretum.

Quod si ejusmodi examen fit faciendum ad instantiam partis, solent ab illa tradi Capitula, super quibus testes examinari debent, & quatenus opus, interrogatoria supplentur ex officio.

§. VIII.

De mortuo in duello aut hastiludio.

66 Dicendum, quod mortuus in duello in ipso conflictu non est sepeliendus in loco sacro. Ut patet ex Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 19. *de ref.* Barb. *de Paroch. cap.* 26. Ugolin. *de officio Episcopi. cap.* 17. Constit. Greg. 78. quæ incipit *ad tollendum.* 24. *Decembris Anni* 1582. Samuel. *de sepult. tract.* 2. *disp.* 1. *controv.* 8. Medic. *de sepult. quæst.* 11. *par.* 1. *ex cap.* 1. *de torneamentis.* Laym. *moral. por.* 3. *trac.* 5. *sect.* 5. *cap.* 12. Gavant. *in Enchir. verb. sepultura. num.* 23. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 15. quæ non procedunt in assistentibus ex curiositate.

Porro conclusio procedit, quamvis duellans moriatur 67
altero die ex eodem vulnere Bonac. *de censur. disp.* 2. *quæst.* 3. *to.* 48. Barb. *l. c.* sicut si moriatur extra locum duelli,

duelli, vel torneamenti. Diana *par.* 4. *trac.* 4. *ref.* 192. & *par.* 5. *trac.* 3. *ref.* 99. vide Marceetum *in praxi Vicarii Capitularis. tit.* 39. §. 2. Dummodo delictum sit notorium, & publicum; alias si non esset notorium, deberet consuli Ordinarius. Secus si duellans moriatur unum aut alterum diem post duellum, quia talis non dicitur mori in loco duelli, vel in duello, vel conflictu, uti loquitur Conc. Trid.

68 Conclusio vero procedit non tantum in duellis publicis cum interventu patrinorum, cum litteris provocatoriis, sed etiam in duellis privatis sine patrinis. Farin. *conf.* 9. Quaranta *in verb. duellum. vers. novissime.* quia Gregor. XIIJ. ita extendit, & declaravit Conc. Trid. in sua Constitutione supra cit. & confirmavit Clem. VIII. in sua Constitutione quæ incipit. *Illius vices. edita* 2. *Septembris.* 1592.

69 Cadavera vero prohibitorum non solum sunt sepelienda extra locum Sacrum, sed etiam ita remote a loco Sacro, ut cantantium Divinæ voces audiri nequeant, Samuel. *de sepult. trac.* 2. *disp.* 1. *controv.* 7. quamquam hoc quoad corpora decedentium sine baptismo non observetur in praxi. Marchet. *d. par.* 3. *tit.* 39. §. 3. Et si fuerunt sepulta in loco Sacro etiam per errorem, debent exhumari, dummodo ab aliis discerni possint. *cap. Sacris. de sepult. cap. Ecclesiam. de consec. dist.* 1. & si fuit sepultus in loco Sacro excommunicatus denunciatus, aut infidelis, non solum exhumandus, sed Ecclesia reconciliari debet, & parietes radis Marchet. *l. c.* §. 3. *num.* 68. Laym. *mor. par.* 3. *sect.* 5. *trac.* 5. *cap.* 12. Barb. *de Paroch. cap.* 26. *num.* 53. & *de Jure Eccl. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 53.

70 Ulterius est notandum, quod in Ecclesia polluta sive sanguinis sive seminis effusione nemo sit sepeliendus, antequam fuerit reconciliata, quod ampliative etiam procedit in cœmeterio contiguo, quia cum sit Ecclesiæ accessorium, polluta Ecclesia polluitur etiam ipsum cœmiterium, juxta quam accessorium sequitur sui principalis, non è contra. Marchet. *l. c. num.* 80.

71 Quæres, si fuit factum legatum Ecclesiæ pro sepultura Antonii, hic vero excommunicationem, quia est innodatus, fuerit privatus sepultura, debeturne legatum Ecclesiæ? affirmant Barb. *de jure Eccl. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 44. & *de Paroch. cap.* 27. *num.* 54. Marchet. *l. c.* Samuel. *de sepult. trac.* 1. *disp.* 1. *controv.* 8. Gallet. *margaris. cas. conscien. verb. Legatum.* §. 13. sed de veritate hujus sententiæ, vide quæ dicta fuerunt, in praxi *Legatorum.*

72 Sepelientes hæreticos in loco Sacro sunt ipso jure excommunicati, nec possunt prius absolvi, quam eorum cadavera propriis manibus publice exhumarint, ut sicut exhibuerunt sua membra iniquitati, ita exhibeant justitiæ, juxta S. Paul. *ad Rom.* 6. *cap.* 2. *heret. in* 6. Sperell. *dec.* 106. Farin. *de heresi. quæst.* 192. & probatur ex *clem.* 1. *de sepult.* Samuel. *de sepult. trac.* 2. *disp.* 1. *controv.* 10. Marchet. *l. c.* §. 3. *num.* 68. & tenentur ad restitutionem cadaveris, & omnium illorum, quæ occasione sepulturæ perceperunt. Directa quarta funerali. Barb. *l. c.* quam censuram incurrunt etiam mandantes. Item sepelientes quemcunque infidelem. Item excommunicatum publicum, qui tamen si fuisset absolutus etiam a Laico, liberaret, sepelientem ab incursu censuræ; quia cum sequatur opinionem probabilem, quod scilicet absolutus à Laico in articulo mortis in defectum Clericorum dederit signa pœnitentiæ, non peccat, & sine peccato excommunicatio non incurrit. Quoad reliquos vero sepelientes excommunicatum non denuntiatum, tantum peccant mortaliter. Marchet. *l. c. num.* 70.

§ VIII.

Sepulturæ miscellanea.

73 Quamvis descendentes sequantur sepulchrum ascendentium, non tamen e contra Ascendentes sequuntur sepulchrum descendentium, neque Transversales Transversalium, nisi sint hæredes, & sepultura sit hæreditaria. Marchet. *in prax. Vicar. Capit. par.* 3. *tit.* 37. §. 2. Medic. *de sepult. par.* 1. *quæst.* 7.

74 Electio sepulturæ in Ecclesiis monialium facta irrita est, & nullius valoris; cum manifeste obster declaratio S. Congreg. tam quoad Ecclesiam exteriorem, quam interiorem. Gavant. *in verb. monialium Ecclesia. num.* 14. Marchet. *l. c.* §. 5. Pellizarius idem tenet quoad Ecclesiam interiorem, sed negat quoad exteriorem. *de Monial. cap.* 7. *num.* 10. Samuel. *de sepult. trac.* 1. *disp.* 6. *controv.* 11. Riccius *in praxi par.* 4. *ref.* 294. nisi concurrat licentia S. Congreg. Episcopi & consensus Monialium tam pro sepeliendo, quam pro construendo sepulchro, quæ non solet concedi sine eleemosyna competente. Et tunc Parochus comitatur, seu ducit funus usque ad portam Ecclesiæ, & usque ad illam decantat orationem, vel facit officium, & non ultra. Ampliatur, ut prædicta magis procedant, quoad cadavera Laicorum, tam virorum, quam mulierum, quæ sepeliri prohibentur in sepulchris Monialium S. Congreg. Concil. Trid. *sect.* 25. *cap.* 1. *de Regular.* quam citat Marchet. *l. c. num.* 133.

Irrita est sepulturæ electio facta ad aliorum suggestionem, ut patet ex tex. *in cap.* 1. *de sepult. in* 6. Genuen. *in prax. cap.* 76. Flamin. Marchet. *loc. cit.* Riccius *in praxi par.* 4. *ref.* 294. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. & *de Paroch. cap.* 26. *num.* 38. 75

Jus sepulturæ est quid diversum a Jurepatronatus, adeo ut ex hoc, quod alicui fuerit concessa sepultura in Capella aliqua, nihil inde deduci possit, cum jus sepulturæ non sit juripatronatus consecutivum, neque patronis competat ex dispositione juris communis; nam sicut non potest haberi juspatronatus principaliter in sepulchro. Roch. *de Jurepatron. verb. in Ecclesia numer.* 13. Lambert. *de Jurepatron. lib.* 1. *par.* 1. *quæst.* 11. *art.* 13. *a numer.* 1. ita nec accessorie ad juspatronatus, eo quod in hac parte jus resistat. *cap. abolenda de sepult.* Lother. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 4. *a num.* 7. Caval. *dec.* 445. Beltramin. *ad Ludovis. dec.* 145. *num.* 8. ubi Beltram. 76

SEQUESTRUM.

Praxis sequestri.

Sequestrum regulariter est prohibitum. *L. un. C. de prohiben. sequest. cap.* 1. *ut lite pend.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 148. Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 38. Papien. *in forma sequestri qui allegat. casus; in quibus est licitum. fol.* 279. Afflict. *dec.* 98. *num.* 2. veluti primo contra contumacem. Secundo cum quis potest capi personaliter, possunt sequestrari ejus bona, aut ejus persona, donec idonee caverit. Tertio cum dilapidantur res, vel fructus rerum controversarum, aut res litigiosa servando servari non potest ad triennium. DD. cit. 1

Sequestrum non potest fieri ab illo, qui non potest eum citare, cujus sunt res sequestrandæ. Borgnin. *c. dec.* 3. Martha. *de Jurisdict. par.* 4. *cas.* 101. & 165. Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. *num.* 11. quia sequestrum debet fieri coram illo Judice, coram quo actio est instituenda. Ciarlin. *l. c.* Riccius *in prax. par.* 3. *ref.* 493. Factum ab Ecclesiastico coram Laico pecuniæ debitæ Sacerdoti, valet. Ciarlin. *l. c.* ante finem litis non potest revocari, nisi data fidejussione idonea. Ciarlin. *controv. for. cap.* 73. Factum in manibus Clerici a Judice Laico non valet. Silvat. *lib.* 1. *conf.* 40. ex defectu jurisdictionis. 2

Sequestrum Judicis advocantis ad se possessionem rei litigiosæ, ne veniatur ad arma, non privat possessorem possessione sua, nec illi præjudicat, quia avocatio fuit necessaria. Menoch. *de retin. remed.* 3. *num.* 86. Gail. *lib.* 2. *obs.* 6. Post. *de manuten. obs.* 60. Ciarlin. *controv. for. cap.* 119. *num.* 50. 3

Sequestrum de rebus Ecclesiasticis coram Laico debet fieri a Judice Ecclesiastico. Martha. *de Jurisdict. par.* 3. *cas.* 127. quia sequestrum fit intuitu Clerici. Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. & 171. Grass. *de effec. Cleric. eff.* 1. *num.* 222. quia sequestrum est præparatorium, & quoddam accessorium principalis petitionis, & Judex causæ principalis, & præparantis, est etiam Judex causæ præparatæ, & accessoriæ. Tusc. *litt. I. conclus.* 446. Ciarlin. *l. c.* 4

Sequestrum factum a pluribus, potest ab uno pro sua rata relaxari, si sumus in dividuis. Costa. *de port. rata. quæst.* 214.

Sequestrum fructuum Beneficii fit, cum illud vacat œconomo dato. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 38. ubi ejus requisita. Ciarlin. *controv. for. cap.* 1. vide fructus. 5

Seque-

6 Sequestrum fieri non potest, nisi probetur saltem summarie, & semiplene debitum principale, & periculum, ne res consumatur, aut debitor desinat esse solvendo. Riccius in prax. var. res. 622. Scoccia. l. c. Abb. in cap. 2. de sequestr. Caroc. par. 3. quæst. 2. Gail. lib. 2. obs. 44. Capon. disc. for. 19. num. 13.

7 Sequestrum voluntarium dat possessionem sequestri, non ita necessarium, quod fit authoritate Judicis, quod non privat Dominum sua possessione. DD. apud Garz. de Benef. par. 5. cap. 6. Cassador. dec. 14. de possess. Menoch. de retin. remed. 3. num. 86. Lambertin. de jurepatr. par. 2. lib. 1. quæst. 9. Gratian. disc. for. cap. 114. a num. 12.

8 Sequestrum tollitur per satisdationem Gail. l. 1. obs. 148. etiam per cautionem juratoriam. Idem Gail. l. c. num. 5. Papien. in forma sequestri. fol. 284. Lim. in casibus, in quibus lex præcipit fieri sequestrum. Item in obligatione camerali. Scaccia. l. c. num. 19. quia satisdatio est medicina sequestri, secus per cautionem juratoriam; etiam cum fidejussor haberi non potest, licet contrarium teneat. Gail. l. c.

9 Sequestrum, quamvis regulariter sit prohibitum. cap. 1. sequestr. poss. cap. 1. ut lite pend. tamen Beneficii possessio debet sequestrari, quando in Curia Romana contra possessorem fuit lata sententia. Clem. un. de sequestran. possess. ita ut nec prætextu nullitatis sententiæ illud evitari possit, sed manente sequestro recurri debet ad Judicem. Imo licet a decreto sequestri fuetit appellatum. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. Marescot. lib. 2. var. res. cap. 77. Imo licet pro suo interesse tertius se opponat, neque retardatur per cautionis dationem. Marescot. l. c. num. 34. Lim. 2. quod sequestrum non habet locum in triennali possessore. Put. dec. 347. & DD. apud Marescot. l. c. num. 35. Cassador. dec. 4. nu. 1. de sequestr. possess. Caputaq. dec. 354. num. 1. & 2. quamvis possessio triennalis immediata non sit. Lim. 3. cum pro possessore adest præsumptio juris. Uti si pro illo in Curia fuerat lata sententia in petitorio. Put. dec. 77. lib. 1. Cassad. dec. 2. de sequestr. poss. ff. Marescot. l. c. num. 38. Lim. 4. in pensione, quæ non est beneficium.

10 Sequestrum facti quod fit propria authoritate sine causæ cognitione, est prohibitum unicuique, cujuscumque sit conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis sequestrans; quia judicia non sunt inchoanda ab executione, & nemo debet sibi jus dicere in propria causa. Gail. de arrestis Imper. cap. 3. nu. 1. & 2. Bich. dec. 355. num. 1.

11 Sequestrum regulariter debet fieri apud tertium; de consensu tamen partium potest fieri etiam apud ipsum Debitorem, vel Creditorem. Ecclesia obs. for. 152. Mynsing. obs. 11. Ridolphin. in prax. par. 1. [illegible] num. 155. Scaccia de appell. quæst. 3. num. 28.

12 Sequestrum præsertim ab initio litis est odiosum, quia nemo lite pendente est privandus sua possessione. Afflict. dec. 98. Guido Pap. dec. 246. & Judex non debet illud concedere, nisi quatuor concurrentibus. Primo quod saltem summarie constet de Jure creditoris. Secundo, quod citetur debitor. Tertio, quod constet Judici, sequestrum non peti, nisi ad consecutionem, & non ad æmulationem. Rubin. dec. 91. Torellus consult. 63. Capon. disc. for. 351. nisi periculum esset in mora, uti fugæ. Ecclesia obs. f. 201.

13 Sequestrum apponi solet, quando possessio est attentata. Garz. de Benef. par. 9. cap. 4. num. 22. Lotther. de re Benef. lib. 2. quæst. 13. num. 83. Cassad. dec. 3. num. 6. de restit. spol. Cæs. de Grass. dec. 7. num. 1. de appell. Bich. dec. 39. num. 1. Etiam in prophanis, quando neutra pas possidet. Vel saltem est turbida illorum possessio, donec de bono jure cognoscatur. Barb. in L. un. num. 2. C. de probib. sequestr. possess. Abb. in cap. dilectus. de sequestr. possess. Menoch. de adipisc. rem. 6. nu. 32. & de retin. rem. ult. num. 45. Scaccia de appell. q. 17. lim. 6. memb. 2. num. 18. Cyriac. controv. 10. nu. 6. Rota apud Bichium dec. 51. num. 13. Item quando possessio est vacans, ne fructus dilapidentur. cap. cum olim de rescript. ubi Fel. Abb. in cap. 2. de sequestr. poss. Archid. in cap. quia res. num. 9. quæst. 1. Seraphin. dec. 1403. num. 5. Buratt. dec. 908. num. 1. Bich. dec. 237. num. 4. Item si fuit capta pendente termino ad appellandum, aut pendente appellatione. Cassad. dec. 3. num. 6. de restit. spol. Cæs. de Grass. dec. 2. num. 1. de appell. Garz. de Benef. par. 9. cap. 4. num. 22. Bich. l. c. numer. 2. Item si imminet periculum, & concurrit publicæ Ecclesiæ utilitas. Rota apud Bich. dec. 377. num. 19.

14 Sequestrum apponi nequit, nisi citato possessore, licet sit intrusio, si intrusio non est notoria. Bich. l. c. num. 14. Rom. cons. 158. & 499. num. 9.

15 Sequestrum super beneficio litigioso decretum contra resignantem potest executioni mandari, etiam contra Resignatarium, ac si resignatio facta non fuisset ad obviandum fraudibus. Rota apud Bich. dec. 182. num. 3.

16 Judex appellationis a sententia revocationis sequestri nequit novum sequestrum pendente appellatione decernere ad instantiam appellantis, absque vitio attentatorum. L. Imperatores. vers. quamvis usitatum non sit. ff. de appell. Card. in Clem. 1. quæst. 22. vers. si vere proceditur. de sequestran. poss. Decian. resp. 37. numer. 45. lib. 3. Lancellot. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 12. num. 1. Seraph. dec. 1126. num. 1. Rota dec. 168. nu. 1. par. 4. recent. to. 2. nisi adesset timor dilapidationis. Lancell. l. c. num. 11. dummodo hic timor ab allegante probetur. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. limit. 13. num. 10. qui timor dilapidationis seu periculum auferri potest per idoneam cautionem. L. si fidejussor. §. si satis. ubi Alex. nu. 5. ff. qui satisdare cog. Gabr. cons. 53. num. 4. lib. 1. Neguf. quæst. 219. num. 6. Mastrill. dec. 126. num. 5. Rota dec. 840. num. 2. par. 4. divers. apud Bich. dec. 438. per totam.

17 Sequestrum in causis Beneficialibus durat usque ad finem litis. Clem. 1. de sequestran. poss. Put. dec. 267. num. 1. & 2. lib. 1. in correc. Rota dec. 136. sub. n. n. par. 2. recent. apud Bich. dec. 545. num. 11.

18 Sequestrum factum ad instantiam Creditoris, pro certa summa cum clausula salvo jure, & sine prnjudicio majoris summæ, non excludit, quin major summa debeatur. Rota in Senogallien salviani 19. Jun. 1651. coram Cardin. Corrado. & 7. Feb. ejusdem. coram Bichio. ipse Bich. dec. 562. num. 13. tribuit creditori securitatem rei sequestratæ, non autem dominium, aut possessionem. gl. in cap. 1. ver. sequestrari. de sequest. poss. Tnchar. in cap. examinata. num. 6. de Jud. Gamma. dec. 331. num. 3. Salgado in labyrint. Creditorum, par. 1. cap. 13. §. 1. num. 3. Bich. dec. 541. nu. 1.

19 Sequestrum est de genere prohibitorum, quia a sequestro incipiendum non est. L. un. C. de probib. sequestr. cap. volumus. 16. quæst. 4. Rota dec. 464. num. 1. par. recent. & dec. 324. num. 1. coram Cavalcr. Rebuff. tom. 3. reg. Constit. tit. de sequestr. per totum. Bich. dec. 355. nu. 1. Lim. in casu timoris, & scandali juxta L. æquissimum. ff. de eo per quem factum erit. Menoch. de recuper. possess. in prelud. num. 24. Fab. in C. lib. 1. tit. 10. defin. 9. Gratian. dec. March. 110. num. 12. qua casu etiam sequestrum locum non habebit, nisi duo concurrant. Primum, quod possessio sit vacua, aut uterque ex litigatoribus possideat, aut saltem incertum sit, penes quem possessio reperiatur. Secus, si ab uno tantum bona possideri certo constat, quia tunc armorum timor, & rixæ evitari possunt, & debent, inhibendo non possidenti, ne possessorem molestet. Bald. in L. quidam existimarunt. sub. num. 5. vers. aut unu. ubi Jas. sub. num. 4. ff. si cert. pet. Guido Pap. quæst. 478. Aufrer. in addit. ad dec. Capellæ Tolosanæ. quæst. 478. sub. num. 4. Curt. de sequestr. num. 12. Paris. cons. 41. num. 35. lib. 1. Capic. dec. 99. num. 11. Rota dec. 293. num. 8. par. 1. recent. & dec. 9. num. 3. apud Ludovis. ubi Beltram. numer. 18. Secundum, quod cognitio, seu justificatio allegati timoris armorum, ac scandalorum præcesserit parte citata, aut præsente, ne sub mendicato pretextu timoris hujusmodi parti præjudicium fiat. Dec. cons. 366. nu. 13. Paris. cons. 41. num. 31. Menoch. de adipisc. remed. 6. num. 24. Benintend. dec. 73. num. 3. & 4. Rota dec. 513. num. 4. par. 1. recent. & dec. 186. num. 10. coram Buratt. Neque creditur assertioni Judicis super d. timore. Ang. cons. 109. num. 3. Lotther. de re benef. lib. 3. quæst. 11. num. 181. Neviz. cons. 81. num. 1. Gratian. dec. Marb. 110. num. 11. Buratt. dec. 189. num. 10. Post. de manut. obs. 75. num. 11. Bich. dec. 355. per totam. & num. 9.

20 Sequester deputatus in bonis debitoris, si in administratione turbetur, competunt Creditoribus remedia possessoria, quia possidet Creditoribus, & percipit fructus ad effectum satisfaciendi Creditoribus. Cavaller. dec. 567.

567. *num.* 2. Tenetur de dolo, & culpa, & negligentia. Ecclesia. *obs. for.* 125. tenetur reddere rationem de fructibus. Tranchedin. *cons.* 89. Caroc. *de sequestr. par.* 3. *quæst.* 21. & si non est solvendo, tenetur sequestrans. Tranchedin. *l. c.* Rudolphin. *in praxi lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 155. Scaccia *de appell. quæst.* 3. *cit.*

21 Sequester, qui de mandato Judicis fuit electus, tenetur de ejus mandato etiam restituere, aliter contra ipsum competit actio depositi, nec ullæ conceduntur induciæ, nec admittuntur exceptiones, quæ altiorem requirunt indaginem etiam in favorem debitoris. Ecclesia. *obs. f.* 125. ubi Leotard. *de usur. quæst.* 85.

22 Sequester Beneficii confert, vel præsentat Beneficia, quia est Administrator illius, & illius fructus colligit. Jo. And. Imol. Barbat. *in cap. examinata. de Jud.* Fel. *in cap. cum Bertholdus. de re jud.* Rochus *de Jurepatr. vers. ipse. quæst.* 72. & alii apud Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 6. sive Juspatronatus fuerit sequestratum de per se, vel per accidens, & in consequentiam cum universitate rerum. Licet secus sit in eo, qui possidet jure pignoris; quia tunc adest Dominus, qui potest præsentare, vel conferre, quod non est in sequestro; quia Dominus juris sequestrati non potest conferre, nisi sequester esset incapax ad conferendum, uti Laicus.

23 Sequester non contradicens sequestro, censetur illud acceptare, & per multos dies tacens, nec revocationem sequestri procurans, sibi præjudicat. Caroc. *de sequestr. par.* 3. *quæst.* 13. Tusc. *litt. S. conclus.* 204. & Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. *num.* 17. & 18. nec amplius sine Judicis licentia potest illud revocare, vel recusare. Gratian. *disc. for. cap.* 167.

24 Sequester vaccarum matricum, tenetur de fœtibus & fructibus, si tempore sequestri neglexit eas submittere tauro. Cyriac. *controv.* 358. *num.* 11.

Sequester est tanquam Depositarius. *L. oleum. ff. de dolo.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. *num.* 40. Ecclesia *obs. for.* 125. & sequester, & is, ad cujus instantiam sequestrum fuit factum, nullam habet possessionem rei sequestratæ, nec civilem, nec naturalem, sed asininam quandam detentionem. Bald. *in cap.* 1. *de sequestr. poss.* Fel. *in cap. examinata. de Judic.* sed possessio manet apud priorem possessorem. Scacia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 38. *num.* 33.

25 Sequestri officium est voluntarium, cum pecunia, ne a debitore dilapidetur, apud tertium sequestratur, si vero sequestratur apud sequestratarium, jam est necessarium. Ciarlin. *d. cap.* 44. *num.* 15. Ecclesia *l. c. num.* 7. de facto tamen Judices cogunt ad subeundum tale officium. ita Tiraquell. *de retrac.* §. 4. *gl.* 7. *num.* 3. Caroc. *de sequestr. pos. par.* 1. *num.* 4. & Ecclesia. *l. c.* quo tamen casu non tenetur ad ullas expensas de suo, sed tantum de rebus sequestratis, & potest conducere domum pro earum custodia pecunia rerum sequestratarum. Natta. *cons.* 584. Surd. *cons.* 411. Ecclesia. *l. c.* non potest tamen re sequestrata uti. Idem *l. c. num.* 11.

SERVITUS.

Praxis servitutis, & servorum.

1 Servitus limitata ad unam rem, ut puta, altius non tollendi, ad aliam non extenditur, uti non habendi viridarium supra tectum, licet officiat luminibus vicini. Ciarlin. *controv. for. cap.* 182. *num.* 7. Tusc. *litt. S. conclus.* 229. Cyriac. *controv.* 335. *numer.* 4. qui citat Surd. *dec.* 177. *num.* 1. Servitus, an sit transmissibilis vide *Contractus*.

2 Servitus realis transmittitur, quia illa est jus prædii. DD. apud Noal. *de transmiss. cas.* 68. etiam in successores singulares, modo servitus realis sit constituta, secus si tantum promissa, nisi expresse actum fuerit, ut non transmittatur. *L. pecoris. ff. de contrahen. empt.* vel nisi fuerit relicta principaliter ratione personæ, quia tunc reputatur personalis, sicut e contra servitus personalis concessa principaliter intuitu rei dicitur realis. Noal. *l. c.* ubi vide conjecturas, quando servitus dicatur realis, vel personalis.

3 Servitus viæ, vel transitus non debetur fratri, vel socio, dividenti, vel emptori, si eam sibi non reservavit, licet ante divisionem potuerit transire per partem dividentis; imo licet pars divisa propterea fieret inutilis. Thes. *dec.* 216. & plurimi apud Ciarlin. *cap.* 76. Fabian. *de empt. & vend. quæst. d. memb.* 17. *num.* 73. Ubald. *de societ. par.* 11. *quæst.* 8. *num.* 9. Capic. *dec.* 187 *per tot.* & licite ante divisionem una pars serviverit alteri. Bart. & Bald. *in L. viam. constitui. ff. de servit. præd.* Cæpolla *de servit. urb. præd. cap.* 38. Imo nec dividens, vel vendens potest cogi ad vendendum dictam servitutem etiam justo pretio. Cravetta. *cons.* 842. Lim. hæc procedere in servitutibus habentibus causam discontinuam, vel momentaneam, uti via, actus iter; non vero in iis, quæ habent causam continuam, & successivam, uti tigni, onus ferendi &c. quia tunc res transit cum onere suo. *L. binas ædes. ff. de servit. rustic. præd.* Cæpolla & DD. cit. Lim. etiam in ultimis voluntatibus, in quibus, sive fuerit relicta proprietas, sive ususfructus, censetur etiam relicta servitus, sine qua alias proprietas inutilis redderetur, quia in ultimis voluntatibus hæres, seu legatarius non potest sibi providere, sicut contrahens in contractu. Lim. præterea, si adest clausula. *cum accessibus, & regressibus.* Paiatell. *exped. & annot.* 24.

Servitus nunquam præsumitur, nisi probetur, quia omnia præsumuntur libera. *L. altius. C. de servit.* Ciarlin. *cap.* 76. neque debetur, nisi expresse dicatur. Ciarlin. *loc. cit.* Tranchedin. *consult.* 75. Hond. *cons.* 79. & Paiatell. *annot.* 24. Jo. Bapt. de Luca. *de servit. disc.* 3. 4

Servitus realis habens causam continuam, vel quasi, uti servitus aquæductus, stillicidii, altius tollendi, ad quæ non requiritur factum hominis, inter præsentes præscribitur decem annis, inter absentes vero, viginti. Fachin. *lib.* 8. *controv. Jur. cap.* 22. habens vero causam discontinuam, uti itineris, viæ &c. præscribitur per tempus immemoriale. Bonac. *de restit. disp.* 1. *quæst. ult. p.* 2. §. 2. circa finem. Tranchedin. *consult.* 12. Costa *de portione ratæ. quæst.* 122. Natta *cons.* 69. Menoch. *de arb. cas.* 24. Mascard. *de prob. conclus.* 1214. Gail. *lib.* 2. *obs.* 66. Ut autem qui talem servitutem probet, debet probare, non tantum se ivisse per meum fundum, sed etiam simul debet probare, se ivisse jure proprio, & servitutis, non precario, & jure familiaritatis, uti præsumitur. Castr. *in L. qui jure. ff. de acquir. possess.* Innoc. *in cap. bonæ. de postul. præl.* ubi Abb. Paiatell. *exped. & annot.* 24. & insuper debet probare, quod habeat fundum vicinum. Paiatell. & apud eum, DD. *l. c.* 5

Servitus negativa potest acquiri etiam sine prohibitione, & præscribi, si adest aliquis color, aut titulus præscribendi, vide *Præscriptio.* Servitus Aquæ. vide *Aqua*. 6

Servitus fenestræ præscribitur per longum tempus in muro communi, quia habet causam continuam, si Dominus aliunde non habeat lumina; quo casu præsumitur præscripsisse. Cæpolla *de Servit. urb. præd. cap.* 19. Ciarlin. *controv. for. cap.* 30. Tusc. *litt. E. conclus.* 37. Capon. *disc. for.* 173. 7

Servitus urbana hypothecari non potest, secus rustica. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 25. Neguf. *de pignor. par.* 2. *memb.* 3. *num.* 17. Gait. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 7. *num.* 305. 8

Servitus altius non tollendi, & luminibus officiendi non intelligitur tacite imposita super domo retenta ad favorem alienatæ, quando ambæ erant ejusdem Domini. Ciarlin. *d. cap.* 76. *num.* 11. & *cap.* 35. *num.* 25. sed contrarium tenet Ciarlin. *l. c.* Honded. *cons.* 80. *lib.* 1. Altograd. sen. *cons.* 70. Rovit. *dec.* 30. Servitus transitus per fundum alienum nemini est permissa, quia quælibet res præsumitur libera. *L. illius. C. de servit. cap. nimis. de jurejur.* Cacher. *dec.* 26. Surd. *dec.* 237. Soain. jun. *cons.* 75. Ciarl. *controv. for. cap.* 13. 9

Servitus ulterius acquiritur pacto, testamento, & sententia. *L. ult. ff. de aqua pluvia arcen.* ubi DD. Surd. *cons.* 23. Andreol. *controv. for.* 178. Paiatell. *annot.* 24. Tranchedin. *consult.* 75. & quando Servitus est discontinua præscriptio; debet esse immemorialis. Borgnin. *dec.* 3. Natta *cons.* 69. Honded. *cons.* 79. Cavaller. *dec.* 632. & testes debent deponere de visu per quadraginta annos, & de residuo tempore usque ad centum annos, de auditu, & sic audivisse a majoribus, qui asseruerint, per tale tempus se vidisse possidere, & quod nunquam audiverint, vel viderint contrarium, & quod opinio semper fuerit ita esse, & quod memoria 10

non

utitur notitia habita in confessione, vide P. Thom. Tambur. *de confess. cap.* 3.

5 Sigillum secreti naturalis non obligat contra bonum publicum, vel in damnum tertii, quia est contra bonos mores, vide *Sollicitans*.

6 Sigillum secreti naturalis obligat etiam illos, qui se fingunt sacerdotes, & audiunt confessiones aliorum. Diana. *l. c. res.* 15. Item illos, qui casu audiunt aliorum peccata. Idem *res.* 16.

SIGNATURA.

Praxis Signaturæ.

1 Signatura justitiæ repræsentat ipsum Principem, ac de ejus mandato rescribit. Marches. *de commiss. to.* 2. *fol.* 278. *nu.* 47. Bich. *dec.* 384. *nu.* 28. si simpliciter commisit causam appellationis, reddit omnia deinde gesta attentata. Vide *Attentata*. Rescribens quoad aliqua, tantum censetur quoad reliqua in commissione contenta rescriptum denegasse. *L. maritus. C. de procurat.* Mant. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 10. *num.* 16. Socin. *cons.* 131. *num.* 9. Bich. *dec.* 352. *num.* 12. simpliciter committens causam appellationis, intelligitur quoad utrumque effectum, Rota apud Bich. *dec.* 381.

2 Signatura postquam rescripsit, potest iterum novas audientias concedere. Bich. *dec.* 384. *num.* 27. non solet appellationem admittere a decreto interlocutorio, nisi prævia excussione gravaminis, & meritorum. gl. *in cap. cum non solum. de appell. in* 6. Scaccia *de appell. quæst.* 17. *memb.* 1. *num.* 28. Rota apud Bich. *dec.* 539. *nu.* 10. & si simplici ci appellationem admittit a decreto interlocutorio, declarat implicite, decretum fuisse ab initio appellabile etiam ad effectum suspensivum. Bich. *dec.* 453. *num.* 17.

3 Rescribens cum clausulis suspensivis non intendit revocare executionem factam, sed impedire faciendam. Bich. *dec.* 582. *num.* 14.

SIMONIA.

Praxis Simoniæ.

1 Simonia est commutatio rei spiritualis pro re temporali, secus spiritualis pro spirituali. Lim. in permutatione Beneficiorum ob specialem prohibitionem fundatam in suspicione simoniæ. DD. apud Dianam. *par.* 4. *trac.* 4. *res.* 150. Bonac. *de simon. quæst.* 1. Vel est Sacrilegium consistens in voluntate, emendi, vendendi, vel permutandi rem Sacram pro temporali. In simonia ergo debet intervenire pretium, quod multiplex esse potest, scilicet a manu, a lingua, & ab obsequio: a manu intelligitur id, quod est pretio æstimabile: a lingua, cum promittuntur preces, intercessio &c. ei, qui dederit Beneficium, aut elegerit Bonac. *l. c. num.* 13. ab obsequio, cum quis famulatur pro Beneficio &c.

2 Est crimen Ecclesiasticum tantum. gl. *in cap. cum sit generale. de foro compet.* Clarus *in* §. *simonia. vers. hoc crimen.* Bellet. *de favore Cleric. reali.* §. 2. *num.* 22. & simoniacus potest deponi. *cap. de hoc. de simon.* aut Judicis arbitrio puniri. Navar. *in man. cap.* 23. Piasec. *in praxi Episcopor. par.* 1. *cap.* 4. & potest privari beneficio, licet non sit privatus ipso jure. Navar. *l. c.* Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 18. Simoniacus realis est excommunicatus ipso jure, reservata absolutione S. Pontifici, & Beneficii collatio simoniaca est nulla ipso jure, sicut etiam electio, & tenetur simoniacus restituere fructus perceptos, vel qui percipi potuerunt. S. Tho. 2. 2. *quæst.* 100. *artic.* 6. *ad* 7. Riccius *in praxi par.* 1. *res.* 623. non tamen tenetur ad restitutionem fructuum legitime perceptorum, & restitutio regulariter debet fieri pauperibus. Antonell. *l. c.* Simoniacus realis deponitur, & fit infamis. *cap. sicut. cap. de hoc. de simon. cap. inquisitionis. de accusat.* Potest Beneficiis ante simoniam obtentis per sententiam privari, non est enim ipso jure privatus. *cap. Presbyt.* 1. *quæst.* 1. Bonac. *de simon. disp.* 1. *quæst.* 7. *p.* 2. *diffic.* 1. Antonell. *l. c.* Simoniacus in ordinum susceptione est suspensus ipso jure, tam ab ordinibus sic susceptis, quam ab aliis licite habitis. *cap. tanta.* & *cap. ex tua. de simon.* Gonzal. *lib.* 1. *Decret. tit.* 3. *cap. quoties.*

3 Simonia triplex est: mentalis, conventionalis, & realis: mentalis consistit in intentione, qua quis rem sibi traditam accipit in pretium rei sacræ, licet in illud non fuerit tradita: realis requirit saltem ex una parte pretium rei sacræ: conventionalis consistit in pacto. Confidentialis reducitur ad has species. Bonac. *l. c.* & simonia prohibetur jure divino, juxta illud Matthæi: gratis date. Bonac. *l. c. quæst.* 3.

Simonia in Beneficio est contra jus positivum, & non divinum. Secundum Canonistas contra Theologos. gl. *in cap. ex parte. de off. Deleg.* ubi Butr. & Dec. Card. *in cap. ex parte. de simonia.* Fel. *in cap. ad audientiam. de rescript.* Clarus *in* §. *simonia. nu.* 5. Paris. *de resign. lib.* 14. *quæst.* 3. Gaiz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 2. *per tot.* 10. contra Filhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sect.* 4. §. 1. *n.* 74. & Laym. *lib.* 4. *trac.* 10. *cap. ult.* §. 5. *num.* 41. & Abbatem *in cap. extirpandæ.* 30. §. *qui vero. n.* 53. 4

§. I.

Varii casus simoniaci, & non simoniaci.

Simonia non committitur venditione officiorum Ecclesiasticorum, neque rerum immobilium Ecclesiæ, nisi vendantur, ut res sacræ sunt, quia talia Officia, & bona sunt pretio æstimabilia: ergo vendi possunt absque simonia, ut patet ex titulo. *de reb. Ecclesiæ non alienandis.* Bonac. *l. c. quæst.* 3. neque obstat. *cap. Salvator. quæst.* 3. ubi dicitur, quod venditio rei Ecclesiasticæ sit simoniaca. Respondetur enim, illum textum loqui de Officiis Ecclesiasticis habentibus admixtam administrationem Ecclesiasticam. Suarez. *lib.* 4. *cap.* 29. apud Bonac. *l. c.* 5

Simonia committitur, cum aliquid datur non tantum pro spirituali, sed etiam annexo spiritualitati, si detur pro annexo ut annexo; hinc juspatronatus vendi non potest, bene tamen bona illius. Vide Juspatron. & Bona. 6

Simonia est aliquid accipere pro examine ordinandorum, vel promovendorum ad Beneficia. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de ref.* Bonac. *l. c.* 7

Simoniam committit promittens pecuniam pro Beneficio obtinendo, licet se illam ex gratitudine daturum protestetur. Bonac. *de Simon. disp.* 1. *quæst.* 5. *par.* 1. apud quem plures alii, quamvis contrarium sentiant Cœlestinus *compend. Theol. moral. trac.* 7. *cap* 4. & alii apud Dianam. *par.* 6. *tract.* 7. *res.* 42. Committunt præterea simoniam, qui dant pecuniam pro intercessione ad obtinendum Beneficium. Diana. *par.* 4. *trac.* 4. *res.* 151. licet multi contrarium velint, apud eundem, etiam de jure humano. Item ementes, vel vendentes pensiones Ecclesiasticas. DD. apud Dianam. *l. c. res.* 153. Item Episcopus aliquid recipiens, pro dimissoriis. Riccius *in praxi simoniæ. res.* 6418. Item renuncians Beficium cum regressu. Idem. *res.* 419. *par.* 3. Item ille, qui in concursu ad Parochiales, licet sit dignus, digniori dat pecuniam, ut desistat. Barb. *de jure Ecclesiastico. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 262. Soto *de just. lib.* 9. *quæst.* 6. *art.* 1. Bonac. *de Simon. quæst.* 4. *par.* 5. Suarez. *de relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 50. *num.* 36. Laym. *mor. lib.* 4. *trac.* 10. *cap. ult.* §. 2. *nu.* 23. Diana. *par.* 4. *trac.* 4. *res.* 152. Item ille, qui Sacerdoti nolenti alias baptizare infantem moriturum sine baptismo, dat pecuniam. S. Th. *in* 4. *dist.* 6. *art.* 2. *quæst.* 2. & Thomistæ apud Dianam. *par.* 5. *trac.* 2. *res.* 39. qui contrarium tenet cum Lessio. Quia talis pecunia tantum vult tollere impedimentum salutis infantis, quod ponit avaritia Sacerdotis; sed hæc videtur inanis excusatio in peccatis, quia in casu necessitatis quilibet potest ministrare hoc Sacramentum, & ita dans pecuniam posset providere saluti infantis per se, vel per obstetrices, & ideo S. Thomæ videtur esse vera. Item dans, vel promittens aliquid temporale alicui cum obligatione, præstandi aliquod Spirituale opus, quia hæc obligatio non est pretio æstimabilis, sicut nec opus spirituale, & in jure prohibentur omnia pacta in materia spirituali. *cap. ult. de pact. cap. quæsitum. cap. quam pio. de rer. permut.* Bonac. *de simon. disp.* 1. *quæst.* 4. §. 7. secus qui dat, vel promittit temporale, ut quis faciat opus spirituale in utilitatem operantis, uti ad vitandum peccatum, quia Deus promittit prœmia bene operantibus spiritualiter; quia id non tradit in pretium rei, vel operis spiritualis, sed in prœmium illius. Item qui dat, vel promittit alicui

alicui pro ingressu in Religionem aliquid in pretium ingressus, secus si in sustentationem Religiosi, vel in præmium alliciens, vel invitans religiosum ad ingressum. Bonac. *de simo. disp.* 1. *quæst.* 4. §. 8: & contra talem simoniam adest excommunicatio Pontifici reservata *in extrav.* 1. *de simon.* Idem dic de professione. Silvaticus *lib.* 1. *cons.* 42. Item accipiens, dans, vel promittens pretium pro facultate audiendi confessiones, eligendo Confessarium, Ablatione reservationis, pro absolutione a Censuris, pro concessione, vel applicatione Indulgentiarum. Pro levi pœnitentia, & pro assistentia in matrimonio. Bonac. *loc. cit.* §. 16. P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sect.* 3. §. 1. *nu.* 49.

8 Simoniam non committit emens Vicariatum Episcopi, nec Venditor tenetur restituere pretium; quia Vicariatus non est Beneficium, sed officium. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *res.* 167. contra Navar. *in man. cap.* 23. de quo vid. *num.* 45. Neque ille, qui Electoribus volentibus eligere indignum tradit pecunias, ne illum eligant, quamvis manifestum esset, unum tantum esse dignum. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 262. Diana. *par.* 5. *trac.* 14. *res.* 1. apud quem multi in contrarium. Neque pretium accipiens pro docendo, quamvis habuerit scientiam infusam. Quia actus docendi sunt naturales pretio æstimabiles. Bonac. *de simon. l. c. disp.* 1. *quæst.* 4. §. 11. *lib.* 1. quamvis doceant Theologiam. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 5. §. 3. Laym. *lib.* 4. *trac.* 10. *cap. ult.* §. 4. *num.* 30. Suarez. *de simon. lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 9. Neque ille, qui accipit pecuniam occasione rei spiritualis, non ut pretium illius, sed gratis, aut titulo gratitudinis. Sotus *de just. lib.* 9. *quæst.* 7. *art.* 1. Ugol. *de simon. tab.* 1. *cap.* 51. Suarez. & alii apud Bonac. *l. cit. quæst.* 6. *par.* 1. Navar. *in man. cap.* 23. quia donatio antidoralis est gratuita, licet dans rem spiritualem hanc donationem intenderit, dummodo hæc non deducatur in pactum. Item cum aliquid datur, vel promittitur, aut accipitur titulo sustentationis, vel eleemosynæ; quia tunc illud non accipitur in pretium rei spiritualis, sed ut debitum; nam sustentatio est debita, & qui servit altari, de altari vivere debet. Et hæc sustentatio propterea in pactum deduci potest sine simonia, Bonac. *l. c.* Item cum aliquid datur, vel accipitur pro labore extrinseco. Item pro privatione libertatis, vel alicujus commodi temporalis. Propter lucrum cessans, aut damnum emergens. Item cum aliquid datur, vel accipitur ad tollendam vexationem injustam; secus justam. Bonac. *l. c. par.* 5. *num.* 1. & 5. Hinc est simonia redimere vexam pro jure nondum quæsito in Beneficio, secus in quæsito. Pirhing. *lib. tit.* 3. *sect.* 4. §. 6. *num.* 109. Paris. *cons.* 135. *num.* 20. *lib.* 4. Ferret. *cons.* 235. *num.* 2. Buratt. *dec.* 307. *num.* 5. & 6. Bich. *dec.* 472. *a num.* 20. Sanchez. *resp. moral. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 30. *num.* 9. & 11.

§. II.

Effectus simoniæ.

9 Simonia irritam facit electionem, & quamcunque Beneficii provisionem, etiam electionem Pontificis, non quidem inspecto jure naturæ, sed Canonico, ita ut provisus nec juvetur regula de triennali, licet simonia esset occulta, & commissa a tertio proviso ignorante, nisi fuisset facta in fraudem providendi. *cap. sicut. de simon.* vel in odium proviti, vel nisi provisus dubitans committi simoniam contradixisset. Quia tunc non deberet pati damnum ex delicto alterius. Ugol. *de simon. tab.* 1. *cap.* 6. & *de irregular. cap.* 7. & alii apud Bonac. *l. c. disp.* 1. *quæst.* 7. *p.* 2. Garz. *de Benef. par.* 8. *cap* 1. *n.* 123. non privat tamen Beneficiis ante rite obtentis, quia nullus textus hoc exprimit. Fel. *in cap. insinuatum. de simon.* Abb. *in cap. cum Clerici. de pact.* Ugolin. *de simon. tab.* 1. *cap.* 19. Bonac. *l. c. par.* 2. *diffic.* 1. contra Rebuff. & reddit inhabilem ad alia Beneficia obtinenda secundum Constitutionem Pii V. apud Bonac. *l. c.* patet prima pars ex dictis, & ex S. Th. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 6. *in corp. ad* 3. Covar. *in reg. peccatum. par.* 2. §. 8. *a num.* 7. Abb. *in cap. penult. nu.* 2. *de elect.* ubi Laym. *nu.* 2. Fagnan. *in cap. in nobis.* 27. *de simon. a num.* 67. & patet ex *cap. Matthæus* 23. *de simon.* quod ampliatur, licet simonia fuerit commissa ignorante proviso, ut supra dictum est. *cap. ex insinuatione* 26. *de simon.* & *cap. nobis.* 17. *de simon.* quia esto provisus non sit simoniacus, est tamen simoniace electus, vel provisus, & ita simoniace provisus quamprimum cognoscit se simoniace electum, vel provisum, debet dimittere Beneficium etiam ante omnem sententiam. *cap. ex insinuatione. de simon.* ubi gl. *ver. resignati.* & *restituere omnes fructus*, *etiam bona fide perceptos si exstent.* Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sect.* 4. §. 4. *num.* 93. & 95. Covar. *l. c.* ex S. Thom.

Simoniacus pendente accusatione debet abstinere a celebratione, donec de veritate constiterit. *cap. accusatum. de simon.* & lite pendente, privatur quis quasi possessione Beneficii, & Officii, & suspenditur ab administratione divinorum, dummodo etiam publice diffamatus fuerit de simonia, alias non gl. *in. d. cap. accusatum. ver. solemnia.* ubi Abb. *nu.* 3. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sect.* 6. §. 1. *n.* 144. *vers. cæterum*, quod idem statuitur. *in cap. quoties.* 5. *de simon.* ubi Host. *in fi.* & Abb. *in princ.* 10

Simoniacus potest renuntiare Beneficio obtento simoniace absque Superioris licentia. Riccius *in prax. var. res. res.* 131. & potest privari Beneficio, dummodo simonia sit realis. Riccius *in prax. part.* 3. *res.* 306. 11

Simoniacus obligatur ad restitutionem acceptorum simoniace jure naturali, & restitutio debet fieri Ecclesiæ, contra quam fuit commissa simonia, & tradenti. Bonac. *de simon. disp.* 1. *quæst.* 7. *p.* 3. §. 1. *diffic.* 1. *nu.* 19. & hoc in pœnam tradentis, secus etiam res spiritualis accepta restitui debet, & secundum aliquos etiam ante sententiam. Bonac. *l. c.* vide *Beneficiatus*. 12

Simonia realis, & completa cum solo jure Ecclesiastico sit prohibita, non subjacet restitutioni, & pœnis simoniæ. Lessius, & alii apud Dianam. *cap.* 4. *trac.* 4. *res.* 155. & ideo non infert excommunicationem, aut privationem Beneficii ipso jure. Navarra. *de restit. lib.* 2. Contraria tamen sententia videtur vera, & tenenda, quam defendunt Navar. *in cap. si quando. de rescript.* Fel. *in cap. ad audientiam. eod.* Panorm. *in cap. ex parte de off. Delegat.* Bonac. *de simon. disp.* 1. *quæst.* 7. 13

* Simonia realis scienter contracta, Sac. Pœnitentiaria non revalidat Titulos Beneficiorum, super quibus eadem contracta fuit, etiam in foro conscientiæ, & in casibus occultis; nisi forte prædicta Simonia contracta fuerit ignoranter ignorantia facti, vel juris; & Orator de illa certior factus, quamprimum comode potuerit, dispensationem petierit. Benedic. XIV. Constitu. *Pastor bonus.* §. 22. 14

Idem intelligendum de pensionibus, super quibus simonia realis scienter contracta, & commissa fuerit. Idem * 15

§ III.

De Judice hujus criminis, & quomodo hoc probari debeat.

De hoc crimine cognoscere non potest Judex Laicus, quia est mere Ecclesiasticum, ut dictum fuit hic. §. 1. quamvis qui simoniam commisit esset Laicus. gl. *in cap. cum sit.* 8. *de foro compet. verb. malefactores.* Clarius. *in* §. *simonia. num.* 7. quia simonia versatur circa objecta, & res spirituales. Laici vero causas spirituales tractare non possunt. *cap.* 2. *de Jud.* 16

Porro in hoc crimine quidlibet Catholicus accusator esse potest etiam servus, imo etiam criminosus in crimine simoniæ. *cap. si Dominus.* 3. *de simon.* gl. *ibidem. verb. Catholicus.* Host. & Abb. *num.* 2. & *in cap. in tanta* 7. *eod.* ubi gl. *ver. eod.* & Hostien. & possunt de hoc crimine tam dans, quam accipiens simoniace accusare. *cap. non satis.* 8. §. *unde quisquis.* & *cap. dilectus* 30. ubi gl. *ver. Dantes. cap. consulere.* 38. *cap. sicut* 29. §. *fi. cap. quoniam.* 40. *de simon.* Item is, qui pro sciente, & consentiente alius dedit. *cap. Matthæus.* 23. & *cap. sicut* 33. *de simon.* non autem is, pro quo ignorante, aut invito alius dedit. *cap. nobis* 27. *de simon.* 17

Simonia in traditione pecuniæ pro re spirituali præsumitur, quia pecunia præsumitur data titulo oneroso, non liberali, cum versemur in prohibitis. Bonac. *l. c. quæst.* 2. §. 2. & utpote difficilis probationis, probatur conjecturis. Riccius. *in praxi. par.* 2. *res.* 56. ad effectum tamen privationis debet plene probari, quamvis civiliter agatur. Gabr. *de prob. lib.* 1. *conclus.* 1. aut conjecturæ debent esse evidentes, & simoniam necessa- 18

cessario concludentes. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 18. Clarus. *in §. simonia. a num.* 7. ad effectum vero assecutionis non requiritur plena probatio, sed conjecturæ sufficiunt. Paris. *de resign. quæst.* 72. *n.* 8. Bich. *dec.* 653. *num.* 12. Ripa *de simon. par. part.* 3. *art.* 6. *a num.* 2. Rota apud Seraph. *dec.* 1029. Adden. ad Burarr. *dec.* 445. *num.* 15. ubi Farin. Imo ad effectum impediendi assecutionem sufficit diffamatio resultans ex denuntiatione, vel accusatione, quæ quidem diffamatio resultat ex pluribus conjecturis, vel testibus de publica voce, & fama. *cap.* 4. *de accusat.* Lotther. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *nu.* 145. Rota apud Bich. *dec.* 669. *num.* 11. & 12. probatur etiam per testes patientes exceptiones, dempta capitali inimicitia, & conspiratione. *cap. de cætero. de testib.* ubi Abb. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sect.* 6. §. 2. *nu.* 148.

19 Simonia non probatur per testes vigore monitorialium, vel in Judicio criminali formiter non repetitos in civili. *L. ult. vers. Sancimus. C. de testib.* Rota apud Farin. *dec.* 366. *num.* 6. & apud Bich. *dec.* 653. *num.* 2. neque per testes de publica voce, & fama, quæ ortum habuit a judicio civili inter alias personas. Paris. *de confid. quæst.* 72. *num.* 8. Put. *dec.* 167. *lib.* 2. Rota apud Bich. *l. c. num.* 7.

20 Simonia non probatur, non probato præcedente tractatu, & conventione. *cap. Antaldus.* 8. *quæst.* 3. gl. *in cap. quam piæ. ver. partis.* 1. *quæst.* 2. Dec. *cons.* 118. *num.* 4. Paris. *cons.* 30. *lib.* 4. *num.* 21. Rota apud consil. Farin. *dec.* 180. *num.* 4. & *dec.* 234. *nu.* 10. & apud Bich. *dec.* 472. *num.* 18. neque ex fide extrajudiciali, aut testibus de auditu. Bich. *l. c.* ubi Farin. *dec.* 187. *num.* 2. Neque ex depositione testis pro informatione Curiæ examinati deponentis de auditu. Bich. *d. dec.* 663. *num.* 9. Item neque si testis dicat, se publice audivisse, nisi dicat, a quibus audiverit, cum audire potuerit ab interessatis, & ita fama habere initium vitiosum. Bich. *l. c. nu.* 11. & 12. Neque a teste unico. *cap. licet ex quadam. de testib.* Bich *l. c. nu.* 13.

21 Contra testes, qui deposuerunt de simonia, non admittitur aliqua exceptio in inquisitione, nisi capitalis inimicitiæ, & conspirationis. Aliæ vero exceptiones rejiciuntur. Abb. *in cap. de cætero.* 14. *de testib. num.* 4. & *cap. licet Heli.* 31. *de simon.* Redoan. *de simon. par.* 4. *cap.* 5. *nu.* 7. & 8. Pirhing. *lib* 5. *tit.* 3. *sect.* 4. §. 2. *num.* 148. & quamvis regulariter non debeant admitti ad accusandum aut testificandum contra Clericos, hoc tamen fallit in criminibus exceptis, qualia sunt hæresis, simonia, læsæ Majestatis. gl. *in d. cap. licet Heli, & in cap. per tuas.* 32. ubi gl. *margin.* & Hostien. & Abb. apud Pirhing. *l. c. num* 148. *vers. colligitur quinto.* tamen criminosi non faciunt plenam fidem, nisi concurrant alia adminicula, & indicia. *d. cap. per tuas.* ubi Abb. *num.* 4. *de simon.*

22 Quæres, an in crimine simoniæ admittatur appellatio? Respondetur in hoc crimine non dari appellationem. Fel. *in cap. sicut.* 6. *num.* 1. & 2. *de simon.* P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sect.* 6. §. 2. *num.* 151. *vers. illud denique.* quia sententia lata super crimine, quæ statim executioni mandanda est, quia Reipublicæ interest, tale crimen statim puniri, quale crimen est simonia, quæ æquiparatur hæresi, in qua non appellatur. *cap. ut acquisitionis.* 18. *de hæret. in* 6. & ob magnitudinem delicti, delicti denegatur appellatio, *L. C. de falsa moneta.* simoniæ vero crimen est maximum in *d. cap. sicut.*

§. V.

De pœnis simoniæ.

23 Porro simonia pure mentali, quæ in nullum actum externum prodiit, nulla est lata pœna in jure, nec ab Ecclesia ferri potest, sicut nec præcipere, aut prohibere actus mere internos. Imo licet in actum externum prodierit, quamvis tunc tale crimen subjaceat clavibus Ecclesiæ, tamen in jure Canonico nulla pœna lata fuit. Navar. *in man. cap.* 23. *n.* 102. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 6. P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sect.* 6. §. 1. *num.* 152. Ita nec ob simoniam pure conventionalem, quæ completa ex neutra parte fuit, traditione rei spiritualis, nulla juris pœna ipso facto incurritur, excepta simonia confidentiali. Est autem simonia confidentialis, cum quis alicui Beneficium procurat Ecclesiasticum, resignando illud ad favorem illius, aut etiam præsentando, eligendo, confirmando, postulando, instituendo, vel in commendam dando cum certa confidentia, seu cum pacto expresso, aut tacito, quod is, cui procurator beneficium post aliquod tempus elapsum ipsimet cedenti, instituenti, confirmanti, aut conferenti, aut alteri resignet, vel pensionem, aut fructus ex eo præstet. Ut patet ex Constitutione Pii IV. quæ incipit *Romanum Pontificem*, & Pii V. quæ incipit. *intolerabilis.* ad quam nullum requiritur pactum, sed sufficit, quod resignans hac spe resignet, & resignatarius hunc animum advertat. Bonac. *de simon. disp.* 1. *quæst.* 7. §. 3. *de simon.* De qua plura apud Paris. *de confid. toto tractatu.* Azor. *par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 9. Layın. *lib.* 4. *trac.* 10. *cap. ult.* §. 8. *num.* 75. quæ quidem simonia confidentialis tripliciter committi potest. Primo per accessum. Cum aliquis cupiens certam personam provisam de Beneficio, sed quia tunc laborat Canonico impedimento, & ideo provideri non potest; ideo suum beneficium alteri resignat eo pacto, ut cessante impedimento illius personæ ipsa hoc Beneficium obtineat, & propria authoritate possit accipere. Secundo per regressum, ut si quis Beneficium jam possessum cedat, aut resignet alteri reservato sibi ex pacto jure redeundi ad illud Beneficium, si Cessionarius præmoriatur aut deserat, ita ut pristinum jus in Beneficio recuperet. Tertio, per ingressum. Cum quis Beneficium sibi collatum, sed nondum possessum alteri resignat, eo pacto, ut si ille fuerit præmortuus, aut aliud incompatibile fuerit adeptus, ejusdem possessionem ingredi, & capere possit resignans. Pirhing. *l. c. num.* 114.

Parisius habet integrum tractatum de confidentia, ubi 24
fuse hanc materiam tractat, ex quo aliquot quæstiones magis practicabiles hic tradere placuit. Et primo quidem quæritur, an resignans post resignationem se ingerens Beneficio resignato, & illius fructus percipiens, committat confidentiam? Dicendum omnino, confidentiam committere. Ita expresse Constit. cit. Pii V. *in §. quare. & in §. ad probandum.* Paris. *de confiden. beneficiali. quæst.* 31. *num.* 1. Navar. *in man. cap.* 23. *num.* 100. 107. & 111. Mascard. *de prob. conclus.* 1306. Navar. *cons.* 48. *de simon.* Gabr. *cons.* 172. *nu.* 11. *lib.* 2. quia factum subsequens indicat animum, & quid actum sit in resignatione. *L. quædam. ff. de reb. dub.* Castr. *cons.* 247. *nu.* 5. *lib.* 1. nam talia sunt subjecta, qualia prædicata. *L. si defuncto. ff. de interrog. act.*

Quæres 2. an præsumatur confidentia in resignatio- 25
ne, si Resignans constituat resignatarium procuratorem, aut consanguineos ad percipiendos, aut locandos fructus Beneficii resignati, & illi, vel illis donaverit ejusmodi fructus percipiendos. Ita Constitutio Pii V. §. *si recipiens Beneficium.* Mascard. *l. c.* Paris. *l. c. quæst.* 32. ob rationem mox supra factam, & ex facto lex colligit mentem animumque agentis. *L. Paulus. ff. rem. rat. hab. §. Pavonum.* ubi gl. *Instit. de rer. divis.* Menoch. *de præsumpt. quæst.* 19. Dec. *cons.* 421. *num.* 13. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 26. & *reg.* 3. *præs.* 33.

Præterea præsumitur confidentia, si resignans expen- 26
dit pecunias pro expeditione litterarum, aut pro Resignatario, qui ad illas tenetur. Quia ex facto, ad quod quis non tenetur, fraus oritur. Castr. *in L. si quis sub. und. post. num.* 1. *de cond. & demonstr.* Craveta. *cons.* 321. *num.* 3. sicut etiam ex facto insolito. Craveta. *cons.* 44. *num.* 5. Mascard. *de prob. conclus.* 815. *num.* 40. Paris. *de confid. quæst* 33. *num.* 3. & 4.

Ulterius præsumitur confidentia, si ille, qui pro alio 27
intercessit in beneficio, se illo ingessit, uti percipiendo fructus, aut illos locando &c. Ita Constitutio B. Pii. *in §. denique*, quia hujusmodi perceptio fructuum, & dispositio de Beneficio, quid auctum sit in collatione, institutione, confirmatione, nominatione, præsentatione, & electione ostendit. *L. quædam mulier. ff. de rei vendic. L.* 2. *de acquir. possess. cap. inter dilectos. de fide instrum.* quia fructus Beneficii nemo potest habere, nisi Beneficiatus. Rota. *dec.* 1. *de renunt. in nov.* Gabr. *cons.* 192. *num.* 1. *vol.* 1. Cassad. *dec.* 4. *num.* 6. *de restit. spol.* Paris. *de confid. quæst.* 34. *per. tot.* Paris. Card. *cons.* 39. *vol.* 4. Rebuff. 22. *num.* 19. Boer. *dec.* 205.

Quæres 3. an resignans percipiens fructus Beneficii 28
resi-

resignati, antequam Resignatarius capiat possessionem, & publicet resignationem, committat confidentiam. Dicendum, quod non. Rota *in Cosentia prætense confidentiæ. 4. Febr. 1591. coram Ovano.* Navar. *cons.* 26. & 28. *de simon. & in man. cap.* 23. *num.* 116. *vers. noto septimo.* Parif. *de confid. quæst.* 35. *num.* 1. *& seq.* Ita Constit. Pii V. *in* §. *ad probandum.* quia lex loquens cum aliquo præsupposito, ut locum habeat, debet prius verificari præsuppositum illius, *L. ubicunque. C. de serv. fugit.* & ratio est, quia resignans ante captam a Resignatario possessionem, etiam post consensum ab ipso, vel procuratore illius præstitum, habet colorem, ut vigore illius, si spolietur, possit restitui. Sarnen. *de triennali. quæst.* 24. *num.* 8. Crescent. *dec.* 158. & alii apud Parif. *de confid. quæst.* 35. *num.* 5. Rebuff. *in praxi, de simoniaca resign. nu.* 27. *&* 31. *& de nominat. quæst.* 14. *nu.* 157. Parif. *de resignat. lib.* 1. *quæst.* 7. *n.* 9. *&* 15.

29 Quæres 4. An ex mutuo facto ante resignationem aliqua præsumatur, aut committatur confidentia? Respondetur primo: quod in foro externo nulla committatur simonia. Parif. *de resign. lib.* 14. *quæst.* 7. *num.* 2. Navar. *cons.* 50. *de simon.* quia in hoc casu cessat definitio simoniæ, & confidentiæ, neque huic casui applicari possunt Constitutiones Pii IV. & Pii V. Et mutuum de per se non inducit usuram, minus simoniam. Theol. *in* 4. *dist.* 15. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 2. Sotus *de Jure & Just. lib.* 6. *art.* 2. Quamvis mutuans habuerit hanc intentionem secundariam consequendi Beneficium illius mediante resignatione per mutuatarium facienda. DD. cit. sicut non est simoniacus ille, qui servit Episcopo cum spe secundaria obtinendi ab illo aliquod Beneficium, juxta *cap. si officia. dist.* 59. *cap. quod proderit. dist.* 61. Navar. *in man. cap.* 17. *num.* 209. & *in comment. de usuris. in cap. si fœneraveris.* 14. *quæst.* 3. *num.* 19. & *cons.* 50. *num.* 4. *de simon.* Sotus *l. c.* Parif. *de confid. quæst.* 36. *num.* 11. Quamvis resignatio sequatur modico tempore post mutuum. Lim. nisi in mutuo inter mutuantem, & mutuatarium intercesserit pactum de resignando &c. quia tale pactum esset usurarium, & simoniacum, sive confidentiarium. Navar. *in d. cap. si fœneraveris. num.* 16. *quæst.* 3. *& cons.* 10. *de pecunia mutuata ob præsentationem. & cons.* 37. *de simon.* Parif. *de confid. quæst.* 36. *num.* 28.

30 Ex mutuo facto in ipsa resignatione, in quo adest pactum expressum, vel tacitum, certo committitur simonia confidentialis. Parif. *de confid. quæst.* 36. *nu.* 48. Navar. *in d. cap. si fœneraveris. num.* 17. 14. *quæst.* 3. Dec. *in cap.* 2. *requirit. num.* 2. *de appellat.* & *cons.* 3010. *col.* 2. secus, si nullum adest pactum expressum, vel tacitum.

31 Si vero mutuum fit in continenti post resignationem, scilicet eadem die, oritur præsumptio confidentiæ. Bart. *in L. post contractum. nu* 8. *ff. de donat.* Parif. *cons.* 143. *num.* 21. *vol.* 4. Ruin. *cons.* 130. *num.* 2. *lib.* 2. si autem fuit mutuata pecunia longo tempore post resignationem &c. ad executionem tamen pacti expressi, vel taciti conventi inter eos tempore collationis, vel resignationis, oritur eadem confidentia. Navar. *in. man. cap.* 23. *num.* 107. *&* 110. *cons.* 27. 30. *& seq. simon.* Parif. *l. c. num.* 58. Et hæc in foro externo; nam quoad forum internum consulendi sunt Theol. Idem proportionaliter dicendum est de eo, qui fidejubet. Parif. *l. c. quæst.* 37.

32 Quæres 5. An sit confidentia solvere aliquid pro collatione, & præsentatione etiam vigore statuti, & consuetudinis? Dicendum, quod sic, etsi statutum fuerit confirmatum a Sede Apostolica, vel consuetudo sit immemorialis. Parif. *de confid. quæst.* 38. *num.* 22. Constit. Pii V. §. *itidem.* & Pii. IV. 109. quæ incipit *Romanam.* Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 14. *de ref.* Tractatus tamen super confidentia, ea realiter non commissa, non est punibilis. Navar. *cons.* 48. *de simon.* Parif. *de confid. quæst.* 39. *num.* 6. quia etiam in atrocissimis non punitur affectus non secuto effectu. Speculat. *in tit. de accus.* §. 1. *num.* 7. Alex. *cons.* 15. *num.* 2. *lib.* 1. & *cons.* 140. *nu.* 2. *lib.* 2. Boer. *dec.* 316. *nu.* 3. Bald. *cons.* 361. *lib.* 1. & DD. apud Parif. *l. c.*

33 Confidentiarius, sive committens simoniam confidentialem, privatur Beneficiis ipso jure. Sarnen. *de triennali. quæst.* 12. Parif. *de confid. quæst.* 58. *num.* 10. Rota teste Pellegrin. *dec.* 338. *lib.* 3. Cassad. *dec.* 5. *de constit.* & tenetur in foro conscientiæ dimittere Beneficium, cum sit illo privatus ipso jure. Cassad. & Sarnell. *ll. cc.* Soto *de Just. & Jur. quæst.* 8. *lib* 9. Navar. *in man. cap.* 23. *nu.* 103. Felin. *in cap.* 1. *col.* 13. *de constit.* & *in cap. Rodulph. col. penult. vers. lim.* 3. *de rescript.* Hoieda *de incompatib. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 61. Prætcrea incidunt in excommunicationem. Navar. *in man. cap.* 23. *nu.* 111. *vers.* 11. Constitutio citata Pii V. §. *se ne quisquam.* quæ quidem censura est reservata Summo Pontifici excepto mortis articulo, & hæc censura incurritur ipso jure. Navar. *l. c. nu.* 100. Parif. *de confid. quæst.* 59. *per totam.*

Præterea confidentiarius tenetur restituere fructus perceptos ex Beneficio, quod per confidentiam obtinuit. 34
Innoc. *in cap. nisi de pact.* Cassad. *dec.* 1. *de simon.* Ang. & Sylvest. *in ver. simonia.* Redoan. *de simon. par.* 4. *cap.* 11. *num.* 30. *& cap.* 14. *num.* 20. Constitutio Pii IV. §. *& eosdem Cardinales.* & Constit. Pii V. §. *nec valerent.* Navar. *cons.* 13. *&* 21. *&* 23. *&c. de simon.* quia omnia peccata, quæ sunt contra justitiam, obligant ad restitutionem in foro conscientiæ. *cap. peccatum. de R. J. in* 6. *cap. si res aliena.* 14. *quæst.* 6. Navar. *in man. cap.* 17. *& de reddit. Eccles. quæst.* 2. *nu.* 7. *&* 12. & tenetur illos restituere, quamvis illos expenderit. Communis apud Covar. *in reg. peccatum.* §. 6. *nu.* 1. *vers. nam receptum est.* gl. *in d. reg. peccatum.* ubi Anchar. & alii. Sylvest. *in verb. furtum.* §. 16. S. Thom. 2. 2. *quæst* 62. *art.* 6. & alii apud Parif. *de confid. quæst.* 60. *num.* 13. & sicut fur tenetur restituere, ita simoniacus, qui appellatur fur. Turrecrem. *in cap. ordinationes. num.* 18. *& in cap. statuimus nu.* 3. 1. *quæst.* 1. Redoan. & DD. cit. *ll. cc.* & tenetur restituere, licet illos perceperit propter suam industriam, deducta tamen justa sollicitudinis mercede. Bart. *in L. ratio.* §. 1. *ff. de act. emp in L. si me. & Titium. ff. si cert. pet.* Covar. *l. c.* §. 6. *nu.* 4. *vers. & profecto.* deductis etiam impensis necessariis in fructuum perceptione factis. Præterea tenetur restituere fructus, qui percipi potuissent a diligenti patrefam. *L. si navis. ff. de rei vendic.* Abb. *in cap. gravis. de restit. spol.* Dec. *in L. generaliter. ff. de R. J.* Covar. *in d.* §. 6. Parif. *l. c. num.* 17. Idem dic de pensione per cofidentiam reservata. Sed

Quæres 5. quibus sint restituendi fructus percepti per confidentiarios? Respondetur, debere restitui Cameræ 34
Apostolicæ. Pius IV. *in eadem Constitutione*, uti de facto practicatur, nam fit supplicatio, in qua narratur confidentia commissa, ac petitur absolutio, & dispensatio, quæ porrigitur Datariæ, & ab hac mandatur exprimi fructus perceptos, quo facto taxatur supplicatio, & solvitur compositio pro dictis fructibus male, & indebite perceptis. De quo plura videri possunt apud Parif. *d. quæst.* 60. *nu.* 35. *& seq.*

Quæres 6. an Confidentiarius incurrat irregularitatem? 35
quamvis negativam teneant Navar. *cons.* 35. *de simon.* Suarez. *de censuris. disp.* 43. *sect.* 4. Filliuc. *trac.* 20. *cap.* 8. Bonac. *de censuris. disp.* 7. *quæst.* 3. *p.* 7. §. *un.* eo quod irregularitas non incurratur, nisi in casibus a jure expressis. Speculat. *de dispens.* §. *juxta.* Majol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 1. tum quia collatio facta simoniaco tenet. Innoc. *in cap. in nostris. de concess. preb.* Felin. *in cap. insinuatum. col.* 1. *de simon.* tum quia simoniacus in Beneficio non est suspensus, quia acta pœnitentia eo relicto potest celebrare. Innoc. apud Navar. *in man. cap.* 23. *num.* 111. quod non posset facere, si esset irregularis. gl. & DD. *in Clem. generalem. de ætate, & qualit.* Gemin. *cons.* 33. Navar. *in man. cap.* 27. *nu.* 194. Tamen ab affirmativa non videtur recedendum, quam tuentur Parif. *de confid. quæst.* 61. *num.* 9. Majol. *de irregular. lib.* 5. *cap.* 45. *sub. num.* 5. per tex. ex verbis Constitutionis Pii V. §. *sed ne quisquam.* ubi, & ad futura inhabiles reddimus, & in juris subsidium excommunicationis sententia innodamus, ubi vides Pius V. privet obtentis, confidentialem, & illum reddit inhabilem ad futura beneficia, sed præcipuus effectus irregularitatis est, quod irregulari non possint dari Beneficia. Abb. *in cap. cum nostris. de concess. preb.* Navar. *cons.* 17. *de simon.* Majol. *l. c. cap.* 45. *nu.* 5. tum quia excommunicatus majore excommunicatione Papæ reservata est irregularis. Majol. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 17. *&* 19. quia non potest promoveri, nec promotus exercere. *cap. postulastis. de Cler. excom. ministr.* ubi gl. & DD. Covar. *in cap. alma mater. par.* 1. *cap.* 6. Summistæ

missæ in verb. *excommunicatio. cap. si quis Episcopus.* 11. *quæst.* 3. Speculat. *tit. de dispensat.* §. *juxta.* Et quod simoniacus in Beneficio sit irregularis, docet etiam Lambert. *de Jurepatron. par.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 9. *art.* 10. Achil. de Graff. *dec.* 341. *vol.* 2. *de simon. num.* 4. quia amittit executionem Ordinis, & non potest promoveri. *cap. si quis. de simon. cap. statuimus.* 1. *quæst.* 1. S. Tho. *in* 4. *dist.* 25. *art.* 2. Et ideo simoniacus in uno redditur inhabilis ad aliud. Ant. de Butr. *in cap. penult. col.* 2. *vers. ad secundum. de elect.* Rota *in Toletana thesauraria. coram Pelegrino.* Navar. *cons.* 34. *de simon.* Et ita hæc irregularitas est satis expressa in Constit. citata Pii V. §. *quicunque.* & in jure, quia expressum dicitur etiam, quod colligitur ex verbis, aut ratione, vel ex antecedentibus, aut subsequentibus, ut docent Bart. *in L. uxorem.* §. *agri plagam. ff. de leg.* 3. *& in L. fidejussor.* §. *meminisse. ff. de leg.* 1. Curt. jun. *cons.* 160. *num.* 9. Cephal. *cons.* 133. *num.* 20. Cravetta *cons.* 162. *nu.* 2. Negatur etiam, quod assumitur in secundo argumento. Fel. *in cap.* 2. *de rescript.*

37 Ob simoniam pure conventionalem, quæ neutra ex parte fuit completa, nec tradita res spiritualis, nulla juris positivi pœna ipso facto incurritur, prout in confidentiali diximus incurri. Navar. *in man. cap.* 23. *num.* 104. Suarez. *de simon. lib.* 4. *cap.* 55. *num.* 10. Less. *lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 149. P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 3. *sect.* 7. §. 1. quia venditio, & emptio simoniaca non completum sola conventione in ordine ad pœnam incurrendam. *cap. non satis.* 8. *& cap. de simoniace.* 22. quod idem dicendum, si pretium esset quidem datum, sed non tradita res spiritualis, quia illæ infliguntur ob perfectam venditionem re Sacræ, sed

38 Quæres, an, si simonia fuit completa ex parte vendentis per traditionem rei Sacræ, vel spiritualis, puta collatione Beneficii, vel Ordinis, sed non completa ex parte ementis, qui nondum tradidit pretium conventum, incurrantur utrinque pœnæ ipso jure, ac si utrinque venditio fuisset completa. Affirmant Cajetan. Tolet. & alii apud Garz. *de Benef. par.* 8. *cap.* 1. *num.* 20. quia venditio dicitur perfecta, quando res fuit tradita, quamvis pretium non fuerit solutum, uti quia fides habita fuit de pretio. Negant Navar. *l. c. nu.* 104. Suarez. *l. c. nu.* 17. Laym. *in cap. ult. de simon.* §. 7. *num.* 68. quam licet Pirhing. *loc. cit.* probabilem, & tutam pronuntiet, affirmativæ tamen adhærere videtur.

37 De simonia etiam reali, & ex utraque parte completa, dicendum pariter, non incurri pœnas Juris ipso facto, excepta illa, quæ incurritur ob ingressum Religionis, Ordinis, & Beneficii collationem. Navar. *in man. cap.* 23. *num.* 111. *vers.* 6. *&* 7. Laym. *l. c. num.* 69. Pirhing. *l. c. num.* 154. Hinc committens simoniam in administratione baptismi &c. in dispensationibus, benedictionibus, in redemptione pensionis Ecclesiasticæ, in collatione Vicariæ temporalis, licet peccet mortaliter ob simoniam commissam, non incurrit tamen excommunicationem, suspensionem, seu inhabilitatem aliquam ipso facto. P. Pirhing. *loc. cit. num.* 154.

40 Contra simoniam realem, & completam in Ordine est lata excommunicatio incurrenda ipso facto, & Papæ reservata, tam contra Ordinarium, quam contra Ordinatum. *extrav.* 2. *de simon.* sive hæc committatur in Ordinibus minoribus, sive majoribus, imo etiam in prima Tonsura. Suarez. Laym. & Barb. apud Pirhing. *l. c.* §. 2. *nu.* 156. *vers. porro. & suspensio.*

41 Et in Beneficiis propter simoniam realem, utrinque completam excommunicatio Papæ reservata incurritur. *extrav.* 2. §. *statuentes. de simon.* dummodo sit Beneficium proprie dictum.

42 Simoniaci sunt perpetuo deponendi a ministerio altaris, sive ab Officio, & consequenter etiam a Beneficio. Azor. *par.* 3. *Instit. lib.* 12. *cap.* 7. *quæst.* 1. §. *est ibidem.* Pirhing. *d.* §. 4. *nu.* 165. §. *Porro.* Præterea simoniaci in Ordine, vel Beneficio non tantum privantur Beneficio simoniace obtento, sed etiam aliis Beneficiis, prius rite obtentis, non tamen ipso jure, & facto, sed per sententiam. *cap. presbyter.* 1. *quæst.* 1. *cap. sicut.* 6. *& cap. de hoc* 11. *de simon.* Suarez. *lib.* 4. *de simon. cap.* 58. *num.* 3. *&* 4. Pirhing. *loc. cit. num.* 169. & quamvis sint inhabiles ad Beneficia simoniace obtenta, ita ut nec de novo ipsis conferri possint, sine speciali dispensatione. *cap. penult. de elect.* tamen quoad alia obtinenda non sunt inhabiles ipso jure. Navar. *cons.* 91. *num.* 5. *de simon.* & Constit. Pii V. quæ incipit. *Cum primum.* Suarez. *loc. cit. num.* 10. *&* 11.

Quæres, an committens simoniam cum Pontifice sciente incidat in pœnas, si Papa expresse cum ipso non dispenset? Respondetur, quod si simonia est humani juris, non incurrit pœnas latas contra simoniacos, quia cum illo videtur Pontifex dispensare. Diana *par.* 10. *trac.* 6. *res.* 15. Felin. *in cap. præterea. de testib. cogen.* Abb. *in cap. cunctis. & cap. innotuit. de elect.* Cavar. *in reg. peccatum. par.* 2. §. 8. *num.* 9. Navarra. *de restit. lib.* 2. *cap.* 2. & alii contra Sylvestr. *in verb. simonia. quæst.* 4. Sotum *de Just. lib.* 9. *quæst.* 1. Angel. *in verb. simonia.* §. 7. 43

§. VI.

An pro exequiis mortuorum, aut benedictionibus nubentium aliquid accipere si simoniacum.

Dicendum esse simoniacum. *cap. non satis. cap. audivimus. cap. ad Apostolicam. de simonia. cap. secundum.* 23. *quæst.* 8. Barb. *in cap. suam. nobis. de simon.* Jul. Lavor. *var. lucubr. tit.* 2. *cap.* 10. Solorzan. *lib.* 4. *polit. cap.* 24. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 13. Suarez. *de Relig. lib.* 4. *de simon. cap.* 10. Giballin. *de simon. quæst.* 12. *consect.* 6. & alii apud Gonzal. *in lib.* 5. *Decret. tit.* 3. *in cap. suam nobis. nu.* 3. Ratio est, quia exequiæ defunctorum, & benedictiones nubentium sunt ministeria spiritualia, & Ecclesiastica. *cap. cum Ecclesiæ. de simon.* Giballin. *de simon. quæst.* 7. *consect.* 6. *& cap. abolendæ. de sepult.* ubi Gonzal. 44

Dices, nemo debet propriis stipendiis militare, sed si altari servit, de altari vivere potest. *cap. cum secundum de præb. &* 1. *ad Corinth. cap.* 3. *& cap. charitatem.* 12. *quæst.* 2. *cap. nisi.* §. *quippe. de pernunt.* ergo Parochus non tenetur gratis funus ducere, & exequias facere? Respondetur textum cit. cum rationibus militare quoad simplices Clericos, non vero quoad Parochos, qui ratione proprii officii tenetur. Et conclusio corroboratur ex eo, quod dicit Gonzalez. *l. c. in cap. cum in Ecclesiæ. de simon.* quod consuetudo, ut pro exequiis mortuorum aliquid exigatur, non sit observanda. *cap. non satis. cap. in tantum.* 36. *capit. sicut.* 39. *& cap. Jacobus de simon. cap. si quis objecerit.* 1. *quæst.* 3. *cap.* 2. *de consuet.* Barb. *in d. cap. cum in Ecclesiæ. de simon.* Suarez. *de simon. lib.* 4. *cap.* 60. & plures alii apud Gonzal. *l. c. nu.* 3. Ratio est, quia per Sacros Canones improbata est non tantum consuetudo, quæ juri divino, vel naturali opponitur, sed etiam, quæ Sedis Apostolicæ authoritati obsistit, aut Canonicis obviat Institutis. *cap. sacrosancta.* 12. *dist. cap. consequens. dist.* 8. *cap. fin. de consuet.* & mala consuetudo tanquam corruptela improbanda est. *cap. quæ contra, cap. a veritate. & cap. si consuetudine.* 8. *dist.* & ideo Alex. III. hoc loco improbat omnes consuetudinem, per quam exigitur pecunia pro Episcopis, Abbatibus, aut aliis Prælatis ponendis in sede, necnon pro exequiis mortuorum, & benedictionibus matrimoniorum &c. Neque obstat, quod consuetudinis magna sit auctoritas, & legitime præscripta juri scripto deroget, juxta *cap. quemadmodum. dist.* 8. *cap. contra jus. cap. placuit. dist.* 32. *cap. cum venisset. de eo, qui mittitur in possessionem. cap. super eo. de cognat. spirit.* Quia cum simonia sit prohibita jure Divino, vel Ecclesiastico, & nulla possit legitima, ac rationabilis præscribi consuetudo contra Ecclesiæ prohibitionem. Ideo merito hæc consuetudo fuit improbata Alex. III. *in d. cap. cum Ecclesiæ.* Et discrimen fieri debet inter consuetudinem, quæ sine peccato introduci non potest, & inter illam, quæ sine peccato introduci potest. Gonzal. *l. c.* Lim. pro labore extrinseco, seu titulo sustentationis. Gratian. *disc. for.* 110. 45

Quæres, an pro ordine conferendo minister, aut ejus notarius aliquid exigere possit temporale. Dicendum quod non. Gonzal. *in cap. antiquam.* 1. *de simon. lib.* 5. *tit.* 3. Decian. *lib.* 5. *crimin. cap.* 85. Fragos. *de regim. Eccles. par.* 1. *lib.* 2. *disp.* 4. §. 23. Barb. *de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 33. *num.* 199. Giballin. *de simon. quæst.* 6. *consect.* 17. Petr. de Marcha. *lib.* 6. *concord. cap.* 10. quia pro eis, quæ data sunt, ut gratis dentur, nihil exigi potest. 46

Simoniam an committant Equites Melitenses, qui pascis- 47

paciscuntur super suis Commendis. Vide *Commenda*. Et simoniacum quando sit pactum. Vide *Pactum*.

47 Simoniam committit non tantum entens Beneficia, sed etiam officia Ecclesiastica, puta Vicariatum. Laym. *lib. 4. trac. 10. cap. ult.* §. 7. Antonell. *de regim. Eccles. lib. 6. cap.* 18. Navar. *in man. cap.* 23. *num.* 111. Diana. *par. 4. trac. 4. res.* 167. Sicut etiam renuntians expectativam alicui cum reservatione pensionis sine Pontificis consensu. Abb. *in cap. ad audientiam de rescript.* ubi Fel. *num.* 11.. sed de Vicariatu contrarium diximus supra, quamquam hæc sententia videatur verior.

48 Simonia remanet exclusa, dum non probatur præcedens tractatus, & conventio de cedendo, *cap. Artaldus.* 8. *quæst.* 3. *gl. in cap. quam priæ verb. pactis.* 1. *quæst.* 2. Dec. *cons.* 118. *num.* 4. Paris. *cons.* 30. *num.* 21. *lib.* 4. Rota *dec.* 108. *num.* 4. *&* *dec.* 234. *num.* 10. inter impressas post Consilia Farin. qui non probatur per attestationem extrajudicialem, aut testes de auditu. Rota *dec.* 187. *num.* 2. apud Farin. *&* *dec.* 377. *num.* 4. *par.* 4. *recent.* Bich. *dec.* 472. *num.* 19. præsertim si cessio a proviso fuisset facta ad redimendas vexationes, quas ipse pati potuisset forsan de facto. Bich. *l. c.* Buratt. *dec.* 307. *num.* 5. *&* 6.

SIMULATIO.

Praxis Simulationis.

1 * Sacramentorum simulatio licita non est, etiam ad evitandum mortis periculum. *Dec. S. Universalis Inquisitionis, sub die 6. Septembris 1625. Vide etiam damnatam propositionem 29. Innocentii XI.* *

2 Simulatio tripliciter fieri potest, primo si vere fit unus contractus, & simulatur alius. Secundo, si fit contractus verus, sed modico tempore duraturus. Tertio, si contractus apparenter celebratur nullam executionem habiturus. Honded. *cons.* 46. *num.* 8. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 96. quoad primam simulationis speciem, quando id, quod agitur, est a lege permissum, etiam illud, quod simulatur, est validum. Idem dic de secunda specie simulationis. Quoad tertiam habetur, ac si actus factus non esset, & nullius est valoris. *L. imaginaria. ff. de R. J.* Capon. *disc. for.* 275. Hond. *l. c.*

3 Simulatio contractus non præsumitur, nisi data rationabili causa simulandi. Bald. *lib.* 4. *cons.* 309. Bart. *cons.* 65. Alex. *cons.* 111. *lib.* 3. Rota apud Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 133. arguitur vero simulatio ex qualitate personarum. Andreol. *controv. for.* 8. Mascard. *de prob. conclus.* 442. uti si alter ex contrahentibus sit sagax, alter vero fatuus. Item ex inverisimilitudine. Farin. *quæst.* 162. *de fals. & simul.* Tranched. *consult.* 37. Item cum unus contrahens debuit renuntiare remedio. *L. 2. C. de rescind. vend.* Tranchedin. *l. c. & consult.* 107. Item ex pacto redimendi cum pretii modicitate, & consuetudine fœnerandi simul concurrentibus. Farin. *de fals. quæst.* 163. Honded. *cons.* 33. *lib.* 1. Rol. *cons.* 96. *num.* 6. *lib.* 2. Tranchedin. *d. consult.* 107. *num.* 26. Inter conjunctos facilius præsumitur, præsertim cum agitur de præjudicio tertii. Vide *Fraus*, & *Usura*. Bich. *dec.* 49. *num.* 28. Gratian. *discept. for. cap.* 255. *num.* 7. Bart. *in L. non solum. ff. de ritu nupt.* de per se tamen conjunctio sanguinis non sufficit, quia etiam inter conjunctos licite contrahitur. *L. si totas. ff. de inoff. donat.* Bart. *in L. post contractum. nu.* 3. *vers. alias sola proximitas. ff. de donat.* Bal. *in L. quod autem.* §. *si tibi maritus. num.* 2. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 35. *n.* 21. Buratt. *dec.* 365. *num.* 6. Bich. *dec.* 69. *num.* 20.

4 In tantum simulatio non præsumitur, ut simulationis etiam species probari debeat. Ciarlin. *controv. for. cap.* 40. *a num.* 14. & illam allegans debeat exprimere modum, sub quo facta fuit simulatio; quia aliquæ simulationes sunt permissæ, aliæ prohibitæ. Rol. *cons.* 47. *num.* 27. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 93. Honded. *cons.* 46. potest opponi ab eo, qui fecit contractum simulatum, excipiendo, licet detegat propriam turpitudinem. Honded. *l. c.* Ex quibus conjecturis arguatur, vide Honded. *loc. cit.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 122. Rol. *cons.* 47. Mascard. *de prob. conclus.* 558. & Rota apud Merlin. *dec.* 321. *nu.* 423. *&* 737. Bich. *dec.* 410. *num.* 26.

Simulatio non præsumitur, si contractus fuit initus 5
inter viros probos. Rol. *cons.* 58. *lib.* 4. Honded. *cons.* 33. *lib.* 1. Sperell. *dec.* 28. *num.* 62. Tranchedin. *consult.* 107. *num.* 5. Aliograd. *cons.* 19. præsertim, si in contractu intervenit juramentum. Farin. *de simul. quæst.* 162. Sperell. *loc. cit.* aut si fuit celebratus publice. Alias conjecturas exclusivas simulationis vide apud Tranchedin. *loc. cit.* Neque præsumitur simulatio ex pacto redimendi, nisi talis sit pretii modicitas, quæ excedat medietatem justi pretii. Rol. & Farin. *ll. cc.* Leotardus. *de usur. quæst.* 15. quia pactum redimendi est omni jure licitum. ita Mant. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 20. & DD. mox cit. Gratian. *disc. for. cap.* 600. Rota apud Farin. *dec.* 256. Barb. *in cap. ad nostram de empt. & vendit.* & in constituendo justo pretio est habenda ratio pacti redimendi, quod facit decrescere pretium. Coccin. *dec.* 1346. Carena. *res.* 14. & quidem tertiam partem pretii. Ludovic. *de Perus.* 97. Mant. & Tranchedin. *ll. cc.* vide *Pactum*, *&* *Usura*.

Simulatio sine perjurio allegari non potest, si con- 6
trahentes jurarunt, omnia contenta in instrumento esse vera. Bich. *dec.* 452. *nu.* 45. *& dec.* 437. *num.* 32. Abb. *in cap. cum contingit. nu.* 24. *de jurejur.* ubi Butr. *nu.* 6. Seraph. *de privil. juram. privil.* 59. *nu.* 11. Rol. *lib. cons.* 47. *nu.* 31. Imol. *in cap. ad nostram. de empt. & vendit.*

Simulatio arguitur ex pretii modicitate, & si aliæ 7
quoque simulationis conjecturæ concurrunt, sufficit pretium esse injustum, quamvis non sit, ita modicum. Farin. *de simul. quæst.* 162. *num.* 195. Rota post consilia. Farin. *dec.* 20. *nu.* 1. Paris. *cons.* 54. *nu.* 69. *lib.* 1. Bich. *dec.* 49. *nu.* 26. *&* 27.

Simulatio venditionis arguitur ex continuata posses- 8
sione, ut prius venditoris, quamvis in instrumento sit appositum constitutum. Ita Bart. *in L. sicut.* §. *super vacuum. num.* 15. *quib. mod. pign. & hypoth. solvat.* Bald. *cons.* 70. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *cons.* 659. *num.* 3. Afflict. *dec.* 40. *num.* 18 Caputaq. *dec.* 143. *nu.* 6. *par.* 1. nisi possessio posset referri ad titulum familiaritatis. Rota *dec.* 401. *n.* 16. coram Ludovis. Bich. *dec.* 69. *n.* 8. *&* 15.

Simulatio apochæ debiti præsumitur, si non fuit con- 9
signata Creditori. Bich. *dec.* 49. *num.* 20. ubi Rota *in Maceraten. census* 15. *Febr. coram Roias.* Non probatur ex testibus, quorum depositioni repugnant depositiones testium in apocha descriptorum. Anchar. *cons.* 227. *num.* 5. *vers. & Rainaldus.* Bich. *dec.* 85. *num.* 8. sicut nec ex subsequenti possessione, quando apocha, ex qua simulatio deducitur, jam habuit suum effectum. *Cyriac. controv.* 131. *num.* 37. Rimin. jun. *cons.* 83. *num.* 18. Farin. *de simulat. quæst.* 154. *num.* 228. Rota *dec.* 282. *num.* 5. *vers.* quia post consil. Farin. *lib.* 2. Bich. *l. c. num.* 11.

Simulatio apochæ, ut excludatur, sufficit, quod præ- 10
existentia crediti in ea contenti aliunde justificetur, aut quod aliqua possibilitas concurrat. Cyriacus *controv.* 131. *nu.* 32. Rota *dec.* 195. coram Ludovis. *num.* 10. *& dec.* 459. *num.* 8. apud Bich. *dec.* 166. *num.* 5.

Simulatio contractus, quando non probatur, vel sal- 11
tem est turbida, tanquam respiciens petitorium, manutentionem non retardat. Bich. *dec.* 69. *n.* 21. Rota. *dec.* 140. *num.* 2. *& dec.* 677. *nu.* 2. *par.* 2. *recent. & dec.* 308. *nu.* 15. *par.* 5. *& dec.* 152. *num.* 4. *&* 6. *& dec.* 181. *num.* 6. *& dec.* 188. *num.* 8. post tract. Post. *de manut.*

Simulatio confessionis ex contrariis conjecturis elidi- 12
tur. Bich. *dec.* 492. *num.* 11. Rota *dec.* 62. *num.* 11. coram Ludovis. *& dec.* 24. *num.* 20. *par.* 7. *recent.* probatur ex confessione extrajudiciali parte præsente emissa. Bald. *cons.* 299. *nu.* 1. *lib.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 122. *sub. num.* 47. Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 35. *num.* 21. Farin. *de simulat. quæst.* 162. *num.* 116. Rota *dec.* 806. *a num.* 3. *par.* 1. *divers. & dec.* 188. *nu.* 9. *par.* 6. *recent.* quia confessio extrajudicialis de æquitate Canonica probat contra confitentem. Fel. *in cap. olim. a num.* 3. *de rescript.* Gabr. *de confess. conclus.* 1. *num.* 46. Rota *dec.* 4. *nu.* 1. *par.* 2. *divers. & dec.* 218. *num.* 5. *par.* 6. *recent.* & probatur simulatio per duos testes contestes talis confess. Surd. *dec.* 466. *lib.* 2. Rota *dec.* 406. *num.* 3. *& dec.* 711. *num.* 3. *par.* 2. *recent.* & dummodo sint contestes in loco, tempore, & substantia, quamvis in verbis formalibus non conveniant Burd. *cons.* 12. *num.* 43. 45. *&* 47. Adden. ad Buratt. *dec.* 458. *num.* 8. Et quia simulatio occulte committitur, probatur etiam conjecturis juxta dicta.

cta. cap. per tuas. cap. sicut. ubi Innoc. *n.* 1. *de simon.* Lotther. *de re benef. lib.* 1. *quæst.* 36. *n.* 105. Rota *dec.* 238. *n.* 14. coram Ludovis. Bich. *dec.* 410. *n.* 26.

13 Simulatio solutionis non probatur per Apocham privatam, quando in contrarium concurrit publicum instrumentum effectivæ solutionis. Rol. *cons.* 58. *nu.* 10. *lib.* 2. Rota *dec.* 157. *nu.* 9. coram Ludovis. *& dec.* 75. *n.* 5. impressa post Consil. Farin. *vol.* 2. *dec.* 93. *n.* 16. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 556. *n.* 13.

14 Simulatio venditionis, ex quibus conjecturis probetur, vide Bich. *dec.* 69. *a n.* 5. *usque ad* 12. quæ supra jam fuerunt allatæ. Et simulationis exceptio in continenti probata impedit executionem obligationis cameralis, secus, si est turbida. Zachias *de oblig. Camer. qu.* 18. *n.* 1. Rota *diversf. dec.* 123. *n.* 11. *par.* 2. *& dec.* 150. *nu.* 14. impressa apud Zachiam. Gallos. *de oblig. camer. quæst.* 18. *num.* 5. Cæs. de Graff. *dec.* 16. *num.* 10. *de prob.* Rota *dec.* 61. *nu.* 9. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 49. *n.* 1.

15 Simulationis conjecturæ cessant, si subest legitima causa. Farin. *simulat. quæst.* 164. *num.* 97. Cavaler. *dec.* 420. *nu.* 5. Ludovis. *dec.* 195. *nu.* 12. Rota *dec.* 459. *num.* 7. *& dec.* 334. *nu.* 12. *par.* 5. *recent.* Dec. *cons.* 648. *num.* 5. Honded. *cons.* 33. *num.* 36. *lib.* 2. Cyriac. *controv.* 255. *num.* 38. Bich. *dec.* 69. *num.* 13. Et conjecturæ simulationis non reputantur relevantes non docto de causa probabili simulandi. Bart. *cons.* 65. *nu.* 4. *lib.* 1. Bec. *cons.* 52. *n.* 1. Baltramin. ad Ludovis. *dec.* 157. *n.* 27. Rota *dec.* 307. *n.* 11. *par.* 1. *& dec.* 344. *n.* 3. *par.* 4. *recent.* Bich. *dec.* 166. *n.* 8. Neque intentio fraudandi Creditores parit probabilem causam simulandi. Bich. *l. c.*

16 Simulatio præsumitur in emptore, si constat aliunde, voluisse rem emptam non sibi, sed alteri acquirere, & tunc res empta illi, cui voluit acquirere, acquisita censetur, & nomen emptoris præsumitur in instrumento simulate appositum. Bald. *in L.* 3. *C. si quis alteri, vel sibi.* Castr. *in L. multum interest. n.* 1. *C. eod.* Gabr. *cons.* 51. *n.* 6. Rota *dec.* 706. *n.* 3. *par.* 1. *diversf. & dec.* 777. *n.* 3. *in fi. par.* 2. *recent. & dec.* 733. *n.* 2. coram Buratto, Bich. *dec.* 65. *n.* 6.

SOCIETAS.

Praxis societatis, & sociorum.

1 Societas est contractus duorum, vel plurium conferentium suam pecuniam, vel industriam, laborem, vel aliam rem pretio æstimabilem ad lucrum commune. *L.* 1. *ff. pro socio.* Oinot. *in Instit. de societ.* Ut sit licita, quinque requiruntur. Primo, quod fundetur in negotiatione licita. Secundo, quod socii conferant aliquid in commune, sive pecuniam, sive laborem, sive industriam. Tertio, ut servetur æqualitas inter socios, ita ut lucrum, expensæ, & damna sint communia. Quarto, ut sors collata in societatem subjaceat periculo conferentis. Navar. *in man. cap.* 17. Sotus *de just. & jur. quæst.* 6. *art.* 1. Molina. *de just. tom.* 2. *disp.* 415. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 2. Gomez. *var. res. to.* 2. *cap.* 4. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 6. *p.* 1. Tandem ut serventur a sociis pacta.

2 Societas potest contrahi ab omnibus, qui rerum suarum liberam habent dispositionem; Hinc potest consistere inter patrem, & filium respectu peculii castren. vel quasi, secus respectu peculii profectitii, vel adventitii. Bart. Jas. Corn. & alii apud Felic. de Solis. *de societate. cap.* 6. & Bonac. *l. c. p.* 2. Limitata ad certos effectus non extenditur ad alios. Anchar. *cons.* 333. Paris. *cons.* 93. Straca. *de mercatura. n.* 15. Capon. *disc. for.* 361.

3 Societas super corpore feudi non valet, ne Dominus invitus alium Vassallum habeat, quam investitum: bene vero valebit super fructibus feudi. ita Afflict. & alii apud Capon. *dis. for.* 394. *n.* 8. Dec. *cons.* 435. *n.* 7. Capic. *in investit. feud. ver. societas fol.* 96. sive feudum sit novum, sive antiquum.

4 Societas inter fratres tantum se extendit ad ea, quæ inter se fratres communicant, & in commune conferunt. *L. si fratres. ff. pro socio.* Oinot. *instit. de societ. n.* 6. Bald. in *L.* 2. *ff. pro socio.* Molina. *de just. & jur. disp.* 421. Bonac. *l. c. p.* 7. hæc societas non præsumitur ex eo, quod fratres vivant in communi, & habeant patrimonium commune. Quia hæc signa sunt indifferentia. Bonac. *l. c.*

Societas super officiis est licita pro rata pretii. Navar. *in man. cap.* 17 Molina. *de contrac. disp.* 415. Farin. *dec.* 130. Costa. *de port. rata. quæst.* 200. an valeat ultra eorum valorem, vide Conciol. *alleg.* 33. 5

Societas omnium bonorum comprehendit etiam fructus Beneficiorum, si socius est Clericus, qui tenetur illos communicare, nec potest habere proprios, nisi protestatus fuerit, & socius consenserit. Petr. de Ubald. *de fratrib. par.* 6. *quæst.* 17. Decian. *cons.* 85. Ciarlin. *controv. for. cap.* 16. quia Clericus est Dominus fructuum Beneficii. Vide *Clericus*. 6

Societas omnium bonorum probatur ex cohabitatione longa, reddituum, & lucrorum communicatione, & ad invicem non reddita ratione, & hæc tria copulative requiruntur ad societatem omnium bonorum, ita Anchar. *cons.* 302. Decian. *cons.* 85. Mascard. *de prob. conclus.* 1316. Tusc. *litt. S. conclus.* 282. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 56. Ciarlin. *controvers. for. cap.* 16. *num.* 16. licet unus plus lucretur, quam alius, & professiones sint diversæ; dummodo in divisione partes sint æquales. Probatur etiam signis, & conjecturis. Item præsumitur contracta inter fratres ex spatio decem annorum. Ciarlin. *controv. for. cap.* 177. Mascard. *de prob. conclus.* 1315. Rol. *cons.* 91. Hæc societas non includit ea, quæ procedunt ex propria fortuna, uti legata, donationes &c. sed tantum quæstuaria, & quæ procedunt ex actibus quæstuariis. *L. coire. ff. pro soc.* Anchar. *cons.* 149. Menoch. *l. c.* quæstuaria vero dicuntur, quæ proveniunt ex opera, & servitio alicujus. Ciarlin. *d. cap.* 16. Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 15. & hæc etiam transmittitur. Noal. *de transmiss. cas.* 60. Honded. *cons.* 440. *num.* 85. Lim. quoad lucra, & damna, & onus rationum. 7

Societas tacita omnium bonorum præsumitur, si intervenerunt actus sociales, cohabitatio, lucrorum communicatio. Ciarlin. *d. cap.* 177. Cravetta *cons.* 26. Tusc. *litt. S. conclus.* 280. Trombeta *de societ. quæst.* 10. animalium qualiter sit licita, aut illicita, vide Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 6. *p.* 5. Inter fratres qualiter reguletur. Vide *Fratres.* 8

Societas non tollit facultatem testandi de rebus communibus; quia lex præsumit, socium testari de parte sua. Ciarlin. *sæpe cit. cap.* 16. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 9. *L. servi elect. ff. de leg.* 1. 9

Societas finitur finito tempore, licet negotia essent cœpta, & non completa. *L. actione. ff. pro socio.* Felic. *de societate. cap.* 35. Capon. *disc. for.* 361. Item morte socii. *L. verum. ff pro socio*, sive mors sit civilis, sive naturalis. Rom. *cons.* 806. Dec. *cons.* 441. Honded. *cons.* 85. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 24. etiam quoad reliquos socios, nisi aliter ab initio conventum fuerit. Sperell. *dec.* 91. & Capon. *disc. for.* 314. *num.* 12. & ideo non transmittitur. *L. nemo potest. L. actione. ff. pro socio*, quia in societate eligitur industria personæ, quæ non transmittitur. *L. un. C. de caduc. toll.* tum ne tollatur, aut arctetur libertas testandi. *L. si fratres. ff. pro socio* non obstante conventione, vel pacto contrario etiam cum juramento, quod est contra bonos mores. Noal. *de transmiss. cas.* 60. Lim. in societate vectigalium, si fuit actum, ut transiret; quia hæc, postquam fuit contracta, est necessaria, & non pendet a voluntate contrahentium. Idem dic de hæreditate in qualibet re fiscali ob identitatem rationis, dummodo fuerit expresse conventum, ut transiret, & hæres habeat hanc capacitatem. Noal. *l. c.* Fachin. *controv. Jur. lib.* 8 *cap.* 72. Honded. *cons.* 44. tunc autem transit tantum in primum hæredem. Præterea exspirat societas finito tempore præfinito. Item egestate unius socii. Bonac. *l. c. p. ult.* & aliis modis apud Merlin. *dec.* 69. *num.* 5. *&* 6. puta contrario ipsorum sociorum consensu. *L. verum. §. fin. ff. pro socio*, ad quem effectum sufficit etiam consensus tacitus. *L. societatem. ff. eod.* dummodo de illo sufficienter constet; quia in dubio consensus a principio societati præstitus præsumitur perseverare, quia animi mutatio non præsumitur. *L. cum hic status.* ubi Bart. *ff. de donat. inter vir. & uxor.* Rimin. jun. *cons.* 9. *n.* 30. *lib.* 1. Turrec. *cons.* 84. *num.* 12. De quo tacito consensu non dicitur constare ex ipsamet partis sortis principalis exactione, quia ex hoc, quod socius partem sortis exegerit, non bene infertur, quod a socie- 10

tate

tate voluerit in totum recedere. Et de natura societatis est, quod per restitutionem, aut interitum partis rei communicatæ societas in totum non dissolvatur, sed adhuc duret super eo, quod adhuc superest. Juxta *L. verum* 64. §. *fin. & L. ad quod. in princ. ff. pro socio.* Seraph. *dec.* 543. *num.* 6. Merlin. *l. c. num.* 9. Rota *dec.* 288. *num.* 3. *par.* 1. *diverf.* Boccat. *in trac. de societ. offic. num.* 187. Azor. *instit. moral. tom.* 3. *lib.* 9. *cap.* 16. Rota *dec.* 288. *num.* 3. *par.* 1. *diverf.*

10 Societas a minore non potest renovari absque Tutoris vel Curatoris authoritate. Capon. *disc. for.* 394. *nu.* 16. Ulpian. *in L. ut in condict. ff. pro socio.*

11 Societatis continuatio a patre non potest præcipi filiis infantibus in testamento. Capon. *disc. for. cap.* 114. neque a filiis minoribus rata haberi, nisi interveniant solemnitates a jure, vel statuto requisitæ, in alienatione bonorum minorum. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 26. *n.* 26. Rota apud Burat. *dec.* 467. Vermigliol. *cons.* 463.

12 Societas, in qua unus contulit industriam, & operas suas, alter pecunias, si fuit dissoluta, pecuniæ non veniunt dividendæ inter socios. Plures apud Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 94. contra Covar. *lib.* 3. *var. ref. cap.* 2. quia pecunia non videtur communicata, quantum ad proprietatem, sed quoad usum, & tali casu damnum collatæ pecuniæ ad conferentem spectar. Fachin. *l. c. cap.* 95. quia res perit suo Domino. *L. pignus. C. de pignor. act.* tum quia alias non servaretur æqualitas; quia tunc, qui pecuniam contulit, duplici damno afficeretur. Bonac. *l. c. p.* 3. Navar. *in man. cap.* 17. Sotus *de just. cap.* 6. *art.* 3. contra Molinam, Reginald. & alios.

13 Societatis lucrum, quod venit dividendum, illud dicitur, quod deductis omnibus expensis, & damnis superest. *L. Mutius. ff. pro socio.* Bonac. *l. mox cit.* Et lucrum in societate omnium bonorum debet dividi æqualiter non habita ratione, an quis plus, vel minus contulerit, plus, vel minus fuerit lucratus, sed omnia communicantur, & æqualiter dividuntur, & expensæ omnes fiunt de bonis communibus, dummodo non proveniant ex delicto, aut dolo socii. Covar. *lib.* 3. *var. ref. cap.* 2. Felic. *de societ. cap.* 15. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 15. Molina *de just. disp.* 483. Bonac. *l. c.* ubi alii contra Socinum jun. *cons.* 74. *lib.* 2. nec attenditur, an unus habeat majorem, vel minorem familiam, quam alter. Gratian. *discept. for. cap.* 693. Mant. *l. c. tit.* 19. Capon. *disc. for.* 394. *n.* 8.

14 Societatis partis bonorum lucrum debet dividi habita ratione illius, quod quis contulit ad societatem, & sic qui æqualiter pecuniam, vel industriam contribuit, æquale lucrum habere debet. Menoch. *de arbitr. cas.* 125. Gomez. *var. ref. tom.* 2. *cap.* 4. Molina *de just. disp.* 415. Felic. de Solis *de societ. cap.* 15. Bonac. *l. c. p.* 3. Navar. *in man. cap.* 17.

15 Societatis damna debent esse communia inter socios, nisi proveniant ex lata culpa aut levi alicujus ex sociis. Angel. *ver. societas. n.* 15. Sylvest. *in ver. societas. quæst.* 9. Molina *l. c.* Bonac. *l. c. p.* 4. *ex L. cum duobus. ff. pro socio.* dummodo illa damna proveniant ex causa proxima societatis, secus, si ex occasione tantum societatis socio proveniunt. Capon. *disc. for.* 394. *num.* 27.

16 Societatis expensæ, quæ debentur socio conferenti industriam, dummodo non sint superfluæ, debent fieri ex bonis communibus societatis, nisi aliter fuerit pactum, aut consuetudo obtineat. DD. cit. Lim. quoad expensas, quas socius domi fecisset, quia harum non est causa societas. Sylvest. & Angell. *ll. cc.* Contrarium tenent Molina, Bonac. & Navarr. *ll. cc.* quæ omnes expensæ debent fieri ex bonis communibus. Conclusio loquitur de sociis proficiscentibus ad negotia societatis, non vero de sociis domi manentibus. Procedit etiam in expensis factis pro curatione morbi, quem socius contraxit ex causa immediata societatis. Cyriac. *controvers.* 629. & 630.

17 Societas omnium bonorum in dubio non censetur inducta. Dec. *cons.* 21. *num.* 1. *in fin. vers. & debent.* Cephal. *cons.* 247. *num.* 20. & *seq.* Gratian. *dec.* 336. *num.* 3. & *discept. for. cap.* 993. *num.* 5. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 10. & contracta super lucris, quod est verbum generale, si adjungatur verbum significans quæstum, restringitur ad lucra derivantia ex causa quæstuationis, & industriæ. *L. sed & si adjiciatur.* 13. *ff. pro socio. L. duo societatem.* §. *ult. ff. eod.* L. *aditio.* §. 1. *ff. de acquir. hered.* Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 16. *n.* 3. Bich. *dec.* 186. *num.* 15. 18. & 19. & ampliatur, quamvis societas esset causa remota lucri. Milanen. *dec. Sicil.* 18. *num.* 11. *lib.* 1. E converso contracta simpliciter super bonis communibus unius loci non porrigitur ad alia extra eundem locum acquisita, ex propria industria, & labore. Gratian. *d. cap.* 993. *n.* 5. Mant. *l. c. tit.* 10. *num.* 10. sicut non communicantur, quæ alter ex sociis acquirit extra societatem, aut causam societatis. *L. cum duobus.* §. *cum duo. L. si fratres. ff. pro socio.* Bald. *in L. coiri. ff. eod.* Milanen. *d. dec.* 18. *n.* 33. & alii, quos citat Cyriac. *controv.* 350. *n.* 21. Bich. *l. c. n.* 20. & 21.

Socius tenetur in solidum pro contractibus, & obligationibus ab Institore, seu exercitore navigationis gestis. *L.* 1. §. *fin. L.* 2. & 3. *ff. de exercit. act.* Merlin. *dec.* 619. *n.* 1. Lim. si socius fuit in participatione tantum admissus, quia tunc non tenetur in solidum, quia tunc dicitur participans, & non socius principalis, quando fuit admissus post initam inter alios societatem. Rota *dec.* 132. *n.* 13. *par.* 2. *diverf.* & *dec.* 208. *par.* 4. *recent.* apud Merlin. *l. c. n.* 5. 18

Socius emens feudum ex pecunia communi, hoc ignorante Domino, acquirit sibi, & socio tenetur restituere portionem pecuniæ, & portionem fructuum ex feudo perceptorum. Rosenthal. *de feud. to.* 1. *cap.* 7. *conclus.* 59. Capon. *disc. for.* 294. 19

Socius completarius non potest obligari, nisi in iis, quæ sunt de natura societatis, secus in iis, quæ sunt extranea societati. Ubald. *de duobus fratribus. par.* 9. *quæst.* 1. Craveta *cons.* 129. Michalor. *de fratribus. par.* 2. *cap.* 8. Merlin. *de pignor. quæst.* 76. Altograd. jung. *post controv.* 100. Hering. *de fidejussor. cap.* 17. Cancer. *var. ref. par.* 2. *cap.* 5. Giurba *ad consuet. Messan. cap.* 9. Felic. de Solis. *de societ. cap.* 30. Conciol. *alleg.* 60. Salgad. *in labyrint. credit. par.* 1. *cap.* 9. *nu.* 48. 20

Socius non tenetur ex contractu cum sociis inito post solutam societatem. Gomez. *tom.* 2. *var. ref. cap.* 5. *de societ. n.* 6. Menoch. *cons.* 121. Salgad. & Capon. *ll. cc.* Potest constituere hypothecam in re communi, si est Administrator. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 76. ubi quando non. 21

Socius socio in re communi ædificanti non potest nuntiare novum opus, sed debet communi divid. aut per prætorem experiri. Vide *nuntiare.* Invito socio non potest uti re communi, si uni obest, secus si non nocet, quia in dubio potior est conditio prohibentis. *L. Sabinus. ff. de damno infec. L. qui lumen. ff. de servit. urban. pred.* Sperell. *dec.* 54. *num.* 18. an obligetur ex facto socii, vide Cyriac. *controv.* 592. *num.* 9. Non potest ædificare in communi pariete, quando hoc toti societati non expedit. Cæpolla *de servit. urban. pred. cap.* 40. Sperell. *l. c.* quia cum concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum juris habet una ad resistendum, quantum altera ad obtinendum. Bald. *in L. Sabinus. ff. com. divid.* præsertim cum una pars agit de lucro capiendo, alia de damno vitando. 22

Socius non petit suum creditum non calculatis prius rationibus, nisi solutio sit promissa ad certum tempus. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 192. Cancer. *var. ref. lib.* 3. *cap.* 7. Escobat. *de ratiocin. cap.* 21. 23

Socius potest uti re communi etiam cum damno socii ad usum destinatum secundum multos, quando non alteratur forma & status. *L. qui lumina. ff. de servit. urban. pred.* Sperell. *dec.* 54. & 56. *n.* 20. apud quem ampliationes & limitationes; non potest tamen donare rem communem, sed de suo donare debet. *L. filius. ff. de donat.* 24

Socius omnium bonorum debet communicare omne lucrum, licet alter habeat majorem familiam, & plures expensas, quia hæc proveniunt a casu non a culpa socii. Craveta *cons.* 159. Menoch. *de arbitr. cas.* 127. Felic. *de societ. cap.* 26. Gratian. *disc. for. cap.* 543. Mastrill. *dec.* 179. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 16. *par.* 1. Ciarlin. *controv. for. cap.* 16. *n.* 28. 25

Socius, qui solus habitavit domum communem, non tenetur socio non habitanti solvere pensionem etiam pro rata. Costa *de port. rata. quæst.* 55. vide *Fratre.* 26

So-

27 Socius omnium bonorum non tenetur communicare fundum dotalem, quoad proprietatem, sed tantum quoad fructus. Surd. *de alim. tit. 6. quæst.* 13. Mant. *de tacit. lib. 6. tit.* 15. *num.* 23. Felic. *de societ. cap.* 14. Ciarlin. *d. cap.* 16. neque dotem datam suæ filiæ, nisi quoad excessum. Rol. *cons.* 91. *lib.* 1. Costa *de port. ratæ. quæst.* 119.

28 Socius a jure censetur habere mandatum a socio omnium bonorum, & si quid facit, & acquirit nomine proprio, tenetur communicare. Tusc. *litt. S. conclus.* 311. & DD. cit. Costa. *l. c.* In negotiis non est idoneus testis. Ciarlin. *controv. for. cap.* 82. & tenetur in solidum de rebus gestis a socio. Merlin. *dec.* 606. *nu.* 15. Rota *dec.* 132. *n.* 24. *par.* 2. *divers.*

29 Socius socio tenetur de culpa lata, levi, & levissima. Felic. *de societ. cap.* 21. Capic. Latro *cons.* 135. Surd. *cons.* 12. Capon. *disc. for.* 346.

30 Societas universalis omnium bonorum in dubio inducta non censetur. Dec. *cons.* 21. *nu.* 1. *vers. & debent.* Cephal. *cons.* 247. *a num.* 20. Gratian. *dec.* 336. *n.* 3. *& discept. for. cap.* 993. *n.* 5. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 10.

31 Socii tenentur ad debita solvenda pro rata. Costa *de port. ratæ. quæst.* 99. nisi nomen eorum expendatur. Ofasc. *dec.* 150. & Creditores anteriores hypothecarii præferuntur Creditoribus societatis personalem actionem habentibus posteriorem, imo habentibus actionem personalem anteriorem. *L. assiduis. C. qui pot. in pign.* Cancer. *var. res. cap.* 9. Gail. *lib.* 2. *obs.* 25. Salgad. *in labyr. credit. par.* 1. *cap.* 9. Capon. *disc. for.* 361.

32 Socius criminis contra socium non probat, nisi concurrant aliæ conjecturæ. Clarus *in §. fin. quæst.* 21. Menoch. *de arb. cas.* 784. Farin. *in praxi. quæst.* 74. Ciarlin. *controv. for. cap.* 10. quamvis veritas aliter haberi non possit. Guazzin. *def.* 32. *cap.* 8. Cabal. *res. crim. cas.* 29. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 3. Lim. in crimine læsæ, in quo facit magnum argumentum. *L. fin. C. de accus. cap.* 1. *de confess. cap. veniens de testib.* Silvat. *lib.* 1. *cons.* 43. & nominando alium non facit indicium ad torturam, quia cum faciat se socium criminis, reddit se infamem, & ideo non est testis omni exceptione major. Clarus *in §. fin. quæst.* 21. Mascard. *de prob. conclus.* 1318. *num.* 1. *lib.* 3. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 43. *n.* 4. *&* 8. Carena *de off. S. inquis. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 36. Cabal. *res. crim. cas.* 200. *num.* 127. Honded. *cons.* 100. Conciol. *res. crim. ver. Socius criminis. res.* 2. Imo nec facit indicium ad inquirendum, juxta Rol. *cons.* 16. *num.* 3. *& cons.* 73. *num.* 1. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *num.* 24. Mascard. *de prob. conclus.* 1318. *num.* 9. Cartar. *de execut. sent. capto bann. cap. fin. num.* 74. Ofasc. *cons.* 64. *num.* 4. Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 88. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 81. *n.* 2. & alii apud Conciol. *l. c.* quamvis contrariam sententiam teneant Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 12. *sub. num.* 17. Boss. *in pract. tit. de inquis. num.* 43. *&* 44. & *de indic. num.* 182. Clarus *l. c.* nisi depositio socii criminis esset adminiculata. Procedit conclusio etiam contra hominem malæ famæ, contra quem socius non facit indicium ad torturam in criminibus non exceptis, secus in exceptis, in quibus mala fama sufficit pro adminiculo. Conciol. *l. c. n.* 5. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 43. *num.* 27. *& cons.* 55. *num.* 4. *lib.* 1. ampliatur, quamvis socii criminis essent plures, quia numerus non supplet eorum inhabilitatem. Bald. *in L. quoniam liberi.* 10. *num.* 2. *C. de testib.* Natta *cons.* 298. *num.* 9. *&* 10. *lib.* 2. Farin. *l. c.* Conciol. ut supra. *num.* 6. Lim. in criminibus exceptis, in quibus socii criminis faciunt indicium ad torturam; non vero in non exceptis. Conciol. *l. c. n.* 12. *&* 13. Præsertim, si nominatio socii criminis fuit facta sub spe impunitatis a Principe promissæ; quia tunc habetur loco denuntiationis. Farin. *l. c.* Conciol. *num.* 18. Et nominatio socii criminis nunquam facit indicium, nisi fuerit jurata. Clarus *in §. fin. quæst.* 21. *vers. quæro nunquid.* Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *num.* 60. Mascard. *de prob. conclus.* 1318. *num.* 47. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 43. *n.* 141. Cabal. *res. crim. cas.* 185. *num.* 3. multo minus probant socii, vel faciunt indicium, si patiuntur etiam alios defectus, veluti perjurii, inimicitiæ, variationis, criminositatis etiam in criminibus exceptis, præsertim contra hominem bonæ famæ, & vitæ etiam in criminibus exceptis. Rol. *cons.* 16. *num.* 24. *lib.* 1. Mascard. *l. c. num.* 16. Menoch. *de arbitr. l. c. num.* 42. & alii apud Conciol. *loc. cit. num.* 24.

Socius in furto de se confessus non potest de socio interrogari. Menoch. *de arbitr. d. cas.* 474. nisi furtum esset valde occultum, & concurreret præsumptio, non fuisse furem sine socio, nec contraria consuetudo est approbanda, quia furtum non est de exceptis, uti crimen læsæ Majestatis, hæresis, maleficii, latrocinii, proditionis, quæ vide in praxi *Confessionis.* Et socius in non exceptis interrogatus de socio non tenetur respondere, & potest æquivocare, & ejus confessio taliter facta non præjudicat. Binsfeld. *de confess. malefic. memb.* 2. *num.* 267. & generaliter Reus de se confessus non potest interrogari de sociis. *L. fin.* ubi Gottefred. *C. de accus. cap. veniens.* 10. *de testib.* Rol. *cons.* 73. *num.* 6. *lib.* 1. Gomez. *to.* 3. *var. res. cap.* 12. *num.* 14. Clarus *in §. fin. quæst.* 21. *vers. dictum socii crim.* Mascard. *d. conclus.* 1318. *num.* 1. *lib.* 3. Cartar. *l. c. cap.* 2. *n.* 59. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 43. *num.* 3. *&* 45. Conciol. *l. c. res.* 1. *n.* 2. Lim. in criminibus exceptis Læsæ Majestatis, Divinæ, & humanæ, assassinii, falsæ monetæ, grassationis viarum, sacrilegii, maleficii, & aliorum criminum, quæ sine socio committi non solent. DD. cit. Lim. 2. quando adsunt indicia contra socium. Dummodo in istis casibus non interrogetur de socio in specie, sed tantum in genere, an aliquem habuerit socium. DD. cit. & Conciol. *l. c. num.* 5. Hæc procedunt de jure; nam de generali consuetudine Reus de se confessus potest in omnibus delictis interrogari de sociis, & ex illius nominatione devenitur ad torturam nominati. Cabal. *res. crim. cas.* 185. Mascard. *l. c. n.* 51. *lib.* 3. Cartar. *de execut. sent. capt. bann. cap.* 2. *n.* 59. *& in pract. interrog. Reo. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 86. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 4. 33

Socius criminis nominans socium motu proprio, & non ad interrogationem Judicis, nullum facit indicium etiam ad inquirendum. ita Brun. *de indic. & tort. qu.* 3. *par.* 1. Grammat. *dec.* 28. Menoch. *d. cas.* 474. Rol. *cons.* 57. Dec. *cons.* 189. sermo est de inquisitione speciali, quæ fit transmittendo alicui inquisitionem cum citatione, licet fuerit facta in tormentis, quia tortura, quamvis sanet defectum infamiæ, non tamen sanat defectum motus proprii, secus si est sermo de inquisitione speciali sine citatione, vel de generali tantum; tunc enim facit indicium ad taliter inquirendum. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 81. & hoc tam in criminibus exceptis, quam non exceptis. Cabal. *res. crim. cas.* 185. Clarus *in §. fin. quæst.* 21. 34

Socius criminis nominans socium ad interrogationem Judicis non facit indicium ad inquisitionem specialem cum citatione, & capturam etiam in criminibus exceptis. Rol. *cons.* 3. Clarus, & Scaccia *ll. cc.* Lim. si fuit facta in tortura ad Judicis interrogationem; dummodo nominatio facta in tortura fuerit ratificata ad bancum juris. Scaccia *l. c.* si vero sunt plures, qui nominant ad interrogationem in tortura, & ratificant, esto essent tantum duo, faciunt indicium ad torturam, quod non præstat tantum unus. 35

Socius vero nominans socium in crimine hæresis facit indicium ad specialem inquisitionem cum citatione, licet nominaverit motu proprio, & extra torturam. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 82. *num.* 8. *vers. sexto.* amplia, quæ procedunt respectu delicti principalis, non vero adminiculorum, ad quæ probanda requiruntur testes habiles. 36

Socius criminis, qui propter gratiam Principis habet impunitatem, ob revelationem potest torqueri, ut faciat indicium contra socios per eum nominatos; quia taliter tortura non infertur in pœnam, sed tantum ad eruendam veritatem. *L. edictum. ff. de quæstion.* ubi Bart. Cabal. *res. crim. cas.* 29. nam tortura, quæ datur ad eruendam veritatem, non inducit infamiam, sed tantum, quæ infertur in pœnam. Cabal. *l. c.* Clarus *in §. fin. quæst.* 21. Farin. *qq. crimin. lib.* 2. *quæst.* 41. Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 81. 37

Socius criminis, qui in tortura contra alium deposuit, non tenetur suum dictum ratificare postea, ut probet, vel indicium faciat contra alium, secus, ut probet contra se. Cabal. *l. c. cas.* 33. Clarus *l. c.* quia tunc tortura infertur ad purgandam infamiam. Farin. *lib.* 2. *quæst.* 43. sed contrarium tenet Scaccia *de Jud.* 38

lib.

lib. 1. *cap.* 81. Farin. *crimin. qq. lib.* 3. *quæst.* 43. Imo socius criminis, qui in tortura alium nominavit, & extra tormenta ratificavit, non facit indicium contra nominatum, nisi iterum subjiciatur torturæ propter nominationem hanc, & eam ratificet in tortura, non est tamen necesse, quod extra suam nominationem iterum de alio factam confirmet. Cabal. *l. c.* Clarus *in* §. *fin. quæst.* 45. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 49.

Socii furti, an teneantur in solidum, vide *Fures*.

39 Socius itineris, an sit idoneus testis super injuria facta socio, vide Conciol. *alleg.* 84. cum Farin. *de var. & divers. qq. quæst.* 106. si tamen illam ad animum revocavit Farin. *de testib. quæst.* 60. *n.* 402. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 36. imo revocatio ad animum non requiritur, quia sufficit, quod testis habeat causam inimicitiæ, licet sit sine mentis odio. Innoc. *in cap. cum I. & A.* 22. *in fi. de sent. & re jud.* Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 12. *sub. num.* 14. Honded. *cons.* 100. *num.* 27. *lib.* 1. Farin. *de testib. quæst.* 53. *n.* 21. *& cons.* 60. *n.* 13. Giurba. *cons. crim.* 37. *num.* 22. Conciol. *l. c. num.* 10.

40 Socius novus non debet participare de capitali aliorum sociorum. Socin. *cons.* 24. *n.* 33. *lib.* 1. Monac. *de Bonan.* 54. *n.* 43. Bich. *dec.* 177. *n.* 77.

SODOMIA.

Praxis Sodomiæ.

1 Sodomiæ crimen, ut committatur, quæ requirantur, vide Riccium *in praxi Bullæ Pii V. contra Sodomitas. res.* 62. Covar. *in Clem. si furiosus. de homicid.* an tantum committatur cum masculis, vel etiam cum fœminis, vide eundem *l. c.* tenentem, committi cum utroque sexu, cum Legistis & Canonistis contra Theologos. Clarus *in* §. *Sodomia.* Menoch. *de arb. cas.* 286. Covar. *in* 2. *par. de matrim. cap.* 7. §. 5. *nu.* 7. Diana *par.* 8. *trac. res.* 86. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 2. *vers. de jure.*

2 Sodomia, ad effectum incurrendi pœnas a Pio V. contra Sodomitas latas, non dicitur exerceri per unicum actum, sed per plures. Riccius *l. c. res.* 58. & in ordine ad easdem pœnas committitur etiam cum bestiis præpostera Venere. Diana *par.* 2. *trac.* 17. *res.* 65. apud quem non sufficiunt tres actus. Navar. *in man. cap.* 27. Suarez. *de censur. disp.* 31. Genuen. *in prax. cap.* 97. Quaranta *in sum. Bull. ver. Sodomia. lim.* 4. & alii contra Azeved. & alios.

3 Sodomiæ pœnas non incurrit, qui non seminat in vase præpostero. Coriolan. *de cas. reserv. par.* 2. *cas.* 9. Riccius *in prax. par.* 3. *res.* 62. Quaranta *l. c.* Suarez. *de censur. disp.* 31. *sect.* 4. Diana *par.* 2. *trac.* 17. *res.* 63. quia verba cum effectu intelligi debent, & de delicto consummato.

4 Sodomia cum sit difficilis probationis, ejus corpus delicti sufficit, quod constet per indicia, & præsumptiones. Farin. *de inquis. quæst.* 2. *num.* 24. & *cons.* 25. *num.* 68. *lib.* 1. Boss. *in tit. de stupro detestab. in masc. & in tit. de delict. nu.* 19. & alii apud Conciol. *res. crim. ver. Sodomia. res.* 1. præsertim si fuit commissa cum adolescente provectæ ætatis, cujus vestigia cognosci non possunt, uti testantur Medici, Guazinus. *def.* 4. *cap.* 6. *n.* 13. Capic. Latro *dec.* 163. *num.* 8. *par.* 2. nisi prætenderetur, quod hoc crimen fuisset commissum cum fractura, quia tunc qualitas fracturæ inspicienda esset per chirurgos.

5 Porro corpus delicti in hoc crimine non probatur per assertionem pueri dicentis, se fuisse ab aliquo stupratum, quamvis dicat, vim intervenisse. Hond. *cons.* 98. *num.* 15. *lib.* 1. Guaz. *d. def.* 4. *cap.* 6. *n.* 17. & hæc pueri assertio, nec facit indicium ad torturam sine adminiculis, sive sit minor, sive major, sive masculus, sive fœmina, sive intervenerit vis, sive non. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 43. *num.* 99. Gond. *cons.* 100. *n.* 16. *lib.* 1. Sperell. *dec.* 38. *n.* 7. *par.* 1. Caball. *res. crim. cas.* 84. Mascard. *de prob. conclus.* 1313.

6 Sodomia est crimen mixti fori. *cap. Clerici. de excess. prælat.* & *L. cum vir nubit. C. ad L. Jul. de adult.* De Jure Civili punitur pœna mortis, quamvis non constet de corpore delicti. DD. apud Barb. *de pot. Episc. alleg.* 44. Clarus *in* §. *Sodomia. nu.* 2. ubi Bajard. *n.* 7. Menoch. *de arbitr. cas.* 286. Farin. *de delict. carn. quæst.* 148. *num.* 4. Cabal. *res. crim. cas.* 16. *n.* 24. Riccius *in praxi par.* 1. *res.* 313. & de consuetudine Sodomitæ comburuntur, ultra pœnam infamiæ, & confiscationis bonorum. DD. cit. non possunt testari, licet adhuc non sint condemnati, si sunt publice tales. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 28. Conciol. *l. c. res.* 3. quæ pœna habet etiam locum in Sodomia cum fœmina, etiam cum animalibus brutis, dummodo effectus sit secutus, alias intrat tantum pœna extraordinaria. Clarus *in d.* §. *Sodomia.* quamvis fuerit deventum ad actum proximum. Menoch. *de arbitr. cas.* 286. *n.* 7. 18. *&* 19. Farin. *de delict. carn. d. quæst.* 148. *n.* 61. Caball. *l. c. cas.* 16. *num.* 11. Etiam minoribus 25. annis pœna mitigatur ratione ætatis. Bajard. ad Clar. *in d.* §. *Sodomia. n.* 13. Menoch. *l. c.* Ludovic. *dec. Lucen.* 17. *num.* 46. *par.* 1. Farin. *de pœn. temper. qu.* 92. *n.* 85. & *de delict. carn. d. quæst.* 148. *num.* 75. puta fustigationis, vel triremium. Barb. *d. alleg.* 44. *n.* 13. nisi essent infantes, aut infantiæ proximi. Oddo *de restit. in integr. par.* 2. *quæst.* 70. *sub. num.* 44. & Farin. *l. c.* Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 1. *num.* 60. & ita fuit excusatus ab omni pœna unus undecim annorum. Conciol. *l. c. res.* 3. *num.* 10. sicut nec passus per vim Sodomiam ulla pœna punitur. *L. fœdissimam.* 20. ubi DD. *C. ad L. Jul. de adult.* Farin. *d. quæst.* 148. *num.* 79. In foro Canonico Laici pro tali crimine excommunicantur. Clerici vero degradantur realiter, & traduntur Judici Laico. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 40. aut deponuntur, & in monasterium detruduntur. DD. cit. Mascard. *de prob. conclus.* 1313. Gail. *de pace publ. lib.* 1. *cap.* 14. Cabal. *res. crim. cas.* 161.

Sodomiæ crimen est atrocissimum, & de exceptis. 7
Farin. *l. c. n.* 57. *&* 89. *& de delict. carn. quæst.* 148. *nu.* 5. Cabal. *res. crim. cas.* 84. *num.* 17. Sanfelic. *dec.* 335. *nu.* 8. & contra illud potest procedi etiam per viam inquisitionis. Bulla B. Pii V. quæ incipit: *cum primum.* 5. §. 13. Bellet. *disquis. Clerical. par.* 2. *tit. de pœn.* Cleric. §. 11. *num.* 15. Et uxori ob Sodomiam a viro cum aliis commissam competit thori separatio, quia eodem modo per Sodomiam, ac per fornicationem fides matrimonialis violatur. Clarus *in* §. *Sodomia nu.* 7. ubi Bajard. *nu.* 11. Farin. *de delict. carn. quæst.* 143. *num.* 83. Sanchez. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 4. *num.* 3. Sperell. *dec.* 148. *num.* 38. *par.* 2. Conciol. *l. c. res.* 2. *n.* 5.

Sodomia probatur præsumptionibus, item depositione 8
sodomitati concurrente fama, fuga, & testibus, qui audiverunt quassationes, & tergiversationes. Mascard. *l. c.* Item, si sodomitatus fuit auditus clamans, & vociferans. Item ex dormitione viri cum puero, si non datur causa verisimilis talis dormitionis, ex qua dormitione oritur indicium ad torturam. Farin. *de delict. carn. quæst.* 136. *&* 143. Item, si pueri camiscia est sanguinolenta. Item ex osculo pueri, nisi esset minor decennio; quia tunc videtur osculari ex benevolentia.

Sodomia, si non fuit perfecta, non punitur pœna 9
ordinaria, uti si semen extra anum fuit sparsum. Clarus *in* §. *Sodomia. n.* 8. Farin. *l. c. num.* 64. Menoch. *l. c.* Cabal. *res. crim. cas.* 16. nisi membrum posuisset intus anum, nam licet extrahens illud seminaret extra, non evitaret pœnam ordinariam Sodomiæ.

Sodomiam committens cum puero, si somniabat, se 10
copulam habere cum propria uxore, an excusetur a pœna, vide Gomez. *var. res. to.* 3. *de delict. cap.* 3. *n.* 26. *circa fin.* Ludovic. *dec. Lucen.* 19. *n.* 18. Bajard. ad Clar. *in* §. *Sodomia. n.* 21. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 5. *num.* 70. affirmantes, excusari a pœna ordinaria, non vero ab extraordinaria.

Sodomita publicus etiam de jure communi est irre- 11
gularis, ob infamiam, quam ex criminis atrocitate incurrit. Diana. *par.* 2. *trac.* 17. *res.* 21. post Bullam Gregor. XIV. gaudet immunitate Ecclesiastica. Peregr. *de Immun. cap.* 6. Ambrosin. *de Immun. cap.* 1. Giurba. *cons.* 100. Bonac. *in Decal. disp.* 3. *quæst.* 7. *par.* 5. Diana *par.* 4. *trac.* 1. *res.* 45.

Sodomitantes & sodomitati multis in locis æqualiter 12
puniuntur, quamvis multis in locis patientes mitius puniantur. Diana *par.* 2. *trac.* 17. *res.* 63. Riccius *in praxi Bullæ Pii V. contra Sodomitas. res.* 57.

Sodomitare tentans impune occidi potest. Bajard. ad 13
Cla-

Clatum, *in* §. *Sodomia. n.* 15. Farin. *de delict. carn. quæst.* 148. *n.* 18.

14 Sodomiam committens propter vim & metum non incurrit pœnas Constitutionis Pii V. quia talis non dicitur exercere. Riccius. *l. c.* quæ Constitutio propterea neque procedit contra Clericos Sodomitas, qui bis aut ter Sodomiam commiserunt, quia verba. *exercentes Sodomiam*, requirunt actum continuatum, & frequentiam, & ideo per duos, vel tres actus non resultat continuatio & frequentia. Navar. *in man. cap.* 27. *n.* 249. Leo *in thes. for. Eccles. par.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. Riccius *in prax. for. Eccles. res.* 302. *lim.* 2. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 44. *num.* 25. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 49. Suarez. *de censur. disp.* 31. *sect.* 4. *num.* 20. Conciol. *l. c. res.* 4. *nu.* 1. sed quod semel duntaxat committens Sodomiam Clericus incurrat pœnas Pii V. tenent Farin. *de delict. carn. quæst.* 148. *n.* 30. Guaz. *def.* 1. *cap.* 11. *n.* 2. Cæval. *commun. contra commun. quæst.* 228. *n.* 4. & alii apud Barb. *de jure Eccles. cap.* 40. *num.* 49. prior sententia est communior, teste Conciol. *l. c. num.* 2.

15 Bulla Pii V. non comprehendit quemlibet Clericum Sodomiam committentem, sed solum notorium, & non occultum. Barb. *d. alleg.* 44. *num.* 26. apud quem Ugolin. Graff. Campanil. & alii apud Conciol. *l. c. num.* 3.

SOLEMNITATES.

Praxis Solemnitatum.

1 Solemnitates juris, & Paulinæ, imo etiam utilitas in alienatione bonorum Ecclesiæ non præsumuntur intervenisse, nec probantur partium assertione, præsertim beneplacitum Apostolicum. Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 13. ubi Rota *dec.* 711. *num.* 10. *par.* 4. *to.* 3. *recent.* & virtute litterarum prælatus potest se extrajudicialiter informare. Rota *dec.* 716. apud eundem. *l. c.* Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 4. §. 13. neque ex assertione Executoris. Crescent. *de fide instrum. dec.* 5. Put. *dec.* 140. *lib.* 2. *in novis.* Seraph. *dec.* 642. Ludovis. *dec.* 413. sed de his per acta judiciaria constare debet. Vide *Alienatio.* Lim. si longo tempore fuit observata, & observantia fuit vera, & continua, nisi adsit præsumptio in contrarium. Seraph. *dec.* 671. *n.* 1. vide *Præsumptio.* Put. *dec.* 345. *lib.* 1. *in novis.* Seraphin. *dec. cit.* Tempus autem longum in præsenti materia sunt triginta anni lapsi. Lim. post Constitutionem Urbani VIII. juxta quam sunt centum anni. Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 14. ubi Rota. *dec.* 159. & plures aliæ. Debent autem præscindendo a Constitutione Urbanina triginta anni esse completi ante litem motam, aliter beneplacitum non præsumitur, licet unica deesset dies, aut hora. Seraph. *dec.* 671. Ludovis. *dec.* 52. *&* 354. Pennia. *dec.* 696. Rota apud Turricell. *l. c.* Non obstat Mant. *dec.* 340. ubi dicit, solemnitatem extrinsecam præsumi ex lapsu decennii, quia non loquitur in terminis alienationis bonorum Ecclesiæ, sed quando agitur principaliter ad acquirendum, juxta Fel. *in cap. sicut de sent. & re jud.* quod quidem tempus statim incipit currere. Seraph. *dec.* 1027. neque obstat Rota *dec.* 27. quæ vult, tempus currere post mortem Rectoris, quia illa se fundat in gl. *in cap. post quingentos.* 16. *quæst.* 2. quæ loquitur de præscriptione.

2 Solemnitates in dubio, post lapsum triginta annorum præsumuntur intervenisse, ubi agitur de gravi præjudicio, nam si de levi ageretur, sufficeret cursus decem annorum, & dummodo concurrat observantia, sine qua non præsumitur beneplacitum Apostolicum, nisi post cursum centum annorum. Maresc. *lib.* 1. *var. res. cap.* 13. dummodo non constet de titulo infecto. Ciarlin. *controv. for. cap.* 8. *n.* 55. Cravetta *cons.* 184. (Lim. post Constitutionem Urbani VIII. ut dictum mox supra) nisi contrarium probetur. Tranchedin. *consult.* 21. *num.* 13. Riccius *in prax. par.* 3. *res.* 561. Farin. *dec.* 430. Ciarlin. *cap.* 39. & dummodo de titulo, cui adhæret solemnitas, constet. Item ex observantia contractus cum cursu triginta annorum. gl. *in cap. pervenit.* ubi imol. *de empt. & vend.* Ciarlin. *l. c.* Anchar. *cons.* 136. Put. *dec.* 365. Seraph. *dec.* 792. Farin. *dec.* 694. Gratian. *disc. for. cap.* 150. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 129. Marescot. *l. c.* Turricell. *l. c.* Quo tamen casu observantia debet esse clara, ne concurrant duæ præsumptiones; sive beneplacitum Apostolicum fuerit enunciatum, sive reservatum in contractu, tamen semper valet regula, quod cum observantia contractus, & cursu 30. annorum, illud præsumatur, sive adsit, qui se opponat, sive non, sive Pontifex habuerit scientiam alienationis, sive non, nisi ageretur de illius præjudicio. Riccius *in prax. res.* 32. & DD. supra cit. sive ex facie instrumenti de beneplacito Apostolico appareat, sive non. Lim. si jus resistit præsumptioni, & prohibet præscriptionem etiam 30. annorum, licet fuerit cæpta. Procedit autem conclusio etiam post Extravag. Pauli II. contra Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 67. *& lib.* 13. *cap.* 44. Lim. præterea, si versemur in alienatione rerum, in quibus non tantum jus resistit, sed etiam prohibet præscriptionem, ut in feudo Decimarum. Marescot. & Turricell. *ll. cc.*

Solemnitates etiam extrinsecæ cursu decem annorum præsumuntur intervenisse, præsertim si adfuit decretum Judicis, ut tenent communiter, quamvis sine decreto Judicis multi requirant triginta annos. Cyriac. *controv.* 111. Conciol. *alleg.* 67. *n.* 4. Andreol. *controv.* 134. *num.* 89. *& controv.* 145. *num.* 37. Rota apud Ludovis. *dec.* 354. ubi Beltram. *num.* 18. 3

Solemnitates in alienatione bonorum Ecclesiæ præsumuntur observatæ, quamvis non adsit scientia, & patientia Papæ, ut voluit Fel. *in cap. sicut. de sent. & re jud.* & secuta fuit Rota; quia scientia Papæ, & patientia requiritur duntaxat in præsumptione decem annorum, non vero triginta annorum. Seraph. *dec.* 792. Imo etiam in spatio minori requiri scientiam, & patientiam Papæ, tenuit Rota coram Blancheto apud Turricell. *l. c. cap.* 14. dummodo titulus productus non sit vitiosus, & insufficiens. Seraph. *dec.* 671. Merlin. *dec.* 887. *num.* 27. & Duran. *dec.* 205. nam producens titulum vitiosum præsumitur meliorem non habuisse, nisi talis titulus ad alium effectum fuisset productus; nam productio tituli ad unum finem non tollit præsumptionem alterius tituli melioris, allegati ad alium finem. Rota *dec.* 191. apud Turricell. *l. c.* Lim. post Constitutionem Urbani VIII. post quam non præsumitur amplius beneplacitum Apostolicum non obstante quocunque tempore, nisi fuerit centum annorum. Rota apud Turricell. *l. c.* in coram Bich. *dec.* 336. 4

Solemnitates in alienatione bonorum Ecclesiæ non sunt necessariæ, cum bona sunt alienari solita. Rota *dec.* 360. Cæs. de Graff. *dec.* 4. *de reb. Eccles. non alien.* Molied. *de locat. dec.* 8. Seraph. *dec.* 1490. Merlin. *dec.* 756. tam quoad illas, quæ requirebantur de jure communi, quam in extrav. *ambitiosæ.* Rota *dec.* 282. *&* 155. apud Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 15. quia consuetudo alienandi convertitur in naturam, & non dicitur amplius alienatio, ex quo semel exivit de mensa, sed potius executio antiquæ alienationis; cum enim res semel fuit alienata cum debitis solemnitatibus, videtur actum, ut de cætero possit alienari. Cæs. de Graff. *dec.* 3. *n.* 13. *& dec.* 4. *n.* 18. *de reb. Eccles. non alien.* Lim. quoad causam; quæ semper requiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ. Merlin. *d. dec.* 887. *n.* 26. *&* 756. Lim. 2. quando solitum fuit alteratum. Rota *dec.* 241. *&* 261. apud Turricell. *l. c.* Duran. *dec.* 250. quia tunc inducitur nova, & diversa concessio, quæ novam requirit solemnitatem. Rota *dec.* 180. apud Turricell. Merlin. *dec.* 764. & apud Seraph. *dec.* 1490. Lim. 3. si res alienari solita mensæ denuo fuit incorporata. Merlin. *dec.* 746. Cresc. *dec.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* dicitur autem incorporata, si Prælatus eam tenuit per annum, & fructus percepit, vel fuit descripta in libro mensæ, aut hoc fuit declaratum per Prælatum. Solitum vero non probatur, nisi per duas locationes minus solemnes cum cursu quadraginta annorum, vel per unam solemnem. Rota *dec.* 160. & 241. apud Turricell. *l. c.* Seraph. *dec.* 1990. Lim. 4. si Ecclesia fuit enormiter læsa. Lim. 5. si alienatio fit in consanguineos, quia licet sit solita alienari, requiruntur solemnitates. 5

Solemnitates statutariæ non requiruntur in causa dotis, donatione per mulierem facta propter privilegium dotis. Vide *Dos.* Neque in contract. novit. Vide *Novitii.* 6

Solemnitates in unione Beneficiorum non præsumuntur, 7

tut, nisi probentur. Oldrad. *cons.* 261. Verall. *dec.* 350. Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6. Ciarlin. *controv. for. cap.* 213.

8 Solemnitates, quæ requiruntur in contractu, requiruntur etiam in ejus ratificatione. Sperell. *dec.* 155.

9 Solemnitates a stylo inductæ subrogantur in locum solemnitatum juris communis. Bich. *dec.* 477. *num.* 8. quia solemnitates juris communis possunt a consuetudine tolli, & abrogari, sicut etiam statutariæ. Escobar *de ratiocin. cap.* 16. *num.* 23. Gratian. *disc. for. cap.* 375. *num.* 21. Bich. *dec.* 477. *num.* 8. 9. *&* 10. Post, *de subhast. inspect.* 9. *num.* 4. *&* *inspect.* 24. *nu.* 36.

10 Solemnitatibus a statuto præscriptis maxime pro forma non potest a contrahentibus renunciari, aliter renuntiatio non valet, licet sit jurata. Surd. *cons.* 361. præsertim, si ordinentur ad bonum publicum. Castr. *cons.* 302. Sperell. *dec.* 47. Gratian. *disc. for. cap.* 735. Bursat. *cons.* 339. maxime, si renuntians non fuit certioratus, & præsertim in mulieribus. Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 5. *gl.* 8. Boscolus apud Altograd. jun. *controv.* 96. *art.* 12.

11 Solemnitates in impositione census facta ab Ecclesia sunt adhibendæ, quia census est species alienationis. Cenc. *de censib. quæst.* 88. *sub. num.* 15. *vers. prout etiam census.* apud Bich. *dec.* 502. *num.* 4. & post ttac. Cencii. Rota *dec.* 27. *nu.* 2. *&* 28. *nu.* 1. *&* 36. *num.* 1. & non sufficit causa sine solemnitate, nec solemnitas sine causa. *cap. sine except.* 12. *quæst.* Abb. *in cap. tua. nuper. num.* 8. *de his, quæ fiunt a prel.* Dec. *cons.* 142. *num.* 4. Seraph. *dec.* 1490. *nu.* 1. Rota *in Cracoviensi Decimarum.* 21. *Maii.* 1640. §. *ex defectu. coram Cerro.* apud Bich. *l. c. nu.* 5. Quod ampliatur, licet census imponeretur pro utilitate Ecclesiæ.

12 Solemnitates non sunt necessariæ, ubi Principis intervenerit authoritas. *L.* 2. ubi DD. *C. quando decr. opus non est. L.* 1. *C. si in caus. judic. L.* 3. *C. de prær. Decur. lib.* 10. Cæs. Manen. *dec.* 64. *num.* 7. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 260. *num.* 20. ubi aliæ Rotæ decisiones. Bich. *dec.* 223. *num.* 13. neque sunt necessariæ in obligatione minoris favore mulieris, quia tunc privilegia concurrantur. §. *sed & hoc præsenti. auth. de sanctiss. Episcop.* Lambert. *de contrac. in fin. nu.* 124. Rota *dec.* 557. *&* 558. *par.* 1. *divers.* & in concursu prævalet causa mulieris, quæ pecunias dotales dedit minori, & alias esset in damno. Rota *dec.* 19. *num.* 2. impressa apud Cenc. *de censib.* Bich. *dec.* 229. *num.* 4. *&* 5.

13 Solemnitates statuti non requiruntur in contractu celebrato inter mulieres super re dotali æqualiter privilegiatas, & æqualiter se habentes ad damnum, & lucrum. Bich. *dec.* 240. *num.* 26. Rota *dec.* 557. *num.* 1. *&* *dec.* 558. *num.* 1. *par.* 1. *divers.* Adden. ad Buratt. *dec.* 480. *num.* 25. *&* 26. neque in obligatione minoris ex causa dotis, quæ est necessaria. Amat. *dec. March.* 34. *num.* 11. 14. *&* 15. Rota *dec.* 12. *n.* 10. apud Pir. *dec.* 83. *num.* 6. penes Martinum Andreanum. & *dec.* 511. *num.* 2. *par.* 2. *recent. & in Romana Census.* 13. *Jun.* 1646. §. *tollitur. vers. ideoque coram Peutinger.* Bich. *dec.* 588. *num.* 17.

SOLITUM.

Praxis Soliti.

1 Solitum non inducitur ex unico actu, sed ex duobus, vel tribus. Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. *num.* 6. Bald. *in L.* 3. *C. de Episcop. aud.* ubi Salyc. quando excuset ab usura, vide *Consuetudo.* Excludit suspicionem fraudis & usuræ. Cravetta *cons.* 145. Ciarlin. *controv. for. cap.* 40. *num.* 58. Hinc.

2 Solitus non dicitur fœnerari, qui semel commisit usuram, sed est necesse, ut bis, vel ter illam commiserit. Mascard. *de prob. conclus.* 445. Bertazol. *claus.* 21. *gl.* 12. Mant. *de tacit. par.* 1. *lib.* 8. *tit.* 24. Carac. *de locat. par.* 3. *quæst.* 9. *& par.* 5. *de usur. quæst.* 3. Ciarlin. *l. c. num.* 55. citans Farin. *quæst.* 162.

3 Solita locari, quæ dicantur, vide Rotam apud Merlin *dec.* 118. & Bich. *dec.* 483. *num.* 52. certe ad inducendum solitum requiritur, quod locationes fuerint sortitæ effectum. Præpos. *in cap.* 1. *a num.* 23. qui feudum dare possit. Rota *dec.* 186. *num.* 42. *par.* 5. *recent.* & Bich. *dec.* 465. *num.* 13.

4 Solitum Ecclesiæ attendi debet, cui inservit Capellanus in taxatione salarii, non aliarum Ecclesiarum. Bich. *dec.* 86. *num.* 17. Rota *dec.* 414. *num.* 9. *par.* 1. *recent.*

SOLICITATIO.

Praxis Solicitationis.

Solicitans in confessione mulieres ad turpia, est suspectus de hæresi, & ut puniatur, creditur mulieri dicenti, se fuisse solicitatam, & qua pœna puniatur, vide Riccium *in praxi pœnarum. res.* 323. quamvis solicitaverit per mediam, & tertiam personam. Riccius *in praxi Bullæ Clem. VIII. contra solicitantes. res.* 65. quia per alium faciens, per seipsum fecisse videtur, & mandantes eadem pœna puniuntur cum mandatario. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 36. neque refert, quod in pœnalibus non fiat extensio, quia id procedit, ubi non est eadem ratio, quamvis multi propterea velint contrarium. Contra solicitantes vero pueros non militat Bulla, quia extensio tunc non potest fieri. Riccius. *l. c. res.* 66. sicut neque contra mulierem, quæ solicitat Confessarium. Idem *res.* 67. sufficit autem ad hunc effectum mulierem semel tantum fuisse filiam spiritualem solicitantis. Riccius *loc. cit. res.* 69. Dicitur autem solicitare ad turpia, qui nititur persuasionibus. Idem. *res.* 70. neque requiritur fuisse datam absolutionem, sed sufficit solicitasse occasione confessionis, aut illius prætextu. Diana *par.* 4. *trac.* 5. *res.* 4. Balb. *de pot. Episc. alleg.* 40. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 6. Ejusmodi tamen non sunt denunciandi, si sunt emendati per confessionem, sicut nec hæretici emendati. Diana *par.* 1. *trac.* 4. *res.* 26. Contrarium tamen tenet Bonac. *de denuntiationis oblig. dis.* 6. *p.* 2. Ex unius fœminæ etiam gravis denuntiatione non est in carcerem detrudendus. Diana *par.* 2. *vel.* 1. *trac.* 4. *res.* 28. secus, si duæ, vel plures denuntient. Diana *par.* 4. *trac.* 5. *res.* 44. ubi alii. Porro de tali crimine est quis denuntiandus, licet non fuerit de illo diffamatus. Sanctarell. *de hæresi. cap.* 44. Rol. *cons.* 8. *lib.* 3. quia talis aliquo modo jam diffamatus dicitur, cum sit infamis apud solicitatam cum periculo publicitatis, & sic verificantur verba Bullæ: *quomodolibet solicitantes*, quamvis solicitatio fuerit facta per schedam datam mulieri in confessionali. Diana *par.* 4. *tract.* 5. *res.* 1. neque obstat parvitas materiæ. Idem. *res.* 5. 1

Solicitans mulierem extra confessionale, & confessionem, licet occasionem habuerit in confessione, est denuntiandus. Peregrin. *de privil. minimor. to.* 2. *constit.* 4. sed contrarium tenet Sousa, & dubitat Diana *l. c. res.* 7. nisi paulo post confessionem illius prætextu solicitasset. Diana *l. c. res.* 52. 2

Solicitans fœminam prætextu confessionis, quamvis careat jurisdictione, & approbatione, est denuntiandus in terminis Constitutionis Gregorii XV. Diana. *l. c. res.* 8. quia habet jurisdictionem saltem ad venialia; imo licet ambo simulent confessionem. Idem dic de solicitante ad lenocinium. Item si laudat pœnitentem a pulchritudine. Diana *l. c. res.* 18. quamvis statim pœniteat, aut sit emendatus, aut speretur correctio. Item sic accedentem ad confessionem ante illam solicitat. Diana. *l. c. res.* 39. Item si concubinam in confessione de Zelotypia arguit. Item dans pœnitentiam fœminæ ut nuda a se verberetur non obstante parvitate materiæ. Item si solicitat puerum ob rationis identitatem. Lim. si confessarius solicitatus ad copulam osculo fuit contentus. Idem *res.* 13. Lim præterea in aliis Sacramentis, quam pœnitentiæ. Item si ad domum pœnitentis prætextu confessionis invitatus ibi solicitat. Idem. *res.* 37. 3

Solicitans est denuntiandus, si hoc scitur a fide dignis. Navar. *cons.* 3. *de hæret.* Genuen. *in prax. cap.* 2. Navarra. *de restit. lib.* 2. *cap.* 4. Item si scitur a levibus personis. Diana. *par.* 4. *trac.* 5. *res.* 28. Item si sciatur sub sigillo secreti naturalis etiam curato, quod non obligat contra bonum publicum ut dictum fuit in praxi *sigili*. Diana. *part.* 9. *tract.* 8. *res.* 46. 4

Solicitans pœnitentem stantem, vel sedentem ante confessionale, licet ipse sedeat in confessionali, non est denuntiandus secundum aliquos, quos sequitur Diana *par.* 4. *trac.* 5. *res.* 38. contra alios. 5

Soli-

6 Solicitans propter metum non excusatur a pœnis contra solicitantes extraordinariis, sed ab ordinariis tantum. Diana *par.* 10. *trac.* 14. *ref.* 40. & probatur *ex cap. sacris. de iis, quæ metu.* quia metus non aufert, sed tantum minuit culpam. vide *Metus.*

7 Solicitatio non probatur per testimonium duarum fœminarum. Sanctarellus. *de heresi. cap.* 44. & alii apud Dianam. *par.* 1. *tract.* 4. *ref.* 82. & quot requirantur, relinquitur arbitrio Judicis. Bonac. *de oblig. denuntian. disp.* 6. *p.* 3. Potest probari plene per testes singulares, uti per plures fœminas seorsim affirmantes, se fuisse solicitatas, quia alias hoc crimen remaneret impunitum. ita Mascard. *de prob. conclus.* 463. Farin. *de testib. quæst.* 59. Bonac. *l. c.*

8 Solicitans in confessione mulierem ad turpia incurrit suspensionem ab exercitio Ordinum, privatur Beneficio, & dignitatibus, ac officiis quibuscunque, & redditur inhabilis ad illa; si est regularis privatur voce activa. & passiva. Alias pœnas, vide apud Antonell. *de reg. Eccles. lib.* 6. *cap.* 6.

9 Solicitata tenitur sub mortali denuntiare Confessarium solicitantem, ut patet ex Constitutione Gregor. XV. Sanctarell. *he heresi. quæst.* 46. Diana *par.* 4. *trac.* 5. *ref.* 3. Lim. si ex denuntiatione timet sibi grave damnum. Diana. *l. c. ref.* 19. sed contrarium, quod non obstante tali timore teneatur denuntiare, defendit Bonac. *in trac. var. disp.* 6. licet consenserit solicitationi, quia adhuc tenetur denuntiare. Diana *l. c. ref.* 31.

SOLUTIO.

Praxis solutionis.

§. I.

Quid sit solutio, & qui solvere teneantur, & quibus.

1 Solutio est idonea, & sufficiens debiti præstatio, tempore, & loco convenientibus legitime facta. Solvere regulariter tenentur omnes debitores, quia justitia vult unicuique reddi suum. Nisi illis competat privilegium competentiæ, uti ne conveniantur ultra, quam facere possunt, sed quatenus facultates patiuntur relictis alimentis. *L. inter.* 19. *ff. de re jud. L. in condemnatione.* 173. *ff. de R. J.* §. *Item de donat. Instit. de act.*

2 Competit autem hoc privilegium pluribus. Primo parentibus, liberis, & fratribus. *L. sunt, qui.* 16. *& L. cum ex causa.* 30. *ff. de re jud. L. quia.* 16. *L. etiam.* 18. *ff. sol. matrim.* De Fratribus probatur *ex L. verum.* 63. *ff. pro socio. L. Patronus.* 17. *ff. de re jud.* quia ob maximam sanguinis conjunctionem alimenta sibi invicem debent, & non tantum liberi parentibus, & è contra, sed etiam fratres fatribus. *L. qui filium.* 4. *ff. ubi pupillus. L. tutor.* 13. §. *ult. ff. de administrat. Tutor.* Et in parentibus accedit etiam ratio reverentiæ a filiis debitæ, cui repugnat redigi parentes ad extremam paupertatem, vel carcerem, & ad hunc effectum parentum nomine veniunt omnes ascendentes in infinitum. *L.* 4. §. *parentem. ff. de in jus vocan. L.* 1. §. *generaliter. ff de legat. præstat.* & liberorum nomine veniunt omnes descendentes. *L. sed si hæc.* 10. §. *liberos.* 9. *ff. de in jus vocan.*

3 Secundo competit hoc privilegium sociis ob imaginem fraternitatis, quam præseferunt, quia sicut fratres in communione bonorum sunt, & ideo consortes dicuntur, ita & socii consortes dicuntur, & quidem quod competat socio omnium bonorum. DD. apud Gonzal. *lib.* 3. *tit.* 23. *in cap. Odardus. de solut. n.* 10.

4 Tertio competit marito, qui in restitutione dotis tantum condemnatur in id, quod facere potest. *L. Patronus.* 17. *L. non tantum.* 20. *cum seq. ff. de re jud. L. maritum.* 12. *ff. sol. matrim.* quod privilegium competit etiam socero utriusque conjugis, & quidem patri uxoris competit hoc privilegium indistincte contra Generum, si dote promissa conveniatur constante matrimonio ob manentem adhuc affinitatis, & reverentiæ rationem. *L. ex diverso.* 17. *sol. matrim.* non vero, si soluto matrimonio conveniatur, quia tunc non militat affinitatis ratio, & affectionis. Imo nec constante matrimonio hoc privilegium tribuitur, sed ex causa justa, uti si casu fortuito post promissam dotem fuit factus non solvendo, secus si sciens se non esse solvendo, generum decepit, vel illi fuit insidiatus suadendo filiæ, ut ab eo divertat, quia tunc socero non succurritur. *L. penult. ff. de Jure dot.* Barb. *in L. maritum.* 12. *n.* 67. *ff. sol. matrim.* Gonzal. *l. c. n.* 11.

Quarto competit Patrono, & Patronæ, ac eorum liberis, & parentibus, si conveniantur a libertis, & hoc ob inæstimabile libertatis beneficium. *L. Patronus.* 17. *L. inter.* 19. *L. & exheredatum.* 49. *ff. de re jud. L. exceptiones.* 7. *ff. de except. L. maritus.* 54. *ff. sol matr.* & DD. apud Gonzal. *l. c. num.* 12. 5

Quinto competit Donatori contra donatarium, ne ex sua liberalitate inops omnino reddatur. *L. inter.* 19. §. 1. *L. cum ex causa.* 30. *& L. exhæredatum.* 49. *ff. de jud. L. qui ex donatione* 12. *L. qui id, quod* 35. §. *ult. ff. de donat. L. maritus.* 54. *ff. sol matrim. L. penult. ff. de novat. L. divus.* 28. *ff. de R. J.* ubi Petrus, & Jacob. Gothofred. Barb. *in d. L. maritum.* 12. *n.* 100. Giurba *dec.* 5. Salgad. *in labyrinth. par.* 1. *cap.* 24. *n.* 108. Jos. de Retes. *de donat. cap.* 20. *n.* 1. Guttierez. *de juram. par.* 3. *cap.* 15. *sub n.* 19. & Gonzal. *l. c. n.* 12. qui id probat etiam ex *L. si extraneus.* 33. *ff. de Jure dot.* videri potest etiam Olea *de cessione jur. tit.* 5. *quæst.* 12. 6

Sexto competit illis, qui ob inopiam commiseratione digni sunt, uti emancipatus, exhæredatus, aut qui paterna hæreditate abstinuit, aut ex minima parte hæres fuit, nisi talis persona conveniretur ex delicto, aut ex dolo, quia tunc privilegio frui non posset. *L.* 4. §. *quamquam. ff. quod cum eo.* Gonzal. *l. c. n.* 13. ubi alii casus. 7

Septimo competit illis, qui bonis cesserunt, si post cessionem conveniantur a prioribus Creditoribus. *L.* 4. *&* 6. *ff. de cess. bon. L. Item.* 17. *ff. de recept.* §. *ult. Instit. de act.* Et ille, cujus omnia bona a Creditoribus sine dolo malo ipsius vendita sunt. *L. ult. C. de revocan. his, quæ in fraud. L. ult.* §. *ult. ff. quæ in fraud. credit. L si quis.* 51. *ff. de re jud.* & Cujacius, & Osvvald. apud Gonzal. *l. c. n.* 13. *in fin.* 8

Octavo competit hoc privilegium illis, qui sunt benemeriti de Republica, uti sunt milites armatæ militiæ. *L. miles.* 6. *L. item miles.* 18. *ff. de re jud. L. si castrense.* 7. *ff. de castren. pecul.* & quamvis Duarenus. *in d. L. miles.* 6. & Donell. *lib.* 27. *comment. cap.* 9. apud Gonzal. *l. c. n.* 14. negent hoc privilegium militibus togatæ militiæ, quales sunt Advacati, & bonarum artium professores, tamen Gonzalez sentit esse probabilius, quod illis competat juxta *L. Advocati.* 14. *C. de Advocat. diverf. Jud. L. medico.* 6. *C. de professor. lib.* 10. *tit.* 31. *partit.* 2. & idem tenent Covar. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 1. *num.* 4. Guttierez. *de juram. par.* 1. *cap.* 16. & alii apud Gonzal. *l. c.* 9

Tandem hoc privilegium competit militibus cœlestis militiæ, quales sunt Clerici. *cap. dilecto. cap. cum secundum. de præb. cap.* 1. *de Clerico ægrotante. cap. Salvator. circa medium.* 1. *quæst.* 3. *cap. militare.* 23. *quæst.* 1. ne teneantur mendicare in opprobrium status Clericalis. *cap. Diaconi.* 93. *dist.* Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 2. *de reform.* Covar. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 4. *num.* 4. de quibus plura videri possunt in verb. *Debitor.* quamvis plures sint casus, in quibus Clericis non competit hoc privilegium. Primo, si tempore contractus negarunt, se esse Clericos, ut alios alicerent ad contrahendum. Gutierrez. *de juram. par.* 1. *cap.* 17. *num:* 20. Gonzalez. *l. c. n.* 16. Secundo, si bona propria occultant, ut ex illis non possit satisfieri Creditoribus; quia tunc possunt excommunicari, & in carceribus detineri, donec solvant. *L. verum.* 63. §. *& hoc quoque.* 7. *L.* 68. §. 1. *ff. pro socio. L. etiam.* 18. §. 1. *ff. sol. matrim.* Gutierrez. *l. c. par.* 1. *cap.* 16. *n.* 14. Tertio, si debitum provenit ex maleficio, vel quasi. *cap.* 1. *de deposito. L. qui cum se.* 10. *L. sed hoc.* 22. §. *ult. L. si rerum.* 52. *ff. de re jud.* quia ex delicto redditur quis indignus privilegio, seu Beneficio. *cap. cum qui.* 18. *de præben. in* 6. & an possint renuntiare Clerici huic privilegio, dictum fuit in verb. *Debitor.* Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 23. §. 4. Fagnan. *in cap. Odoardus. de solut. n.* 55. Barb. *in cap.* 3. *de solut. n.* 11. Bellet. *de Cleric. debit.* §. 2. *n.* 1. Put. *dec.* 321. *lib.* 2. Farin. *de carcer. & carcer. to.* 1. *par.* 1. *quæst.* 27. *n.* 72. Abb. *in cap. veniens.* 8. *n.* 4. *de transact.* P. Reiffenstuel. *lib.* 3. *tit.* 23. *n.* 8. 9. *&* 10. Quarto, si Creditor magis egeat, quam ipse Clericus Gonzal. *l. c.* Bellet. *l. c. n.* 11. Barb. ut supra *n.* 7. quia in pari causa illi magis est consulendum, qui agit de damno vitando. *L. fin.* §. *si autem. C. de jure deliber.* 10

11 Præterea solvere non tenentur, qui rerum suarum non habent administrationem; puta pupilli, aut Minores habentes Tutorem, amentes, prodigi habentes Curatorem sine auctoritate Curatorum. §. *quod si.* 14. §. *fin. ff. de solut.*

§. II.

An successor in Episcopatu teneatur solvere debita Antecessoris? Idem de successore in Beneficio.

12 Dicendum, quod teneatur solvere duntaxat illa debita, quæ ex causa mutui, vel contractus pro necessitate Ecclesiæ, aut utilitate Ecclesiæ. Item propter necessariam vitæ sustentationem, aut ob infirmitatem Antecessoris fuerunt contracta, secus si alio titulo fuerunt facta. *cap.* 1. *de solut.* ubi Abb. *n.* 2. Barb. *n.* 3. Paris. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 16. *n.* 6. *& num.* 15. Fagnan. *in d. cap.* 1. *n.* 10. nam sicut successor tenetur ad solutionem æris alieni contracti ob necessitatem Ecclesiæ. *cap.* 1. *de solut.* sic etiam pro necessitate Prælati, aut Beneficiati, quia Prælatus & Ecclesia in Prælato unus alteri æquipollent. *cap. sive* 7. *quæst.* 1. & quia tenetur Ecclesia Clericum alimentare, aut Prælatum, quamvis habeat bona patrimonialia; si tamen Ecclesia erat potens ad alimentandum. Etiam pro salariis præstitis, pro servitio, & opera præstita Prælato. Item debita contracta pro reparatione Ecclesiæ. Item expensas funereas, ita ut, si de facto hæredes illas fecissent, haberent conditionem indebiti, si protestati fuerunt, se facere illas animo repetendi, quæ tamen procedunt in expensis concernentibus solatium animæ defuncti non vero, quæ concernunt pompam vivorum. Lim. si Episcopus elegit sibi sepulturam extra Ecclesiam suæ Diœcesis. *cap.* 1. *de sepult.* Lim. in locis, in quibus Camera Apostolica spoliat, quia tunc illa teneretur solvere debita Antecessoris, quo tamen etiam casu successor teneretur sovere pensiones ab Antecessore non solutas, ob actionem realem, quam habet pensionarius, quamvis ipse successor habeat regressum contra Antecessorem, & ejus hæredes. ita Barb. *de pot. Episc. alleg.* 120. Prædicta probantur etiam *ex cap. quia Joannes.* 12. *quæst.* 5. *cap. convenior.* 23. *quæst.* 8. *cap. significante.* 34. *& cap. sinificavit.* 36. *de rescript. cap. causam.* 9. *de Jud.* Barb. *in cap.* 1. *de solut.* Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 18. Fragos. *de regim. Reip. Christianæ. par.* 1. *lib.* 1. *disp.* 2. §. 1. Grotius *de Jure belli. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 11. Fermosin. *in cap. quia vers. de judiciis. quæst.* 12. 16. *&* 18. Marta *de Jurisdict. par.* 4. *cas.* 52. & alii plures apud Gonzal. *lib.* 3. *tit.* 23. *in cap. ad hoc.* 1. *de solut* Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 23. §. 3. *n.* 17. Reiffenstuel. *lib.* 3. *tit.* 23. §. 1. *n.* 16. Gig. *de pens. quæst.* 39. 40. *&* 41. Gasz. *de expen. cap.* 11. *n.* 54. Maurus. *de solut. cap.* 81. Noguerolt. *alleg.* 2. *n.* 113. Noal. *cit. infra.*

13 Ita successor in feudo, & majoratu tenetur solvere debita realia ab Antecessore contracta. Noal. *de transmiss. cas.* 28. Item debita contracta pro nutrimentis Servorum, aut pro lite in defensione Ecclesiæ. Item in Decimis, & aliis oneribus realibus. Capon. *disc. for.* 109. & Bellet. *disquis. Clerical. par.* 1. §. 3. *de Clerico debitore.*

14 Præterea tenetur solvere pensiones decursas tempore Antecessoris, si tamen pensionarius fecit debitas diligentias contra Antecessorem, & non aliter. DD. apud Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 5. §. 1. *a n.* 191. sufficit etiam facere diligentiam contra hæredes Antecessoris. Conciol. *de hereae. art.* 1. *n.* 53. Rota apud Merlin. *dec.* 580. nisi successor etiam non factis a pensionario diligentiis solvisset; nam tunc non posset amplius repetere. Riccius *in praxi par.* 1. *res.* 383. *& par.* 2. *res.* 117. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 18. *n.* 54. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 73. Gig. *de pens. quæst.* 43. Capon. *disc. for.*

15 Ita successor in principatu tenetur solvere debita facta ab Antecessore ex causa concernente utilitatem, vel necessitatem Principatus. *L. Civitas. ff. si cert. pet.* dummodo Creditores, tam in hoc casu, quam in casu debitorum contractorum a Beneficiato Antecessore probent, pecuniam fuisse versam in utilitatem Principatus, & respective Ecclesiæ, nisi aliunde id constet; si vero fuerunt facta in causam propriam debitoris, non tenetur successor illa solvere, nisi sit simul illius hæres, quamvis succederet jure sanguinis. *L.* 3. *ff. de interd.* & tenetur etiam stare pactis, & contractibus Antecessori concernentibus utilitatem publicam status. Noal. *de transmiss. cas* 28.

Bene verum est, quod Fagnan. *in cap.* 1. *de solut. n.* 7. Bellet. *l. c.* §. 3. *n.* 42. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 17. *n.* 3. & alii defendant, sufficere, quod Creditor probet tempore contracti mutui, v. g. sufficere, quod adfuerit utilitas, aut necessitas, etsi non probet, pecunias fuisse versas in utilitatem Ecclesiæ; quia hoc foret nimis difficile Creditoribus, si deberent mittere testes, aut aliter se certificare de in rem verso, videri potest etiam P. Anacletus Reiffenstuel. *l. c. n.* 19. 16

Solutio debet fieri illi Creditori, quamvis esset invitus, qui habet administrationem rerum suarum, si fit debito loco, & tempore, & si non habet administrationem, debet fieri, aut ejus Tutori, vel Curatori, & si habens administrationem, aut Curator nolit solutionem recipere, poterit, & debebit fieri depositum, ut debitor se liberet ab interusuriis. Sylvest. *in verb. Solutio. quæst.* 4. ut dictum fuit in praxi *Depositi*, Potest etiam fieri Procuratori Creditoris, dummodo speciale ad id, vel generale mandatum habeat. *L. vero.* 12. *ff. de solut.* 17

§. III.

Quid solvendum, aut aliud pro alio solvi possit.

Unum pro alio invito Creditore solvi non potest. *L.* 2. *ff. si cert. pot.* Covar. *de veter. numism. collat. cap.* 3. *&* 69. Et ideo, quando debitum fuit contractum in pecunia, non potest fieri solutio fundi traditione invito creditore. *L.* 2. *ff. de constit. pecun.* Tusc. *litt. S. conclus.* 354. Maurus. *de solut. cap.* 7. Merlin. *dec.* 704 *n.* 7. Bich. *dec.* 484. Tranchedin. *consult.* 20. quia emere nemo cogitur. *L. emere. C. de jure deliberan.* Quamvis contrarium tenuerint Thes. *dec.* 153. & Mangil. *de subhastat. cap.* 59. quos sequitur Ecclesia. *obs.* 144. Lim. si debitor nec in pecunia, nec in mobilibus est solvendo; quia tunc Creditor tenetur acceptare stabilia in solutum: ad æstimationem. Thes. *l. c.* juxta *auth. hoc nisi. C. de solut.* Capon. *disc. for.* 332. non obstante renuntiatione etiam jurata. Cenc. *de censib. par.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 6. 18

Præterea debitum debet a debitore totum, & simul solvi, nec tenetur Creditor solutiones per partes accipere. *L. Tutor.* 41. §. 1. *ff. de usur. L.* 9. *C. de solut. L. plane.* 3. *ff. famil. herciscundæ.* propter incommoda, quæ similes partiales solutiones secum afferre solet; nisi aliter conventum fuisset inter Creditorem & debitorem. juxta *L. arbitraria.* 2. §. 4. *ff. de eo, quod certo loco.* Vel nisi debitum tantum per partes fuisset contractum, quia obligatio, eo modo tolli potest, quo contracta est. *L. nihil.* 35. *ff. de R. J.* Caball. *de usur. lib.* 1. *cap.* 3. *art.* 4. *num.* 2. vel si diversa debita ex diversis causis fuerunt contracta: uti ex mutuo, ex vendito, ex commodato &c. Quo tamen casu debitor tempore solutionis potest declarare, in quam causam solvat. Rota apud Ludovis. *dec.* 366. & ibi Eeltramin. *num.* 8. & coram Caval. *dec.* 520. *par.* 3. *num.* 5. *recent.* Menoch. *cons.* 121. *num.* 43. Bich. *dec.* 306. *n.* 32. Et si debitor se non declaravit, solutio cedit in causam antiquiorem. *L. in his. & L. cum ex pluribus. ff. de solut.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 136. *n.* 10. Surd. *dec.* 186. *num.* 5. Bich. *l. c. num.* 30. Et in quam causam cedat, debet attendi contrapositio partitarum, cum pro majori parte probatur vera, præsumitur vera in reliquis. 19

Et tunc solutio præsumitur facta potius pro debito maturato, quam maturando. Menoch. *l. c.* Gratian. *disc. for. cap.* 224. *n.* 26. Surdus. *dec.* 186. *n.* 7. Bich. *dec.* 262. *n.* 18. Et in dubio cedit in causam graviorem, & causa reputatur gravior, quæ parit resolutionem contractus. Barr. *in L.* 1. *ff. de solut. n.* 3. Dec. *in L. si in duobus.* 105. *ff. de R. J.* Gratian. *l. c. a n.* 2. & Bich. ut supra 20

Præterea solutio debet fieri tempore convento, liter Creditor non tenetur acceptare. *L. solutum* 85. *ff. de solut.* quia pacta justa servanda. *L. penult. C. de pact.* & quando tempus fuit conventum, non est necessaria Creditoris interpellatio, quia dies interpellat pro homine. *cap. fin. de locat. & condic.* Lim. si tempus fuit determinatum in gratiam debitoris, uti communiter fit. *L. cum tempus.* 17. *ff. de R. J.* quia tunc debitor potest ante 21

lapsum

lapsum temporis conventi solvere, & creditor tenetur solutum acceptare. *L. quod certa.* 70. *& L. qui res.* 98. §. 4. *ff. de solut.* quia quilibet potest favori pro se introducto renunciare. *L. penult. C. de pact.* si vero tempus fuit determinatum in favorem creditoris, uti fit in mutuo, in quo fuit pacta usura, non tenetur creditor solutionem ante tempus factam acceptare, ut dictum supra, si vero nullum tempus fuit conventum, debitor non tenetur, solvere ante interpellationem. Abb. *in cap. licet Heri. de sol. n.* 13. Molina *de just. disp.* 546. *n.* 7. Capzov. *par.* 2. *constit.* 28. *defin.* 19. *ex L. debitores præsentes.* 10. *C. de pignor.* nisi debitum descenderet ex furto, aut delicto, quia tunc solutio etiam ante interpellationem fieri deberet.

22 Ita solutio debet etiam fieri in loco convento. *L.* 1. *& L. is. qui. ff. de eo, quod certo loco.* Nisi Creditor data opera, vel debitor ad locum conventum non veniret, aut venire non posset. *L.* 1. *ff. eod.* si vero locus faciendæ solutionis non fuit determinatus, & debitum oritur ex contractu in gratiam solius debitoris celebrato, ex quo debitor tenetur idem numero restituere, uti in commodato, tenetur debitor rem restituere in loco, in quo illam accepit etiam suis expensis. Gibal. *de usur. lib.* 1. *cap.* 3. *art.* 4. *n.* 7. quia qui sentit commodum, & onus sentire debet, si vero contractus fuit celebratus in gratiam solius creditoris uti in deposito facto in gratiam solius creditoris, solutio fieri debet in loco depositi, si vero contractus fuit gratuitus, uti donationis, aut legati, res donata debet solvi in loco, ubi tempore donationis res erat; si vero contractus sit talis, vi cujus aliquid datur, aliud accipitur, uti in venditione, aut locatione, solutio fieri debet in loco, ubi res vendita fuit accepta, nisi aliter inter contrahentes fuerit conventum.

Quo ordine solutio sit facienda, cum plures sunt creditores, vide quæ dicta fuerunt in verb. *Debitor.*

§. IV.

De solutione indebiti.

3 Qui conqueritur, quod indebitum solverit, id probare tenetur, nisi, qui accepit, neget, se accepisse, quia tunc illi incumbit onus probandi. *L. cum de indebito.* 25. *C. de probat.* Barb. *in cap. is, qui conqueritur ult. de solut.* & alii apud Gonzal. *in d. cap. is, qui eod. lib.* 3. *tit.* 33. Porro debitum, aut indebitum aliquid quatuor modis dici potest. Primo indebitum dici potest utroque jure civili, & naturali. gl. *in L.* 1. *ff. de solut.* uti solvens, quod promiserat sub conditione, qua pendente nulla adest obligatio, nec naturalis, nec civilis, & ideo solutum repeti potest. *L. sub conditione.* 16. *ff. de cond. indeb.* nisi conditio omnino exitura sit, quia tunc repeti non potest. *L. quod si.* 18. *ff. de condict. indeb.* Secundo potest esse indebitum naturaliter, sed civiliter debitum, ut in chirographo scripto, spe futuræ numerationis, quo casu scribens obligatur civiliter, non naturaliter. Donell. *lib.* 14. *comment. cap.* 37. Duarenus *ad tit. C. de non numer. pecun. cap.* 4. Acosta *in L. si ex cautione in princ. no. tab.* 1. apud Gonzal. *l. c.* P. Pirhing *lib.* 3. *tit.* 23. §. 5. Tertio potest esse indebitum civiliter, sed debitum naturaliter, ex pacto nudo, juxta *cap.* 1. *de pact.* Quarto potest esse debitum utroque jure, sed indebitum ope exceptionis, ut in casibus Macedoniani, Velleiani, &c.

25 Obligatio vero civilis, & naturalis simul impediunt repetitionem, quia ita obligatus est propriissime debitor. *L. Creditores.* 10. *ff. de V. S.* obligatio vero civilis sola non impedit repetitionem, quia taliter obligatus potest habere exceptionem, qua liberetur, & ideo perinde est, ac si non esset obligatus. *L. nihil interest. ff. de R. J.* nam indebitum dicitur, quando quis est tutus exceptione perpetua. *L. qui exceptionem.* 40. *ff. de condict. indeb.*

25 Solvens indebitum, si hoc facit ex errore Juris, uti quia nescit, sibi competere Trebellianicam, aut Falcidiam, an possit repetere, controvertitur; negant Cujacius. *lib.* 5. *obs. cap.* 39. Duaren. *ad tit. de condict. indeb. cap.* 3. Donell. *lib.* 1. *commet. cap.* 21. Perez. *ad tit. C. de condict. indeb. num.* 12. Affirmant plures, quos refert, & sequitur Gonzal. *l. c. n.* 6. Ita etiam solvens sciens indebitum repetere non potest, quia donare videtur. *L.* 1. *ff. de condict. indeb. L. cujus.* 53. *ff. de R. J.* Cum tamen solvit per errorem, quod est indebitum utroque jure, aut saltem naturali, licet debeatur civiliter, repetitio competit. *L.* 1. *L.* 6. *L. fideicommissum.* 7. *C. de condic. indeb.* si vero utroque jure, aut saltem naturali debetur, non datur repetitio, quia fundatur tantum in æquitate naturali. *L. nam. hoc natura. ff. de condict. indeb.* ubi ergo naturalis ratio inducit obligationem, cessat repetitio. Præterea, si debetur naturaliter, & civiliter, sed debitor est tutus exceptione, ut quia exceptio elidit actionem, vel modificat condemnationem, repetitio non datur, nisi exceptio sit perpetua. *d. L. qui exceptionem.* 40. *ff. eod.* Larrea. *dec.* 85. Vital. *lib.* 2. *var. res. cap.* 22. *&* 23. & plurimi apud Gonzal. *l. c. num.* 6. qui id probat pluribus textibus.

Reus conventus condictione indebiti negans, se pecuniam accepisse, si actor contrarium probat, tenetur reddere pecuniam, nisi probet, illam fuisse debitam, in pœnam mendacii; si vero Reus fatetur, se pecuniam accepisse, sed negat, illam fuisse indebitam, debet actor probare indebitam se per errorem solvisse; quia nullus creditur indebitum solvere, & negligenter se gerere in suarum rerum administratione. DD. apud Gonzal. *l. c. num.* 7. Gutierrez. *de juram. confirm. par.* 1. *cap.* 1. *cap.* 27. *n.* 20. & ita Reus contra repetentem habet fundatam intentionem in præsumptione Juris, & rejicit onus probandi in ipsum actorem repetentem. *L. Imperator.* 77. *ff. de leg.* 1. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 6. *n.* 1. Mant. *de conject. ult. vol. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 5. & alii apud Gonzal. *l. c.* P. Pirhing. *l. c. n.* 36. 26

Solvens ob metum reverentialem, vim, vel mandatum superioris, an sibi præjudicet, aut tribuat quasi possessionem exigendi, vide *Possessio.* & quamvis solvens ob metum valide solvat, potest tamen repetere ex condictione ob turpem causam. Fachin. *lib. ult. controv. Jur. cap.* 16. 27

§. V.

Miscellanea de solutione.

Solutio facta ab uxore in dubio, videtur facta ex pecuniis mariti, licet fuerit facta præsente ipso marito Gabr. *de præsumpt. conclus.* 15. Marescot. *var. res. lib.* 2. *cap.* 82. nisi ultra præsentiam in instrumento diceretur fieri solutionem de pecuniis Uxoris, aut hoc diceretur a marito præsente, & non contradicente uxore. 28

Solutio pensionis facta metu censurarum non constituit pensionarium in quasi possessione exigendi pensionem. Achill. de Graff. *dec.* 423. dummodo concurrat protestatio solventis. Rota apud Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 5. §. 4. *n.* 452. 29

Solutio videtur facta cum iisdem clausulis, & reservationibus, quia solvens videtur solvere ex titulo præcedenti. Ciarlin. *controv. for. cap.* 132. *num.* 18. Ruin. *cons.* 61. *n.* 9. *lib.* 4. præsumitur facta ex causa præcedentis obligationis. Merlin. *decis.* 390. *L. quædam mulier. ff. de rei vendic.* Cravetta *cons.* 91. *n.* 9. Cephal. *cons.* 156. *n.* 14. Rota *dec.* 314. *n.* 4. *par.* 1. *divers.* 30

Solutio alimentorum non est retardanda sub pretextu probandæ paupertatis, quia venter non patitur moram. Seraph. *dec.* 294. Ludovis. *dec.* 347. Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 60. *n.* 15. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 12. *limit.* 24. *n.* 8. Rota apud Bich. *dec.* 14. *n.* 14. 31

Solutio, quod potius fuerit facta in satisfactionem fructuum, quam sortis principalis, probatur ex solutione minutatim facta pluribus vicibus, quæ bene congruit fructibus non autem sorti principali, cum illam creditor minutim recipere non teneatur. Gutierez. *pract. quæst.* 174. *num.* 3. *lib.* 2. Roder. *de an. reddit. lib.* 1. *quæst.* 18. *n.* 36. *&* 38. Rota *dec.* 354. *n.* 9. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 333. *n.* 12. Item ex assertione Debitoris in instrumento transactionis, facta se solvisse pro censibus decursis. Rota apud Bich. *l. c. n.* 14. coram Cerro. 31

Solutio facta sine protestatione dicitur spontanea, quamvis fuerit facta jussu Judicis. Afflict. *dec.* 160. *n.* 24. Alex. *cons.* 57. *n.* 3. Vinc. de Franch. *dec.* 107. *num.* 9. Cyriac. *controv.* 540. *n.* 74. Bich. *dec.* 514. *n.* 10. Mencoh. *de arb. cas.* 137. *num.* 18. Cancer. *var. res. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 80. Cyriac. *controv.* 94. 33

Solutio recte fit illi, cum quo contractus fuit celebratus 34

lebratus, quamvis dominium spectet ad alium. *L. filius. C. de pact.* Bald. *in cap. in litteris. n. 7. de restit. spoliat.* Surd. *cons.* 43. *n.* 2. *&* *dec.* 60 *n.* 7. & Bich. *dec.* 151. *n.* 6.

35 Solutio una sufficit ad acquirendam quasi possessionem exigendi. Bich. *dec.* 37. *num.* 1. Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina. num.* 53. *de caus. possess.* Rom. *cons.* 311. *num.* 7. Rota apud Bich. *l. c.* & acquisita contra defunctum suffragatur contra ejus hæredes, quia jus metimur a persona actoris, quod ex mutatione personæ rei non mutatur. Bich. *dec.* 37. *n.* 2. Rota coram Ludovis. *dec.* 273. *n.* 2. ubi Beltram. *n.* 18. Put. *dec.* 151. *lib.* 3. Rota coram Caval. *dec.* 83. *n.* 7. *& dec.* 379. *n.* 6. coram Ludovis. *l. c.*

36 Solutio momentanea parit liberationem, licet sequatur restitutio pecuniarum, quia hæc fieri potest ex liberalitate, nisi probetur, pactum restitutionis præcessisse. Felin. *in cap. si cautio. n.* 93. *de fide instrum* apud apud Cenc. *dec.* 123. *n.* 5. & coram Butatto. *dec.* 948. *n.* 6. & apud Bich. *dec.* 19. *n.* 20. Mant. *de tacit. lib.* 18. *tit.* 6. *n.* 16. quod quidem pactum præsumitur inter personas suspectas. Bich. *l. c. num.* 21.

37 Solutio usurarum computatur in sortem, ac si pro sorte facta fuisset, quia sortis occasione facta fuit solutio, & præsumitur facta coacte, ne vexaretur circa restitutionem sortis. Cyriac. *controv.* 540. *n.* 55. Surd. *dec.* 328. *a n.* 14. Bich. *dec.* 74. *n.* 2. apud quem Rota *n.* 17. non transfert dominium pecuniarum in recipientem. Scacia *de commerc.* §. 1. *quæst.* 1. *n.* 109. Rota apud Bich. *l. c. n.* 19.

38 Solutio facta marito suffragatur, cum agitur de re dotali, seu paraphernali, quia tunc habet mandatum a Lege. *L. maritus. C. de procurat. L. fi. C. de pact.* Dec. *cons.* 521. Surd. *cons.* 290. *n.* 5. Bich. *dec.* 652. & censetur ab uxore approbata per longam illius taciturnitatem.

39 Solutio nauli probat, quænam frumenti quantitas fuerit asportata. Bich. *dec.* 503. *n.* 6. *L. tres Tutor.* §. *non solum. L. ita autem.* §. *gessisse. ff. de administr. tutor.* Rota apud Bich. *dec.* 503. *n.* 6. Bald. *cons.* 245. Surd. *cons.* 13. *n.* 37. *&* 376. *n.* 12.

40 Solutio non præsumitur anticipata. Gratian. *cons.* 131. *a n.* 8. *usque ad* 12. Buratt. *dec.* 364. *a n.* præsertim in Mercatore, qui non soleat pecunias tenere otiosas. Scaccia *de camb.* §. 1. *quæst.* 7. *par.* 1. *n.* 80. & Bich. *dec.* 50. *n.* 7.

41 Solutio vera probatur ex confessionibus de recepto, cum sunt plures, & continuatæ multorum annorum. Rol. *cons.* 20. *lib.* 4. *n.* 18. *lib.* 4. Afflict. *dec.* 402. *n.* 10. Rota apud Bich. *dec.* 379. *n.* 22. & apud Ludovis. *dec.* 491. *n.* 7. ubi Gabr. *de Jure dot. conclus.* 4. *n.* 5. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 12. *n.* 53.

42 Solutio debiti liquidi retardari non potest per exceptionem dubiam. *L. ult C. de compens.* Rota apud Bich. *dec.* 618. *n.* 12. Promissa pro die nativitatis intelligitur de tota octava. Bich. *dec.* 281. *a n.* 38. Gozzadin. *cons.* 66. *n.* 1. Cyriac. *controv.* 158. *n. &* 23. nisi aliud fuisset adjectum.

43 Solutio præsumitur facta pro debito antiquiore. *L. in his. & L. cum ex pluribus. ff. de solut.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 136. *n.* 10. Surd. *dec.* 186. *n.* 5. & antiquitas non desumitur a die celebrati contractus, sed solutionis faciendæ. Bart. *in L. cum ex pluribus. sub. n.* 2. *vers. intelligo causam antiquiorem.* Imol. *in L.* 1. *sub. num.* 5. *circa fin. ff. eod.* Menoch. *cons.* 121. *num.* 56. Bich. *dec.* 262. *num.* 15. *&* 16. sicut etiam pro graviore, cujus occasione imminet periculum resolutionis contractus. Bart. *in L.* 1. *num.* 3. *ff. de solut.* Dec. *in L. si in duabus.* 105. *ff. de R. J.* Gratian. *disc. for. cap.* 224. *num.* 2. *&* 93. Bich. *l. c. n.* 17. & hoc ex præsumpta voluntate debitoris. Idem. *dec.* 423. *n.* 34. nisi essent diversi depositarii, & singuli haberent diversos fidejussores, tunc enim non intraret præsumptio solutionis in antiquiorem. Escobar. *de ratiocin. cap.* 36. *n.* 5. *vers. & loquendo.* Ripa *in trac. de peste. tit. de remed. ad conservandam ubert. n.* 33. *&* 34. Bich. *dec.* 413. *a num.* 34.

44 Solutio non dicitur vera, sed ficta, si solvens pecuniam eandem ipso momento rehabuit absque nova causa. *L. qui sic de solut. ff. solvit.* Castr. *in L. si quis duos. in fin. ff. de solut.* Rimin. sen. *cons.* 407. *num.* 7. Cavaller. *dec.* 406. *num.* 2. Bich. *dec.* 19. *num.* 18. Et ita solvens non dicitur solvisse, nec pecuniarum dominium, seu possessionem aliquo tempore transtulisse. Angel. *in L.* 1. §. *si vir. n.* 1. *ff. de acquir. possess.* Salic. *in L. emptionem. n.* 1. *C. plus valere, quod agitur.* Bald. *cons.* 299. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 4. Buratt. *dec.* 928. *n.* 5. Bich. *l. c. n.* 19.

Solvens sponte tenetur plene & concludenter probare ut posset repetere solutum, quod indebite solverit, secus, si solvit coacte, quia tunc is, qui exegit; tenetur probare, pecunias fuisse debitas. Bellon. *dec. Januen.* 3. *a a.* 3. *usque ad* 10. *& dec.* 103. *n.* 9. *vers. nec obstare.* Adden. ad Franc. *dec.* 319. *n.* 2. Rota *in Romana. camb.* 17. *Febr.* 1642. §. *sed ad primum.* Bich. *dec.* 306. *num.* 9. Dicitur autem solutio spontanea, si nullum præcessit decretum Judicis, aut relaxatio mandati. Gratian. *disc. for. cap.* 310. *num.* 38. *&* 39. Lotther. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 38. *num.* 205. Rota *dec.* 250. *num.* 2. post trac. Cencii. *de cens.* Bich. *l. c. num.* 12. Et quam jussus Judicis interveniat, solvens absque protestatione sponte solvere dicitur, & ideo, ut sponte solvere non dicatur, debet in ipso actu solutionis protestari, etiam, quando præcessit Judicis decretum. Cancer. *var. res. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 56. Bich. *dec.* 514. *num.* 13. alias protestatio facta post solutionem non sufficit. 45

Solutio trium ultimorum annorum, juxta *L. quicunque. C. de apoch. publ. lib.* 10. inducit præsumptionem solutionis annorum præcedentium in præjudicium creditoris, qui recipit, quia non præsumitur, quod recepisset ultimos terminos, nisi temporis anteacti satisfactionem habuisset, secus in præjudicium tertii. Gratian. *discept. for. cap.* 716. *num.* 20. *&* 30. sed tunc solutio aliter probanda est. Bich. *dec.* 373. *n.* 2. *& seq.* 46

Solutio pro residuo præsumi facit, reliquum fuisse solutum. Jas. *in L. siquidem. num.* 4. *C. de transact.* Hering. *de fidejuss. cap.* 20. §. 21. *num.* 23. in præjudicium creditoris, cui facta est solutio tantum? & ita recepit, non autem quod eadem persona, quæ solvit pro residuo, alias partes debiti solvisse præsumatur, & illas repetere possit a principaliter obligato. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 14. *gl. un. par.* 1. *n.* 37. Gratian. *disc. for. cap.* 570. *n.* 33. Antonin. de Amat. *var. res.* 97. *n.* 9. Bich. *l. c.* 47

Solutio præsumptionibus, & conjecturis plene probatur. Bertazzol. *cons. civil.* 118. *n.* 1. Rimin. jun. *cons.* 407. *num.* 12. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 135. *num.* 22. Cenc. *de censib. quæst.* 87. *num.* 24. Surd. *dec.* 105. *n.* 10. Rota *dec.* 259. *n.* 2. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Et solutio litterarum cambii facta de ordine, sive mandato alicujus pro certo negotio probatus ex subsecuta approbatione mandantis. Menoch. *de arbitr. cas.* 4 2. *n.* 38. *& lib.* 3. *præs.* 35. *num.* 8. Gratian. *discept. for. cap.* 897. *num.* 11. Rota *dec.* 114. *num.* 6. *&* 7. *par.* 4. *recent.* Bich. *dec.* 501. *num.* 7. nec impugnari potest ab illo, qui alias illam approbavit. *cap. quod semel. de R. J. in* 6. *L. in diem. ff. de aqua pluv. arcen.* Cephal. *cons.* 386. *n.* 29. Rimin. jun. *cons.* 562. *n.* 34. *&* 33. Bich. *dec.* 519. *n.* 7. 48

Solutio facta ab Administratore, aut ab habente potestatem solvendi, constituit creditorem in possessione exigendi. Rota *dec.* 508. *n.* 3. *par.* 2. *recent.* quam citat, & sequitur Beltram. ad Ludovis. *dec.* 275. *n.* 23. Bich. *dec.* 580. *n.* 16. 49

In qua moneta sit facienda, vide *Moneta.*

Solutio alternative promissa, tali, vel tali die, cedit die posteriori, quia perinde est, ac si pro die posteriori fuisset stipulatus. *L. si ita stipulatus.* 12. *ff. de V. O.* ubi Imola, Mant. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 36. *n.* 13. Gomez. *var. res. to.* 2. *cap.* 11. *n.* 39. Barb. *in cap. in alternativis.* 70. *de R. J. in* 6. Bich. *dec.* 162. *a numer.* 21. 50

Solutionis conjectura non resultat ex tarditate creditoris in petendo suum creditum per decennium. Facchin. *lib.* 13. *controv. Jur. cap.* 87. Rimin. jun. *cons.* 315. *n.* 16. Honded. *cons.* 39. *a num.* 71. *lib.* 2. Rota *dec.* 788. *n.* 12. *par.* 1. *divers. & dec.* 149. *n.* 8. *par.* 1. *recent.* & alii apud Bich. *dec.* 562. *n.* 14. 51

Solutum in vim rei judicatæ repeti nequit, quia judicatum facit de indebito debitum. Bar. *in L.* 1. *n.* 26. *ff. de condict. indeb.* Maurus *de solut. cap.* 21. *num.* 15. Buratt. *dec.* 26. *per tot.* Bich. *dec.* 306. *n.* 2. Lim. si in illo judicio jura solventis non potuerunt examinari docto a solvente de juribus suis. Adden. ad Buratt. *dec.* 597. *n.* 52

9. apud

9. apud Bich. *dec.* 306. *n.* 6. Bart. *in L.* 1. §. *& parvi refer. ff. quod vi. aut clam.*

Solutio ex lapsu temporis, quando præsumatur vide *Debitor. n.* 21.

53 Solvens procuratori non habenti mandatum non liberatur. Rota apud Merlin. *dec.* 133. tam ratione fortis, quam intecusoriorum. *L. inter causas.* §. *mandato. ff. mandati. L. procuratori.* §. *quod si Dominus. ff. de cond. caus. dat. L. crediiores. ff. de cond. indeb. L. falsus. procurator. C. de furt.* Bald. *cons* 14. *n.* 1. *lib.* 1. Farin. *in prax. crim. tit. de furt. quæst.* 170. *par.* 1.

Solvens anticipate locatori rerum Ecclesiæ, an liberetur, vide *Locatio*.

54 Solvens priori creditori succedit in omne jus illus etiam ignorante debitore. Fab. *in C. lib.* 8. *tit.* 9. *defin.* 4. Capic. *dec.* 79. etiam sine expressa cessione juriunt, sed sufficit tacita, quia intelligitur facta a Lege. *L.* 1. *C. de novat.* Capon. *disc. for.* 39. *n.* 11. quod ampliatur etiam ad dantem pecuniam debitori, ut solvat omnibus creditoribus, qnos habet debitor; nam tunc subingreditur locum creditorum, non tantum, quoad capitale, sed etiam, quoad fructus, & interesse Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 50. Capon. *disc. for.* 38. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 3. *quæst.* 185.

55 Solutiones in parte veræ etiam in reliquis veræ præsumuntur. Sociu. *cons.* 82. *sub. n.* 2. *lib.* 3. Covar. *var. res. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 6. *vers. sic ex confessione.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 12. *num.* 25. & *præs.* 13. *n.* 21. Gratian. *discept. for. cap.* 362. *n.* 18. Surd. *dec.* 199. *n.* 3. *&* 12. Rota coram Ludovis. *dec.* 62. *n.* 8. Bich. *dec.* 5. *n.* 1.

56 Solutiones factæ nomine alicujus, probari debet, quod factæ fuerint de propriis pecuniis solventis Gratian. *discept. for. cap.* 570. *n.* 33. Ant. de Amat. *var. res. to.* 2. *res.* 97. *a num.* 5. Bich. *dec.* 618. *n.* 11.

SOROR.

Praxis Sororum,

Soror dotata a Patre, qualiter a Fratre sit alenda, vide *Frater*.

1 Soror, cui a fratre fuit consignatus fundus pro dote a Patre relicti, potest cogere fratrem ed eligendos peritos ad illum æstimandum pro consequendo residuo dotis. Patatell. *exped.* 8.

2 Soror litigans cum fratre pro dote, consequitur ab illo alimenta, & litis expensas, si aliunde non habet. Ecclesia *obs. for.* 10. Menoch. *de præs.* 35.

3 Soror non dicitur agnata, & ideo non comprehenditur in statuto exclusio fœminarum propter agnatos. Bich. *dec.* 351. *n.* 45. Bald. *in L. quoties. n.* 6. *C. de suis, & legit. hæred.* Menoch. *cons.* 317. *n.* 9. nisi sit utrinque conjuncta.

4 Soror germana non succedit fratri defuncto, si amplissimam renuntiationem antea fecit, ob quam habetur, ac si in rerum natura non esset. Castr. *in L plene.* §. *si duobus. nim.* 8. *ff de leg.* 1. Menoch. *cons.* 401. *n.* 102. & Bich. *dec.* 586. *n.* 2.

5 Soror uterina defuncti excludit patruum, vel amicam. Cyriac. *controv.* 417. Si est pauper, in subsidium alenda est a fratre. gl. *fin. in L. qui filium. ff. ubi pupill. educ. deb.* Bart. *in L. si quis a liberis.* §. *utrum n.* 5. *ff. de liber. agnosc.* Cin. *in L.* 2. *n.* 2. C. *de alen. liber.* Bald. *cons.* 103. *n.* 3. *lib.* 5. Surd. *de alim. tit.* 5. *quæst.* 25. *n.* 1. Franch. *dec.* 178. *n.* 1. *&* 11. Bich. *dec.* 57. *n.* 13.

6 Soror possidens cum fratre bona materna pro indiviso, & cui dos fuit jam assignata, censetur absque nova apprehensione continuasse possessionem ex titulo dotis. Bich. *dec.* 169. *n.* 4. Paris. *cons.* 53. *num.* 110. *lib.* 3. Beltram. ad Luddvis. *dec.* 206. *n.* 10. Cavaler. *dec.* 534. *n.* 3. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *lim.* 1. *n.* 80. Marescot. *var. res. lib.* 2. *cap.* 138. *n.* 36.

7 Soror quamvis sit a statuto exclusa propter fratrem, tamen bona materna ad Patrem delata ex successione filii, & fratris, respective quoad proprietatem ad illam spectant patre transeunte ao secundas nuptias, & illi reservari debent. Salyc. *in L. fæmina.* §. *illud. n.* 4. *C. de secundis nuptiis.* Dec. *cons.* 87. *n.* 3. *vers. nec prædictus.* Socin. jun. *cons.* 54. *n.* 3. *vers. insuper. lib.* 1. Decian. *cons.* 44. *a n.* 6. *lib.* 5. Cephal. *cons.* 521. *num.* 47. Ruin. *cons.* 20. *n.* 4. *lib.* 3. Carpan. *ad stat. Mediol. cap.* 288. *num.* 43. Graff. *in* §. *successio quæst.* 25. *num.* 5. Rota *in Camer. in bonor.* 10. *Febr.* 1620. *coram Card. Verosp. par.* 4. *to.* 2. *recent. dec.* 177. *a n.* 1. apud Rich. *dec.* 350. *n.* 38. apud quem communior, & verior sententia est.

Soror, ut dicatur exclusa a patre vigore statuti ab hæreditate fratris, requiritur, quod filii defuncti hæreditatem adiverit, alias secus, hoc est, qood pater filii prædefuncti hæreditatem adiverit, & hoc probari debet. Bald. *cons.* 273. *num.* 8. *lib.* 1. Neguf. *quæst.* 297. *n.* 24. Surd. *dec.* 154. *n.* 18. Rota *in Reatina Juris redim.* 27. *Martii.* 1624. *coram Merlino* apud Bich. *l. c. n.* 43. 8

Soror, uti proximior præfertur patruo in successione fratris ab intestato defuncti *L. consanguinitatis. C. de legit. hæred.* §. *si igitur defunctus.* 2. *auth. de hæred. ab intest* Bich. *dec.* 625. *n.* 15. 9

Sorores succedunt patri æqualiter cum fratre. Bich. *dec.* 46. *num.* 2. si sunt plures, & omnes favore fratrum renuntiarunt, tunc accescunt portiones fratrum pro ratis cujuslibet, ac si fuissent præmortuæ Gabr. *cons.* 11. *n.* 30. *lib.* 1. Castrens. *cons.* 252. *num.* 2. *vers. breviter is.* Alex. *cons.* 149. *a n.* 5. *lib.* 7. Merlin. *de legit. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 23. *n.* 33. *&* 29. Ciarlin. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 19. *&* 20. Bich. *dec.* 587. *n.* 27. 10

SORTILEGIUM.

Praxis Sortilegii.

Sortilegium de jure communi non est mixti fori, nisi sapiat hæresim, secus post Constitutionem Sixti V. post quam est Ecclesiasticum tantum, quando vero sapiat hæresim, vide Scaciam *de Jud. lib.* 1. *cap.* 12. *a num.* 18. Clarum *in* §. *hæresis. n.* 54. ejus pœna de consuetudine est fustigatio. Clarus. *loc. cit.* Antonell. *de reg. Eccles. lib.* 6. *cap.* 21. 1

Sortilegus utens incantationibus, & Dæmonem invocans ad sciendа futura, est hæreticus, quia tribuit diabolo, quod est Dei. Decian. *crimin. lib.* 5. *cap.* 18. Clarus *in* §. *hæresis. n.* 25. Farin. *de delict. & pœn. quæst.* 20. Cabal. *res. crim. cas.* 233. Capon. *disc. for.* 40. *&* 69. Antonell. *l. c. num.* 8. ubi de pœna Sacerdotis sortilegi, qui deponitur, privatur Beneficio, & in perpetum carcerem detrudimur Diana *par.* 4. *trac.* 7. *res.* 10. 2

SPOLIUM.

Praxis Spolii, & Spoliarum.

§. I.

In Beneficiis, ex quibus fiat spolium, & a quibus.

Spolium est omne id, quod reperitur inter bona Ecclesiasticæ personæ post illius mortem non pertinens ad ejus hæredes. Redoan. *de spol. quæst.* 1. *n.* 7. Navar. *de spol.* §. 2. *num.* 2. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst ult. p.* 1. ubi Rota. Capon. *disc. for.* 138. Non fit ex fructibus male perceptis ob officium Divinum non recitatum, quia isti non pertinent ad Clericum mortuum Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst. ult. p.* 2. §. 1. secus de acquisitis ex illicita negotiatione, quia hæc transierunt in dominium mortui, quamvis haboerit facultatem testandi, quia hæc non extenditur ad acquisita ex Illicita negotiatione. Item de acquisitis per exercitium prohibitum per SS. Canones, uti ludum &c. Bonac. *l. c.* nisi fuerit negotiatus per alium. Capon. *discept. for.* 137. ubi Bulla Pii IV. Pauli III. & Pii V. Navar. & Redoan. *l. c.* Non fit de bonis Curialium, aut in districtu Urbis Romanæ morientium, neque illorum, qu, habent facultatem testandi. Redoan. *l. c. quæst.* 1. *n.* 47. Capon. *l. c.* 1

Spolium ergo fit ex omnibus redditibus Ecclesiasticis, qui ad Ecclesiasticos tempore mortis pertinent, & ad hæredes eorum de jure non transeunt, ita habet usus, & Constitutiones Pontificiæ apud Navar. *de spol.* §. 5. quia tales redditus non computantur inter bona patrimonialia, vel quasi, & sic ad Beneficiatos non pertinent pleno jure. Lim. 1. in utensilibus, & supellectile dome- 2

domestica. Lim. 2. in iis, quæ Clericus propria industria fuit lucratus, uti celebratione Missarum, Officiis &c. & donatis Clerico titulo amicitiæ. Covar. *de testam. cap.* 1. Gonzalez. *de sponsal. notab.* 12. Navar. *l. c.* Moneta, & Garz. apud Bonac. *in lib. var. trac. risp.* 4. *p.* 2. nisi Clericus decederet sine hæredibus ex testamento, vel ab intestato venientibus; quia tunc Camera Apostolica succedit in locum Ecclesiæ. Lim. 3. in distributionibus quotidianis, quæ dantur Canonicis præsentibus, quamvis Canonicatus careat præbenda; quia tunc sunt, quasi patrimonialia, quamvis fructus omnes Beneficii consistant in distributionibus, & hæ sint ingentes, tunc enim induunt naturam stipendii. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 13. Bedoan. *de spol. quæst.* 23. §. *stantibus. num.* 18. Lim. 4. in redditibus, qui erant necessarii ad congruam Clerici sustentationem, & qui ex ejusdem parsimonia remanserunt, nam veniunt inter quasi patrimonialia. Vasquez. *de reddit. cap.* 1. §. Gonzal. *loc. cit.* Socin. *cons.* 91. *lib.* 3. præsertim, si ex proprio patrimonio vixit; quia tunc potest compensare cum fructibus Beneficii, & de illis disponere, dummodo in vita id declaraverit, alias videtur cessisse juri suo, & hæres non posset propria authoritate facere compensationem. Navar. *de peculio Cleric. cons.* 4. Redoan. *de spol. quæst.* 6. Bonac. & Capon. *discept. for.* 141.

3 Spolium fit etiam de fructibus inexactis, sed tantum debitis tempore mortis. Bonac. *l. c. p.* 3. Capon. *disc. for.* 138. Item de illis redditibus Ecclesiasticis, qui fuerunt mixti cum patrimonialibus Clerici, quia quamvis essent mixti, adhuc a Clerico debebant in pios usus expendi, & ideo subsunt spolio. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst. ult. p.* §. 1. Item de emptis ex fructibus Beneficii non necessariis ad congruam sustentationem. Covar. *de testam. cap.* 1. Redoan. *de spol. quæst.* 12. Navar. *de spol.* §. 8. Item in juribus, & actionibus Clerici defuncti ratione Beneficii manentibus post mortem. Navar. *l. c.* §. 1. Item in pensionibus, si excedunt valorem triginta ducatorum secundum declarationem Urbani VIII. Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 160. Navar. *l. c.* §. 8. Contra Covar. *in cap. cum in Officiis. de testam.* Menoch. *de arbitr. cas.* 172. & Capon. *disc. for.* 139.

4 Spolium in morte Episcoporum non fit de ornamentis, paramentis, vasibus sacris, missalibus, aut destinatis ad usum pium, vel Ecclesiæ, licet non sint benedicta. Riccius *in prox. spol. Cleric. par.* 3. *res.* 425. neque de scamnis, arcis, cathedris, doliis vacuis, nec de patrimonialibus, secus de aulæis, tapetibus. Idem *res.* 427. Bonac. *l. c.* §. 1. *&* 3. neque fit, quando fructus Beneficii non excedunt triginta ducatos. Idem Riccius *l. c.* Capon. *disc. for.* 138.

5 Spolium non fit de bonis emptis a Clerico de fructibus Beneficii pro sua Ecclesia, vel usibus piis, nec ex acquisitis per distributiones quotidianas. Riccius *l. c. res.* 427. *&* 584. nequi in iis bonis Episcopi, quæ pro debitis ab eo contractis sunt obligata creditoribus, vide *Pensio*.

Spolium fit ante sententiam, quia spoliorum lex non est pœnalis, sed dispositiva. Riccius. *l. c.* vide *Bona*.

6 Spolians tenetur facere expensas funebres de bonis spolii, non patrimonialibus Clerici. Idem *res.* 428. & debet solvere ejusdem debita ex iisdem bonis. Bonac. *l. c. p.* 3. *num.* 4.

7 * Spolio subjiciuntur bona a Clericis, etiam Curialibus acquisita per negociationem. Benedic. XIV. Constitu. *Apostolica servitutis.* §. 1. *

§. II.

De spolio violento.

SECTIO I.

Quæ sint remedia spoliatorum?

1 Remedia spoliatorum sunt plura, secundum Menoch. *de adipisc. retin. & recuper. possessione septendecim.* secundum Marantam. *de ordine Judic. par.* 4. *dist.* 7. *a num.* 29. *viginti.* secundum Speculat. *tit. de restit. spoliat.* Tusc. *litt. S. conclus.* 384. & Lap. *alleg.* 52. *octo.* Potissima sunt. Interdictum *unde vi.* 2. Condictio *ex cap. sæpe. de restit. spol.* 3. Condictio *ex L. si quis in tantam. C. unde vi.* 5. Condictio *ex L. ex stat. ff. quod met. caus.* 6. Condictio *ex L. invasor. C. unde vi.* 7. Condictio *ex L. cum qu* rebatur. ult. C. unde vi.* 8. Remedium est officium Judicis.

Interdictum *unde vi* datur ad duo. Primo, ut spoliatus ante omnia restituatur, & possessionem recuperet, nec spolians ante restitutionem audiatur. *cap. in litteris.* 5. *de restit. spoliat.* non obstante exceptione, quæ respicit dominium, vel proprietatem rei. Formosinus *in cap. conquerente.* 7. *de restitut. spol.* ubi Barb. Negucroll. *alleg.* 26. *num.* 208. Solorzan. *lib.* 3. *polit. cap.* 30. *&* *tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 28. *&* 90. Gutierrez. *de juram. par.* 3. *cap.* 19. & alii multi apud Gonzal. *lib.* 2. *tit.* 13. *in d. cap. conquerente.* 7. *num.* 4. Rota *dec.* 334. *par.* 3. *divers.* Menoch. *de recuper. possess. rem.* 1. *num.* 8, P. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 13. *num.* 1. Riccius *in praxi par.* 2. *res.* 321. quamvis esset prædo etiam notorie talis, quamvis quoad prædonem notorium negent multi. Fachin. *lib.* 8. *controv. jur. cap.* 9. ubi DD. *cap. reintegran. & cap. in litteris. de restit. spol. L. si quis ad se fundum. C. ad L. Jul. de vi publ.* Surd. *cons.* 28. Farin. *dec.* 409. Ciarlin. *controv. for. cap.* 105. nisi spoliatus permiserit refricari quæstionem dominii. Et si Judex via facti ad instantiam spoliatoris processit in causa dominii, spoliatus potest appellare. Ciarlin. *controv. for. cap.* 141. Neque potest spoliato retardari reintegratio sub prætextu crediti, quod est illiquidum. Rota penes Cavaller. *dec.* 539. *num.* 5. & penes Merlin. *dec.* 117. *num.* 3. apud Bich. *dec.* 547. *num.* 17. & creditum manet illiquidum, donec valor fructuum a creditore perceptorum liquidetur. Rotæ cit. & de credito debet constare, vel per rem judicatam, aut per confessionem partis. Bich. *l. c. num.* 20. Secundo datur spoliato dictum interdictum, ut spoliatus restituitur non tantum interdictum, ut spoliatus restituatur non tantum ad pristinam possessionem liberam, juxta *cap. Pisanis.* 19. §. *porrode restit. spol.* sed etiam ad omne id, quod amisit, quamvis ad spoliatorem nihil pervenerit. *L.* 1. §. 1. *ff. de vi arm.* usque ad ultimum quadrantem etiam quoad fructus, damna, & interesse. Barb. *d. cap.* 1. *num.* 4. *de restit. spol.* Rota. 334. *par.* 3. *divers.* in odium spoliatoris. *Clem. un. de causa possess. & propriet.* Ratio est, quia in restitutione justitiæ, seu quæ fit ex Legum, vel Statutorum præscripto, etiam fructus sunt restituendi. *L. in condemnatione.* §. 1. *ff. de re judic. L. videamus.* §. *Patciana. ff. de usur. L. Julianus.* §. *idem Julianus. ff. de R. V. cap. accedens.* 2. *ut lite non contest.* Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 3. Pinell. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. Costa *in* §. *& quid si tantum. par.* 2. *a num.* 7. Gonzal. *l. c. nu.* 8. quamvis in restitutione gratiæ, seu quæ fit ex gratia, fructus non veniant. *auth. idem est. C. de heret.* Sfortia *de in integr. restit. par.* 2. *quæst.* 99. *art.* 14. Gomez. *to.* 3. *var. res. cap.* 13. *num.* 38. Garz. *de nobilit. gl.* 6. §. 1. *num.* 45. Peregrin. *de Jure fisci. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 61. Fachin. *lib.* 1. *controv. Jur. cap.* 37. Gonzal. *l. c.*

Conclusio, quod spoliatus ante omnia sit restituendus, procedit etiam in casu, in quo quis a Judice nulliter procedente fuit spoliatus, quia hic est restituendus sicut spoliatus a privato, secus si tantum injuste processit, quia tunc præsumptio stat pro Judice. Ecclesia *obs. for.* 1995 Rol. *cons.* 6. *lib.* 2. Menoch. *de recuper. rem.* 2. Gabr. *de restit. spol. conclus.* 1. Surd. *cons.* 168. Mascard. *de prob. conclus.* 1330. 3

Ut vero spoliatus restituatur, debet probare antiquiorem suam possessionem, & recentiorem spoliatoris. Abb. & DD. *in cap. cum olim. de restit. spol.* Covar. *in reg. possessor. de R. J. in* 6. *par.* 2. §. 1. Menoch. *de recuper. rem.* 15. Mascard. *de prob. conclus.* 1321. Ciarlin. *controv. for. cap.* 141. *a nu.* 471. Thes. *dec.* 29. 4

Spoliatus non tenetur acceptare cautionem a spoliatore oblatam pro re per spolium ablata. DD. *in L. ut vim. C. unde vi.* Bellam. *in cap. cum causam. num.* 23. *de restit. spol.* Jo. de Lignano *in tract. de Bello. cap.* 125. Farin. *de homicid. quæst.* 125. *num.* 192. 5

Prædicta omnino procedunt in spoliato per vim, & violentiam vera, & non fictam, quod ante omnia sit restituendus etiam prædo. Spoliatus vero sine violentia formali, sed ficta tantum, est restituendus quidem, sed non ante omnia, quia in hac spoliatione admittuntur exceptiones, quæ in continenti probari possunt, & quæ respiciunt defectum tituli in proprietate. Hinc spoliatus 6

juri-

juribus incorporalibus, in quibus non committitur vera violentia, & absens, cujus possessio capta est, non statim restituitur contra Dominum sterum. gl. *verb. per ignorantiam. in L. ult. C. unde vi.* Fermosin. *in cap. in litteris. quæst.* 8. *de restit. spol.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 16. *num.* 7. Gonzal. *lib.* 2. *decret. tit.* 13. *cap.* 7. *num.* 10.

7 Porro spoliato agenti remedio recuperandæ, non potest opponi exceptio spolii ab ipso commissi, sed ante omnia est restituendus. Fachin. *controv. Jur. lib.* 8. *cap.* 10. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *l. c.* neque potest opponi, quod non potuerit possidere, nisi id esset notorium, veluti si Clericus peteret sibi restitui concubinam suam, qua spoliatum se prætendit. Ciarlin. *contov. for. cap.* 141. Honded. *con.* 24. Gabr. *de restit. spol. conclus.* 1. obstat tamen spoliato exceptio longi, & longissimi temporis, si agat remedio recuperandæ. Fachin. *l. c. cap.* 13. Menoch. *l. c.* Sarmiento. *de reddit. Eccles. par.* 1. *cap.* 4. Neque potest opponi, quod renuntiaverit Beneficio, quo fuit spoliatus, nisi ante spolium renuntiasset. *cap. sollicite. de restit. spol.* quia renuntiatio facta post spolium præsumitur violenta, & coacta, & non valet, vel est rescindenda. Paris. *de resign. lib.* 13. *quæst.* 9. *& lib.* 1. *quæst.* 13. *nu.* 34.

SECTIO II.

Alii casus, in quibus non fit restitutio spoliati ante omnia.

8 Primus est, si spoliatus consentit. *cap.* 1. *de restit. spol.* ubi gl. & non est necessarium, quod expresse consentiat, sed sufficit consensus tacitus, permittendo super petitorio cognosci, aut petitorium cumulari cum possessorio sine protestatione in contrarium. Ita Menoch. *de recur. remed.* 1. *num.* 163. Sperell. *dec.* 100. *num.* 12. *&* 13. quia sicut se habet exceptio ad actionem, ita se habet replica ad exceptionem. *L.* 2. *ff. de except.* ergo sicut actio non impeditur, si exceptio non opponatur, ita nec exceptio impeditur, nisi replicatio opponatur, & citatis Doctoribus addi possunt Mascard. *de probat. conclus.* 1332. *nu.* 7. Bart. *in L. si quis ad se fundum. num.* 2. *C. ad L. Jul. de vi publ.* Ita, ut neque Judex tali casu possit ex officio supplere spoliatum ante omnia restituendo. Mascard. *l. c. num.* 15. Menoch. *l. c. num.* 173. quia regula est, Judicem non impertiri suum officium, nisi imploratum. *cap. innotuit.* 20. *§. fin. de elect. L.* 4. *§. hoc autem judicium. ff. de damn. infec.* nisi immineat periculum animæ, nisi fiat restitutio. Pirhing. *in cap.* 1. *de restit. spol. num.* 26. P. Anacl. Reiffenstuel. *lib.* 2. *tit.* 13. *§.* 4. *num.* 75. gl. *in Can. quia præsulatus.* 1. *quæst.* 4. *ver. ablata.* ubi Presbyter, qui sine culpa fuit excommunicatus, & sua Ecclesia privatus, fuit restitutus; quia hanc alius sine periculo animæ suæ retinere non potuisset.

9 Secundus est, quando notorium est, spoliato in fundo, quo fuit spoliatus nullum proprietatis jus competere, si etiam constet proprietatem, vel dominium rei spoliatæ spectare ad spoliatorem, veluti ex actis, judicis sententia, aut spoliati confessione. Abb. *in cap.* 2. *num.* 3. *de restit. spol.* Innoc. *in cap. constitutus. de fil. presbyt.* Mascard. *de prob. conclus.* 1333. *a num.* 1. Menoch. *de recuper. remed.* 1. *a num.* 215. apud quem Rota, vide Rub. *in annot. ad dec.* 420. *par.* 4. *to.* 2. *recent. a num.* 42. *&* 82. quia quando notorie constat de dominio spoliatoris, frustra spoliatus mitteretur in possessionem rei, quam statim spoliatori restituere cogeretur.

10 Tertius, quando contra spoliatum adest resistentia juris, aut spoliato jus resistit, & assisti. spoliatori; quia tunc spoliatus non restituitur, nisi prius docuerit de jure suo, aut de titulo. Abb. *in cap. in litteris. nu.* 18. *&* 24. *de restit. spol.* Jo. Andr. *in cap. ad decimas. nu.* 2. *de restit. spol. in* 6. ubi gl. & Barb. *num.* 2. & Pirhing. *num.* 42. Reiffenstuel. *l. c. num.* 42. 80. Lim. si jus commune resistat quidem spoliato, sed non assistat spoliatori, quia tunc spoliatus esset restituendus ante omnia. gl. *in cap. ad Decimas. vers. eundem Clericum. de restit. spol. in* 6. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 17. *nu.* 6. *vers. quam ob rem.* Barb. *in d. cap. ad Decimas. in* 6. Menoch. *l. c. n.* 359. Bart. *in L.* 2. *n.* 1. *ff. si quis. in jus vocatus*, & prædo quoque restitui debet contra extraneum.

Quartus est, si imminet periculum animæ, si spoliatus restituatur, si probationes ab illo in continenti afferantur. DD. cit. & probatur. *ex cap. litteras.* 13. *de restit. spol.* Hinc uxor discedens a marito propria authoritate, ob prætensum impedimentum dirimens præstito juramento malitiæ, & oblatis probationibus in continenti paratis, restituitur quoad cohabitationem tantum, & non quoad thorum, donec cognoscatur super impedimento dirimente, quia hoc stante uxor non potest restitui, quoad thorum sine animæ detrimento, cui sine peccato debitum reddere non potest, quando autem probationes in continenti paratæ dicantur, remittitur Judicis arbitrio. Abb. *in d. cap. litteras.* & Barb. *numer.* 6. *de restit. spol.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 12. *num.* 4. 11

Quintus, quando ex restitutione spoliati imminet publicum scandalum. *Can. imprimis.* 2. *quæst.* 1. ubi gl. *vers. inprimis. cap. ed petitionem. vers. & si restituendus. de accusat.* Menoch. *de recuper. remed.* 1. *ou.* 319. Rota *dec.* 12. *tit. de restit. spol. in noviss. Can. aliquantas. dist.* 51. Idem dic, si ex facta restitutione sequeretur damnum irreparabile. Menoch. *l. c. num.* 308. & patet ex *d. cap. ad litteras.* quod exemplificari posset in muliere, quæ a marito ob sævitiem discessit, & per sufficientem cautionem præcaveri nequit, quæ non est restituenda, licet alias esset restituenda, ob damnum irreparabile, quod in vita, aut in membris pati posset. 12

Sextus est, si spoliatus ante spoliationem renuntiavit dominio rei spoliatæ sponte & libere. Abb. *in cap. accepta. num.* 4. ubi Barb. *numer.* 1. *de restit. spol.* Rota *dec.* 7. *&* 16. *de restit. spol.* Menoch. *l. c. num.* 297. quia per spontaneam resignationem fuit remissum omne jus tam quoad possessionem, quam quoad proprietatem. 13

SECTIO III.

An spoliatus possit propria authoritate recuperare possessionem, & an a tertio possessore?

Conclusio est, posse spoliatum recuperare possessionem, & spoliate invasorem. *cap. in litteris. de restit. spol.* Garz. *de Benef. par.* 2. *cap.* 5. Rochus *de Jurepatr. in ver. competens*, & alii, quamvis Judicem adiverit; quia per hoc non renuntiavit juri suo. Farin. *de homicidio. quæst.* 125. *num.* 208. etiam armata manu, dummodo in continenti id faciat. Dicitur autem recuperare in continenti, si recuperet, quanto citius potest, puta aliquando, post triduum: aliquando etiam post mensem, etiam post annos, veluti in recuperatione castri, in qua esset necesse convocare amicos, & facere præparamenta, dummodo spoliatus non diverterit ad extraneos actus. Hostien. *in cap. significasti. de homicid.* & ibi Jo. Andr. Ant. de Butrio, & Fel. gl. *in cap. olim causa.* uai DD. cit. & Abb. *de restit. spol.* Carrer. *in pract. crim. de homicidio. §. circa quartum. num.* 19. *&* 26. Gail. *de pace publ. lib.* 1. *cap.* 16. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 11. Lancell. *de attent. cap.* 4. *lim.* 1. *num.* 27. Farin. *de homicid. quæst.* 125. *num.* 218. 14

Spoliatos non potest agere contra tertium possessorem, qui bona fide, & cum titulo possidet rem recuperandam. Fachin. *controv. Jur. lib.* 8. *cap.* 11. Contrarium tenent Panormit. Hostien. & Canonistæ. *in cap. sæpe. de restit. spol.* ubi Cujac. & Gutierrez. *lib.* 1. *Canon. quæst. cap.* 34. *num.* 52. Valenzuela. *cons.* 71. *de Jure Can.* qui tamen de jure civili cum. Fachin. sentiunt apud Gonzal. *d. lib.* 2. *Decretal. tit.* 13. *cap. sæpe.* 15. *nu.* 4. & de jure etiam Canonico tenet hoc interditum non competere contra tertium, & citat Menoch. *de recuper. rem.* 16. *per lot.* quamvis potest Innoc. III. velit, omnino competere etiam contra tertium, & singularem successorem, & allegat Solorsian. *de Jure Indiar. to.* 2. *lib. v. cap.* 28. *num.* 98. qui ea utitur ratione, quod tertius, cui res adjudicata fuit, ratum habere, videatur spolium ad suum favorem a Judicibus factum? & si quodammodo illud fecisse, juxta *L.* 1. *§. quoties. ff. de vi, & vi arm. cap. cum ad sedem. de restit. spoliat. cap. qui per alium. de R. J. in* 6. ubi Dynus, & Pechius. Abb. *in cap. P. & G. de off. Deleg.* Afflict. *dec.* 227. 15

SE-

SECTIO IV.

Qualiter probetur spolium.

16 Spolium datur etiam in simplici detentore. Cyriac. *controv.* 319. veluti in Conductore, & Colonis. Probatur autem spolium probata possessione anteriori actoris, seu spoliati, & possessione recentiori Rei, seu spoliatoris. Ita Innoc. *in cap. saepe. de restit. spol.* Abb. *in cap. cum ad sedem eod. tit.* Farin. *dec.* 179. Gratian. *discept. for. cap.* 318. Ciarlin. *controv. for. cap.* 105. Rota apud Rubeum. *dec.* 540. *par.* 5. *recent. to.* 2. Possessio vero anterior spoliati debet probari concludenter, & plene, & non sufficiunt testes de fama. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 53. *num.* 32. Possessio vero spoliatoris sufficit, quod probetur semiplene, etiam per testes de auditu, qui audiverunt a parte spoliante. Item per solam litis contestationem. Rota apud Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 59. *num.* 26. *in una Regien. bonorum.* 17. *Aprilis* 1576. *coram Card. Blancheto.* Et *in Mediolan. emphyteusis.* 18. *Aprilis* 1603. coram Ludovis. Capitaq. *dec.* 372. *par.* 2. Dec. *cons.* 694. *col.* 2. *in fin.*

17 Ideo non sufficit unus testis etiam de visu ad probandam possessionem anteriorem spoliati, etiamsi deponat de publica voce & fama, nisi saltem concurrat alius de publica voce & fama, quia tunc conjunguntur ad faciendam plenam probationem. Caputaq. *dec.* 373. *par.* 2. & Marescot. *l. c. num.* 81. ad quem tamen effectum non est necesse, quod testes de fama specificent, a quibus fama hujusmodi ortum habuerit, nec causam, qua moveatur, nec alia requisita per Bart. *in L. de minore. de quaestion.* sed sufficit, quod dicant, quod ita publice dicebatur. Bald. *in cap. praeterea. col.* 6. *de testib.* Cassad. *dec.* 3. *de probat.* Paris. *cons.* 52. *lib.* 3. Caputaq. *dec.* 299. *par.* 3. Marescot. *l. c. nu.* 32.

18 Possessio anterior spoliati probatur etiam per confessione in libello, seu commissione ab adversario factam. *L. cum precam. C. de liber. caus.* Rota *in Papien. tenutae.* 26. *Maii.* 1603. *coram Ludovis.* dummodo confessio sit clara, & omnino concludens, quia dubia recipit illam interpretationem, per quam minus, quam fieri potest, jus confitentis laedatur. *L. si quis intentione ambigua. ff. de Jud.* Menoch. *cons.* 112. *num.* 21. Rimin. jun. *cons.* 204. *num.* 55. Molied. *dec.* 2. *de restit. spol.* ubi Rota. In antiquis vero possessio anterior spoliati probatur etiam per testes de auditu auditus. Put. *dec.* 78. *lib.* 1. Felin. *in cap. veniens. col.* 6. *vers. scias etiam*, *de testib.* Item per publicam vocem, & famam, quae in factis antiquis, quorum non extat memoria, habetur pro scientia, & veritate. Curt. sent. *L. in admonendi. num.* 28. *ff. de jurejur.* Rota *in Spolet. bonor.* 26. *Martii.* 1590. *coram Pennia.* Item per enunciativam plurium instrumentorum, quae in antiquis habent vim famae. Bald. *in L. cum aliquibus. C. de jure deliber.* Fel. *in cap. cum causam. num.* 4. *de prob.* Achill. *dec.* 5. *de Jurepatr.* Rota *in Esina bonor.* 1. *Jun.* 1596. *coram Card. Pamphilio.* etiam in praejudicium tertii. Innoc. *in cap. veniens. de V. S.* Castr. *cons.* 81. *col.* 2. *lib.* 2. Dec. *cons.* 36. *sub. num.* 6. *vers.* & quod ex instrumento. Aym. *cons.* 54. *num.* 11. *de antiq. tempor. par.* 1. §. *viso. num.* 21. Menoch. *de retin. remed.* 3. *num.* 574. & alii apud Marescot. *l. c. num.* 49. & 46. Tandem anterior possessio probatur per clausulam constituti, quamvis non constet de tempore constituti. Rota *in d. Esina.* Dec. *cons.* 302. *nu.* 9. & alii, quos citat, & sequitur Marescot. *l. c. num.* 48.

§. III.

Ad quid teneatur spoliator violentus?

19 Spolium non semper est violentum, sed potest esse sine violentia, ejus praesertim, qui rei institit. Verall. *dec.* 170. Ciarlin. *controv. for. cap.* 105. uti si provenit ex decreto Judicis. Bich. *dec.* 263. *num.* 5. Hic vero est sermo de spoliatore violento, quia quando spolium non fuit violentum, non tenetur ad restitutionem fructuum, qui percipi potuerunt, sed tantum perceptorum. *cap. gravis.* ubi gl. *vers. si vero. de restit. spol.* Cassad. *dec.* 6. *num.* 3. *de prob.* Put. *dec.* 373. *num.* 2. Rota apud Bich. *dec.* 45. *num.* 2.

Loquendo ergo de spoliatore violento, tenetur non tantum ad fructus perceptos, sed etiam percipiendos, cum sit malae fidei possessor. *L. merito.* 19. *ff. de acquir. possess.* Velasc. *de privil. pauper. par.* 1. *quaest.* 47. nec sumptus factos de rigore juris imputare potest, quamvis secus sit de aequitate, de qua imputare potest necessarios. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 8. *num.* 4. Menoch. *de recuperan. remed.* 15. *nu.* 537. & alii apud Gonzal. *lib.* 2. *decretal. tit.* 13. *num.* 8. *in cap. conquerentes.* 7. dummodo fructus sint tales, qui a quocunque possessore percipi potuerunt, secus si sunt tales, qui a spoliatore tantum percipi potuerunt ex peculiari artificio. *L. caeterum.* 32. *ff. de R. J.* si vero de facto eos perceperit, quamvis ex peculiari artificio, tenetur eos restituere, ne ex spoliatione lucrum consequatur. *L. actum.* 22. *C. eod cap. gratum. de restit. spol.* Menoch. *d. remed.* 15. *num.* 413. Abb. *in cap. gravis. a num.* 13. *de restit. spol.* 20

21 Spoliator tenetur etiam, antequam audiatur ad omnia damna per spoliationem illata plenarie resarcienda, & pro irrogata injuria ad satisfactionem. DD. cit. & probatur ex *L.* 1. §. *non solum. ff. de vi, & vi, arm. cap. ult. de injur. & damn. dat.* si vero non constet de quantitate damni illati, tunc spoliato competit juramentum in litem. *cap. ult. de his quae vi, metusve causa. L. si quando. C. unde vi.* dummodo quatuor concurrant conditiones. 1. quod violentia plene probetur, aut spoliatoris confessione, aut testium depositione; nec sufficit spoliati juramentum. 2. quod inspecta personarum, & negotii qualitate damni taxatio fiat a Judice. 3. quod spoliatus, ut supra, juret juxta summa taxatam. 4. quod Judex spoliatorem juxta summa taxatam condemdet. P. Reiffenstuel. *lib.* 2. *tit.* 13. §. 5. *num.* 323.

22 Sed quid dicendum de possessore bonae fidei? teneturne fructus industriales ex re aliena perceptos restituere? Respondetur: quod si fructus industriales ex re aliena percepti adhuc existunt omnino esse restituendos; quia licet possessor illos faciat suos, tamen non facit suos irrevocabiliter. gl. *in L. & ex diverso. ver. non habendam.* ubi Bart. §. *sed fructus industriales. ff. de rei vindic.* Abb. *in cap. gravis. nu.* 3. *de restit. spol.* Speculat. *tit. de fruct. & interesse.* §. 1. *num.* 2. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 3. *num.* 6. Menoch. *de recuper. poss. rem.* 15. *num.* 594. quia attento jure naturali omnes fructus fundi spectant ad verum dominum illius, & jus civile, ob impensam culturam, & industriam, si incurrit bona fides possessoris, illorum dominium ipsi possessori attribuit, sed non irrevocabiliter, sed donec a vero domino una cum re repetantur implorato Judicis officio. *L. certum est. C. de rei vindic.* Abb. *in d. cap. gravis.* Covar. *l. c.* dummodo fructus a possessore per lapsum triennii non fuerint usucapti, licet fuerit inde factus locupletior. Quod dictum est de fructibus industrialibus, non procedit in naturalibus, nisi possessor habeat etiam titulum coloratum, saltem quo casu tantum illos lucratur, secus si nullum habeat titulum, quemadmodum industriales, quos possessor lucratur etiam sine titulo. Abb. *l. c.* Bart. *l. c.* Covar. *l. c. num.* 6. *conclus.* 1.

23 Idem bonae fidei possessor non tenetur restituere fructus ante litis contestationem consumptos, nisi ex illis fuerit factus locupletior, sive sint naturales, sive industriales, & sive possessor sit cum titulo, sive sine titulo. gl. *in cap. gravis. ver. fructus.* & ibi Abb. *num.* 6. & Barb. *num.* 8. *de restit. spol.* Speculat. *in d. tit. de fruct. & interesse.* §. 1. *num.* 2. Covar. *l. c.* & probatur ex §. *si quis a non Domino. Instit. de rer. diviss.* P. Reiffenst. *l. c.* §. 7. *num.* 143. si tamen res per Dominum verum fuit evicta, tenetur restituere fructus etiam consumptos post litem contestatam; ratio est, quia post litem contestatam incipit esse malae fidei possessor. *L. ex converso.* §. *abi alienum. ff. de rei vendic.*

24 Interdictum *unde vi* non tantum competit contra spoliatorem, sed etiam contra illum, qui dejectionem, seu spoliationem per suos factam approbavit, utendo re ipsa, quae fuit ablata. Gonzal. *in cap.* 1. *de restit. spoliat.* & ideo approbans tenetur ad omne id, ad quod tenetur spoliator: non vero tertius possessor, quemadmodum ex Gonzal. *l. c. num.* 4. diximus.

25 Spoliator tenetur restituere, quidquid occasione spolii percepit, & si percepta non extant, & agitur de fructibus ex certo praedio recollectis, cum non recipiant fun-

functionem in genere suo, probata consumptione intrat condemnatio ad illorum æstimationem. Mohed. *dec.* 8. *de restit. spol.* Rota apud Bich. *dec.* 180. Bart. *in L. ex diverso.* §. 1. *ff. de rei vindicat.* Dec. *cons.* 464. *n.* 1. Socin. sen. *cons.* 82. *num.* 26. Cyriac. *controv.* 67. *nu.* 15. Hinc si nomina debitorum vendidit; & pretium recepit, ad illius restitutionem spoliato tenetur. *L. qui proprio.* § *procurator. ff. de procurat. L. si quis absentis negotia. ff. de negot. gest.* Vincent. de Franch. *dec.* 176. *num.* 4. Rota apud Bich. *dec.* 580. *num.* 44.

26 Non tenetur restituere, nisi exacta. *L. sed si leg.* 28. §. *quod autem. ff. de petit. hered.* Rota apud Bich. *dec.* 628. *nu.* 1. & in tantum, tenetur nomina restituere, ut quamvis nomina eadem per retrocessionem ad spoliatorem rediissent, adhuc restitui debeant, quia non ideo fuit extincta actio ex actu distractionis, & receptionis pretii, quæsita spoliato contra spoliatorem ad solutionem pretii recepti. Bich. *l. c. num.* 7.

27 Spoliator purgato spolio agere potest pro suo jure. Bich. *dec.* 316. *num.* 22. ubi Rota *dec.* 117. *num.* 16. 4. *tom.* 2. *recent.* non dicitur purgatum, nisi refectis expensis, usque ad minimum quadrantem. Bich. *dec.* 73. *num.* 14. ubi DD.

§. IV.

De spoliis miscellanea.

28 Spolium circa taxationem expensarum non est privilegiatum, quia in spolii judicio, non taxantur expensæ, nisi consuetæ. Bich. *dec.* 73. *num.* 13.

29 Spolium, quando non est violentum, aut attentatum, fructus debentur a die motæ litis, si veniunt accessorie ad rem petitam, aut ablatam. ita Natta *cons.* 14. *num.* 14. Cyriac. *controv.* 500. *num.* 10. Gratian. *disc. for. cap.* 206. *num.* 14. Thes. *dec.* 29. *nu.* 8. Coccin. *dec.* 439. *num.* 1. Cavaller. *dec.* 586. *num.* 5. Buratt. *dec.* 714. *num.* 9. & 10. Rota *dec.* 740. *num.* 3. *par.* 4. *to.* 3. *recent.* & *decis.* 187. *num.* 17. *par.* 7. & *in Mediolan. fructuum.* 26. *Maii.* 1589. *coram Plato.* apud Marches. *de commiss. par.* 2. *fol.* 206. *numer.* 1. Bich. *dec.* 263. *nu.* 3. quia cum condemnatio ad fructus venit accessorie, illi debentur officio Judicis mercenario deserviente actioni intentatæ, ratione moræ & malæ fidei, quæ per litis contestationem fuit inducta. ita Gratian. *d. cap.* 206. *num.* 14. Cenc. *de censib. cap.* 16. *sub. num.* 11. *vers. mihi.* & Rota *dec.* 281. *nu.* 1. & 2. *par.* 7. *recent.* Bich. *l. c. num.* 3. secus, si fructus petuntur principaliter, & dependenter, quia tunc veniuntur ratione dominii, & attenditur etiam mala fides ante litem motam contracta. Rota cit. *in Mediol. fructuum coram Plato.*

30 Spolium dici non potest violentum, aut attentatum, si provenit ex Judicis decreto, nec fuit commissum cum vi expulsiva, & præsentia Judicis, ac satellitum. Bald. *in L. si quis in tantam. num.* 2. & 3. *C. unde vi.* Bolognet. *in L. juste possidet. num.* 89. *in fi. ff. de acquir. possess.* Rota *dec.* 718. *num.* 3. *par.* 1. *divers.* & *dec.* 740. *num.* 6. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Adden. ad Buratt. *dec.* 731. *num.* 6. Bich. *l. c. num.* 5. Et quando non est violentum, sed judiciale, spoliator non tenetur ad restitutionem fructuum, qui percipi potuerunt, sed tantum ad perceptos. *cap. gravis.* ubi gl. *ver. si vero. de restit. spol.* Cassad. *dec.* 6. *num.* 3. *de prob.* Put. *dec.* 373. *num.* 2. *lib.* 1. Rota *de restit. spol. dec.* 10. *in antiq.* & *dec.* 552. *nu.* 1. *par.* 1. *divers.* & *in Rom. fructuum.* 13. *Novemb.* 1602. *coram Litta.* Bich. *dec.* 45. *nu.* 2.

31 Spolium judiciale est purgandum, quamvis spoliator possit ex alia causa retinere. Bart. *in L. si non sortem.* §. *si centum. num.* 5. *ff. de condict. indeb.* Surd. *dec.* 46. *num.* 12. Cavaller. *dec.* 539. *num.* 4. & *dec.* 543. *num.* 3. & Rota *in Romana Domus.* 24. *Maii* 1619. *coram Ubaldo seniore.* apud Bich. *dec.* 179. *nu.* 19.

32 Spolium, quando est judiciale, nunquam datur retentio spoliatori adversus spoliatum reintegrari petentem. Rota coram Cavaller. *dec.* 539. *num.* 9. & 10. & *dec.* 543. *num.* 4. & *dec.* 117. *num.* 9. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* apud Bich. *dec.* 547. *num.* 21. & 22. nisi fuerit processum parte citata. Rota coram Caval. *l. c.* Gratian. *disc. for. cap.* 706. *a num.* 11. Cyriac. *controv.* 180. *num.* 10. Surd. *dec.* 46. *num.* 7. *per totam.* Bich. *dec.* 628. *num.* 13.

Spolium non dicitur purgatum, nisi actualiter fuerint refectæ expensæ, usque ad minimum quadrantem, ad quas Rota solvet victum condemnare, neque sufficit depositum unius Julii cum obligatione solvendi residuum. Mohedan. *dec.* 1. *num.* 1. *de solut.* Caputaq. *dec.* 150. *num.* 6. & 7. *par.* 1. *dec.* 272. *num.* 5. *par.* 2. *dec.* 176. *par.* 3. Rota *dec.* 269. *num.* 1. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 73. *num.* 15. dicitur autem purgatum per reintegrationem ad pristinum statum. Bich. *dec.* 314. *nu.* 36. Abb. *in cap. conquerente. num.* 1. *de restit. spol.* Mohed. *dec.* 8. *num.* 1. *de restit. spol.* Caputaq. *dec.* 171. *par.* 3. Menoch. *cons.* 758. *num.* 15. & 19. Rota *dec.* 363. *n.* 12. *par.* 4. *to.* 3. *recent.* 33

Spolium resultat propter excessum sententiæ, & ideo Reus conventus est reintegrandus. Rota *in Romana spolii bonor.* 21. *Febr.* 1600. *coram Justo.* impressa apud Marches. *de commiss. to.* 1. *fol.* 1249. apud Bich. *dec.* 509. *num.* 6. 34

SPONSALITIA.

Praxis sponsalitiæ largitatis, Sponsæ, & Sponsionis.

Sponsalitia largitas est donatio inter sponsos, quæ fit post sponsalia ante matrimonium, & hæc est valida, & acquiritur Donatario, si matrimonium consummatur. *L. cum veterum. C. de donat. ante nupt.* etiam in magna quantitate. Sanchez. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 24. & si matrimonium non fit, debet restitui donanti, aut hæredibus illius. *d. L. cum veterum.* & *L. si a sponso. C. de donat. ante nupt.* quia est facta sub conditione futuri matrimonii. Lim. si matrimonium non contrahitur culpa donatoris. Lim. 2. si donatio fuit facta sponsæ, & intervenit copula, aut osculum post sponsalia absolute celebrata; nam tunc dimidium pertinet ad sponsam, & dimidium ad hæredes sponsi. *L. si a sponso.* C. *de donat. ante nupt.* Bonac. *de contrac. disp.* 3. *q.* 3. *p.* 4. 1

Sponsaliati largitas facta a sponsa sponso, debet restitui sponsæ non secuto matrimonio, quamvis inter sponsos intercesserit copula, vel osculum post sponsalia absolute celebrata, quia sponsus ob copulam, vel osculum post sponsalia absolute celebrata nullum dedecus patitur, sicut sponsa, nec ob id difficilius nubit. Molina *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 13. *p.* 4. Lim. si matrimonium non sequitur ob culpam sponsæ. Sanchez. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 18. & 21. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 13. *p.* 4. 2

Sponsalitia largitas acquiritur sponsæ, sive præcesserit copulæ, vel osculo, sive fuerit secuta, quoad medietatem tantum, nisi sponsalia essent irrita ob aliquod impedimentum dirimens. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 20. 3

Sponsalia promittens Consanguineæ, vide *Promissio*.

Sponsalia posteriora, si priora aliquo casu cessent, uti per mortem, aut renuntiationem, non esse servanda, tenet Ponc. *de matrim. lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 2. Sanchez. *lib.* 1. *disp.* 50. *num.* 6. Ægidius *de Sacram. disp.* 22. *dub.* 5. *conclus.* 8. quia nulla fuit posterior obligatio, & ideo non convalescit, juxta Regulam *non firmatur. de R. J. in* 6. *L. quod ab initio. ff. eod.* quibus non videtur contrarius P. Perez. *de matrim. disp.* 9. *sect.* 8. nisi fuerint posteriora sponsalia contracta pro quovis tempore, aut pro tempore, quo promittens erit habilis ad contrahendum. Contrariam opinionem, quod nimirum secunda sponsalia annullatis prioribus per mortem, aut renuntiationem reviviscant, & secunda sponsalia promittens, teneatur contrahere cum secundo sponso, tenent Covar. *in* 4. *Decretal. par.* 1. *cap.* 4. §. 1. *num.* 10. Rebell. *lib.* 4. *quæst.* 8. *sect.* 8. *num.* 55. Hurtad. *disp.* 2. *diff.* 8. *num.* 29. Castropal. *de sponsal disp.* 1. *p.* 21. cui videtur accedere P. Tamburin. *lib.* 8. *de matrim. trac.* 3. §. 5. *num.* 3. sed quia, nec Castrop. nec Tambur. tangunt casum supra relatum, & tantum loquuntur de prioribus sponsalibus, an solvantur per posteriora, ideo melius allegatur pro priori sententia per ea, quæ dixit *l. c. num.* 2. ubi fatetur posteriora sponsalia esse nullius valoris, utpote illicita. 4

Sponsalia contracta sine consensu parentum, vide in praxi *Successionis.* §. *Descendens. ver. filius.* Solvuntur ob defectum ætatis, & impubes factus pubes potest statim resilire a sponsalibus. DD. *in cap.* 1. *cap. a nobis.* & *in cap. attestatione. de despons. impub.* Bonac. 5

quæst.

quæst. 1. *p.* 6. *num.* 1. Lim. secundum aliquos, si fuerunt jurata.

6 Sponsa habet privilegium tacitæ hypothecæ pro dotis restitutione. Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 7. *gl.* 2. *par.* 1. *num.* 28. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 70. cum communiore contra Thes. *qq. for.* 37.

Reliqua de sponsalibus, vide in praxi *matrimonii*.

7 Sponsio, seu scomessa est licita, quia per contractus, quo uterque se exponit periculo perdendi, vel acquirendi, dummodo sit æqualis spondentium conditio. Hinc si unus rem certo scit, & alteri hanc suam scientiam non manifestavit, tenetur ad restitutionem. Gatz. *de contrac. par.* 2. *cap.* 13. Molina *de Just. disp.* 508. Navar. *in man. cap.* 8. Bonac. *de restit.* in *particulari. disp.* 2. *quæst.* 3. *par.* 1. *num.* 28. Et dummodo sponsio non sit de objecto, quod præbeat occasionem captandæ mortis. Lim. in illis sponsionibus, quæ fiunt super electione Pontificis, quia particulariter sunt prohibitæ in quibusdam locis. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 6. *n.* 93. ubi, an recipiens decem super sponsione, quod talis Cardinalis eligetur in summum Pontificem, si præmoriatur in conclavi, teneatur ad restitutionem ob mutationem factæ conventionis.

SPORTULÆ.

Praxis sportularum.

1 Sportulæ de jure communi non debentur a personis miserabilibus, neque in causis summariis, neque a Confesso, quia Judex nihil, vel parum laboravit in revidendis actis. Rol. *lib.* 2. *cons.* 87. Cyriac. *controv.* 57. Ecclesia. *obs. for.* 21. secus de consuetudine, sicut nec in illis, in quibus non cadit litis contestatio, secus de consuetudine. Paiatell. *exped. & annot.* 93.

2 Sportulæ debentur a parte instante, & si ambæ instant, ab utraque parte pro rata petiti in judicio. Costa *de port. rata. quæst.* 86. Fachin. *lib. controv. Jur. cap.* 40. & solutæ per Victorem sunt restituendæ a victo. DD. mox cit. & Cyriac. *controv.* 67.

3 Sportulæ communiter inter Judicem, & illius assessorem dividuntur. Betazzol. *cons.* 81. *par.* 1. *num.* 3. Ecclesia *obs. for.* 18. *num.* 14. debentur Judici, licet partes veniant ad concordiam in limine ferendæ sententiæ. Franc. *in cap statutum.* §. *assessorem. de rescript. in* 6. Gratian. *discept. for. cap.* 55. *&* 561. Cyriac. *controv.* 67. *num.* 11. Ecclesia *obs. for.* 18. solvuntur ab eo, qui petit causam expediri, & si ambo petunt ab utroque. Ecclesia *obs. for.* 26. *num.* 18. debentur ad ratam petitionis, non ad ratam judicati. Tranchedin. *consult.* 101. Pajatell. *d. exped. & annot.* 93. Eccles. *obs. for.* 20. *num.* 1.

4 Est autem sportula pecunia, quam Actor & Reus, cum lis contestanda esset, contribuebant, & deponebant. *auth. generaliter. C. de Episc. & Cler. auth. offeratur. C. de lit. contest.* quæ vel fisco addicebatur, aut a Judice pro sua, & qui in causa succumbebat, omnem pecuniam pendebat, hæc contributio alias erat decima æstimationis litis, sed fuit coarctata, ut, si causa non excedat, habeat aureos quatuor ab initio, nimirum duos ab utraque parte; & alios duos in fine pro labore, qui tamen textus tantum loquitur de Delegatis, & nihil de Ordinariis, nisi in Clericis. *L. omnes.* §. *executoribus. C. de Episc. & Cler. L. cum Clericis. & auth. sed hodie. C. eod.* Ecclesia *obs. for.* 19. *nu.* 1.

5 Et quod sportulæ de jure non debeantur Judicibus Ordinariis, docet Jo. de Graff. *in trac. de subst. procur. rubr. sportulas. num.* 2. Anchar. *cons.* 201. *num.* 1. Vivius *opin.* 741. *num.* 3. quia Principes debent ministrare justitiam sumptibus propriis, non subditorum. Lucas de Pennia *in L. annonas.* 15. *C. de erog. milit. annon. lib.* 10. Gonded. *cons.* 84. *num.* 62. *lib.* 2. Gratian. *discept. for. cap.* 561. *num.* 12. & subditis debent gratis justitiam facere. Ecclesia. *l. c. nu.* 3.

6 Judices vero Ordinarii Ecclesiastici, non possunt accipere sportulas, nec suffragatur consuetudo in contrarium. Jo. And. *in Clem. statutum. in verb. ex jurisdictione. de elect.* Ant. de Butr. & Panorm. *in cap. cum ab omni. de vita. & honest. Cleric.* Gratian. *disc. for. cap.* 571. *n.* 1. Contrariam sententiam defendit Vasq. *Illustr. controv. cap.* 7. *n.* 1. & ubi adest consuetudo. Gratian. *disc. for. cap.* 561. *num.* 6. Vivius *opin.* 741. *n.* 6. apud Ecclesia *l. c. n.* 28.

STATUS.

Praxis status.

Status Beneficii Regularis non dicitur mutatus ex provisionibus Apostolicis, nisi constet, Papam habuisse animum illum mutandi, & scientiam anterioris Status Regularis, alias in dubio non præsumitur. Lap. *in cap. cum de Beneficiis. n.* 2. *de præb. in* 6. ubi Geminian. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 434. *nu.* 20. Buratt. *dec.* 636. *num.* 8. Rota apud Bich. *dec.* 59. *num.* 15. *&* 16. 1

Status Beneficii Regularis non dicitur constitutus, nisi quadragenaria præscriptione. *cap. cum de Beneficio. de preben. in* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. Cancell. *gl.* 8. *num.* 8. Lother. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 34. *nu.* 45. Rota coram Buratt. *dec.* 636. & apud Bich. *dec.* 433. *num.* 22. 2

Status Beneficii sæcularis, probatur ex provisionibus, quæ factæ fuerunt sæcularibus. Ludovis. *dec.* 57. *num.* 9. apud Bich. *dec.* 23. novus in Beneficio non imprimitur, nisi lapsu temporis sufficientis ad præscribendum. *cap. cum de Beneficio. de preben. in* 6. Seraph. *dec.* 1227. Rota apud Bich. *dec.* 59. *num.* 18. præscriptio vero debet esse quadragenaria. Fel. *in cap. in nostra. nu.* 43. *de rescript.* Lother. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 14. *num.* 29. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 434. *numer.* 20. & post Vivian. *de Jurepatr. dec.* 40. *num.* 9. Bichius. *dec.* 118. *num.* 21. & debent probari collationes, tanquam de libero factæ cum scientia Jurispatronatus. Idem. *l. c. num.* 17. 3

Status Beneficii per Ordinarium mutari non potest. Burat. *dec.* 636. *num.* 8. Bich. *dec.* 59. *num.* 19. Et interim, dum de prædicto cognoscitur possessor, est manutenendus. Seraph. *dec.* 287. *num.* 4. Post. *de manut. obs.* 46. *a num.* 18. Lother. *l. c. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 24. Bich. *l. c. num.* 20. 4

Status ultimus in Beneficiis semper est attendendus, quoties per perfectas probationes non constat de statu anteriori. Calder. *cons.* 23. *de prob.* Bich. *dec.* 300. *num.* 24. & ad effectum includendæ, vel excludendæ reservationis. Cavaller. *dec.* 639. *num.* 9. Bich. *dec.* 312. *num.* 18. præsertim, si ultimo loco provisum Beneficium per quadraginta annos pacifice possedit, quia ex tali actu præsumuntur status Beneficii. Abb. *in cap. fin. num.* 18. *vers. distingue tamen. consuet.* Dec. *cons.* 134. Bich. *d. dec.* 312. *num.* 19. *&* 20. Ita etiam attenditur. 5

Status ultimus Beneficii inter plures præsentatos de institutione contendentes etiam ad effectum justificationis gratiæ in præjudicium patronorum, qui alios ad præsentandum admiserunt. *cap. consultationibus. de Jurepatr.* Bich. *dec.* 387. *num.* 6. *&* 369. *num.* 8. Item pro obtinenda executione litterarum Apostolicarum non docto de anteriore statu contrario legitime præscripto. *cap. cum de Beneficio. de preben. in.* 6. Felin. *in cap. eam te num.* 22. *de rescript.* Feder. de sen. *cons.* 240. Cavaller. *decis.* 390. *n.* 5. Bich. *dec.* 405. *n.* 21. Item ad dignoscendum, an Beneficium sit sæculare, vel Regulare. DD. cit. Bich. *dec.* 433. *n.* 28. Item in collatione Beneficiorum. Ludovis. *dec.* 188. *&* 229. Bich. *dec.* 436. *n.* 6. & Felin. ac Cavalier. *ll. cc.* Status tamen anterior Beneficii probatus publicis instrumentis potius attendi debet, quam novus per abusum introductus. Rota *dec.* 735. *n.* 2. *par.* 3. *recenc.* Bich. *dec.* 409. *n.* 8. 6

Status Beneficii probatur ex testibus in una causa examinatis etiam in alia causa, & diverso judicio. Bich. *dec.* 268. *n.* 21. 7

Status antiquus simultaneæ collationis in mensibus ordinariis non censetur mutatus, nec constitutus novus ex collationibus ab Episcopo in mense reservato factis vigore alternativæ. Bich. *dec.* 467. *num.* 24. 8

Ultimus status pro libertate Beneficii, qui contrarius unioni attendi debet, præsertim cum non agitur principaliter inter Collatores, sed incidenter inter provisos. DD. cit. & Bich. *dec.* 457. *n.* 9. *&* 10. nisi dederit causam liti. Rota coram Ludovis. *dec.* 30. apud Bich. *dec.* 368. *n.* 9. 9

Status rei non mutat conditionem personæ, nec afficit illam, quoad libertatem. *L. ult. C. de imponen. lucrat. describt.* Barb. *axiom. lib.* 17. *cap.* 38. *ax.* 1. 10

Status ultimus collativus constito de statu anteriori 11
unio-

unionis non attenditur, nec statum contrarium constituit. Rota *dec.* 205. *n.* 1. *&* 2. *par.* 1. *diversar. dec.* 229. *n.* 7. *dec.* 333. *n.* 6. *par.* 1. *recent.* & *in Uladislaviens. Jurispatr.* 1. *Jul.* 1648. *coram Bichio.* Idem Bich. *dec.* 620. *n.* 11.

STATUTUM.

Praxis statutorum.

1 Statutum obligans fidejubere non obligat divitem, si dedit hypothecam bonorum suorum, vel pignora, quia sic creditor idonee cautatur, quæ est ratio statuti, & sic quando lex considerat effectum, non curatur de modo, si habetur effectus. Socin. *in L.* 1. *ff. qui satisdare. cog.* Bart. *in L. quicunque. ff. de fundum. patrim.* Felin. *in cap. ad nostram. de jurejur.* Neguf. *de pignor. par.* 5. *memb.* 1. *nu.* 4. Maur. *de fidejus. par.* 2. *sect.* 4. *cap.* 20. Altograd. *cons.* 97. Rota *dec.* 281. *num.* 40. *par.* 1. *divers.* Merlin. *de pignor. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 4.

2 Statutum, quod Bannitus possit impune uccidi, non valet de Jure Canonico. Farin. *in prax. quæst.* 103. *nu.* 49. Cariar. *dec.* 1. *num.* 78. Capon. *disc. for.* 33. *num.* 19. contra Barb. *in cap. cognoscente. de constit.* Afflict. *lib.* 3. *constit.* 3. *de Bannitis.*

3 Statutum præfigens certum terminum ad accusandum, censetur eundem terminum etiam præfigere ad inquirendum, quamvis non faciat mentionem, quia inquisitio succedit loco accusationis. Cabal. *resol. crim. cas.* 3. 5. 6. Farin. *qq. crim. quæst.* 10.

4 Statutum de compromissis cessat in bonis extra territorium statuti sitis. Tusc. *litt. S. conclus.* 546. Honded. *cons.* 5. Cravetta *cons.* 37. Alderan. Mascard. *de interpret. stat. conclus.* 6. neque in personis exemptis, neque in Vidua gaudente privilegio. *L. un. C. quando Imperat.* Conciol. *alleg.* 71. est validum, quia favet publicæ utilitati. Abb. *in cap.* 1. *de arbitr.* Scacia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 2. Suspendit jurisdictionem Judicis Ordinarii. Blanc. *de compromiss. par.* 6. *n.* 2. Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 384. Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu jurisdictionis ordin. num.* 128. Scacia *de sent. & re judic. gl.* 7. *quæst.* 1. *num.* 10. & *de Jud. lib.* 1. *cap.* 66.

5 Statutum obligans conjunctos ad compromittendum causas est favorabile ad tollendas lites inter conjunctos. Ciarlin. *controv. for. cap.* 102. *per tot.* & obligat etiam minores, ac pupillos. *L. sine herede. ff. de administratione tutel.* Bald. *cons.* 133. Maran. *in spec. par.* 6. Blancus *de compromiss. quæst.* 3. etiam filiosfam. etiam in causis privilegiatis. Lancellot. *de attent. par.* 3. *cap.* 24. *quæst.* 25.

6 Statutum, quod frater succedat fratri ab intestato, exclusis sororibus dotatis, intelligitur de sororibus dotatis tempore mortis fratris, & non de dote superveniente. Item intelligitur etiam de successione ex testamento, ne sit melior conditio venientis contra voluntatem defuncti, quam illius, qui venit præter voluntatem illius. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 81. Rol. *cons.* 240. *lib.* 1. Contra Decium *cons.* 356.

7 Statutum potest taxare certum interesse, donec dos solvatur. Bald. *in L. fin. C. de jure dot.* Abb. *in cap. salubriter. de usur.* Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 42. & alii apud Sperell. *dec.* 84. *n.* 25. *&* 27. quia de pacto ad statutum valet argumentum.

8 Disponens neminem posse transire per fundum alienum, si tenet caput ad viam aliquam, intelligitur tam de via remota, quam propinqua, quia illius intentio est, providere necessitati, non commoditati hominum. Cravetta. *cons.* 780. Borgnin. *dec.* 2. Ciarlin. *controv. for. cap.* 13. & cum alterius damno alicujus commoditati prospicere non videtur, & est interpretandum, ne ad illicita trahatur. Cæpoll. *de servit. urb. præd. cap.* 24. & recipit interpretationem a jure communi. Socin. *cons.* 54. Corn. *cons.* 210. Ciarlin. *controv. for. cap.* 27.

9 Statutum cum est favorabile, aut non odiosum, ut valeat, non requiritur confirmatio in specie, sed sufficit in genere, veluti, si est exclusivum fœminarum propter masculos. Rota apud Pajatell. *dec.* 5. Confirmatum a superiore accidentaliter, & pro majori firmitate potest revocari, secus si fuit confirmatum essentialiter, & principaliter. Azor. *par.* 1. *instit. moral. lib.* 5. *cap.* 26. *n.* 15. Gail. *lib.* 2. *obs.* 1. præsertim, si est contra jus, quia facilis est reditus ad jus commune. Bich. *dec.* 165. *a num.* 2. Bart. *in L. omnes populi. num.* 33. *ff. de just. & Jur.* Jas. *in L. omnium. num.* 10. ubi loquitur de abrogatione statuti confirmati a Principe, si in confirmatione non adest decretum irritans. *C. de testam.* Felin. *in cap. cum accessissent. sub. num.* 5. *vers. hanc declarationem. de constit.* Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 38. *num.* 4. *&* 5. Rota *dec.* 375. *num.* 4. *par.* 2. *recent.*

Statutum, quod instrumentum publicum habeat executionem paratam, non nocet Clericis, quamvis Clerici illo possint uti contra Laicos. Abb. *in cap. ex litteris. & cap. quod Clerici. de foro compet.* Bald. *in L. cunctos. C. de SS. Trinit.* Vivius *dec.* 321. Sperell. *dec.* 11. Concedens jus retractus prodest etiam Clericis, quamvis illos non liget. Sperell. *l. c.* Surd. *cons.* 2. Honded. *cons.* 3. Martha *de jurisd. par.* 4. *cas.* 30. sed Altograd. jun. *controv.* 100. tenet contrarium, eo quod verba statuti sint directa in rem, vel personam Laicam exemplo bonorum hypothecatorum, quæ transeunt cum onere. vide, quæ diximus in praxi *Retractus.* 10

Quamvis possit annullare contractus gestos sine solemnitatibus statutariis, quamquam fuerint initi cum Clericis, non potest tamen ex eo capite illos annullare, si fuerunt gesti cum Ecclesia, aut aliis locis piis. Differentia est, quia cum solemnitates sint introductæ ad obviandum fraudibus, minus istæ præsumi possunt in Ecclesia, quam in Clericis. Sperell. *l. c. & dec.* 10. Clarus *in §. Donatio. quæst.* 17. Canar. *de insinuat. q.* 8. Cravetta *cons.* 160. Honded. *cons.* 32. *lib.* 1. 11

Non potest obligare Clericos, neque quoad quæsita, nec quoad quærenda. Gail. *lib.* 2. *obs.* 32. Sperell. *dec.* 10. Bald. *cons* 9. Dec. & Anchar. *cons.* 524. Bellet. *disquis. Clerical. de empt. Cleric. a statutis.* §. 3. Etiam in eorum foro non attenditur in decisivis contra Clericos, nisi in illo Clerici se fundent. Sperell. *dec.* 100. Gail. *l. c.* tam in quærendis, quam in quæsitis. Vulp. *de libert. Eccles. par.* 2. Covar. *in reg. possessor. par.* 2. §. 4. 12

Statutum Laicorum, quod adiens hæreditatem non confecto inventario obligetur ultra vires hæreditarias, non afficit Clericos. Diana. *par.* 1. *trac.* 2. *res.* 70. ubi Duard. *de Ballam Cœnæ. & alii.* quamvis contrarium sentiat. Grass. *de eff. Cleric. eff.* 2. *num.* 340. 13

Statutum Laicorum, nec vi directiva afficit Clericos in rebus ex se indifferentibus, sed tantum in prohibitis, vel præceptis ob bonum publicum, nisi res de se essent prohibitæ, aut præceptæ de Jure Divino, naturali, vel Canonico; tunc enim Clerici contra facientes non peccant contra statutum, sed contra præceptum naturale. DD. apud Sperell. *dec.* 13. Bald. *in L. si quis. sub condit. ff. de contrac.* Cravetta *cons.* 196. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 52. Bich. *dec.* 288. *n.* 36. Vivius *dec.* 326. *numer.* 3. quamvis statutum esset rationabile. Rota *in Hidruntina pecuniaria.* 26. *Jun.* 1642. *coram Merlin.* & *in Urbevetana Legati.* 4. *Jul.* 1646. *coram Bichio.* 14

Statutum Laicorum prohibens, ne Laici vendant Clericis, vel molant, aliaque servitia præstent, est contra libertatem Ecclesiasticam, utpote auferens illis, quod de jure communi debetur. Suarez. *de censur. disp.* 21. *sect.* 2. & plures DD. apud Dianam. *par.* 1. *trac.* 2. *res.* 53. contra Cajet. Navar. & alios. 15

Statutum Laicorum speciale obligans Emphyteutas Ecclesiæ ad collectas, utpote retrahens homines a conducendis bonis Ecclesiæ, non valet. Castr. *cons.* 290. Martha *de jurisd. par.* 4. *cas.* 13. Ciarlin. *controv. for. cap.* 17. Clar. *in §. emphyteusis. quæst.* 48. Alder. Mascard. *de statut. interpret. conclus.* 1. quamvis indirecte, & in minimo præjudicans emphyteutæ Ecclesiæ, si absit fraus, & malitia, in statuente valeat. Socin. sen. *cons.* 99. Ripa *in L. si filius. ff. de leg.* 2. Surd. *cons.* 338. Ciarlin. *controv. for. cap.* 17. *a num.* 70. nisi expresse faciat mentionem emphyt. Ecclesiæ. Martha. *d. par.* 4. *cap.* 13. 16

Statutum Laicorum, ne quis trahatur ad forum alienum, non intelligitur de foro Ecclesiastico. Bald. *in L.* 1. *ff. de Just. & Jur.* Abb. *cons.* 83. Surd. *cons.* 301. Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. Neque directe, neque indirecte potest decernere circa materiam juramenti, aut ejus obligationem, utpote spiritualem. Ciarlin. *cap.* 122. *num.* 24. neque potest impedidire juramenti observantiam, 17

tiam, & obligationem. Sperell. *dec.* 47. Ciarlin. *l. c.* licet illud ſupponat, & præſumat juramentum metu extortum. Sperell. & Ciarlin. *ll. cc.* neque poteſt tollere vires juramenti, & facere, quod illi contraveniens non ſit perjurus. Sperell. *dec.* 46. *&* 48. Ciarlin. *l. c.*

18 Statutum Laicorum in foro Eccleſiaſtico allegari non poteſt, præſertim contra Eccleſiaſticos. DD. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 114. *num.* 19. Bich. *dec.* 272. *nu.* 6. quia ſtatutum Laicale ſervandum non eſt in foro Eccleſiaſtico contra Clericum ex defectu tam poteſtatis, quam voluntatis ſtatuentium. *cap. quod Cleric. de foro compet. cap. Eccleſia S. Mariæ. de conſtit.* Alex. *conſ.* 209. *num.* 2. *&* 4. *lib.* 2. Vivius. *dec.* 326. in terminis ſtatuti Laicalis concedentis viam executivam, quamvis ſtatutum alias eſſet rationabile. Rota *in Hydrunt. pecun.* 26. *Jun.* 1642. *coram Merlino.* apud Bich. *dec.* 272. *num.* 6. Carol. de Graſſ. *de eff. Cleric. eff.* 2. *num.* 414. *&* 419.

19 Statutum, quod Canonicus poſſit celebrare per ſe, vel per alios, intelligi debet in caſu neceſſitatis, vide *Canonicus.* Quod omnes Canonici debeant eſſe nobiles, non valet. *cap. Venerabilis. de preben.* P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 5. *ſect.* 4. §. 4. *nu.* 112. ut vero poſſit celebrare per ſe, vel per alios arbitrio ſuo, eſt nullum, utpote contra Concil. Triden. *ſect.* 24. *cap.* 12. Farin. *dec.* 659. Garz. *de Benef. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 495. & alii apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 38. *nu.* 29. & de non admittendis Canonicis, niſi probata nobilitate non valet. Rota apud Merlin. *dec.* 99. ubi Rota coram Litta. utpote contrarium juri communi. *dec.* 21. *par.* 3 *recent.* præſertim, ſi conſtat de non uſu. Et quod capiens poſſeſſionem Canonicatus debeat aliquid ſolvere convertendum in commoditatem Canonicorum, Beneficiatorum &c. tanquam ſimoniacum eſt nullum. *cap. fin. quæſt.* 3. *cap. Jacobus.* ubi Abb. & Felin. Tuſc. *litt. S. concluſ.* 252. S. Congreg. apud Garz. *par.* 8. *cap.* 1. ſecus, ſi tendat in utilitatem Eccleſiæ. Idem dic, de primis fructibus convertendis in utilitatem Canonicorum. Conc. Trid. *ſect.* 24. *cap.* 12. Pius V. *in Conſtit. ſeu Bulla* 104. Bonac. *de ſimon. diſp.* 1. *quæſt.* 7. §. 3.

20 Statutum Epiſcopi excommunicans accedentes ad Monaſteria Monialium exempta ſine licentia, ſecundum aliquos non valet, quia videtur contrarium exemptioni, nam terminus ad quem, non a quo celebratur diſpoſitio, debet conſiderari, ſecundum alios vero valet, quia non præjudicat exemptis, ſed accedentibus, qui non ſunt exempti. Geminian. & Ignoc. *in cap. periculoſo. de ſtatu Regular. in* 6. Fagnan. *in par.* 2. *quinti Decretal. in cap. quanto. de privil.*

Statutum præferens in ſucceſſione hæreditatis agnatos cognatis non habet locum in hæreditate Clerici: communior apud Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 29.

21 Statutum eſt ſtricte interpretandum, tanquam reſtringens libertatem. Ciarlin. *controv. for. cap* 64. Bich. *dec.* 627. *num.* 9. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap.* 417. *num.* 5. *par.* 1. Tiraquell. *de retrac. lignag.* §. 35. *gl.* 1. *nu.* 23. ſi eſt correctorium tamen Juris communis, uti diſtinguit Bich. *l. c.* Surd. *dec.* 56. *a num.* 3. Altograd. *conſ.* 4. *num.* 17. *&* 20. *lib.* 1. Hinc contractum annullans filiifam. ſine conſenſu patris non extenditur ad contractum cum patre, in ejus commodum. Tranchedin. *conſult.* 48. & an extendatur ad contractum celebratum cum fiſco, vide apud Paſchal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 6. *numer.* 65. Et prohibens emptionem eſt intelligendum de emptione perfecta. Menoch. *de arbitr. caſ.* 276. Ciarlin. *l. c.* Neque cenſetur prohibere reductionem ex cauſa læſionis enormis, quia non cenſetur fovere iniquitatem. Gabr. *de arbitr. concluſ.* 3. Socin. jun. *conſ.* 48. Ciarlin. *l. c.* Neque reductionem ad arbitrium boni viri cauſa enormis læſionis ad effectum devolutivum, ſed tantum ad effectum ſuſpenſivum. Gabr. & Ciarlin. *ll. cc.* & prohibens alienationem ſtabilium non comprehendit forenſes. vide *Forenſes.*

22 Statutum diſponens agnatos præferri cognatis in ſucceſſione, intelligitur quoad bona paterna, aut aliunde quæſita; non vero quoad materna. Caſtr. *lib.* 3. *conſ.* 29. Alex. *conſ.* 5. *lib.* 6. Ruin. *conſ.* 29. Brun. *de ſtatut. fœm. exclud. art.* 8. *quæſt.* 15. Bald. *novel. in trac. de dote. par.* 12. Ciarlin. *controv. for. cap.* 80. *num.* 3. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap.* 278. *num.* 12. Reſervans lucrum dotis marito defuncta uxore ſine filiis communibus an deroget Legi. *hac edictali. C. de ſecund. nupt.* Vide Merlin. *dec.* 39. Affirmantem, qui citat Salyc. *in L. hac edictali. quæſt.* 6. *num.* 5. Socin. *conſ.* 52. *num.* 4. *lib.* 3. Pariſ. *conſ.* 1. *a num.* 19. *ad* 35. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 4. *num.* 14. *verſ. ſecundum quod ad rem. num.* 32. Rol. *de lucro dot. quæſt.* 25. *num.* 3. Bellon. *conſ.* 13. *nu.* 9. *verſ.* 3.

23 Statutum excluſivum fœminarum a ſucceſſione non extenditur ad bona exiſtentia extra territorium teſtantis. Ciarlin. *controv. for. cap.* 91. Maſcard. *de ſtat. interp. concluſ.* 6. *a num.* 22. *& num.* 104. & intelligitur duntaxat de hæreditate dotantis, ſi excludit dotatam. Et excluſivum fœminarum a ſucceſſione inteſtati propter maſculos non habet locum inter forenſes de ſucceſſione contendentes, quamvis bona ſint in territorio ſtatuti, & is, de cujus ſucceſſione agitur, fuerit ſubditus ſtatuto, quia ſtatuta ſuis tantum civibus, non externis proſpicere volunt. Bald. *conſ.* 360. Caſt. *conſ.* 156. Rota apud Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 9. neque ligat cives quoad bona ſita extra territorium ſtatuti. Dec. *conſ.* 276. Gozzad. *conſ.* 49. Put. *dec.* 351. Rota apud Mareſcot. *l. c.* ſive ſtatutum loquatur in rem, ſive in perſonam. eſt favorabile cognatis. Tranchedin. *conſult.* 70. Rota apud Pajatell. *dec.* 5. vide in praxi *fratrum.*

24 Statutum excluſivum fœminarum comprehendit etiam pecunias, & nomina debitorum, quorum ſolutio eſt deſtinata in loco ſtatuti, licet alibi contractus fuerit celebratus. Mareſcot. *l. c. num.* 13. non poteſt extendi etiam propter identitatem rationis, ſed tantum ob majoritatem rationis. Rota apud Rubeum. *dec.* 547. *to.* 2. *par.* 5. *recent. num.* 5. qui citat Gratian. *diſc. for. cap.* 653. *num.* 43. an comprehendat bona ſita extra territorium ſtatuentium, vide Merlin. *dec.* 353. *num.* 2. negantem, qui citat Bart. *in L. cunctos populos. num.* 32. ubi Bald. *num.* 91. *C. de ſum. Trinit.* Anchar. *in cap. Canonum ſtatuta num.* 214. *de conſtit.* Fel. *in cap. poſtulaſti. num.* 4. *de foro compet.* Alex. *conſ.* 16. *num.* 1. *lib.* 1. Brun. *de ſtatut. art.* 8. *num.* 130. Rol. *conſ.* 80. *per tot. lib.* 4. Betouſ. *conſ.* 155. *num.* 12. *lib.* 2. Joſ. Ludovic. *dec. Peruſ.* 76. *nu.* 8. Peregr. *deciſ. Patavin.* 117. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 875. *per tot.* Rota coram Put. *dec.* 341. *lib.* 1. & coram Ludoviſ. *dec.* 255. *numer.* 1. & plures aliæ, quas colligit Merlin. *l. c. num.* 3. qui rejecta ratione Bart. quod ſtatutum ſit odioſum, probat, non eſſe odioſum ſaltem odio rationabili, quia fundatur in bono publico conſervandi agnationes maſculorum, & principaliter ac primario non intendit excluſionem fœminarum, ſed conſervationem familiarum, quæ diviiis deſtitutæ ſordeſcunt; & hoc conſiderari debet ad videndum, an aliquid ſit odioſum, vel favorabile. *L. qui exceptionem. ff. de cond. indeb.* Cephal. *conſ.* 278. *num.* 102. Caputaq. *dec.* 15. *num.* 6. *par.* 2. Rota *dec.* 117. *num.* 1. *par.* 1. *diverſ.* Gabr. *conſ.* 15. *num.* 3. *lib.* 2. Brun. *de ſtat. art.* 8. *numer.* 127. *verſ. nec obſtat.* Surd. *conſ.* 553. *num.* 9. pro ratione affert defectum juriſdictionis in ſtatuentibus extra territorium. Ita DD. apud eundem. Merlin. *num.* 9.

25 Statutum fœminarum excluſivum prodeſt etiam Clericis in utroque foro. Ciarlin. *controv. for. cap.* 45. *nu.* 7. ob *cap. dilecti. de foro comp.* Abb. *in cap. quod Clericis. eod.* Dec. & Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ de conſtit.* Brunus *de ſtatut. art.* 12. Martha *de juriſd. par.* 4. *caſ.* 29. Georg. Natta. *de ſtatut fœmin. excluſ. quæſt.* 3. *a num.* 82. Carpan. ad *ſtat. Mediol. cap.* 278. *a num.* 67. *lib.* 1. Graſſ. *de eff. Cleric. eff.* 2. *numer.* 277. Beller. *diſquiſ. Clerical. tit. de exempt. Cleric. a ſtat. ſecul.* §. 4. *num.* 20.

26 Statutum excluſivum fœminarum loquens in caſu inteſtati non extenditur ad caſum teſtati. Martha *de ſucceſſ. leg. to.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 13. *art.* 1. *num.* 10. Cavaler. *dec.* 256. *num.* 6. Buratt. *dec.* 262. *num.* 14. Rota apud Bich. *dec.* 137. *num.* 6.

27 Statutum excluſivum fœminarum non impedit, quo minus pater poſſit ad normam juris communis filiam hæredem inſtituere, quia illud patrem non cogit ſed ejus voluntati famulatur. Caſtrenſ. *conſ.* 52. *num.* 2. Martha *de ſucceſſ. leg. l. c.* Bich. *l. c. numer.* 11. Cyriac. *controv.* 284. *numer.* 54. Rota apud Bich. *dec.* 137. *numer.* 12. Neque hoc ſtatutum procedit, ubi filia fuit inſtituta hæres univerſalis. Marth. *l. c. numer.* 2. Cavaler. *dec.* 257. *num.* 7. Seraph. *dec.* 120. *num.* 2. Bich. *l. c. num.* 15.

Sta-

28 Statutum exclusivum fœminarum favore masculorum, intelligitur de masculis descendentibus, non transversalibus, & habet tacitam conditionem, quatenus masculi velint esse hæredes. Dec. *cons.* 688. *a numer.* 2. Socin. *cons.* 241. *num.* 8. Honded. *cons.* 8. *num.* 13. Rota apud Bich. *dec.* 320. *nu.* 4. & 32. ubi Surd. *cons.* 85. *a num.* 9. quæ procedunt duntaxat in statuto Urbini. Excludens sorores a successione parentum propter fratres, intelligitur de fratribus utrinque conjunctis, non verò de uterinis. Bich. *dec.* 413. *n.* 20. Rota *dec.* 461. *n.* 6. & 7. *par.* 2. *recent.* & *dec.* 502. *nu.* 3. & 4. *par.* 4. *to.* 2.

29 Exclusivum fœminarum non procedit in hæreditate Clerici, quia bona Clericorum non sunt subjecta statuentium jurisdictioni, sive agatur de bonis acquisitis ante Clericatum, sive post. *cap. Ecclesia S. Mariæ. De constit. cap. decernimus. de Jud. cap. fin. de vita, & honest. Cleric. cap.* 1. *de Immum. Eccles. in* 6. Neque afficit Monialem, si verba dirigit in tempus delatæ successionis ex defectu jurisdictionis. Salyc. *in auth. cas.* 14. *C. de SS. Eccles.* Ruin. *cons.* 200. *a num.* 8. Rol. *cons.* 57. *nu.* 29. Bich. *dec.* 625. *a num.* 32. secus si fuit ingressa Monasterium post delatam successionem.

30 Excludens filias dotatas ab hæreditate patris extantibus masculis locum etiam habet, si dos fuit relicta filiæ in testamento. Fachin. *l.* 10. *controv. Jur. cap.* 25. ubi Socin. Ripa, & alii. Et loquens de dote data non habet locum in promissa. Fachin. *l. c. cap.* 26.

31 Statutum mandans fœminas dotari, & deinde illas excludens, facit, quod dos succedat loco legitimæ. Cephal. *cons.* 245. *num.* 30. & 31. Honded. *cons.* 63. *a num.* 129. Ruin. *cons.* 26. *num.* 17. *lib.* 3. & disponens, quod detractis dotibus filii succedant, reddit conditionalem successionem filiorum masculorum, eamque suspendit, donec dos fuerit soluta. *L. ab emptione. ff. de pact. L. a testatore. C. de cond. & demonstr.* Dec. *cons.* 383. *num.* 3. Surd. *dec.* 268. *num.* 11. Rol. *cons.* 30. *lib.* 4. *num.* 12. Ludovis. *dec.* 492. *num.* 7. Bich. *dec.* 88. *nu.* 4. & si loquitur de dote concedente, intelligitur de dote, quæ commensuratur legitimæ. Surd. *de alim. tit.* 3. *quæst.* 1. *num.* 59. Et prohibens, ne filia dotata plus petat, habet respectum ad legitimam, quæ filiæ debetur, & ita prohibet, ne filia petat duplicem legitimam. Castr. *cons.* 222. *lib.* 2. *nu.* 5. Surd. *de alim. l. c.* Sim. de Præt. *de interpret. ult. vol. lib.* 3. *fol.* 212. *nu.* 18. Dec. *cons.* 106. Bich. *l. c. nu.* 12. Et mandans, quod filia contenta sit dote, intelligi debet de dote tradita secundum formam statuti, & ita de dote libera ad instar legitimæ, juxta *L. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam.* Bich. *l. c. nu.* 16.

32 Statutum prohibens mulierem testari de dote, vel mandans eam testari, æqualiter inter liberos primi, & secundi matrimonii, complectitur etiam Viduam. Fachin. *controv. Jur. lib.* 10. *cap.* 29. Bals. *in L. un. C. unde vir, & uxor.* Contrarium tenent multi apud eundem, eo quod dos recuperata a muliere non sit amplius dos. Sed prior videtur vera, eo quod sit dos etiam apud Viduam, & vidua dicatur in eodem matrimonio permanere. *L. ult. C. de bon. mater.*

33 Statutum Laicorum, quod fœminæ non succedant in emphyteusi extantibus masculis, procedit etiam in emphyteusi Ecclesiæ, si prætendentes sint Laici. Anchar. *cons.* 125. Bursat. *cons.* 132. Menoch. *de arb. cas.* 180. Surd. 138. Martha *de jurisdict. par.* 4. *cas.* 13. Graff. *de eff. Cleric. eff.* 2. *nu.* 177. Ciarlin. *controv. for. cap.* 17. *n.* 71.

34 Statutum requirens consensum proximorum in testamento mulieris est contra jus, quia coarctat libertatem testandi mulieri sanæ mentis, contra. *L. ex facto. ff. de vulgar. & pupillar.* & secundum multos non valet, juxta Castr. *in d. L. ex facto. nu.* 6. Bald. *in L. omnes populi. nu.* 67. *ff. de Just. & Jur.* Menoch. *cons.* 496. *nu.* 107. Decian. *cons.* 19. *nu.* 100. Bich. *dec.* 165. *nu.* 5. & 6.

35 Statutum contra exemptionem Clericorum, si est factum a Laicis, non afficit Clericos ex defectu jurisdictionis in statuentibus, sive loquatur in personam, sive in rem, sive simpliciter prohibeat. *cap. Ecclesia S. Mariæ.* ubi DD. *de constit. cap. fin. de Immun. Eccles. in* 6. quia tunc est læsivum libertatis Ecclesiasticæ. Navar. *cons.* 3. *de constit.* Clarus *in* §. *fin. quæst.* 82. *n.* 16. Menoch. *cons.* 877. *n.* 10. Bald. *cons.* 474. Honded. *cons.* 3. *a nu.* 22. Surd. *cons.* 2. *nu.* 34. Cyriac. *controv.* 205. *nu.* 156. qui allegat quadraginta alios Doctores. S. Congreg. immunit. & Rota apud Bich. *dec.* 466. *num.* 20. & *seq.* Sicut etiam Ecclesiæ perniciosum, quamvis etiam fuerit conditum a Canonicis. Hinc Canonicorum statutum, quod omnes Capitulares, vel duæ partes consentiant in actum, ut valeat, est nullum utpote Ecclesiæ perniciosum. *cap.* 1. *de his, quæ fiunt a majore parte Capituli.* & de certo numero Canonicorum retinendo, si fuit a Papa confirmatum cum clausula irritante. *Si quid contra.* mutari potest non obstante dicta confirmatione, ut auctis, aut diminutis fructibus, possit augeri numerus Canonicorum. Abb. *in cap. cum accessissent de constit.* ubi Felin. quamvis fuerit juramento confirmatum. Ita invalidans donationem omnium bonorum factam a Patre filio Clerico est contra immunitatem Ecclesiasticam; DD. apud Dianam *par.* 3. *trac.* 1. *res.* 3.

Statutum Laicorum cavens, neminem posse apprehendere Beneficium absque licentia Principis, non valet. 36
Vivianus *de Jurepatr. lib.* 1. *cap.* 12. Alterius. *de censur. cap.* 3. *col.* 4. Duard. *in Bull. Cœnæ. cap.* 14. *q.* 5. Sperell. *dec.* 8. *num.* 35. Ita statutum Laicorum non obligat Clericos ad reparandam viam ante domos suas pro bono publico, saltem quoad vim coactivam. vide Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. nec ad solvendum onus reale ob prædiorum custodiam, nec ad solvendum collectas impositas pro custodiendis vineis, pro reparatione murorum, ob famem, pestem, & bellum. Barb. *l. c. nu.* 53. Duard. *in Bullam Cœnæ lib.* 2. *cap.* 16. *quæst.* 17. *num.* 30. Graff. *de eff. Cleric. eff* 2. *num.* 199. Suarez *de LL. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 15. & *contra Regem Angliæ lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 13. & 16. Surd. *cons.* 301. *nu.* 24. & 30. Grammat. *dec.* 100. *nu.* 9. & 26. Azor. *instit. moral. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *quæst.* 5. & *cap.* 18. *quæst.* 8. quia in statuentibus deficit jurisdictio, & potestas. Ita statutum Laicorum, quod forenses agentes in judicio debeant fidejubere, non ligat Clericos secundum aliquos. Cyriac. tamen *controv.* 144. *nu.* 9. defendit, in ordinatoriis statuta Laicorum obligare Clericos, & citat Decium. *in cap. Ecclesia S. Mariæ* 10. *nu.* 44. *vers. secundo notat. de constit.* Abb. *in cap. quod Clericis.* 9. *num.* 10. ubi Imol. *nu.* 2. & *alii de foro comp.* Alder. Mascard. *de statut. interpret. conclus.* 1. *num.* 234.

Statutum privans mulierem suis bonis, si nubat forensi, non valet. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 9. *de ref.* 37
Clarus *in* §. *fin. quæst.* 82. Cyriac. *controv.* 449. utpote valde restringens libertatem matrimonii.

Statutum continuans possessionem naturalem in hærede usufructus, mortuo usufructuario tantum habet locum contra tertium molestantem, aut cum est incertus proprietarius, secus contra proprietarium certum, quia tunc illud esset injustum. Menoch. *cons.* 139. Surd. *cons.* 491. Ciarlin. *controv. for. cap.* 169. *ubi DD. nu.* 15. Continuans possessionem defuncti in hæredem non habet locum, si defunctus tempore mortis non possidebat. Rota apud Merlin. *dec.* 234. Item operatur in instanti, ita, ut possessio nunquam sit vacua. Bich. *dec.* 533. *num.* 6. Continuans possessionem non procedit in possessione litigiosa, & civili, si alter est in naturali. Rota apud Merlin. *dec.* 308. 38

Statutum post certum tempus negans audientiam creditoribus cum bona fide debitoris, valet ob bonum publicum, ut lites dirimantur, & in pœnam negligentiæ Creditoris. DD. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 32. Lim. si creditor non potuit urgere, quia tunc nulla imputari potest negligentia, & ubi non est negligentia, non debet esse pœna. Fachin. *lib.* 1. *controv. Jur. cap.* 68. & tali statuto stante debitor relevatur ab onere probandi solutionem, & creditor volens probare solutionem non fuisse factam, non auditur, nisi vellet probare malam fidem debitoris; nam est præsumptio juris, & de jure contra creditorem, debitorem solvisse. Socin. jun. *cons.* 69. Ciarlin. *d. cap.* 32. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 67. secus ubi adest mala fides debitoris, quia tunc non valeret, quia esset nutritivum peccati, scilicet malæ fidei. *L. omnes populi ff. de just. & jur.* Alex. *cons.* 73. Abb. *in cap. quoniam de præscript.* Gabr. *de præscript. conclus.* 4. Tusc. *litt. S. conclus.* 633. Gratian. *discept. for. cap.* 994. Ciarlin. *l. c. nu.* 23. Fachin. *lib.* 1. *controv. Jur. cap.* 68. 39

Statutum rejiciens nullitatis exceptionem non intelligitur de notoria, sed dubia. Francus *in cap. directo. de appell.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. *num.* 10. Carpan. *ad statut. Mediol. cap.* 116. *n.* 197. *vers. non censetur.* 40

Mandans tres conformes sententias executioni mandari, non obstante nullitate notoria, validum est. Abb. Fel, Dec. & DD. *in cap. ex parte. de off. Deleg.* Cravetta *conf.* 201. Ciarlin. *cap.* 49. *nu.* 12. ut ideo servandum est. Prohibens extractionem frumenti prohibet etiam extractionem Farinæ. Barr. *in L. quæsitum. ff. de leg.* 3. Clarus *in §. fi. quæst.* 82. Matant. *de ordin. judic. in principio. num.* 20. Spetell. *dec.* 13. apud quem DD. Dans privilegium debitori, ne possit conveniri a creditore intra quinquennium, non prohibet, quin possit conveniri a Creditoribus ex delicto, vel legato; quia isti sunt improprie Creditores, & statuta in proprio significatu sunt intelligenda. Fachin. *lib.* 11. *cap.* 72.

41 Statutum non afficit forenses ratione bonorum in territorio statuentium sitorum. Ludovis. *dec.* 76. Magon. *dec.* 107. Thes. *qq. foren.* 4. *lib.* 2. Martha *de success. legali par.* 3. *quæst.* 15. Redenasc. *cons.* 90. Tranchedin. *consult.* 19.

42 Puniens perpetrantem propria manu aliquod delictum, aut personaliter, non comprehendit mandantem. Bald. *in cap.* 1. *de pace jur.* Firm. Jas. *in L. is, qui pro empt. ff. de usucap.* Felin. *in cap. licet ex quadam. de testib.* Abb. *in cap. fin. de off. Deleg.* Sperell. *dec.* 106. Puniens delictum qualitercunque commissum, punit etiam delictum sine dolo patratum. Gozzad. *cons.* 5. Menoch. *de arbitr. cas.* 324. Ciarlin. *cap.* 47. puniens pecuniaria homicidium, vide Cabal. *cas.* 11.

43 Statutum, quod Notarii Apostolici, vel Imperiales non matriculati non possint conficere ubique instrumenta, est monopolicum, & non valet. Vide in praxi *Notariorum*, secus in Notario Principis inferioris: de Notariis matriculatis non comprehendit Clericos, quia esset contra libertatem Ecclesiasticam, & Laici non habent ullam jurisdictionem in Clericos. Ciarlin. *cap.* 63.

44 Statutum requirens certas solemnitates in contractu, procedit etiam in hypothecariis. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 197. & conditum ad obviandum fraudibus dicitur habere perpetuam causam prohibitionis. Alex. *cons.* 141. *lib.* 2. Socin. *cons.* 2. *lib.* 3. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 29.

45 Statutum loquens de debitore intelligitur etiam de ejus successore universali, hoc est de hærede, nisi sit hæres cum beneficio legis, & inventarii. Secus si loquitur de promissore, quia hæres, quamvis dicatur debitor, non potest tamen dici promissor. Noal. *de transmis. cas.* 28. *num.* 167.

46 Excludens matrem propter pattuum a successione filii, non dicitur etiam excludere propter Amitam, quia in correctoriis, quale est statutum, nomine fratrum non veniunt sorores. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 4. Brun. *de stat. exclu. fœm. art.* 12. Socin. jun. *cons.* 1. *lib.* 1. Tiraquel. *de retrac.* §. 1. *gl.* 9.

47 Statutum inducens præsumptionem, vel præscriptionem cum mala fide debitoris non valet, quamvis fuerit confirmatum a Pontifice. DD. apud Ciarlin. *cap.* 31. Statutum prohibens constitui dotes ultra certam summam, utpote impediens matrimonii libertatem, non valet. Ita Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 2. *nu.* 29.

48 Statutum Civitatis gubernantis gubernat inferiorem, ubi proprium deest. Alder. Mascard. *de statut. interpr. conclus.* 12. & Ciarlin. *cap.* 37. *num.* 5. *&* 6. Cephal. *cons.* 343. *num.* 26. Borgn. *dec.* 42. *nu.* 47. perivat jus in Civitates inferiores, & ad statutum prius recurrendum est, quam ad jus commune. Alex. *cons.* 155. Gratian. *disc. for. cap.* 706. Cyriac. *controv.* 715. Ciarlin. *d. cap.* 37. & statutum loci inferioris declaratur, a statuto loci superioris dominantis, antequam recurratur ad jus commune. DD. cit.

49 Statutum prohibens alienationem stabilium in forenses, qui non subeunt onera realia, & personalia illius loci, facit forenses incapaces succedendi in bonis stabilibus loci, in quibus sunt stabilia. Ciarlin. *d. cap.* 37. *n.* 32.

50 Statutum loquens de subditis, potius intelligitur de subditis domicilii, quam originis. Laderch. *cons.* 74. Menoch. *cons.* 603. Ciarlin. *l. c. n.* 44.

51 Statutum obligans patrem ad solvendam legitimam pro filio delinquente, si habet plures, quam tres filios, an valeat, vide Conciol. *alleg.* 82. negantem cum Thesauro, *dec.* 104. Hond. *cons.* 110. Farin. *de delict. quæst.* 24. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 29. quamvis statutum, quod pater teneatur solvere legitimam pro filio delinquente, ratione publicæ utilitatis, ut filii fam. in delinquendo sint remissiores, sit validum, ut docent Bald. *in L. ex Cornelia.* 28. *num.* 3. *& ibi* Angel. *n.* 1. Imol. *num.* 3. *&* Alex. *nu.* 8. *de vulgar. & pupillar.* Clarus. *in §. si quæst.* 86. *vers. & hec quidem.* Hond. *cons.* 95. *num.* 40. *vol.* 1. Carrar. *de pœn.* Innoc. *art.* 3. *num.* 45. *tamen*, quia tale statutum exhorbitat a jure communi, secundum quod pœna suos debet tenere authores. *L. Sancimus.* 23. *C. de pœn.* & quia nemo alterius odio, & culpa prægravari debet. *cap. non debet* 22. *de R. J. in* 6. tamen stricte est interpretandum. Carpon. *ad nov. constit. Mediol. in cap. omnium. nu.* 22. Peregr. *de jure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 22. Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 29. *num.* 5. Guaz. *de confisc. bonor. conclus.* 12. *nu.* 11.

Statutum, si non est contrarium legi naturali, vel 52
Divinæ, obligat in conscientia. *cap. quo jure. dist.* 8. *cap. resistit.* 11. *quæst.* 3. Abb. Felin. ac Dec. *in cap.* 1. *de constit.* Alex. *cons.* 209. S. Tho. 1. 2. *quæst.* 96. *art.* 5. ubi Cajet. & Sotus *de Just. & Jure.* Covar. *in reg. peccatum par.* 2. §. 8. Suarez. *de LL. lib.* 3. *cap.* 25. Ciarlin. *cap.* 37. *num.* 110.

Statutum de litibus non habet locum in manutentio- 53
ne; quia manutentio non est lis, sed litis præparatoria. Ciarlin. *controv. for. cap.* 170. ubi DD. Minuens pœnam sponte confitenti delictum, non habet locum in eo, qui primo negavit, deinde confessus est. Cabal. *res. crimin. cas.* 56. *per totum*, qui tamen affirmativam cum communiore defendit. *num.* 5. Clarus *in §. fin. quæst.* 82. *in* 9. *stat.*

Statutum pœnale ligat etiam forenses delinquentes in 54
loco statuti, quia ratione delicti efficiuntur subditi loco statuti. Cabal. *res. crim. cap.* 129. Covar. *in cap. alma mater de sent. excom. in* 6. §. 10. *num.* 7. Clarus. *in §. fi. quæst.* 85. quamvis forensis ignoret pœnam statuti. Iidem qui supra.

Statuta mercatorum, artium &c. Quando dicantur 55
monopolica, vide suse apud Cabal. *res. crim. cap.* 215.

Statuta sunt concordanda, & talis interpretatio facien- 56
da, ut utrunque serveiur. Ciarlin. *controv. for. cap.* 27. & si videntur contraria, debet attendi dispositio statuti specialius loquentis. Bart. *in L. quæsitum ff. de fund. instr.* Dec. & Cagnol. *in L. in toto. ff. de R. J.* Socin. jun. *cons.* 29. Menoch. *cons.* 328. Ciarlin. *controv. for. cap.* 27. *n.* 15. & statuto se fundans, debet probare omnes ejus qualitates. ita DD. apud Ciarlin. *cap.* 37.

Statutum excludens certas probationes intelligitur, ni- 57
si illæ sint adminiculatæ alio probationum genere. Bald. *in L. certi. condictio* 9. §. *quoniam num.* 2. ubi Fulgos. & Castr. *ff. si cert. pet & cons.* 279. *n.* 1. *lib.* 4. Cyriac. *controv.* 252. *nu.* 13. Rota apud Bich. *dec.* 458. *nu.* 27.

Statutum accipit interpretationem a jure communi. 58
cap. ex parte ubi Abb. *de V. S.* Alex. *cons.* 140. Gail. *lib.* 1. *obs.* 50. *num.* 7. Mynsing. *lib.* 1. *obs.* 5. Cravetta *cons.* 259. Lim. in statutis Juri communi derogantibus. Gail. *l.* 2. *obs.* 33.

Statutum privans hæreditate filios contrahentes matri- 59
monium sine consensu parentum, vide *Sponsalia. Successio. Filius.*

Statutum, quod stetur juramento damnum passi, va- 60
let regulariter. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 16. intelligitur, ubi damnum est illatum dolo malo, secus si abest dolus, quamvis adsit culpa lata. Dec. *cons.* 83. *num.* 3. *vers. tertio. respondetur.* & intelligitur Judice deferente juramentum, & præcedente taxatione. Cognol. *L. unica nu.* 129. *C. de sent. &* procedit ad favorem civis, non forensis. Paris. *cons.* 12. *nu.* 26. *lib.* 3. Plotius *in L. si quando. num.* 823. *C. unde. vi.* Contra quod juramentum tamen admittitur probatio tam per evidentiam loci. Curt. jun. *in L. admonendi num.* 32. *ff. de jurejur.* Bald. *in L. contra negantem. ad L. A* Osasc. *dec.* 61. *nu.* 8. quamvis per coarctationem negativæ. Flot. *l. c. nu.* 778. Marescot. *l. c. per tot.*

Statutum potest præsumere dolum etiam in contractu 61
jurato, & illum invalidare non obstante juramento. Ciarlin. *controv. for. cap.* 122. *num.* 29. non tamen in ipso juramento. Ruin. *cons.* 194. *a num.* 8. *lib.* 1. Paris. *cons.* 53. *num.* 33. *lib.* 1. Rol. *cons.* 99. *a nu.* 15. *lib.* 3. dummodo appareat de specifica, & verisimili causa præsumendi dolum aut simulationem, quæ probari debet. Sperell. *dec.* 47. *nu.* 4. *vers. hac tamen sententia.* Ciarlin. *l. c. nu.* 30.

Potest obligare subditos ad nominatim sic contra- 62
hen-

hendum in bonis sitis in territorio statuti etiam extra territorium. *L.* 1. *ff. de decr. ab ord. fac.* Gabr. *de statut. conclus.* 8. Ciarlin. *controv. for. cap.* 121. *n.* 13. & 23. Gratian. *disc. for. cap.* 253. *n.* 16. Surd. *cons.* 535. *n.* 18.

63 Statutum privans bannitos bonis communibus, & beneficio juris communis, est validum. Menoch. *de praesumpt. lib.* 5. *praes.* 45. Ciarlin. *controv. for. cap.* 161. *n.* 13. faciens tributarium territorium, non praejudicat Ecclesiae in acquirendis. Idem. *cap.* 103.

64 Statutum damnans poena mortis explodentem sclopetum, non tollit alicui defensionem necessariam. Cabal. *res. crim. cas.* 88. *n.* 2. ubi plerique; quia defensio tolli non potest per statutum, quia competit jure naturali.

65 Statutum loci attenditur, in quo geritur actus, aut contractus. *L. cunctos populos, C. de Sum. Trinit.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 80. *n.* 5.

66 Statutum ad publicam utilitatem conditum a populo subjecto sine consensu Principis, an possit a populo subjecto sine Principis licentia abrogari, controvertitur. Negativam partem in statutis ad publicam utilitatem conditis, & affirmativam in illis, quae fiunt ad privatam utilitatem, tuentur Ludov. Bellus. *cons.* 68. *n.* 8. ex Deciano. *repet. cap. cum accepisset. n.* 3. *vers. unde retenta. de constit.* sed affirmativam tenet Bich. *dec.* 165. *num.* 3. si statutum sit contra jus, quia per illius abrogationem reducitur res ad terminos Juris communis. Bart. *in L. omnes populi n.* 33. *ff. de Just. & Jur.* Jas. *in L. omnium n.* 10. *C. de testam.* imo etsi fuerit confirmatum a Principe, nisi in confirmatione adsit clausula decreti irritantis. Fel. *in cap. cum accessissent. n.* 6. *vers. hanc declarationem. De constit.* ubi Dec. *n.* 18. & 19. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 38. *n.* 4. Rota *dec.* 375. *n.* 4. *par.* 2. *recent.*

67 Statutum conditum a Communitate super usu alicujus sylvae cum authoritate Domini loci, arguit, sylvam non spectare ad Communitatem, alias authoritas Domini non esset necessaria. Bart. *in L. omnes populi. n.* 26. *vers. praedicta. ff. de Just. & Jure.* Surd. *cons.* 65. *n.* 2. Burat. *dec.* 311. *n.* 5. Bich. *dec.* 161. *n.* 22.

68 Statutum confirmatum a Sede Apostolica, quamvis sit juri communi contrarium, si in confirmatione adest decretum irritans, non potest revocari a Legato a latere, quia tunc cessat favor reditus ad jus commune. Jas. *in L. omnium. n.* 7. *vers limita tamen. C. de testam.* Abb. *in cap. dilecto* 25. *n.* 10. *de praeben.* Felin. *in d. cap. cum accessissent. n.* 7. ubi Dec. *n.* 10. Marescot. *var. res. lib.* 2. *cap.* 38. *n.* 4. Seraph. *dec.* 538. *n.* 2. *vers. tamen.* Rota *dec.* 469. *n.* 8. *par.* 5. *recent.* apud Bich. *dec.* 381. *n.* 34. & tale statutum confirmatum a Sede Apostolica afficit omnes successores. Bich. *dec.* 474. *n.* 9.

69 Statutum, quod exonerans archibusum, seu sclopum cum offensione incidat in poenam vitae, non comprehendit offendentem in vestibus tantum, quia offensio in vestibus non dicitur proprie offensio. Guazin. *def.* 29. *cap.* 2. *n.* 12. Vulpel. *de pace quaest.* 101. *sub. n.* 7. Guaz. *def.* 52. *de pace. n.* 4. verba vero statutorum debent accipi in propria, & stricta significatione. Conciol. *res. crim. ver. statutum. res.* 1. ubi DD.

Statutum prohibens extrahi granum extra statum non ligat portantem granum in transitu per territorium statuentium ex alia Civitate. Farin. *de carcer. & carcer. quaest.* 28. *num.* 59. Peregr. *de Jure fisci. lib.* 6. *tit.* 5. *num.* 10. Capic. Latro *dec.* 191. *n.* 29. *par.* 2. Conciol. *l. c. res.* 2. neque comprehendit illum, qui extrahit pro usu proprio. *L. universi.* 5. *C. de vectigal. commiss. cap. super quibusdam.* 26. *de V. S.* Farin. *fragm. crim. lit. B. n.* 55. Hodierna ad Surd. *dec.* 139. *n.* 7. neque extrahentem frumentum recollectum in fundis propriis. Thes. *dec.* 152. Cabal. *res. crim. cas.* 14. Riccius *collect.* 762. *vers. tunc limita.* Conciol. *l. c. n.* 3. Neque comprehendit minores. Vivius *commun. opin. ver. statutum. n.* 14. Ludovic. *dec. Perus.* 80. *n.* 8. Rol. *cons.* 57. *n.* 6. *lib.* 2.

70 Statum loquens de mutilante membrum, non habet locum in mutilante digitum, cum digitus non sit proprie membrum, sed officium membri, & pars illius. Clar. *in* §. *fin. quaest.* 69. *n.* 3. ubi Bajard. *n.* 4. & 6. Farin. *de delict. & poen. quaest.* 19. *num.* 24. Mastrill. *dec.* 168. *n.* 4. Cabal. *res. crim. cas.* 236. *a num.* 10. Guaz. *def.* 33. *cap.* 6. *num.* 6. Giurba *cons.* 40. *num.* 11. & probat Bart. *in L. non sunt liberi.* 14. *n.* 2. *ff. de stat. hom.* Calvin. *de aquit. lib.* 2. *cap.* 129. *n.* 10. Conciol. *l. c. res.* 3. *num.* 2. nisi inciso digito debilitata fuisset manus, quia tunc statutum contra mutilantes membrum locum haberet. Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. quaest.* 69. *num.* 101. Cabal. *res. crim. cas.* 236. *a n.* 111. Guaz. *def.* 33. *cap.* 6. *n.* 6. Giurba, & Mastrill. *ll. cc.* Capella Tolos. *dec.* 208. *n.* 3.

Statutum disponens bannitos posse impune occidi, aut offendi, valet, uti factum pro publica utilitate. Clarus *in* §. *homicidium. num.* 45. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quaest.* 90. *num.* 4. Farin. *de var. & divers. quaest.* 103. Cabal. *res. crim. cas.* 61. P. Grasset. *de nece prodit.* §. 12. *num.* 13. ita, ut tale statutum excuset etiam a peccato occidentem bannitum pro publica utilitate. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 3. *num.* 4. Sanchez. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 1. *n.* 31. Cabal. Farin. *l. c.* Lim. in Clerico, qui ultra irregularitatem committit etiam peccatum mortale, si est in sacris, aut Beneficiatus, alias peccat venialiter. P. Tambur. *in Decal. lib.* 6. *cap.* 1. §. 4. *n.* 4. Molina *de just. trac.* 3. *disp.* 8. *n.* 12. P. Grasset. *l. c.* §. 12. *n.* 47. Item in patre occidente filium, vel e contra; quia statutum non tollit Jura sanguinis, & obligationem naturalem. Ita nec fratri licet fratrem bannitum occidere. Vivius *opin.* 770. Ita nec bannitum, qui habet Salvum Conductum, licet occidere. 71

Statutum puniens aliquem aggredientem in domo habet locum etiam in aggrediente in ostio domus. Bart. *in L. meminisse.* 10. *n.* 4. *ff. de Procons.* Bald. *in L. & ita.* 3. §. *idem. ait. ff. de naut. caupon. & stabul.* Specul. *in tit. de injur. in rubr. n.* 9. Clarus *in* §. *fin. quaest.* 82. *stat.* 10 *in princ.* Sperell. *dec.* 60. *num.* 36. & *dec.* 62. *n.* 3. *par.* 1. Conciol. *l. c. res.* 6. quamvis contrarium videatur sentire Sperel. *l. c.* qui tamen *dec.* 62. concordat ambas opiniones. Mastril. *dec.* 22. *num.* 7. Cabal. *res. crim. cas.* 13. Lim. statutum non procedere in offendente in statione, in Apotheca, seu taberna, quia istae non veniunt appellatione domus. Farin. *in fragmen. crimin. litt. D. n.* 232. Tusc. *litt. D. conclus.* 619. *n.* 34. Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. quaest. stat.* 10. *n.* 116. sermo est de apotheca & taberna, quae non est subtus domum. Neque procedunt in offendente in domo, in qua quis non habitat, licet sit propria offensi. Gabr. *de malef. conclus.* 10. *n.* 31. Bajard. ad Clar. *l. c. n.* 114. Cabal. *l. c.* 72

¶ STELLIONATUS.

§. Unicus.

Stellionatus crimen, & poena quando, in quibus locum habeat, vel non.

Crimen † & poena stellionatus est inducta, ubicunque deficit specialis titulus criminis, sed tamen adsit dolus, & laesio alterius. *l.* 1. *ff. de pignor. act.* & ideo falsus procurator contrahens cum alio tanquam procuratore, cum non sit, si aliquid recipiat, vel alias laedat contrahentem secum, cum sit in dolo, & inferat damnum, punitur poena stellionatus. Bald. *cons.* 14. *Filius familias. liberavit, per tot. lib.* 1. & latius *cons.* 15. *Ad evidentiam praemitto, in pr.* ubi, quod est subsidiarium, & non intentatur, nisi ratione doli *lib.* 1. Dyn. *cons.* 38. *Quod contra Beneiventem*; *n.* 8. ubi, quod requirit dolum verum. Castr. *cons.* 412. *Bis facto, in fi. lib.* 1. † Amplia, quia faciens aliquem carcerari praetextu licentiae judicis, quae non est data, tenetur poena stellionatus, & ad damna, & interesse carcerati. Bald. *cons.* 212. *Quidam praetenso, circa princ. ver. sed. videndum, per tot. lib.* 3. † Amplia, ut procedat in quocunque alio, qui asserat creditorem, cum non sit, quia si cedat alteri creditum exactum, recepta pecunia, vel aliquo alio recepto, per quem contractum cessionarius sit laesus, intrat poena stellionatus. Bald. *d. cons.* 14. *n.* 2. *v. modo sequitur alius, lib.* 1. † Extende, in eo, qui expendit monetam bannitam, quia cum non si falsa, sed bannita, non incurrit poenam falsae monetae, sed poenam stellionatus arbitrariam judicei. Bald. *cons.* 494. *Sciendum est, lib.* 1. quod duplicatur *lib.* 3. *cons.* 372. *per tot.* † Restringe ampliationem, ut non procedat in emptione, & vendione, ac pignore, propter illorum frequentiam, quia vendens rem duobus tenetur poena falsi, & idem si adhibet dolum in pignore. Bald. *cons.* 15. *circa med. ver. in re autem, lib.* 1. † Amplia, quia poena stellionatus est

est arbitraria. Ang. *in l. plagii*, *ver. similiter*, *C. de*
7 *plag*. Dec. *in l. unica*. *col*. 2. *ff. quod quisque juris*. † Et est pœna levissima. Bertazol. *conf*. 33. *n*.6. *& seq*.
8 Alciat. *conf*. 25. *n*. 3. † Et est pecuniaria, non autem
9 corporis afflictiva. Boss. *tit. de falsis num*. 80. † Et est pœna extraordinaria, pœna stellionatus, quæ habet locum, ubicunque speciale nomen delicti non describitur, sed actio de dolo civiliter proponitur. Castr. *conf*. 412. *Viso facto*, *n*. 4. *ver. sed nunc. quaeritur*. *lib*. 1.
10 † Limita, quia ubi in causis pecuniariis, habet locum actio de dolo, ibi etiam habet locum crimen stellionatus; ubi vero cessat actio de dolo, cessat crimen stellionatus. Dyn. *conf*. 38. *Quod contra Bencivenem*, *n*.
11 8. † Limita; quia pœna stellionatus non habet locum, ubi deficit fraus damnosa, & ideo licet sit contra bonos mores sub mendacio contrahere, tamen si talis mendax non lucratur, neque aliquid recipit, non potest puniri pœna stellionatus. Bald. *d. conf*. 15.*per tot*. maxime *circa fin. ver. item fraus non dicitur*, *lib*. 1. quia dolus intelligitur cum effectu damni Bald. *conf*.
12 15. *in fi. lib*. 1. *verf. ex quibus infertur*. † Declara, ut non procedat limitatio in contractibus, qui non requirunt traditionem; quia solus dolus sufficit, ut competat stellionatus, quando dolo quis fuit inductus, non alias contractusus, prout in hypotheca, in qua nihil
13 traditur. Bald. *d. conf*. 15. *ver. sunt & alii*, *lib*. 1. † Limita: quia quis non punitur pœna stellionatus, ubicunque dolus, seu fraus adhibita in contractu, potest purgari per actionem ex illo contractu. Bald. *conf*. 14. *in fi. ver. sed illud notandum*, *lib*. 1. & latius *conf*. 15. *in pr. ver. & ex hoc sequitur*, *eod. lib*. 2. Vide Tusch. *litt. D. ver Delictum habens originem & Con-*
14 *cl*. 178. † Declara, ut limitatio procedat, quando dolus stat in finibus contrahendi, secus si intervenit alterum de duobus, videlicet juramentum, & sic perjurium, vel res sit male tradita commisso dolo in ipsa traditione, puta in pignore corporaliter tradito sub specie falsæ materiæ. Bald. *d. conf*. 15. *in pr*. quia tunc
15 inquit competere stellionatus pœnam, *lib*. 1. † Limita, quia ubicunque contractus est ipso jure nullus, non potest dolosus ex illo contractu puniri pœna stellionatus. Bald. *conf*. 14. *in fin. lib*. 1. quod declarat plenius *conf*. 15. *in fi. v. praeterea ubi contractus*, *eod. lib*. 1. si dolus stetit in finibus contractus, & contractus tam principalis, quam accessorius sit ipso jure nullus.

STIPULATIO.

Praxis stipulationis.

1 Stipulatio Notarii non transfert dominium, nec possessionem in stipulat. absentem. Natta *conf*. 253. Thes. *dec*. 70. *n*. 5. Rota apud Seraphin. *dec*. 472. Bertazol. *de clauf. instrum. clauf*. 18. *gl*. 7. Fachin. *controv. Jur. lib*. 8. *cap*. 91. Gabr. *de prob. conclus*. 1. *vel de V. O. conclus*. 1. sed est necessaria acceptatio absentis. Covar. *de testam*. 3. *par. n*. 13. aut ratificatio.

2 Stipulatio in contractu inominato facit, quod non sit locus pœnitentiæ, uti in transactione, vide *Transigens*. Quando sit dividua, vel individua, vide Fachin. *lib*. 10. *controv. Jur. cap*. 63. Gomez. *de contrac. individ*. Alteri facta licet de jure civili non valeat, valet tamen de jure Canonico. Communior. apud Fachin. *lib*. 3. *cap*. 19. Covar. *in cap. quamvis. de pact. in* 6. §. 4.

3 Stipulatio facta a Patre pro se, & filiis, intelligitur facta pro filiis hæredibus. gl. & DD. *in L. si tibi decem. ff. de pact*. Bart. *in L. quod dicitur. ff. de V. O*. Afflict. *dec*. 314. Franc. *dec*. 105. Verall. *dec*. 302. Capon. *disc. for*. 67.

4 Stipulatio facti affirmativi determinata transmittitur. Noal. *de transmiss. cas*. 28. *n*. 168. facta pro nominando, non facta nominatione, censetur facta illi, qui fuit stipulatus, adeo, ut sibi stipulatus videatur, nisi persona nominanda sit certa. Costa *de port. rata. quaest* 133. Surd. *dec*. 182.

5 Stipulatio ad duplum in casum contraventionis tollit actionem ad damna, & interesse, si vero non fuit duplum consecutus, est in illius electione agere ad duplum actualiter ex stipulato, vel ad damna, & interesse, aut ex contractu. J. C. *in L. emptorem*. 12. §. *Cassius. ait. ff. de act. empt*. & probatur *ex L. sed etsi*. 18. *ff. de evict*. Molina *de Just. & Jure disp*. 380. *n*. 13. Bich. *dec*. 303. *a n*. 35.

Stipulatio conditionalis non purificata conditione non 6
transmittitur, & exspirat mutato rerum statu. Bich. *dec*. 5. *n*. 10. *L. si quis conditione. ff. si quid omiss. caus. testam. L. itaque ff. si cert. pet*. Honded. *conf*. 111. *n*. 50. quamvis adsit aliquod verbum extensivum ad futurum. Cephal. *conf*. 495. *n*. 26. Felin. *in cap. causam. quae n*. 20. *de rescript*. Giurba *dec*. 45. *n*. 17.

Stipulatio damnorum non concepta simpliciter, sed 7
in casum necessitatis locum non habet, ubi necessitas deficit, quæ quidem necessitas debet probari ab illo, qui se fundat in illa. Bald. *conf*. 332. *n*. 9. Aym. *conf*. 241. *n*. 20. Sim. de Pret. *de interpret. ult. volunt. lib*. 1. *interpret*. 2. *dub*. 1. *solut*. 12. *a n*. 7. Osasc. *dec*. 171. *n*. 13. Bich. *dec*. 359. *n*. 12. *&* 13.

Stipulatio damnorum in casum contraventionis sta- 8
tim habet locum commissa contraventione secundum *L. stipulationes. ff. de V. O. L. fœnerator. ver. si navis. ff. de novat. fœner*. Castr. *in L. navi. num*. 4. *ff. locat*. Rota apud Cenc. *de censib. dec*. 246. & apud Bich. *dec*. 369. *n*. 7.

Stipulatio de dote restituenda alternative concepta, 9
vel mulieri, vel cui de jure, non operatur speciale pactum favore dotantis, sed referenda est ad eos quibus cessante pacto dos est restituenda ex dispositione juris communis, vel statutarii. Alex. *in L. post dotem*. 41. *n*. 36. *ff. sol. matrim*. Bald. Novell. *de dote. par*. 6. *privil*. 29. Mant. *de tacit. lib*. 3. *tit*. 7. *n*. 26. Gratian. *disc. for. cap*. 708. *num*. 9. Bich. *dec*. 41. *n*. 12. Et soluto matrimonio per mortem mariti restitui debet mulieri, ejusque hæredibus, quia fuit posita in prima parte alternative, & non dotanti. Macerat. *lib*. 2. *res*. 59. *cas*. 26. Gratian. *disc. for. cap*. 308. Bald. Novell. *l. c. privil*. 28. Surd. *conf*. 206. *n*. 26. Barb. *in L. Cajus. n*. 25. *ff. sol. matrim*. Bich. *dec*. 41. *n*. 14.

Stipulatio Notarii pro absente est irrevocabilis etiam 10
ante acceptatione absentis. Cyriac. *controv*. 322. *num*. 8. *&* 425. *n*. 22. Laderch. *conf*. 76. Osasc. *dec*. 33. *n*. 12. Rota apud Bich. *dec*. 329. *n*. 13. Non operatur ante acceptationem ad effectum acquisitionis ex parte creditoris, secus ad effectum irrevocabilitatis contractus ex parte promissoris. Rota apud Bich. *dec*. 33. *num*. 4. & apud Ludovis. *dec*. 97. *n*. 8. Surd. *conf*. 60. *n*. 16. præsertim in contractibus onerosis, & correspectivis. Molina *de contract. disp*. 264. *n*. 12. Borgnin. *dec*. 40. *n*. 21. Thes. *dec*. 70. *n*. 3. Surd. *dec*. 111. *n*. 11. Rota apud Bich. *l. c. n*. 5. *&* 6.

Stipulatio expressa resultat ex illis verbis. *Promisit*, 11
& convenit. §. *si ita scriptum*, *Instit. de inutil. stipul*. Imol. *conf*. 86. *n*. 3. Seraphin. *dec*. 427. *n*. 6. *& dec*. 1167. *num*. 4. Ludovis. *dec*. 328. *n*. 6. Bich. *dec*. 93. *num*. 6.

STOLA.

Praxis stolæ.

Stola sine suo exercitio non est signum jurisdictio- 1
nis, sed tantum vestis sacerdotalis. *cap. Ecclesia. dist*. 23. S. Thom. & alii, quos citat, & sequitur Pignatell. *to*. 3. *consult*. 47. Hinc licet Parochis ingredi Ecclesias Regularium cum Cruce, superpelliceo, & stola in associatione funeris, dummodo super cadavere nullum officium peragant. Ratio est, quia Parochus potest ea, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ in suos Parochianos exercere etiam extra Diœcesin, & multo magis extra Parochiam. Ripa *de remed. ad curan. pest*. §. *sed quia. num*. 53. Imola *in Clem. dudum. n*. 32. *de sepult*. ubi Cardin. *in* §. *statuimus. quaest*. 5. *dub*. 3. Capic. *dec*. 202. *n*. 15. Suarez *de Sacram. disp*. 28. *sect*. 6. *num*. 4. quia Parochus etiam extra Diœcesin retinet suam jurisdictionem voluntariam in suos Parochianos, & eorundem confessiones audire potest, sicut Episcopus potest extra Diœcesin absolvere a censuris proprios subditos. Gonzal. *ad reg*. 8. *Cancell. gl*. 62. *num*. 12. & pro hac sententia a Pignatello citantur ultra duodecim declarationes. S. Congregationis.

STUL-

STULTI.

Praxis stultorum.

1 Stulti sunt irregulares non tantum jure humano, sed etiam divino, & naturali. Navar. *in man. cap.* 27. Suarez. *de censur. disp.* 51. *sect.* 1. Filiuc. *tract.* 19. *cap.* 8. Bonac. *de censur. disp.* 6. *quæst.* 2. *p.* 1. *num.* 1. & si non habent dilucida intervalla, non possunt contrahere valide ex defectu consensus. Bonac *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 1. *p.* 5. Et perpetuo amentes non sunt communicandi in sanitate. Lim. semistultis. Diana. *par.* 2. *trac.* 14. *ref.* 79. ubi Henriquez. & alii.

2 Stulti non debent esse melioris conditionis, quam prudentes, & sapientes. *L. Servus.* 4. *ff. quod vi. aut clam.* Barb. *axiom. lib.* 17. *cap.* 53. *ax.* 1.

3 Stultitia potius præsumitur, quam donatio, vide *Donatio.* Bald. *in L. generaliter. n.* 5. *C. de non numer. pecun.* Jas. *in L. Labeo. n.* 4. *ff. de pact.* Barb. *l. c. ax.* 2.

STUPRUM.

Praxis stupratoris, & stupri.

1 Stuprator tenetur ad dotandum, vel ducendum stupratam disjunctive, non conjunctive. *cap.* 2. *de adult.* Anchar. *in cap.* 1. *de adult.* Sanchez. *de matrim. lib.* 4. *disp.* 13. Clarus *in* §. *stuprum. num.* 3. ubi Bajard. *sub num.* 24. *litt. S.* Bellet. *disquis. Cleric. de favor. Cleric. reali.* §. 4. *num.* 117. Cabal. *resol. crimin. cas.* 169. *num.* 12. Bonac. *de matrim. quæst.* 4. *p.* 17. Ciarlin. *controv. for. cap.* 174. *num.* 53. Sperell. *dec.* 6. *n.* 14. Riccius *in prax. ref.* 76. *par.* 3. Covar. *in* 4. *cap.* 6. §. 8. Abb. *in cap.* 1. *de adult.* Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 30. contra Farin. & alios *de delict. carn. quæst.* 197. tenetur statim solvere dotem, etiam ante matrimonium, aut pecuniam deponere, ut parata sit tempore nuptiarum. Nisi cum stupro intervenissent etiam sponsalia, præsertim jurata. DD. cit. vel promissio jurata sine sponsalibus. Quo etiam casu stuprans non est præcise cogendus ad matrimonium, sed monendus. Sanchez. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 82. Seraphin. *dec.* 1111. quia matrimonia coacta, ut plurimum difficiles habent exitus. Ciarlin. *l. c.* Riccius. ut supra. Porro dotare tenetur juxta consuetudinem Regionis, facultates suas, & dignitatem stupratæ, quamvis non nubat. Bellet. *de favor. Cleric. reali.* §. 4. *num.* 119. Riccius *in praxi. par.* 3. *ref.* 77. Antonell. *l. c.* Farin. *de delict. carn. quæst.* 147. *tit.* 16. *n.* 124. ubi declarat æstimationem ejusmodi dotis non esse faciendam secundum facultates parentum puellæ stupratæ. Ofasc. *dec.* 107. *per totam.* Bajard. ad Clarum. *in* §. *stuprum. n.* 17. & quantitas dotis remittitur arbitrio Judicis. Farin. *l. c. n.* 125. Gutierrez. *qq. Can. cap.* 37. *n.* 8. Amplia: quod stuprator tenetur dotare stupratam, licet velit illam ducere, & illa nolit. Gonzal. *lib.* 5. *Decretal. tit.* 16. *cap.* 1. *de adult. not.* 9. *n.* 7. Clarus *in* §. *stuprum. n.* 3. Farin. in praxi *de delict. carn. quæst.* 147. Cabal. *ref. crim. cas.* 169. *a n.* 12.

2 Limitatur conclusio, quod stuprator non tenetur a se stupratam dotare, neque ducere, si constat, quod non decepta, sed leviter rogata, aut verbis amatoriis inducta consensit; tunc enim tantum pœna arbitraria esset imponenda. Farin. *l. c.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 19. neque tunc tenetur ad restitutionem damni, quia obligatio justitiæ oritur ex injuria illata, volenti autem non fit injuria. Navar. *in man. cap.* 16. *n.* 16. Bonac. *de matrim. quæst.* 4. *p.* 17. Antonell. *l. c.* nisi fuerit inducta precibus importunis, vel assiduis blanditiis, & muneribus; parentibus vero stupratæ, si non consenserunt, tenetur ad damna. Farin. & Sanch. *ll. cc.* Item, si stuprata est persona vilis, & inhonesta, vel vagans non servato verecundiæ pudore. Item, si stuprata postmodum ab alio fuit cognita. Et stuprum commissum cum consentiente non differt a simplici fornicatione. Diana. *par.* 2. *tract.* 17. *ref.* 12. Riccius *in prax. par.* 3. *ref.* 75.

3 Stuprum est crimen mixti fori, qua punitur ab utroque jure. *cap.* 2. *de adult. & stup. L.* 1. *ff. de extraord. crim.* Bellet. *de favor. Cleric. reali.* §. 4. *n.* 115. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 30. Farin. *d. quæst.* 147. contra Thes. *dec.* 148. *qui n.* 4. tenet, spectare ad Judicem Laicum.

4 Stuprum cum vi punitur pœna mortis, sine vi arctat stuprantem ad ducendum, vel dotandum. Riccius *in praxi. par.* 2. *ref.* 398. Clar. *in* §. *stuprum. num.* 3. Thes. *l. c.* nisi stuprum violentum fuerit commissum cum meretrice; quia tunc punitur pœna arbitraria. Menoch. *de arb. cas.* 291. Covar. *lib.* 3. *var. ref. cap.* 14. *sub. n.* 2. *ad fin. vers. sic quamvis.* Cabal. *ref. crim. cas.* 179. contra Clar. *in* §. *fornicatio.*

5 Stuprator Virginis immaturæ, si nulla vis intervenit, punitur citra mortem. *L. si quis aliquid. ff. de pœn.* si vero intervenit vis, debetur pœna mortis. Cabal. *ref. crim. cas.* 20. Menoch. *de arbitr. cas.* 294. Cancer. *in pract. crim.* §. *circa quartum.* Et si puella non erat doli capax, certe intervenisse vim credendum est; quia non poterat adesse consensus, si vero erat doli capax, debet probari vis, quod intervenerit.

6 Stuprum committens cum viri non potente, si stuprans est persona vilis, damnatur ad metalla, si est honestior, mittitur in exilium. *L. si quis aliquid. ff. de pœn.* si tamen nulla vis intervenit. Clarus *in* §. *stuprum. vers. sed quæro,* alias punietur pœna mortis, ut dictum fuit supra. Riccius *in prax. par.* 2. *ref.* 398. & *par.* 3. *ref.* 73. Antonell. *l. c. cap.* 30. Præsumitur autem vis, cum puella est in sexto, vel septimo anno, quia cum consensus non adsit, non potest dici sine vi. Debet autem delictum esse consummatum; nam conatus tantum punitur pœna triremium, vel exilii, aut alia arbitraria. DD. mox supra cit.

7 Stuprum passa de consuetudine non punitur. Bajard. ad Clarum *in* §. *stuprum. n.* 13. Bertazzol. *cons.* 495.

8 Stuprans uxorem testatoris amittit legatum ab eodem sibi relictum in testamento. DD. apud Farin. *d. quæst.* 147. §. *stuprum.* Clarus *in* §. *stuprum. n.* 4. *vers. ceterum.*

9 Stupratæ creditur contra stuprantem accedentibus adminiculis non ad plene probandum, sed ad faciendum indicium etiam ad torturam. Boss. *de indic. nu.* 160. Honded. *cons.* 100. Farin. *de indic. quæst.* 43. & *cons.* 38. Bajard. ad Clar. *in* §. *stuprum.* Conciol. *alleg.* 93. Et qualiter stuprum probetur, vide Ciarlin. *cap.* 174. *n.* 30. Sperell. *dec.* 136. ubi ex continua cohabitatione, & copula non purgatur, sed augetur. Honded. *cons.* 68. Ciarlin. *cons.* 33. & 174. Præsumitur ex copula habita cum muliere honestæ conditionis. Mascard. *de prob. conclus.* 1344. Tusc. *litt. S. conclus.* 709. Cum soleat committi secrete, & occulte, probatur etiam per præsumptiones, & conjecturas. Dec. *cons.* 574. Paris. 54. Menoch. *cons.* 71. & *de arbitr. cas.* 116. Mascard. & Ciarlin. *ll. cc.* & probationes imperfectæ junguntur ad faciendam perfectam probationem. ita Barr. *in L.* 2. *ff. de adult.* Rol. *cons.* 50. & quibus conjecturis probetur, vide Ciarlin. *cons.* 174. probatur etiam testibus domesticis, vide *testis.* Farin. *d. quæst.* 147. Item ex fama. Ex assertione jurata stupratæ, ex relatione obstetricum. Farin. *l. c.* Clar. *in* §. *fin. quæst.* 4.

10 Mulier ex illicito coitu concipiens & pariens, si dicat pactum esse alicujus certæ, & ita juret, ille vero neget se habuisse copulam cum illa, tenetur mulier alere filium, & non statur ejus dicto licet jurato. Alex. *cons.* 157. *lib.* 5. Bald. *cons.* 437. *lib. ult.* Boer. *dec.* 299. Thes. *dec.* 3. si vero vir fatetur, se habuisse copulam cum illa, sed partum non esse suum, ut quia etiam cum aliis viris concubuit; tunc statur juramento mulieris, quod partus sit illius viri, cujus ipsa esse dicit, nisi vir clare probaret, quod alii habuerint rem cum illa, ita quod partus posset verisimiliter aliorum filius esse. Alex. *l. c.* Bald. *in L. neque natales. C. de probat.* Si vero mulier fateretur, vel aliter probaretur, quod illa cum pluribus rem habuerit, & a quolibet illorum potuerit partum concipere, & viri nollent partum agnoscere, statur juramento matris dicentis, esse filium talis, præsertim, si concurrant aliæ conjecturæ, ut si partus illius effigem habeat, quem mater nominavit. Menoch. *de arb. lib.* 2. *cas.* 89. *n.* 97. Thes. *l. c. n.* 6.

11 Corpus delicti in crimine stupri in Virgine est probandum per obstetrices, & personas peritas, præstito prius juramento de veritate dicenda debent inspicere partes secretas mulieris ad cognoscendum, an illa fuerit deflorata, & referre ad acta, an illa fuerit carnaliter cognita, vel Virgo reperiatur, & sui dicti rationem reddere. Clarus. *l. c. quæst.* 4. Farin. *de inquis. quæst.* 2. *n.* 24. & *de delict. carn. quæst.* 137. *num.* 141. Guazin. *def.* 4. *cap.* 6. *n.* 1. Sanchez. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 113. *num.*

num. 10. Fontanel. *de pact. nuptial. clauf.* 5. *gl.* 5. *par.* 2. *num.* 56. Spetel. *dec.* 136. *num.* 3. & de ftupro non dicitur conftare per affertionem puellæ, quia mulieri dicenti, fe fuiffe carnaliter cognitam, generaliter non credatur. Guaz. *l. c.* Conciol. *ref. crim. in ver. ftuprum. ref.* 1. *num.* 4. fufficiunt autem pro verificatione corporis delicti duæ, vel tres obftetrices, & perfonæ peritæ, nec fufficit una. DD. cit. apud Conciol. *l. c. num.* 7. nifi in loco una duntaxat adeffet obftetrix, aut unus peritus. Eft tamen verum, quod contra relationem obftetricum pars admittatur ad probandum contrarium. Farin. *de delict. carn. quæft.* 147. *num.* 142. Guazin. & Conciol. *ll. cc.*

12 Quamvis fupra dixerimus, ftupratæ credi, & illius affertionem facere indicium ad torturam contra ftuprantem cum adminiculis, tamen hoc non procedit, fi mulier ftuprata eft accufatrix, quia non poteft fungi officio accufatricis, & teftis. Farin. *de indic. quæft.* 43. *n.* 192. & *conf.* 80. *num.* 21. & alii apud Conciol. *l. c. ref.* 2. *num.* 2. aut fi effet perjura, quia tunc nec faceret indicium ad inquirendum. Farin. *l. c. num.* 180. Clar. *in* §. *fin. quæft.* 21. nifi alia vigeret confuetudo, & adminicula effent graviffima. Guaz. *d. def.* 4. *cap.* 6. *num.* 14. Conciol. *d. ref.* 2. *num.* 3. aut alios defectus pateretur ultra illud, quod fit focia criminis, aut offenfa, quia tunc nullum facit indicium etiam in crimine excepto. Menoch. *de arbitr. cap.* 474. *numer.* 54. Farin. *l. c.* Cyriac. *controv.* 150. *num.* 78. multo minus, fi mulier deponit extra torturam.

STYLUS.

Praxis ftyli.

1 Stylus eft regula, qua Judex utitur in judicio fuper inftructione proceffus refpiciens ordinem proceffus. Ecclefia *obf. for.* 1. Ofafc. *dec.* 22. ubi DD. vel eft confuetudo judiciaria continens ordinem, & feriem gerendorum. Marefcot. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 12. Ecclefia *l. c.* eft fervandus, aliter Judex judicans contra ftylum facit litem fuam, & tenetur in fyndicatu. Thef. *dec.* 1. Gail. *lib.* 2. *obf.* 31. Ecclefia *l. c. num.* 11.

2 In ordinatoriis probatur fide Advocatorum, & Procuratorum, fecus in decifioriis. Ofafc. *dec.* 22. *num.* 17. Gratian. *difc. for. cap.* 694. Rota apud Farin. *dec.* 30. Ecclefia *obf. for.* 12 *num.* 19. & Pax Jord. *de re Jud. lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 582.

3 Stylus etiam contra juris difpofitionem eft fervandus. Surd. *conf.* 377. dummodo fit præfcriptus. Crav. *conf.* 201. Marefcot. *l. c. cap.* 100. Pax Jordan. *de re Judic. lib.* 14. *tit.* 18. *num.* 574. Ridolphinus in praxi Judic. *par.* 1. *cap.* 9. *num.* 150. ad quam præfcriptionem fufficiunt decem anni, licet de Jure Canonico in temporalibus requirantur quadraginta anni, nifi præfcriptio devenerit ad totius populi notitiam, vel majoris partis etiam non in contradictorio. Tranchedin. *confult.* 20. etiam in ordinatoriis. Et Judex ad quem debet ftare ftylo Judicis a quo. Salgad. *de protect. reg. par.* 1. *cap.* 2. §. 2. Venrig.ia *de Jurisdict. Archiep. cap.* 141. Probatur etiam ex atteftationibus Notariorum & practicantium. DD. cit. & Tranched. *confult.* 41. Surd. *conf.* 377. Ludovif. *dec.* 484. & ftylus Tribunalium omnino debet attendi. *cap. ex litteris. De conftit.* etiam a Clericis. Ecclefia *l. c. obf.* 1. *num.* 10. Gratian. *difc. for. cap.* 745. Gail. *lib.* 1. *obf.* 1. Seraph. *dec.* 1410. Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. Menoch. *conf.* 280. Larrea *alleg. fifcal.* 87. & habet vim legis. Thef. *dec.* 1. Surd. *dec.* 335. Amyden. *de officio Datariæ. lib.* 1. *cap.* 38.

4 Stylus Curiæ extra Curiam debet probari per teftes, qui deponant fuper interrogatoriis partis adverfæ. Item probatur ex fententiis in Curia fuper eodem ftylo latis fine alio examine. Marefcot. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 12. Socin. *conf.* 63. *lib.* 1. Natta *conf.* 252. Rol. *conf.* 3. *lib.* 3. Ecclefia *obf. for.* 1. *num.* 19. Mafcard. *de prob. conclus.* 1344.

5 Stylus præter jus inducitur per duos actus, imo etiam per unum. Butr. *in cap. fin. de confuet.* Marefcot. *l. c.* fed contra jus debet effe legitime præfcriptus. Alex. *conf.* 36. & 212. *lib.* 6. Aym. *conf.* 28. Bic. *dec.* 477. *num.* 12.

6 Stylus Cancellariæ an fit fervandus pro Lege, vide in prax. *Benef.*

Stylus Datariæ probatur ex fide Officialium, quæ uti de re ad eorum officium fpectante venit attendenda. Rota apud Bich. *dec.* 325. *num.* 5.

Stylus, qui pervenit ad notitiam populi, vim habet 7
confuetudinis. Alex. *conf.* 36. *lib.* 2. Barb. *axiom. lib.* 17. *cap.* 54. *ax.* 2.

Stylus ceffat, ubi non concurrunt per ipfum ftylum 8
requifita. Bertran. *conf.* 143. *num.* 3. *vol.* 2. *par.* 1. Crefcent. *dec.* 4. *in fi. de procur.* Seraph. *dec.* 688. *num.* 2. Buratt. *dec.* 217. *num.* 4. Bich. *dec.* 531. *num.* 9.

SUBDIAÇONUS.

Praxis Subdiaconi.

Subdiaconus an obligetur ad caftitatem ex voto, aut 1
præcepto, vide *Ordo.* qui expreffe dicit, quamvis illicite, fe nolle edere votum caftitatis, eft quidem liber a voto, fed non ab obligatione vovendi; & talis fi peccat contra caftitatem, non committit Sacrilegium, juxta P. Gobat, *de imped. matrimon. caf.* 13. *num.* 271. quamvis contrarium videatur aliis probabilius.

Subdiaconus difpenfatus, ut poffit uxorem ducere, 2
non eft difpenfatus ab Horis Canonicis. Bonac. *de Hor. Canon. difp.* 1. *quæft.* 3. tum quia Græci funt matrimonio juncti, & tamen recitant horas Canonicas. Tum quia a difparatis non fit illatio. *cap. ad audientiam. de Decim.* Contrarium tamen tenet Sanchez *de matrimonio. lib.* 8. *difp.* 8. quia taliter difpenfatus fit Laicus. Diana. *par.* 8. *trac.* 3. *ref.* 34.

SUBDITUS.

Praxis fubditorum.

Subditus quis proprie dicitur ratione domicilii, & 1
proprie quis fubditus non dicitur in illo loco, in quo non habet domicilium, præfertim in materia ftatutaria difponente de fubditis. gl. *in Clem.* 1. *de foro comp.* Caftr. *conf.* 89. *lib.* 2. Dec. *conf.* 661. Tiraq. *de retr.* §. 9. *gl.* 2. Laderch. *conf.* 53. & alii apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 37. *num.* 43. neque probatur quis fubditus ex eo, quod poffideat bona ftabilia in loco, vide *Civis.* Alciatus. *conf.* 81.

Subditus quis non dicitur ratione bonorum poffeffio- 2
nis, nifi in concernentibus ipfa bona, non vero quoad alios effectus. Cravetta *conf.* 492. Ciarlin. *l. c. nu.* 47. neque fufficit, ut quis dicatur fubditus in uno loco quod fuftineat onera realia, fed debet etiam fuftinere perfonalia. Ruin. *conf.* 200. & DD. apud Ciarlin. *l. c.* & dicitur fubditus, qui habitat. Ciarlin. *cap.* 83. Laderch. *conf.* 74. aliter proprie non eft fubditus. Seraph. *dec.* 483. Ciarlin. *l. c.* præfertim fi is, qui habitat, uxorem duxit. Burfat. *conf.* 189. Surd. *conf.* 313. & dignofcitur quis fubditus a domicilio habitationis, non originis. Rol. *de lucran dot. quæft.* 22. Seraphin. *dec.* 843. Mafcard. *de interpret. ftatut. conclus.* 6.

Subditus, qui probabiliter credit præceptum fuperio- 3
ris effe illicitum, aut extra ejufdem jurifdictionem, non tenetur obedire, juxta Caftropol. *to.* 1. *difp.* 1. *p.* 6. & alii apud Dianam *par.* 4. *trac.* 4. *ref.* 31. Contrarium tamen, & forte probabilius tenent alii, uti Azor, & plures apud Dianam. *l. c.* quia præceptum eft in poffeffione obligandi.

Subditus quam reverentiam Principi debeat, vide Cy- 4
riac. *controv.* 26. *a num.* 17. Regulariter peccat non acceptando Legem juftam fuperioris, nifi conftet, illam fuiffe latam dependenter ab acceptatione fubditorum. Diana. *par.* 1. *trac.* 10. *ref.* 2. Bonac. *de LL. difp.* 1. *quæft.* 1.

Subditus Epifcopi, ut ab illo poffit quis ordinari, 5
quatuor modis fit. 1. ratione originis. 2. ratione domicilii. 3. ratione Beneficii. 4. ratione familiaritatis. Barb. *de pot. Epifc. alleg.* 4. & 5. Congreg. apud Dianam *par.* 4. *trac.* 4. *ref.* 148. Dummodo Beneficium non fuerit collatum in fraudem Legis, quæ præfumitur, fi Epifcopus illum paulo poft ordinat. Diana *par.* 8. *trac.* 2. *ref.* 22. Franc. *in cap. cum nullus. de tempor. ordin. in.* 6. Riccius *in praxi ordin. ref.* 262. neque fufficit Beneficium temporale, neque titulus fine poffeffione; fufficit tamen Commenda perpetua, etiam tenuis. Riccius *in prax. ref.* 49. Garz. *de Benef. par.* 2. *cap.* 4. Barb.

de

de Jure Eccles. lib. 1. *cap.* 33. Diana *par.* 4. *trac.* 4. *resol.* 51. ubi S. Congreg. *& par.* 8. *trac.* 2. *res.* 19.

6 Subditus in ordine ad suscipiendos Ordines quis non sit ex nativitate fortuita in loco, nisi pater ejus ibi fixerit domicilium. *L.* 1. *C. de capt. & postlim.* ubi Bart. Felin. *in cap. Rodulphus. de rescript.* Jas. *cons.* 77. *lib.* 3. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 23. Diana *par.* 8. *trac.* 2. *res.* 11. Ad hunc tamen effectum subditus dicitur, qui in Diœcesi habet dignitatem, vel officium sufficiens ad suam congruam sustentationem, ita ut etiam illius filius possit ordinari. Valasc. *to.* 1. *alleg.* 5. Bart. & Bald. *in L. penult. ff. de senat.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 36. Diana *par.* 8. *trac.* 2. *res.* 13. sicut etiam ille, cujus pater fuit natus in Diœcesi, quamvis ordinandus fuerit alibi natus; aut si ordinandus fuit natus in Diœcesi Ordinantis, quamvis pater fuerit alibi natus. Diana *l. c. res.* 12. ubi Zerola, Riccius, & alii. Contrarium tenent Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cap.* 86. Mant. *de conject. lib.* 3. *tit.* 4. sed quia recentissime de hac materia emanavit Const. Innoc. XII. Ejusdem extractum hic dare placuit.

7 HAc generali, & perpetuo valitura Constitutione decernimus, & declaramus, nulli Episcopo, seu cujusvis loci Ordinario, tametsi Cardinalatus honore fulgeat, licere exterum, quempiam ac sibi ratione originis, seu domicilii, juxta modum inferius declarandum, legitime contracti non subditum, ad Clericalem Tonsuram promovere, cujusvis Beneficii Ecclesiastici ei statim, ac Tonsura hujusmodi insignitus fuerit, conferendi, seu ad quod is a Patronis jam in præsentatus, seu nominatus fuerit, prætextu, etiamsi Beneficium prædictum de novo, ea expresse adjecta lege fundatum fuisse constiterit, ut quis immediate post Clericalem characterem ad illud instituatur. Præterea etsi Clericus legitime jam a proprio Episcopo ad eandem clericalem Tonsuram, seu etiam ad Minores Ordines promotus fuerit, non posse ab alio Episcopo ratione, ac titulo cujuscunque Beneficii in illius Diœcesi obtenti ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorundem susceptionem testimoniales litteras proprii Episcopi, tam originis, quam domicilii super suis natalibus, ætate, moribus & vita, sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo ordinanti in actis illius Curiæ conservandas exhibuerit. Licet vero Clericus ratione cujusvis Beneficii in aliena Diœcesi obtenti subjici dicatur Jurisdictioni illius Episcopi, in cujus Diœcesi Beneficium hujusmodi situm est, eam tamen de cætero hac in re inconcusse servari volumus Regulam, ut nemo ejusmodi subjectionem ad effectum suscipiendi Ordines acquirere censeatur, nisi Beneficium prædictum ejus sit reditus, ut ad congruam vitæ sustentationem, sive juxta taxam Synodalem, sive, ea deficiente juxta morem regionis pro promovendis ad sacros Ordines, detractis oneribus, per se sufficiat, illudque ab Ordinando pacifice possideatur, sublata quacunque facultate supplendi, quod deficeret fructibus ejusdem Beneficii cum adjectione patrimonii etiam pinguis, quod ipse Ordinandus in eadem, seu alia quavis Diœcesi obtineret; ac Episcopus sic Ordinans tam de prædictis testimonialibus litteris, quam de reditu Beneficii hujusmodi expressam in consueta collatorum Ordinum attestatione mentionem facere debebit. Cæterum subditus ratione originis is tantum sit, ac intelligitur, qui naturaliter ortus est in ea Diœcesi, in qua ad Ordines promoveri desiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occasione nimirum itineris, Officii, Legationis, Mercaturæ, vel cujusvis alterius temporalis moræ, seu permanentiæ ejus Patris in illo loco, quo casu nullatenus ejusmodi fortuita nativitas, sed vera tantum, & naturalis patris origo erit attendenda: quod si quis tanto temporis spatio in eo loco, in quo ex accidenti, sicut præmittitur, natus est, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras testimoniales, ut supra, obtinere, illasque Episcopo ordinanti per eum in collatorum Ordinum testimonio similiter recensendas præsentare teneatur. At si pater in alieno loco, ubi ejus filius natus est, tamdiu, ac eo animo permanserit, ut inibi vere domicilium de Jure contraxerit, tunc non origo patris, sed domicilium per patrem legitime, ut præfertur, contractum pro Ordinatione ejusdem filii attendi debeat. Subditus autem, ratione domicilii ad effectum suscipiendi Ordines is duntaxat censeatur, qui, licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo stabiliter constituerit in aliquo loco, ut vel per decennium saltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum suorum partem cum instructis ædibus in locum hujusmodi transferendo, ibique insuper per aliquod considerabile tempus commorando, satis superque suum perpetuo ibidem permanendi animum demonstraverit; & nihilominus ulterius utroque casu se vere, & realiter animum hujusmodi habere jurejurando affirmet. Si quis tamen a propriæ originis loco in ea ætate discesserit, qua potuerit alicui Canonico impedimento obnoxius effici, etiam Ordinarii suæ originis testimoniales litteras, ut supra, afferre debebit, ac de illis expressa similiter mentio in susceptorum Ordinum litteris facienda erit. Ad hæc nullus Episcopus alienæ Diœcesis, subditum familiarem suum ad aliquos sacros, seu Minores Ordines, vel etiam primam Tonsuram promovere, seu ordinare præsumat, absque ejus proprii originis scilicet, seu domicilii Prælati testimonialibus litteris, ut supra, & nisi ad præscriptum Concilii Tridentini præfati sess. 23. cap. de Reform. familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in suo actuali servitio secum retinuerit, ac suis sumptibus aluerit; Beneficium insuper, quod ei ad vitam sustentandam, juxta modum superius præfinitum sufficiat, quacunque fraude cessante, statim, hoc est saltem intra terminum unius mensis a die factæ Ordinationis, re ipsa illi conferat, ac in Ordinationis hujusmodi testimonio expressam itidem familiaritatis, ac litterarum prædictarum mentionem facere teneatur. Porro, ut quicunque fraudibus aditus omnino præcludatur, volumus, & Apostolica authoritate statuimus atque decernimus, ut Episcopus quilibet suos ratione originis, sive domicilii subditos Clericos quoscunque ab alienis Episcopis quavis authoritate, etiam cum suis commendatitiis litteris promotos, nedum ad formam Concilii Tridentini supradicti sess. 14. cap. 3. de Reform. quoad scientiam examinare valeat, verum etiam Ordinum eis collatorum testimoniales litteras, gratis tamen, recognoscere, ac diligenter perquirere, an quoad illos præsentis Constitutionibus, & dispositio adimpleta fuerit, assignato sic promotis termino competenti ei magis beneviso ad docendum de ejusmodi adimplemento, ita, ut quos eo termino elapso id minime præstitisse compererit, a susceptorum Ordinum exercitio, si ita, & quamdiu ei expedire videbitur, suspendere, illisque, ne in Altari, aut in aliquo Ordine ministrent, interdicere possit. Ita vero præmissa omnia, & singula perpetuo, ac inviolabiliter observari, ac adimpleri volumus, ut si quid in iisdem præmissis, seu eorum aliquo secus fiat, Ordinans quidem a collatione Ordinum per annum, Ordinatus vero a susceptorum Ordinum executione, quamdiu proprio Ordinario videbitur expedire, eo ipso suspensus sit, aliisque insuper gravioribus pœnis pro modo culpæ nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio infligendis uterque subjaceat. &c. &c.

8 Subditus plurium Episcoporum, si elegit e. g. Episcopum domicilii pro uno Ordine, non potest variare eligendo alium Episcopum pro alio Ordine. Archid. *in cap. nec capitale. de concess. preb.* Achill. de Grass. *dec.* 13. *de pens.* Capon. *discept. for.* 108. Quaranta, Riccius, Molfes. & alii apud Dianam. *par.* 8. *trac.* 2. *res.* 9. Piasec. *in prax. par.* 1. *cap.* 1. Squillante *de privil. Cleric. cap.* 4. Contrarium tamen tenet Diana cum Zipæo, Avers. & aliis. Habet tamen ab initio electionem. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 1. vide *Ordinatus*.

Subditi, si gravantur a feudatario, possunt recursum habere per modum querelæ ad Dominum mediatum superiorem pro reparatione gravaminis. *cap. un.* §. *fin. de milit. vasall.* qui contumax est in usu feud. Bald. *cons.* 483. *num.* 2. *vol.* 1. Natta *cons.* 614. *num.* 8. & 9. Cravetta *cons.* 993. *num.* 5. Surd. *cons.* 83. *num.* 8. Ruger. *cons.* 49. *num.* 51. *vol.* 1. adeo, ut communitas, quæ vult litigare cum Domino, possit se congregare, & facere consilium sine ejus licentia, vel præsentia sui Judicis. Abb. *cons.* 427. Rol. *cons.* 17. *num.* 3. *vol.* 3. Cyriac. *controv.* 26. *num.* 43. quæ licet vera sint, tamen 9

non

non nimis facile subditi, contra suos Dominos audiendi sunt, & admittendi, ne ad majorem inobedientiam invitentur, & fiant refractarii, ut notat Cyriac. *l. c. num.* 48. qui citat Gail. *lib.* 1. *obs.* 13. *num.* 4. *vers. Judex tamen.* Quod si admissi querelas non probarunt, tenentur actione injuriarum. *L. Item apud Labeonem.* 15. §. *si quis libello. ff. de injur.* Angel. *cons.* 250. *num.* 2. Anchar. *cons.* 325. Socin. *cons.* 118. *num.* 5. & alii apud Cyriac. *l. c. nu.* 49. quæ pœna est arbitraria. Menoch. *de arbitr. cas.* 273. *num.* 5. Farin. *quæst.* 105. *num.* 198. & DD. cit.

10 Subditi erga suos Dominos debent esse devoti, obedientes, & fideles, & humiles. Rol. *cons.* 18. *num.* 31. *vol.* 3. Sixtin. *inter cons. Academica Marpurg. cons.* 14. *num.* 214. *vol.* 1. Rosenthal. *de feud. cap.* 10. *conf.* 33. *num.* 87. Bald. *in L.* 2. *num.* 6. *C. de oper. liber.* Peregr. *dec.* 149. Toming. *cons.* 24. *quæst.* 2. *num.* 29. *vol.* 1. Cyriac. *num.* 29.

11 Subditi irrequisito Domino non possunt se subjicere protectioni alienæ. Buxtorf. *ad A. B. Caroli IV. thes.* 99. Bocer. *de Jurisdict. cap.* 9. Rol. *cons.* 29. Cravetta *cons.* 933. Boer. *dec.* 304. Klockius *de contub. cap.* 1. Magerus *de Advocat. arm. cap.* 6. Reinking. *de reg. secul. & Eccles. cap.* 4. *class.* 5. *lib.* 1. quia nemo potest in alium transferre, quod ipse non habet. *L. nemo plus. ff. de R. J.* neque possunt subditi contrahere in præjudicium sui Domini. Bald. *in L. debitorum. C. de pact.* Socin. jun. *cons.* 1. Natta *cons.* 160. *&* 309. tum quia defensio, quæ jurisdictionem comitatur, ad Dominum pertinet, & hæc esset via rebellandi subditis, externis defendendi subditos contra Dominos, & ita illorum jurisdictionem impediendi. Bart. *in L. qui jurisdictione. ff. de jurisdict.* Bald. *in L. testamenta. C. de testam.* Gemin. *in cap.* 1. *de off. ordin. in* 6. Diana *par.* 10. *trac.* 7. *res.* 2. Lim. si urget necessitas teste eodem Klockio, quia necessitas non habet legem. *L.* 1. *ff. de off. Proconf.* Tiraquell. *de retrac.* §. 26. *gl.* 3. & factum in necessitate culpabile non est. *cap. ad limina. quæst.* 1. & ob periculum receditur a Regulis Juris. Jas. *in L. de pupillo. ff. de nov. oper. nunt.* Justa vero causa necessitatis est, si Dominus subditos defendere negligit, vel propter absentiam, aut aliam causam non potest. Reinking. *l. c.* quo tamen casu ea prudentia uti debent, qui alienam protectionem implorant, ut per reversales, & suis Dominis, & sibi cautum sit, & miles a civitate procul habendus, qui pro tutela submittitur, nec in illam recipiendus, ne ex defensore fiat injustus occupator, ut factum a Romanis, qui ex protectoribus facti sunt orbis Domini. Contrariam tamen sententiam defendunt non pauci, uti Gail. *lib.* 2. *obs.* 54. Tusc. *litt. C. conclus.* 628. Castr. *cons.* 313. Socin. *cons.* 74. Natta *cons.* 636. Rol. *cons.* 1. *vol.* 2. Honded. *cons.* 15. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 32. & alii apud Dianam *par.* 10. *trac.* 7. *res.* 1. & probatur *ex cap. recepimus. de privil.* ubi dicitur, receptum in protectionem non esse exemptum a Jurisdictione sui Ordinarii, nec juri protegendi annexam esse jurisdictionem, Item *ex L. desertorem. ff. de re milit.* apud Gail. *l. c.* ubi dicitur, posse aliquem se subjicere protectioni superioris, nec proterea jurisdictioni Ordinarii quidquam derogari. Tandem probatur exemplo plurium Cardinalium, qui vivunt sub protectione diversorum Principum. Sed respondetur ad hæc jura, vera quidem esse, his tamen non obstantibus, non posse invocari protectionem alienam ob argumenta prioris sententiæ, ut patet ex *cit. cap. recepimus*, quia licet protectio non auferat jurisdictionem ordinariam, tamen non licet illam invocare. Cardinales non vivunt sub protectione Principum, & licet illorum insignia exponant ante portas, hoc faciunt ad denotandum suum affectum ob pensiones, quibus fruuntur, vel aliis ex causis.

SUBHASTATIO.

Praxis subhastationis.

1 Subhastatio, ut valeat, qualiter sit facienda, tradunt Tranchedin. *consult.* 68. Ossasc. *dec.* 109. Escobar. *de ratiocin. cap.* 16. Post. *de subhast. inspect.* 3. Mangil. *de subhastat. quæst.* 85. Ecclesia *obs.* 120. *&* 128. quia subhastatio nihil est aliud, nisi rei venalis, vel locandæ publica expositio cum præconis edictio, aut proclamatione plus licitanti deliberandæ. DD. cit. Debet præcedere per aliquod tempus ante deliberationem. Fuit inducta in favorem debitoris, cui ille potest renuntiare. Ecclesia *obs. for.* 128.

Subhastatio facta de bonis in executione non comprehensis est nulla, & excessiva, & ratione excessus propter individuitatem decreti Judicis corruit in totum. Rota apud Ludovis. *dec.* 555. *num.* 4. *&* 731. coram Buratt. *dec.* 115. *numer.* 4. & *dec.* 250. *num.* 2. apud Bich. *dec.* 22. *num.* 3. *L. si non fertem.* §. *si centum. ff. de cond. indeb.* Bald. *in L. certi. cond.* §. *quoniam. n.* 8. *ff. si cert. pet.* 2

Subhastatio bonorum in executione captorum, quod fieri non potuerit, ex quo post bannimenta non fuerunt reperti emptores, probatur ex assertione executorum, qui fecerunt bannimenta, quia illis in suo officio est credendum. Tiraquell. *de retrac. Consang.* §. 8. *gl.* 9. *numer.* 22. Honded. *cons.* 18. *lib.* 1. *numer.* 56. Adden. ad Buratt. *dec.* 789. Bich. *decis.* 484. *n.* 3. 3

Subhastatio est nulla, si non fuit citatus debitor ad videndum subhastari, ac deliberari, & decreto Judicis. *L. creditor. C. de distract. pignor. L. debitores. C. de pignor.* Rota apud Bich. *dec.* 477. Item est nulla, si apparet facta præsente pecunia, quæ est forma in ipso actu deliberationis. Barr. *in L. universa. numer.* 5. *C. de precib. Imper. offeren.* Fel. *in cap. cum dilecta. numer.* 6. *de rescript.* Rota apud Ludovis. *dec.* 23. *numer.* 2. Bich. *dec. cit. numer.* 2. Neque sufficit depositum ex intervallo factum, quia Judex non potest hanc dilationem ad deponendum dare. Bart. *in L. a Divo Pio.* §. *sed si emptor numer.* 2. *ff. de re jud.* ubi Jas. *num.* 2. Bich. *l. c. num.* 3. Præterea est nulla, si non fuit reservatus statutorum loci, in quo præscribitur, modus subhastandi. Gratian. *disc. for. cap.* 479. *num.* 17. Bich. *num.* 5. 4

Subhastatio, ut valeat, requiruntur ad minimum tres oblatores, ubi iste viget stylus, uti apud A. C. teste Bich. *dec. cit. num.* 4. *& dec.* 95. *numer.* 25. Gratian. *disc. for. cap.* 739. *num.* 22. Et si subhastatio apparet læsiva, est revocanda. Alex. *cons.* 117. *num.* 11. *lib.* 7. Aym. *cons.* 29. *num.* 4. Surd. 39. *num.* 2. Cavaler. *dec.* 187. *&* 358. *num.* 3. Buratt. *dec.* 675. *num.* 8. Bich. *dec.* 609. *num.* 3. 5

Subhastatio rei emphyteuticæ non inducit devolutionem, vel caducitatem, si est facta ad instantiam creditorum, quia est alienatio necessaria. Cavaler. *dec.* 360. *num.* 4. Bich. *dec.* 483. *num.* 45. 6

Subhastatio, quando agitur de distrahendis bonis privatorum, cum non sit a jure determinatum tempus, intra quod fieri debeat, relinquitur Judicis arbitrio. Bald. *in L. Ordo. num.* 6. *C. de execut. rei jud.* Coller. *de processu. execut. par.* 3. *cap.* 9. *numer.* 75. Gratian. *disc. for. cap.* 275. *numer.* 15. Escobar. *de ratiocin. cap.* 16. *numer.* 8. Rota apud Bich. *dec.* 484. *num.* 4. 7

Subhastatio arguit justum pretium, & erronea est retractanda pro rata. Costa *de port. rata quæst.* 167. Capic. *dec.* 51. Magon. *dec.* 100. 8

SUBORNATIO.

Praxis subornationis.

Subornans testem ad deponendum falsum, si falsum deposuerit, tenetur pœna falsi, sicut testis, ac si ipse falsum deposuisset. *L.* 1. *ff. de fals. L. jubemus.* 24. *C. de prob.* Bursat. *cons.* 99. *num.* 30. Trivis. *dec.* 53. *num.* 17. *lib.* 2. Giurba *cons.* 64. *num.* 25. Farin. *de testib. quæst.* 67. *num.* 258. Conciol. *res. crim. ver. subornatio. res.* 1. & ejusmodi in Tribunali S. Officii condemnantur ad triremes ad tempus, uti testatur Catena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 76. & talis subornans, & corrumpens testes punitur ut machinator falsi, & fabricator, quamvis testibus usi non velit. Bajard. ad Clar. *in* §. *falsum. num.* 12. Cabal. *res. crim. cas.* 38. *num.* 4. *& cas.* 144. *num.* 3. Giurba *l. c.* Farin. *l. c. n.* 255. Guazin. *def.* 28. *cap.* 13. *a num.* 1. Imo subornans testem ad deponendum verum, quod tamen testi

non

non erat notum, puniri debet pœna extraordinaria. Boss. *in pract. tit. de fals. num.* 122. Bajard. ad Clar. *in* §. *falsum. num.* 68. Cabal. *res. crim. cas.* 38. Guazzin. *l. c. cap.* 19. *num. ult.* Giurba. *d. cons.* 64. *num.* 29. Et subornans debet puniri, sive sit pars litigans, sive tertius. Farin. *d. quæst.* 67. *num.* 259. & alii apud Conciol. *l. c. num.* 4. Imo subornans testem ad dicendum falsum pœnam non evitat, licet testis dixerit verum. Giurba *l. c.* Conciol. uti supra *num.* 5. Cabal. *res. crim. cas.* 144. *num.* 5. Covar. *in cap. si furiosus. par.* 2. *num.* 9. Boer. *dec.* 319. *num.* 6. nisi subornans devenerit tantum ad actum remotum, & non ad proximum.

2 Subornatus asserens, se subornatum ab aliquo, non probat, nec facit contra illum indicium ad torturam. *cap. sicut nobis. de testib.* Clar. *in* §. *falsum. ver. subornans autem.* Vulpel. *cons.* 10. *num.* 20. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 13. *num.* 16. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 40. *num.* 1. Surd. *cons. cons.* 163. *num.* 26. *lib.* 1. Bajard. ad Clar. *quæst.* 53. *num.* 28. Guazzin. *def.* 28. *cap.* 16. Giurba. *cons.* 64. *num.* 17. Rota apud Ludovis. *dec.* 194. *num.* 8. ut enim unus testis immediate de delicto deponens faciat indicium ad torturam, requiritur, quod sit omni exceptione major. Gomez. Clarus, Menoch. Mascard. Farin. *ll. cc.* testis vero qui prece, vel prœmio dicit falsum dixisse, non est talis, quia facit se infamem, & socium criminis, & perjurum. Conciol. *l. c. res.* 2. *num.* 2. quamvis alii DD. velint, talem testem probare in odium subornantis, si veritas aliter haberi non potest. Bald, & Felin. *in cap. fin. de testib. cogen.* Mell. *de testib. num.* 202. Thes. *qq. for.* 15. *num.* 4. *lib.* Surd. *dec.* 107. *num.* 6. Imo testis subornatus nec facit indicium ad inquirendum in specie contra subornantem. Cephal. *cons.* 233. *a num.* 4. Vulpell. *cons.* 83. *num.* 3. Mascard. *de prob. conclus.* 455. *num.* 11. *lib.* 1. Farin. *de Judic. & tort. quæst.* 45. *num.* 12. licet de consuetudine servetur contrarium, ut testantur Clar. *in* §. *falsum. vers. subornans autem test.* Ludovic. *dec. Lucen.* 15. *num.* 6. quam tamen consuetudinem improbat Farin. *d. quæst.* 45. *num.* 16. cum aliis apud Conciol. *l. c. num.* 5. Imo licet testes subornati essent plures, non facerent indicium ad torturam contra subornantem, imo neque ad inquirendum in specie. Natta *cons.* 298. *lib.* 2. Cephal. *l. c.* Rol. *cons.* 18. *lib.* 1. Vulpell. *l. c.* Farin. *l. c. num.* 27. Rota *dec.* 119. *num.* 1. impressa post consil. Farin. sed contrarium observat consuetudo, quam non improbant Farin. *l. c. num.* 28. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 21. *vers. sed posse.* Giurba *cons.* 64. *num.* 14. Lim. 1. si cum depositione unius testis concurrit aliud adminiculum; quia tunc facit indicium ad torturam contra subornantem. Lim. 2. si testis subornatus falsum non deposuit, nec contra suam sententiam, quia tunc non dicitur corruptus, nec perjurus, nec socius criminis, cui consentit etiam Farin. si concurrat aliquod adminiculum, & non aliter, ne sit in potestate cujuslibet homines vexare. *d. quæst.* 45. *num.* 31. Cephal. *cons.* 233. *num.* 16. *lib.* 2. Vermigl. *cons.* 171. *num.* 23. Conciol. *l. c. num.* 10.

3 Subornatio cum sit difficilis probationis, probatur præsumptionibus, & conjecturis. Mascard. *de probat. conclus.* 1347. Farin. *de testib. quæst.* 67. *numer.* 257. *& cons.* 115. *num.* 16. *lib.* 2. Vulpell. *cons.* 103. *numer.* 13. Giurba *cons.* 64. *num.* 14. præsertim si non agitur ad subornati condemnationem, sed ad Rei defensionem, & ad subornationis exclusionem, quia innocentia probatur præsumptionibus, & conjecturis. Cephal. *cons.* 140. *num.* 13. *lib.* 1. Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 48. *num.* 8. Farin. *d. cons.* 115. Conciol. *l. c. res.* 3. *numer.* 2. Et testis præsumitur subornatus, si constat, eum, qui illum induxit, voluisse cæteros testes subornare, quia semel malus, semper præsumitur malus in eodem genere mali. *cap. semel malus.* 8. *de R. J. in* 6.

SUBREPTIO, vel OBREPTIO.

Praxis Subreptionis, vel Obreptionis.

Subreptio inducitur, vel taciturnitate veritatis ad rem 1
per se, vel intrinsece pertinentis, aut expressione falsitatis per se, & intrinsece ad rem pertinentis. *cap. super litteris. de rescript.* quia tunc redditur involuntaria concessio. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 13. *sect.* 4. §. 1.

Taciturnitas eorum, quæ si narrata fuissent, non re- 2
traxissent Pontificem a dispensatione, nec difficiliorem reddidissent, non reddit gratiam, sub vel obreptitiam. *cap. dudum de preb. in* 6. ubi Franc. *num.* 11. DD. *in cap. postulasti. de rescript.* Menoch. *de arb. cas.* 201. *nu.* 27. Cassad. *dec.* 12. *num.* 14. *de preb.* multo magis si faciliorem reddidissent. Rota apud Merlin. *dec.* 35. *nu.* 11. *&* 12. Bich. *dec* 302. *num.* 5. qui citat Sanchez. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 11. Buratt. *dec.* 739. *num.* 1. *par.* 2. *recent.*

Subreptio, si est dolosa, reddit rescriptum nullum, 3
licet illud Princeps concessisset, si fuisset narrata vera causa, *d. cap. super litteris.* ubi Abb. *de rescript.* Sanchez. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 21. Lim. si nullo modo talis obreptio fuit causa rescripti. Lim. 2. si sub, vel obreptio fuit commissa per ignorantiam, etiam crassam; tunc enim si Princeps concessisset, valet. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 13. *sect.* 4. §. 3. nisi sit causa totius commissionis. Bich. *dec.* 325. *num.* 10.

Subreptio in una parte rescripti non operatur in alia 4
parte disperata. Diana. *par.* 8. *trac.* 3. *res.* 90. *cap. si eo tempore de rescript. in* 6. quamvis sit dolosa, si est circa causam impulsivam. Idem. *l. c. res.* 91.

Sub-vel obreptio vitiat causam ipso jure. *cap. ad au-* 5
res. cap. constitutus. de rescript. ubi Abb. & Imola. Dec. *cap. motus proprius. de preb. in* 6. Tusc. *litt. S. conclus.* 722. Sanchez *l. c.* & alii apud Garz. *de Benef. par.* 8. *cap.* 3. *num.* 2. Bich. *dec.* 302. *num.* 4. Adden. ad Buratt. *dec.* 74.

Subreptio non inducitur ex taciturnitate eorum, quæ 6
si Princeps scivisset, facilius gratiam concessisset, aut non difficiliorem reddidisset. Rota apud Merlin. *dec.* 35. Intrat, sive sit circa causam finalem, sive impulsivam, & vitiat rescriptum. Abb. *in cap. super litteris. de rescript.* Garz. *de Benef. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 200. Contra Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 17. & Covaruviam. *lib.* 1. *var. res. cap.* 20. & in dubio secundum aliquos præsumitur esse circa causam impulsivam. *Cap. Abbate.* 25. *de V. S.* Sanchez *l. c. disp.* 20. secundum alios vero præsumitur circa causam finalem.

Subreptio tantum datur in Papa, & Legato a Latere; 7
non vero in Ordinario, quia hic dicitur providere motu proprio, & Ecclesiis non personis. *Clem.* 2. *de off. Ordin.* Garz. & Sanchez. *ll. cc.* consideratur de tempore Datæ. Garz. *l. c. par.* 6. *cap.* 2. §. 2. *num.* 221. Felin. *in cap. cessante de rescript. & in cap. si eo tempore. eod. in* 6. Abb. *in cap. quia circa* 6. *num.* 4. *De Consang. & affinit.* potest opponi infra 40. annos. Riccius *in prax. caus. deleg. res.* 246. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 99. Vitiatur per clausulam. *motu proprio.* Vide *Motus, & Clausula.* Item tollitur per clausulam. *cujus statum.* Vide *Clausula*. Subreptitio non præsumitur, sed est probanda ab allegante. *cap. constitutus. de rescript.* ubi Abb. Imol. & Dec.

Subreptio rescripti in alienatione bonorum Ecclesiæ, 8
quando evidens adest illius utilitas, non nocet. Cassad. *dec.* 12. *de preben.* Rota apud Turricellium. *de reb. Eccles. non alien cap.* 9.

Subreptio resultat, quoties Papæ non fuerunt narra- 9
ta, quæ si narrata fuissent, vel gratia non fuisset concessa, vel difficulter. Fel. *in cap. super litteris. num.* 8. *de rescript.* Sanchez. *disp.* 21. *a num.* 11. & probat *tex. in cap. postulasti. de rescript.* Put. *dec.* 41. *num.* 1. Rota apud Buratt. *dec.* 739. *par.* 2. *recent.* & apud Bich. *dec.* 302. *numer.* 5. An autem illud, quod non fuit narratum, retraxisset, vel saltem difficiliorem fecisset S. Pontificem in concedenda gratia, ex conjecturis colligi potest, & debet. Sanch. *l c.* Lotther. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 31. *num.* 57. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 150. *num.* 10. Bich. *l. c. num.* 6. Præterea videri debet, an gratia alicui præjudicet, quia tunc præsumitur Pontifex

non

non concessurus. Rota coram Ludovis. *l. c.* & apud Bich. *l. c. num.* 7. Et in Beneficialibus quælibet subreptio totam gratiam vitiat. Put. *dec.* 126. *lib.* 1. Bich. *dec.* 355. *n.* 22.

10 Subreptio ab allegante est concludenter probanda, & ad hoc, ut non noceat, sufficit, quod aliquo saltem modo reddatur dubia. Bich. *dec.* 645. *n.* 25. Rota penes Seraph. *dec.* 1620. *n.* 1. & apud Ludovis. *dec.* 198. *n.* 1. *par.* 3. *recent.*

11 Subreptionis exceptio non potest retardare executionem subrogationis. Rota coram Mant. *dec.* 79. *num.* 9. Mohed. *dec.* 11. *num.* 1. *ut lite pend.* & Bich. *dec.* 455. *n.* 57.

12 Subreptitia est gratia ob non expressionem qualitatum in impetratione, an Beneficium sit simplex, vel non. Bich. *dec.* 325. *n.* 9. Item ob non factam mentionem, quod Beneficio Cura animarum incumbat, juxta *cap. cum in illis de præben. in 6. Clem.* 1. *eod. tit.* Felin. *in cap. in nostra. n.* 15. *de præscript.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. *n.* 3. Rota coram Ludovis. *dec.* 450. *num.* 2. ubi Beltram. Menoch. *de arb. cap.* 201. *num.* 61. & *seq.*

13 Subreptio resultat, quoties in provisione Papæ non fuit facta mentio existentiæ Consanguineorum, eorumque vocationem contentam in fundatione, quia si Papa hoc scivisset, vel gratiam omnino non concessisset, vel difficilius. Put. *dec.* 252. *in fi. lib.* 3. *in corp.* Castropal. *moral. to.* 2. *tract.* 13. *disp.* 2. *p.* 1. *sub. num.* 17. quamvis tempore provisionis non esset probata existentia Consanguineorum. Rota *dec.* 97. *num.* 3. *par.* 5. *recent.* & *in Tarracon. Benef.* 10. *Jan.* 1639. *coram Carillo.* apud Bich. *dec.* 189. *n.* 17. & 18.

14 Subreptio inducitur ex sola taciturnitate juris activi præsentandi alicui competentis Felin. *in trac. quando litter. Apost. lin.* 5. *vers. contraria opinio.* Lapus *alleg.* 69. *n.* 4. Caputaq. *dec.* 189. *par.* 3. Rota *dec.* 29. *n.* 12. *inter impress.* apud Vivian. *de Jurepatr.* Bich. *dec.* 302. *n.* 14.

15 Subreptio ex taciturnitate eorum, quæ de jure communi sunt exprimenda, redditur inexcusabilis, secus ex taciturnitate eorum, quæ de stylo exprimi debent, quia stylus variabilis est; & omnibus non est notus, & ideo tunc intrat excusatio *ex cap. ignorantiæ.* Lotther. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 54. *sub num.* 27. & *seq.* Bich. *dec.* 325. *num.* 22. præsertim cessante dolo. Egid. *dec.* 600. *n.* 1. Seraph. *dec.* 19. *n.* 1. & 1432. *n.* 9. *vers. maxime cum non adsit.* apud Farin. post. Consil. *lib.* 2. *dec.* 288. *n.* 5. Bich. *dec.* 325. *n.* 24.

16 Sub vel obreptionis exceptio non attenditur in possessorio, sed rejicitur ad petitorium. Buratt. *dec.* 540. *n.* 17. Rota *in Papien. Præpositura* 30. *Maii* 1611. contra Atrebaten. apud Marchesf. *de commiss. to.* 2. *fol.* 529. *n.* 3. & *in Legionen: Benef.* 4. *Jul.* 1640. coram Cliciffrio. apud Bich. *dec.* 236. *n.* 15.

SUBROGATIO.

Praxis subrogationis.

1 Subrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum subrogatur. *L. si eum.* 10. §. *qui injuriarum. ff. si qui caut.* ubi Bart. & alii. Gail. *de pignor. cap.* 11. *num.* 6. *cap. Ecclesia.* 1. ubi gl. *Ut lite pend.* Alex. *cons.* 88. *lib. num.* 4. Anchar. *cons.* 421. Cravetta *cons.* 934. *n.* 2. Thomasct. *in flor. legum. reg.* 289. Gabr. *lib.* 6. *de R. J. conclus.* 2. Unde subrogatus in alicujus locum ejusdem Juris, & conditionis debet esse ac subrogatarius. Bal. *in L. Parabolani.* 18. *C. de Episc.* & *Cler.* Berlich. *lib.* 3. *conclus.* 41. *n.* 4. Menoch. *cons.* 52. *n.* 68. si subrogatus est etiam æqualis conditionis subrogatario moribus, & scientia, Surd. *dec.* 35. *n.* 9. Moneta *de Decimis cap.* 9. *num.* 75. & *de option. Canonicor. cap.* 5. *quæst.* 8. *num.* 156. Leo *in thes. for. Eccles. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 55. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 9. *num.* 99. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 8. *num.* 8. Novar. *in prax. elect.* & *variat. fori. quæst.* 52. *num.* 8. Gratian. *disc. for. cap.* 624. *num.* 2. & res Ecclesiæ subrogata pro prophana potest alienari sine solemnitate. Lim. 1. quando subrogatur rei diversæ naturæ. *L. cum in fundo.* 78. §. *si fundus. ff. de jure dot.* Surd. *de alim. tit.* 5. *quæst.* 1. *n.* 34. & quando non viget eadem qualitas in subrogato. *L.* 1. §. *sed si quis. ff. de edict. success.* Lim. 2. in pœnalibus. Seraph. *dec.* 537. *n.* 4. Gabr. *de R. J. conclus.* 2. *num.* 29. Giurba *cons.* 69. *num.* 16. uti etiam in privilegiis, & in particularibus. Lim. 3. quod conclusio procedat in subrogatione Legis, non hominis. Rimin. jun. *cons.* 18. *n.* 88. Tusc. *litt. S. conclus.* 757. *n.* 49. Hinc subrogatum doti, dicitur dotale, & subrogatum fideicommisso, dicitur fideicommissarium. Riccius *in prax. par.* 3. *res.* 162. Rota apud Merlin. *dec.* 445.

Subrogatum assumit naturam cum causa, & onere ejus, in cujus locum subrogatur. Corbul. *de caus. privat. ampl.* 38. Farin. *dec.* 70. Ciarlin. *controv. for. cap.* 8. Riccius *in prax. par.* 3. *res.* 507. & venit in hypotheca non quidem in præjudicium creditoris, sed debitoris, quare creditori semper manet hypotheca rei, cui fit subrogatio. Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 51. Gait. *de credito. cap. n.* 1413. Rota apud Merlin. *l. c.* &c. 2

Subrogatio gratiosa. Vide *Gratia*, & *Beneficium.*

Subrogatus in jus, & possessionem defuncti, quamvis defunctus esset manutenendus, non potest tamen petere manutentionem, nisi doceat de actuali apprehensione, & subrogatio operatur, ut quando defuncto competit manutentio, subrogato detur immissio. Rota *in Lucana majusculatus.* 26. *Aprilis.* 1587. *coram Orano,* & *in Toletana Parochialis.* 24. *Jun.* 1640. *coram Sacrato.* Bich. *dec.* 181. *n.* 3. 3

Subrogatus tenetur gratiam subrogationis lite in Rota pendente obtentam in actis Notarii causæ exhibere, non obstante, quod in litteris sit datus certus Executor, quia Auditor Rotæ in causis pendentibus succedit loco Ordinarii. *Clem. Auditor. de rescript.* Rota *dec.* 398. *sub num.* 1. *par.* 3. *recent.* & *in Toletana Canonicatus. Pœnitentiarii.* 4. *Maii.* 1644. §. & *præterea. coram Cerro,* & petere relaxationem sequestri. Rota *dec.* 2. *num.* 54. *de rescript. in nov.* quæ distinguit, an actor tempore decreti sequestri possideret, vel non. Primo casu non esse necessariam relaxationem sequestri, post quam Actor fuit declaratus Dominus, quia sequester possidebat Domino: secundo vero casu, si non petatur relaxatio sequestri, actor capiendo possessionem propria authoritate sequestrum violat, & attentat. ita Bich. *dec.* 545. *n.* 6. 7. & 8. 4

Subrogatus capiens possessionem non propria authoritate, sed de manu executoris, non tenetur citare possessionem, si hic attentate possidebat, quia possessio attentata habetur pro non possessione, sicut etiam infecta a decreto irritante. Rota *dec.* 313. *n.* 5. apud Post. *de manuten.* & *cap.* 1. *ut lite pend. in* 6. Bich. *dec.* 455. *n.* 15. & 16. 5

Subrogatus lite pendente non potest absque vitio attentatorum possessionem propria authoritate capere Bich. *dec.* 545. *n.* 1. *cap. non solum. de appel. in* 6. *cap.* 1. & *toto tit. ut lite pend. nihil innovetur.* Rota *dec.* 4. *n.* 1. *eod. tit. in novis.* quamvis prudentia litis, & sequestrum Rotale fuerit narratum Papæ in supplicatione, & litteris subrogationis, quia expressio litis, & sequestri excludit quidem subreptionem, quæ alias resultaret ex illius taciturnitate, sed non operatur, quod in spretum tribunalis, & præjudicium collitigantis subrogatus propria authoritate possessionem apprehendere possit. Rota *dec.* 135. *num.* 3. & 4. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* & *Brachaven. Parochialis.* 11. *Maii.* 1601. *coram Sacrato.* Adden. ad Buratt. *dec.* 794. *num.* 10. & 11. secus, si lis non pendebat in Rota, nec appositum fuit sequestrum Rotale. Bich. *dec.* 545. *num.* 3. ubi citat Cavaller. *dec.* 186. *num.* 3. Rota coram Ludovis. *dec.* 2. *n.* 6. 6

Subrogatus attentat, si post inhibitionem Rotalem possessionem capit. Lancellotus *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 373. Coccin. *dec.* 72. *num.* 2. Lotther. *l. c. d. quæst.* 20. *n.* 215. Rota *dec.* 469. *num.* 17. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Item si possessionem capit, postquam subrogatio fuit judicialiter perducta. Item, si fuit inhibitus. Coccin. *l. c.* Mandos *super reg. de subrogando. quæst.* 8. *n.* 5. Bich. *dec.* 300. *n.* 31. & 34. 7

Subrogatus gratiose non attentat apprehendendo possessionem etiam lite pendente, secus habens mandatum de subrogando, vel si post obtentam subrogationem fuit inhibitus. Lancellot. *l. c. num.* 340. Mohed. *dec.* 11. *num.* 8

1. *Ut*

1. *Ut lite pend.* Put. *decis.* 208. *lib.* 1. *in corr.* Mant. *dec.* 71. *n.* 3. Coccin. *d. dec.* 72. *n.* 3. Rota *dec.* 135. *num.* 7. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 276. *num.* 16. *& seq.* aut si post obtentam subrogationem adivit Judicem ante captam possessionem.

9 Subrogatus in forma gratiosa potest etiam lite pendente capere possessionem Beneficii absque vitio attentatorum, secus subrogatus in forma rigorosa. Put. *dec.* 208. *lib.* 1. *in corr.* quia in subrogatione gratiosa ipse Papa est, qui subrogat, & possessionem juris dat, transfert, & continuat in subrogatum, cui statim sine alia disputatione de jure authoris danda est possessio facti, quia ita mandat Papa, cui est obtemperandum, & postquam subrogatus cœpit actualem possessionem, ita conjungitur possessio pacti cum possessione defuncti, quam nova apprensio. In subrogatione vero rigorosa litteræ diriguntur Auditori, ut subroget, neque tamen subrogare potest, nisi discussis juribus subrogandi, seu illius, qui subrogari debet, ejusque authoris, ideo, si pars sine licentia Judicis possessionem ingrederetur, attentaret, quam distinctionem amplexa fuit Rota apud Mohedan *dec.* 11. *ut lite pend.* Bich. *dec.* 300. *n.* 3. *&* 4. & subrogatus etiam in forma gratiosa, non potest lite pendente apprehendere possessionem, si non erat vacua, sed post mortem antecessoris fuit ab alio medio tempore apprehensa; quia subrogatio gratiosa antequam subrogatus capiat actualem possessionem, importat facultatem eam apprehendendi, & operatur effectum continuationis, quoad possessionem non facti, sed juris. Sarnen. *in reg. de triennali. quæst.* 14. *num.* 8. *&* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 34. *num.* 110. Caputaq. *dec.* 231. *num.* 2. *par.* 3. Rota *dec.* 449. *num.* 4. *& seq. par.* 4. *to.* 2. *recent.* Imo potest capere possessionem, licet illa non esset vacua, sed ab alio apprehensa, si notorie talis apprensio fuit attentata, aut infecta a decreto irritante, quia talis possessio, ut supra dictum fuit, habetur pro non possessione. Rota *in Pampilon. Prioratus.* 27. *Martii.* 1623. *coram Pirovano* apud Post. *de manut. dec.* 313. *num.* 7. Lotther. *de re benef. lib.* 2. *quæst.* 20. *a n.* 196. Bich. *dec.* 300. *n.* 18.

10 Subrogatus gratiose potest per supervenientem subrogationem possessionem cum vitio captam in vim novi tituli mutare, & vitium purgare. Lotther. *l. c. quæst.* 20. *num.* 214. Mant. *dec.* 71. Rota *dec.* 108. *n.* 9. *& dec.* 142. *n.* 8. *par.* 5. *recent.* Adden. ad Buratt. *dec.* 221. *n.* 6. Bich. *l. c. n.* 27. *&* 28.

11 Subrogato gratiose debetur immissio, si tria concurrant. 1. Clericatus. 2. obitus defuncti in possessione. 3. lis super Beneficium vertens, seu quod Beneficium sit litigiosum, secus, si non est litigiosum, ut reservatum. Ratio est, quia quando est litigiosum, per illius provisionem Papa nemini facit injuriam, quia de litigioso, aut, servato, seu affecto nemo potest providere, quam Papa; quando vero non est litigiosum, aut reservatum, aut, seu affectum, fit injuria ordinario collatori seu provisis ab ordinariis collatoribus. Bich. *dec.* 405. *num.* 2. *&* 3. Rota apud Penniam *dec.* 669. *a num.* 4. *usque* 16. Lotther. *l. c. num.* 212. Gonzal. *super reg.* 8. *Canc.* §. 7. *præmial. num.* 212. Et non potest illi retardari immissio per exceptionem oppositam, nisi illa probetur in continenti. Rota *dec.* 200. *n.* 6. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* Bich. *l. c. num.* 15.

12 Subrogato gratiose concedi potest manutentio loco immissionis ad confirmandam priorem possessionem a subrogato captam, & potest etiam concedi immissio cumulando possessionem possessioni, præsertim, si simul & semel petitur manutentio, & immissio. Rota *in Compostellan. Parochial.* 25. *Jun.* 1649. §. *nec multum interest. coram Ottobono.* & Post. trac. Post *de manuten. dec.* 57. *num.* 14. Bich. *dec.* 479. *num.* 22. *&* 23.

13 Subrogato non datur manutentio ex possessione defuncti, sed tantum ex propria, quando eam actualiter cœpit. Rota *in Sancti Marci pensionis.* 30. *Jan.* 1612. *coram Card. Sacrato.* apud Marchesf. *de commiss. to.* 2. *fol.* 486. *n.* 1. *&* 2. & apud Post. *dec.* 177. *num.* 9. Bich. *l. c. n.* 19. *&* 20.

¶ SUBSCRIPTIO.

§ I.

Subscriptio quid sit, & de multiplici subscriptione.

Subscriptio † est ultima pars scripturæ, quæ sua antecedentia præsupponit tanquam vera. Bald. *cons.* 175. 1
Factum proponitur, n. 2. *v. item præmitto, lib.* 1. † 2
Item duplex subscriptio; una est præjudicialis ad obligandum subscribentem, & hæc præjudicat omnino, quomodocunque subscribat, quia imputatur ei, qui non percunctatus est. Castr. *cons.* 209. *Viso quodam, in fi. lib.* 2. † Alia est auctorizabilis; vel solemnitatis, pro- 3
ut in Notario subscribente instrumentum, & hæc debet esse regulata, ut si scribat Notarius instrumentum manu aliena scriptum, debeat facere mentionem, cujus manu, vel saltem aliena manu, nisi in quatuor casibus, de quibus Castr. *d. cons.* 209. *per tot. lib.* 2. 4
† Item subscriptio est exitus, & conclusio totius actus, de quo quæritur. Bald. *d. cons.* 175. *num.* 2. *v. nam subscriptio est, lib.* 1. † Alio modo divide, quia una 5
est subscriptio, quæ fit ad præstandum consensum, & hæc præsumitur, quando subscribens est principalis; alia est, quæ non præjudicat, prout si testis, vel auctoritatem præstans; & hæc non præjudicat subscribenti. Castr. *cons.* 216. *Confirmando, in pr. ver. & hoc cum talis, lib.* 1. † Et sufficit facta sive in fine, 6
sive in principio, sive infra, sive supra. Alex. *cons.* 147. *lib.* 2. Gabr. *conc.* 3. *de præsumpt. n.* 16. † Scientes scribere sub- 7
scribunt, ignorantes vero scribere sufficit, quod in præsentia aliorum faciant crucem manu sua, quæ est loco subscriptionis, ita dicit Speloncanus in suo *Formulario instrumentum, titul. instrum. venditionis facta ab illo, qui noluit teneri de evictione. in fi. in* 2. *qu. v. ulterius quæro.* † Vel sufficit, quod tertius scribat no- 8
mine & de commissione ejus, qui dicit nescire scribere, & talis subscriptio obligat nescientem scribere, ac si totum scripsisset manu propria, Innocentius & Moder. *in c. quoniam contra, de probat.* Bald. *in auth. contra qui propriam, col.* 2. *v. item quæro, C. de non numer. pecun.* Bart. *in l. emptor, §. Lucius, ff. de pact.* † Ex- 9
tende in tantum, quod ille, cujus nomine facta est subscriptio, & ad ejus instantiam, compellitur recognoscere, sicut si ipse subscripsisset. Felin. *in cap. cum inter, de re judic.* † Extende, ut idem sit, si tertius scribat de 10
consensu ambarum partium, quia habita fide de tali consensu, talis scriptura habetur pro subscriptione. Rom. *cons.* 204. *Pro discutienda.*

§. II.

Subscriptio multa operatur, & quæ.

Subscriptio † operatur confessionem, & approbatio- 1
nem omnium contentorum in scriptura subscripta. Decian. *cons.* 29. *n.* 30. *&* 31. *lib.* 2. † Et præsumitur, 2
quod subscribens habuerit plenam notitiam eorum, quæ habentur in scriptura subscripta. Alex. *cons.* 147. *col.* 2. *in fi. lib.* 2. † Amplia quia scriptura subscripta li- 3
cet fit manu aliena scripta, tamen judicatur, ac si esset tota manu scribentis, ideo dispositio loquens de scriptura manu propria, habet locum in aliena subscripta. Decian. *d. cons.* 29. *n.* 31. *lib.* 2. Castr. *cons.* 87. *Quantum ad contenta, in pr. lib.* 2. ubi apost. allegat. Alex. *cons.* 147. *col.* 2. *lib.* 2. & idem Alex. *cons.* 14. *Visis, num.* 30. *ver. item respondeo, lib.* 6. Jas. post alios *in l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis,* plene Ruin. *cons.* 215. *in pr. lib.* 1. Paris. *cons.* 47. *n.* 6. *lib.* 2. plane Felin. *in c. quoniam contra, n.* 43. *de probat.* † Declara in scriptura obligatoria, & præ- 4
judiciali, quia imputatur ei, qui subscripsit, secus si esset subscriptio authorizabilis Notarii; quia non simpliciter idem operatur. Castr. *cons.* 209. *lib.* 1. *per tot.*
† Idem in statuto dante auctoritatem scripturæ manu 5
propria scribentis, quia habet locum, etiamsi subscripta sit manu ejusdem. Fel. *in d. c. quoniam contra, n.* 43. *in fi. de probat.* † Extende, quia qui negat pro- 6
priam scripturam, si incurrat in pœnam, pariter incurrere debet, si negat subscriptionem. Jas. *in l. cum antiquitas, n.* 13. *C. de Testam.* † Extende, quia si sta- 7
tutum

statum requirat plures Notarios ad rogitum instrumenti, sufficit, quod unus scribat, & alii subscribant. Fel. *in d. c. quoniam. contra*, *n.* 43. *de probat.* concordat incertus auctor post Regulas soc. *Reg.* 1. *Scriptura ma-*
8 *nu alterius*, in prima ampliatione. † Extende, quia *auth. contra qui propriam*, *C. de non num. pecun.* quæ imponit pœnam dupli neganti suam scripturam, habet locum etiam in negante subscriptionem. Castr. *cons.* 87. *n.* 3. *v. super. alio*, *lib.* 2. ubi per totum declarat, quod illa *authent.* habet locum, ubicunque negatio
9 est nociva, secus si non nociva. † Extende, quia Notarius scripturam instrumenti subscribens judicatur, ac si ipse subscribens totum subscripsisset Jas. *in d. l. cum*
10 *antiquitas*, *n.* 14. *C. de Testam.* † Declara tamen, quia statutum dans exequutionem scripturæ privatæ manu debitoris, habet locum in subscripta, quando impeditus mandavit per alium scribi, alias non, quia est per fictionem manu sua, quæ in statuto non habet. locum.
11 Jas. *in d. l. cum antiquitas*, *in fi. C. de Testam.* † Contrarium DD. *in l qui Roma*, §. *Chrysogonus*, *ff. de verb. oblig.* quia subscriptio operatur idem, ac si totum scripsisset. Bart. *in l. emptor*, §. *Lucius*, *ff. de pact. in auth. contra qui propriam*, *v. item quæro*, *C. de non num. pecun.* Dec. *cons.* 463. *col.* 1. Cravet. *cons.* 25. *n.*
12 13. † Amplia, quia subscriptio præjudicat etiam facta nomine alieno in iis, quæ spectant ad subscribentem, ideo si fidejussor in scriptura nominatus subscribat se, ut testis, obligatur. Fel. *d. cap. quoniam contra*, *n.* 47.
13 *de probat.* † Declara plene, ut per Imolam, *in c. si quis presbyterorum*, *n.* 14. *de reb. Eccl. non alien.* ubi ponit plenam distinctionem, & videtur concludere, quod aut est actus pertinens, vel qui potest pertinere ad subscribentem, & eo invito fieri potest, & subscriptio, ut testis, vel nomine alieno, vel ut officialis non præjudicat, aut ille actus fieri non poterat sine subscribente, & tunc si scivit, sibi præjudicat. gl. *in l. Caius*, *ff. de pign. act.* & *in l. fidejussor*, §. *fin. ff.*
14 *de pign.* † Amplia in casu converso, quia non requiritur subscriptio, & sufficit, si tota scriptura sit manu subscribere debentis. Jas. *in d. l. cum antiquitas*, *n.* 12. *C. de Testam.* Castr. *cons.* 116. *Confirmando*, *in pr. ver. si autem tota*, *lib.* 1. Rom. *cons.* 303. *Hæc scri-*
15 *ptura.* † Restringe in instrumento rogato per Notarium; quia requiritur subscriptio, etiamsi totum esset manu Notarii. Jas. *d. l. cum antiquitas*, *n.* 12. *C. de testam.* late Apost. ad Rom. *d. cons.* 303. *in ver. debet*, quæ
16 dat concor. † Declara restrictionem, nisi essemus in instrumento antiquo. Ant. Rub. *cons.* 10. *Doleo*, *ante fin. ver.* & *in antiquis*, quem citat Apost. ad Rom. *d. cons.*
17 303. *in ver. debet.* † Amplia, quia licet Notarius non possit originale per alium scribi facere, tamen si est subscriptum ab ipso notario, valet; etiamsi aliena manu sit scriptum. Castr. *cons.* 125. *Dubitatur*, *num.* 6. *in* 9. *dubio*, *in fi. lib.* 2. Alex. *cons.* 14. *Visis*, *num.* 31. *ver. præterea*, *lib.* 6. & plenius *n.* 18. *ver quinto*
18 *probatur.* † Extende, ut procedat, etiamsi subscriptio sit generalis, & non faciat mentionem; quod scriptura subscripta sit manu aliena, quia sufficit, etiamsi adsint apostillæ manu aliena incognitæ; quia bene illæ non approbantur, sed originalis scriptura bene dicitur approbata per subscriptionem. Alex. *d. cons.* 14. *n.* 18. & *seq. ver. quinto probatur*, *lib.* 9. ubi duæ apostillæ dant con-
19 cord. † Et quod sufficiat generalis subscriptio. Alex. *d.*
20 *cons.* 14. *n.* 19. *lib.* 6. ubi Apost. *in ver generalis.* † Contrarium tenet Paris. *cons.* 12. *n.* 110. & *seq. lib.* 2.
21 ubi reprobat Alex. ubi supra. † Declara, quia maxime sufficit subscriptio generalis Notarii, quando constat, quod scriptura est manu testatoris, qui disponit. Alex. *d. cons.* 14. *n.* 19. *in fin. cum seq. ver. sexto est attendendum*, *lib.* 5. Vide Tusch. *litt. T. ver. Testa-*
22 *mentum probatur ex*, &c. *Concl.* 101. † Amplia, quia sigillum suum apponens scripturæ nomine suo factæ dicitur subscribere, & talis sigillatio habet vim subscriptionis, & approbationis. Rom. *cons.* 303. *Hæc scriptura*, *in fi.* ubi Apostill. *in ver. subscriptionis*, dat concord. Alex.
23 *cons.* 47. *n.* 7. *v. ad idem. Bald. n.* 7. *lib.* 2. † Amplia, quia subscriptio tanquam ultima pars scripturæ præsupponit, omnia contenta in ea tanquam antecedentia esse vera. Bald. *cons.* 175. *Factum proponitur*, *n.* 2.
24 *ver. item præmitto*, *lib.* 1. † Et subscribens scripturam videtur confiteri omnia contenta in scriptura esse vera.
25 Bald. *d. cons.* 175. *n.* 2. *v. item præmitto*, *lib.* 1. † Item approbare censetur omnia contenta in scriptura subscripta. Bald. *d. cons.* 175. *n.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 147. *Ponderatis iis*, *n.* 3. & *seq. lib.* 2. † Et scientiam con- 26
tentorum in scriptura subscripta præsumitur habuisse. Alex. *d. cons.* 147. *col.* 2. *in fi. lib.* 2. qui loquitur in saldo. Jas. post alios. *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *col.* 4. *ff. de verb. oblig.* plene Cravett. *cons.* 25. *n.* 1:. ubi, quod subscriptio excludit allegationem ignorantiæ. † Contrarium, 27
quod imo subscriptio non arguat scientiam, tenet per plura Angel. *cons.* 400. *Testator sua propria*, *in pr.* ubi, quod subscriptio fit quandoque ab eo, qui ignorat tenorem, & continentiam rei subscriptæ, ut in testamento in scriptis, & multis casibus. † Declara, quia si adsunt ver- 28
ba illa, *Visis*, &c. tunc præsumitur scientia, & idem si scripturam subscriptam habuit penes se. Jaso. *in l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*. *n.* 14. *ff. de verb. oblig.* ubi etiam dicit, quod in dubio subscribens præsumitur habuisse scientiam. † Amplia, etiamsi scriptura sit ma- 29
nu aliena; quia tantum obligatur subscribens, quantum si totam scripturam scripsisset. Alex. *cons.* 247. *num.* 4. ubi Apost. dat multos concor. *lib.* 2. Jaso plene *in l. emptor.* §. *Lucius*, *in pr. ff. de pact.* ubi Apost. *in ver. pars.* Castr. Jaso & omnes *in d. l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *in pr. ff. de verb. oblig.* † Et 30
omnis virtus obligationis in subscriptione consistit. Felin. *in c. quoniam contra*, *de probat.* Paris. *cons.* 22. *n.* 123. & *seq. lib.* 1. ubi dicit, quod subscriptio est illa, quæ dat robur, & quæ attendi debet, ut principalior in obligatione, *l. quæritur*; *ff. de stat. hom.* Decius *in l. Imperium*, *n.* 5. *ff. de jurisdict. omn. judic.* Jas. *in l.* 1. §. 1. *n.* 4. *ff. de acquir. poss.* † Extende in tan- 31
tum, ut si aliqua contra eum existant, & dicat se deceptum, sibi non credatur, nisi probet. Alex. *d. cons.* 147. *n.* 4. *lib.* 2. quia præsumitur certioratus, *num.* 8. plenius Jas. *d.* §. *Chrysogonus*, *l. si ita stipulatus*, *num.* 14. *ff. de verb. obl.* † Extende in tantum, ut licet 32
scriptura contineat plura capitula, tamen unica subscriptio generalis sufficit secundum magis communem, de qua Alex. *d. cons.* 146. *num.* 6. ubi Apost. *lib.* 2. † 33
Contrarium tenuit in hoc Bart. *in l. divus*, §. *idem Senat. ff. ad Leg. Corn. de falsis.* † Declara, quia 34
ubi agitur de subscriptione scripturæ plura continentis capita prohibita, requiritur subscriptio particularis. Alex. *d. cons.* 147. *num.* 6. *lib.* 2. † Extende in 35
tantum subscriptionem operari idem, ac si totum subscripsisset, ut negare non valens scripturam propriam non possit negare alienam a se subscriptam. Jas. *d. l. emptor*, §. *Lucius*, *num.* 2. *ver. tertio adde*, *ff. de pact.* † Extende in notario, qui subscribit instrumento alie- 36
na manu exemplatum a suo originali; ut censeatur totum scripsisse. Jas. *d. l. emptor*, §. *Lucius*, *num.* 2. *v. quarto*, *ff. de pact.* † Extende, quia stante statuto, 37
quod scriptura manu debitoris exequutioni mandetur, habebit locum etiam in scriptura aliena manu, sed subscripta. Jas. *d. l. emptor.*, §. *Lucius*, *num.* 3. *v. quinto adde*, ubi pro utraque parte videas. † Declara 38
tamen, ut per eundem Jas. *d. l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *n.* 4. & *seq. ff. de verb. oblig.* quia si alius scripsit, mandante eo, qui subscripsit, habet eandem exequutionem, alias non. Vide Soc. *Reg.* 36. *subscribens se instrumento*, ubi ponit hanc regulam, quod subscribens se instrumento, & scripturæ approbat, & se obligat ad contenta in scriptura subscripta, ubi ponit tres fallentias; I. est, quando subscribit se ut testis; II. quando non vidit neque legit; III. quando scriptura continet plura separata, partim ad favorem subscribentis, & partim contra, quia scriptio refertur ad favorabilia tantum. † Restringe seu modis, ut per inceptum 39
auctorem post Regulas Socin. *Reg.* 1. *scriptura manu alterius*, ubi ponit regulam cum sex fallentiis. 1. est, si actum, qui non poterat fieri me prohibente, subscribo, approbo; 2. si nomine alieno; 3. si ratione officii; 4. si sim testis; 5. si non legissem; 6. dummodo sit specialis subscriptio † Amplia in testibus, quia eo- 40
rum subscriptio operatur, ut dicantur approbare omnia, quæ eo tempore, & loco geri potuerunt in scriptura subscripta, licet non viderint, neque explicite sciant gesta in scriptura subscripta, prout in testamento in scriptis. Bald. *d. cons.* 175. *num.* 2. *ver. unde testis*, *lib.* 1. † Amplia, quia subscriptione probata, 41
probantur etiam omnia contenta in scriptura subscripta, saltem per modum confessionis ejus, qui subscripsit,

scripsit, ex quo est una scriptura, & tendit ad unum finem, & ratione connexitatis uno vero præsumitur utrunque verum. Bald. *cons.* 175. *num.* 2. *ver. ex iis sequitur*, ubi, quod hypotheca probatur probata subscriptione trium testium apochæ, in qua continetur hypotheca, licet probatio solemnitatis sit per duos testes tantum. *lib.* 1. Decian. *cons.* 11. *num.* 48. *lib.* 1. Jas. *in*
42 *l. emptor*; §. *Lucius*, *de pact.* † Amplia, quia subscriptio obligatoria ita operatur in scriptura aliena manu facta, ac si tota esset scriptura manu subscribentis. Castr. *cons.* 209. *viso quodam*, *in pr. lib.* 1. ubi latissime com-
43 probat. Jas. *d. l. emptor*, §. *Lucius*, *ff. de pact.* † Extende idem in sigillante scripturam. vide Rom. *cons.* 303.
44 † Amplia, quia subscriptio, dies, annus, mensis, indictio, census, & alia posita in instrumento, referuntur etiam ad apostillam positam in margine, quando constat, quod est manu ejusdem Notarii. Alex. *cons. n.*
45 147. *n.* 11. *lib.* 2. Amplia, quia subscribens scripturam manu aliena censetur omnia contenta in illa scriptura approbare. Castr. & alii *in l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *num.* 2. *ff. de verb. oblig.* & sicuti ratificans ita sibi præjudicat, ac si actum principalem fecisset, *l. in summa*, §. *Cassius*, *ff. de aqua pluv. arcend.* ubi Bald.
46 & Gramm. *dec.* 103. *numer.* 8. † Et quod subscribens scripturam factam per tertium, in qua subscribens obligatur, ita obligetur efficaciter, ac si totam schedulam scripsisset. Jas. post Bart. & alios. *in l. emptor*, §. *Lucius*, *ff. de pact.* ubi plenius Jas. qui ampliat, & limitat multis modis, & iterum Alex. & Jas. *in d. l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *ff. de verb. oblig. num.* 8. & 9. Castr. *cons.* 216. *Confirmando quæ superius*, *nu.* 3. *lib.* 1. Neguf. *de pignor. in* 1. *memb.* 3. *partis*, *nu.* 6. Ruinus *cons.* 215. *in pr. lib.* 1. Paris. *cons.* 19. *nu.* 107. *lib.* 2. & *cons.* 37. *nu.* 6. *lib.* 1. Cæpol. *cons. civili.* 30. *num.* 10. Socin. Jun. *cons.* 106. *nu.* 4. *lib.* 3. Alex. *cons.* 147. *lib.* 2. qui loquitur in libro, & computis subscriptis. Afflict. *dec.* 6.
47 Ancharan. *cons.* 242. † Extende, quia sufficit subscriptio generalis, & non est necessaria subscriptio particularis, ideo sufficit dicere, ego talis affirmo, vel approbo omnia contenta, secundum Jas. *in d. l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *nu.* 8. & 9. ubi dicit communem, *ff. de verb. oblig.* ex mente Angel. Im. Castr. & Alex. ibidem Alex. *d. cons.* 147. *lib.* 2. Dec. *in cap. quoniam contra*,
48 *num.* 61, *de probat.* & *cons.* 447. *in fin.* † Contrarium quod imo subscriptio generalis non sufficiat, sed requi-
49 ratur specialis. vide §. *proxim. seq.* † Declara, quia quando lex requirit, quod quis scribat manu sua, licet subscriptio idem operetur, tamen debet esse specialis eo casu, ita declarat Jul. Clar. *in* §. *testamentum*, *q.* 14. *nu.* 4. ubi, quod testamentum patris ex sola apocha privata manu testatoris valet, idem, si apocha sit manu aliena, & subscripta, dummodo subscriptio sit specia-
50 lis, videlicet asserendo esse suum testamentum. † Amplia, quia si apocha subscripta continet alia separabilia ad favorem subscribentis, aliqua in odium, subscriptio generalis non relevat, secus si continet connexa, & indivisibilia, licet ad favorem, & contra, vel quando continet solum ad favorem alterius. Castr. *d. cons.* 216.
51 *in fi. v. dico etiam*, *lib.* 1. † Declara, dummodo sit specialis, incertus auctor post Regulas Soc. *Reg.* 1. *Scri-*
52 *ptura manu alterius*, in ultima fallentia. † Extende, quia imo sufficit, quod quocunque modo subreptio fiat etiam sine nomine subscribentis, quia si probatur ejus manus, scriptura sufficit. Alx. *cons.* 147. *num.* 13. *v. nec puto*, *lib.* 2. ubi, quod sufficit, quod in scriptura apposuerit, *conto di me Rolandino*, id est *computus mei*,
53 *nempe Rolandini*. † Extende, etiamsi esset subscriptio sine die, quia non est necessaria dies. Jo. Fabri §. *fin. Instit. de testam.* sequitur Dec. *cons.* 11. *num.* 16. Castr. *cons.* 216. *Confirmando*, *num.* 2. *lib.* 1. ubi quod locus, & tempus non est de substantia, neque de solemnitate, ut probet contra subscribentem, sed bene est de solemnitate, ut probet pro scribente, & hoc, quando non habet scriptura confirmata locum, & tempus, se-
54 cus e contra. † Declara, quia si dies est in apocha subscripta, & tempus, & locus, non est necessaria in subscriptione oppositio loci, & temporis, quia ex quo subscriptio fit ad confirmationem contentorum in apocha subscripta, non est necessaria. Castr. *cons.* 216. *num.* 2.
55 *v. nec obstat*, *lib.* 1. † E converso, si locus, & tempus in subscriptione ponatur, an sufficiat, Apost. ad Castr. *d. cons.* 216. *num.* 2. *v. in confirmatione*, *lib.* 1. ubi al-

tegat Bald. *cons.* 409. *lib.* 5. † Extende, quia non refert, 56
an sit subscriptio, vel suprascriptio, quia a pari procedunt. Alex. *d. cons.* 147. *n.* 10. *v. unde videtur*, *lib.* 2. † Ex- 57
tende, quia paria sunt, quod scriptura sit tota manu ejus, qui subscribere debet, licet non sit subscripta, vel quod sit manu alterius, & subscripta. Rom. *cons.* 303.
Hæc scriptura. † Extende, ut idem sit, quando est si- 58
gillata, quia sigillum habet vim subscriptionis. Rom. *cons.*
303. *in fi.* † Amplia, quia subscriptio Principis operatur 59
idem, ut scriptura subscripta reputetur epistola sua. Jas. *in d. l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *n.* 3. *de verb. obli-*
gat. † Amplia, ut etiam scriptura facta per tertium de 60
consensu ambarum partium habeat vim subscriptionis, quando probatur consensus, ideo præjudicat sicut subscripta, alias secus. Rom. *cons.* 204. *pro discutienda*, *a princ.* vide supra §. *praced. nu.* 8. & *seq.* † Limita, quia subscri- 61
bens folium album non sibi præjudicat, quia ignorat continentiam. Felin. *in c. quoniam contra*, *n.* 48. *de probatio.* Jas. & alii *in l. qui Romæ*, §. *duo fratres*, *ff. de verb. oblig.* vide Tusch. *litt. F. ver. Folium album quando valeat. Concl.* 499. † Præsumitur in dubio scientia subscribentis, 62
maxime quando dixit, *visa*, vel *visis*, vel quando tenuit penes se scripturam. Felin. *in d. c. quoniam contra*,
n. 40. *de probat*, † Limita, quia subscriptio fit ad mul- 63
tos effectus, & non semper arguit scientiam, neque obligationem, quia quandoque fit in signum consensus, quandoque in signum testimonii, quandoque in signum protestationis auctoritatis, quandoque in signum confirmationis, quandoque a sciente, & quandoque ab ignorante contenta in schedula subscripta. Angel. *d. cons.*
400. *in pr.* † Extende, ut idem sit in subscriptione, de- 64
scriptione, & sigillo, quia multis de causis fieri potest. Pett. de Anchar. *cons.* 32 *n.* 11. *v. sed descriptio*. † Limita 65
in subscribente folium album, aut scripturam non lectam, quia sibi non præjudicat. Jas. *d. l. emptor*; §. *Lucius*, *n.* 4. *ff. de pact.* Castr. *in l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *n.* 2. *ff. de verb. obl.* ubi Jas. *n.* 12. *v. secundo limitat.* Felin. *in d. c. quoniam contra*, *n.* 48. *in* 5. *limit. de*
probat. † Et quod subscriptio facta per aliquem, ante- 66
quam legerit contenta in scriptura subscripta, & ejus notitiam habeat, sibi non præjudicet, est text. *in l. fin.* & ibi Bald. *C. plus valere quod agitur*, *l.* 2. *C. de reb. alien. non alien.* Felin. *in d. c. quoniam contra*, *nu.* 48. *de prob.* ubi etiam Bald. facit Rui. *cons.* 22. *Visis attestationibus*, *lib.* 4. † Extende, & declara contraria procedere, 67
quando non noceat subscriptio scripturæ incognitæ, quoniam quis fuit deceptus; quia sibi fuit datum ad intelligendum, quando scriptura unum contineret, & continet aliud, & sic constare debet de errore, alias nocet. Castr. *d. cons.* 216. *col. fin. ver. ex quibus patet*, *lib.* 1. † Re- 68
stringe, quia subscribentes scripturam præsumuntur legisse, & scivisse tenorem. Castr. *cons.* 216. *num.* 3. *v. super tertio*, *lib.* 1. sequitur Covar. *cons.* 25. *num.* 13. & *cons.*
73. *num.* 49. † Restringe, quia imo etiam ignorantes 69
tenorem scripturæ, quam subscribunt, sibi præjudicant, quando ex certa scientia subscribunt, quia præsumuntur voluisse, quod valeat quocunque modo, ex quo stetit per eos, qui non legerunt, quia potuerunt recusare velle se subscribere. Castr. *d. cons.* 216. *n.* 3. *ver. posito autem*, *lib.* 1. ubi dicit paria esse cogitasse in genere de aliquo, vel in specie, & quod extat text. *in c. humilis*, *de major. & obed.* qui probat hoc, & ibi, Ant. de Butr. inter alias solutiones hanc adducit. † Limita in subscriptione 70
testis, quia non se obligat. Jas. *d. l. emptor*, §. *Lucius*, *n.* 4 *ff. de pact.* ex quo potius ad probationem & solemnizandum actum se subscribit. Jas. *in l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, 11. *ff. de verb. oblig.* † Declara, nisi testis 71
se subscribere in negotio ad eum pertinente, cui posset contradicere, quia sibi præjudicat, & si subscribat ut testis. Felin. *in d. c. quoniam contra*, *nu.* 47. *v. limita quarto*, *de probat.* † Limita in subscriptione judicis, quia non 72
habet vim sententiæ. Jas. *d. l. emptor*, §. *Lucius*, *n.* 4. *ff. de pact.* † Limita, quia subscribens se actui, quem non 73
poterat prohibere, censetur non animo obligandi, ideo sibi non præjudicat; alias secus. Felin. *in c. quoniam contra*, *de probat. n.* 44. *v. limita primo*. † Limita in eo, 74
qui se subscribit nomine alieno, quia sibi non præjudicat, nisi sit actus, quem ipse prohibere poterat. Felin. *in c. quoniam contra*, *nu.* 45. *ver. limita secundo*, *de probat.* † Limita in officiali quandoque, quia subscriben- 75
do, sibi non præjudicat, qui sibi præjudicaret, si non esset officialis, & voluntarie subscripsisset. Felin. *in d. c. quo-*

quoniam contra nu. 46. v. limita tertio, de probat. Vide §. *prox. seq. num.* 8, *& seq.* Vide plene Ant. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de præsumpt. concl.* 3. *subscribens se scripturæ illam approbare præsumitur.*

§. III.

Subscriptio qualiter facienda, & quid operetur.

1 Subscriptio † facta per aliquem alicui scripturæ simpliciter sufficit, licet non sit specialis ad quem affectum, ut inducatur approbatio scripturæ subscriptæ in præjudicium subscribentis Alex. *cons.* 147. *Ponderatis iis, num. 6. ver. & secundum magis communes, lib.* 2. ubi dicit magis communem, & ibi Apost. *in ver.*
2 *generalis*, quæ dat concor. † Contrarium quod requiratur specialis subscriptio, ut præjudicet subscribendi, quia posset quis decipi. Bart. *in l.* 1. §. *inter filium*, & *in l. divus*, §. *plane*, *cum l. seq. ad Leg. Corn. de*
3 *fals.* † Declarat Alex. *d. cons.* 147. *num.* 6. *& multis seq. lib.* 2. quod opinio Bart. quod specialis subscriptio requiratur, procedit in casu speciali, quando scriptura esset prohibita a lege, nisi de consensu subscribentis constaret, quia tunc requiritur specialis subscriptio, alias sufficit generalis per regulam, quod tantum operatur genus quoad omnia sub genere comprehensa, quantum species, & probat argumento firmissimo, quia sigillum inducit approbationem scripturæ, cui apponitur, & ta-
4 men non est in specie, sed in genere signum. † Declarat Jo. de Imol. *in l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *ff. de verb. oblig.* quod ut generalis subscriptio præjudicet, debet probari, quod subscribens est homo diligens in rebus agendis, quia non subscripsisset, nisi vidisset, & legisset; secus si esset homo facilis, quia
5 tunc non præjudicaret. † Contra hanc declarationem Jo. de Imol. Alex. *d. cons.* 147. *num.* 8. *v. nam dico*, ubi, quod semper præjudicat subscribenti, nisi ipse do-
6 ceat fuisse deceptum *lib.* 2. † Extende, quia subscriptio generalis, & sigillatio authorizat mille scripturas contra subscribentem, & sigillantem. Alex. *d. cons.* 148.
7 *num.* 7. *lib.* 2. † Extende, ut procedat etiamsi talis subscriptio non exprimat nomen subscribentis; quia sufficit, quod probetur manu illius, ut illi præjudicet. Alex. *d. cons.* 147. *numer.* 13. *ver. nec puto, lib.* 2.
8 Operatur subscriptio, ut subscribens videatur approbare contenta in scriptura ab eo subscripta. Alex. *d. cons.* 147. *Ponderatis iis, num.* 3. *ver. ad hoc ostendendum, lib.* 2. sequitur Jas. *in d. l. si ita stipulatus*, §. *Chrysogonus*, *ff. de verb. obl. num.* 12. *& seq.* Marsil. *in*
9 *rubr. C. de probat. num.* 290. † Extende, quia subscribens se scripturæ factæ per alium, ita eam approbat, & sibi præjudicat, ac si ipse totam scripturam scripsisset. Alex. *d. cons.* 147. *nu.* 3. *&* 4. *lib.* 2. ubi Apost.
10 dat plurimos concord. *in ver. subscribens*. † Extende, ut procedat, quia imo is, qui scripsit super computo sibi dato de suis negotiis censetur illud approbasse, si solum super eo scripsit *conto di Rolandino*, id est, *computus Rolandini*, qui erat negotiorum gestor. Alex. *d. cons.* 147. *num.* 3. *lib.* 2. ubi adducit, quod is, qui penes se retinuit testamentum, vel testes, præsumi-
11 tur percunctatum esse & legisse omnia. † Idem in eo, qui recipit litteram cambii sibi directam, & super ea scripsit, *visa*, id est, *visa*, quia censetur illam acce-
12 ptasse ex illo actu positivo subscriptionis. † Amplia, quod dicitur de subscriptione, idem esse in suprascriptione, ideo qui supra computum scribit *conto del tale*, id est, *computus talis personæ*, præsumitur approbasse computum. Alex. *d. cons.* 147. *num.* 3. *lib.* 2. *&*
13 *nu.* 10. † Declara tamen, quia in subscriptione facta ad librum distinguitur, aut est generalis, aut relativa ad omnes contractus, aut restricta, prout distinguit Alex. *d. cons.* 147. *nu.* 10. *lib.* 2.

§. IV.

Subscriptio instrumenti requiritur per Notarium, ut probet.

1 Subscriptio † Notarii requiritur ad hoc, ut instrumentum dicatur publicum, & probet. Gem. *cons.* 82.
2 *num.* 4. *ver. sed opponitur.* † Amplia, ut procedat etiam in notula matrice, quæ requirit perfectam subscriptionem, ut probet rogitum, quando est aliena manu scripta. Ang. *cons.* 400. *Testator sua propria, in pr.* licet contrarium videatur tenere eodem consilio contrario sub *num.* 6. † Limita, quia in aliis scripturis Ar- 3
chivii publici sufficit subscriptio ejus, qui habet custodiam archivii. Gem. *cons.* 82. *num.* 5. *v. sed ad hoc respondetur.* Vide Tuch. *litt. I. ver. Instrumentum quando, &c. Concl.* 239. Vide eund. *litt. P. ver. Protocollum Notarii, &c. Concl.* 945. & *litt. R. ver. Rogitus Notarii, &c. Concl.* 360.

§. V.

Subscriptio Apostillarum debet esse cum speciali approbatione, ut relevet.

Regula † est, quod subscriptio, ut comprobet apostil- 1
las, & additiones factas in instrumento originali, debet specialem mentionem facere de apostillis, alias non relevat. Jo. de An. *cons.* 28. *in pr. Visis, & ponderatis*, Alex. *cons.* 41. *Viso tenore, in pr. lib.* 1. † Ex- 2
tende idem in cancellatione facta circa substantialia, quia nisi fiat mentio specialis in subscriptione, facit vacillare originale. Bologn. *in addit. ad cons.* 28. *Jo. de Anan. numer.* 13. *&* 15. † Extende idem, quando 3
originale est scriptum manu aliena, quia debet facere specialem mentionem Notarius in subscriptione. Bologn. *d. Apost. ad cons.* 18. *Jo. de Anan. num.* 15. Alex. *d. cons.* 41. *in pr. lib.* 1.

§. VI.

Subscriptio qualiter probetur per testes.

Subscriptio † alicujus probatur per testes singulares, 1
dummodo singularitas non differat in substantia, ideo licet apocha privata non possit recognosci, nisi ab iis qui viderunt scribere, vel per comparationem, secus est in recognitione subscriptionis. Bald. *d. cons.* 218. *Præsupposito statuto, num.* 3. *ver. sequitur alius, lib.* 1.
† Testes, qui subscripserunt apocham privatam, in qua 2
est confessio depositi debitoris cum hypotheca, si dicant in subscriptione, *Fui præsens ad prædicta, & me subscripsi*, & examinati, deponant non vidisse debitorem scribere, neque subscribere, videntur contrariati eorum subscriptioni, & ideo non sunt concordes scripturæ, nec probant. Bald. *cons.* 455. *Quidam nomine, in pr. lib.* 1. † Amplia, ut idem sit, quando omnes in 3
subscriptione concordant, sed in examine unus dicit, quod vidit numerari pecunias, alter non, quia dicuntur contrariati. Bald. *cons.* 455. *n.* 3. *v. modo sequitur secundus, lib.* 1. ¶

SUBSTITUTIO.

Praxis substitutionis.

Substitutio est secunda hæredis institutio in locum al- 1
terius, vel est subordinata quædam hæredis institutio in secundo, & ulteriore gradu, vel unius in locum alterius facta vocatio. Covar. *in cap. Raynut.* 16. §. 4. *nu.* 1. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 26. *sect.* 3. §. 2. *num.* 60. Fusar. *de substit. quæst.* 1. *num.* 1. ubi gl. *in rubr. ff. de vulgar.* Alex. Trentacinque. *in proœmio. de substit. num.* 2. Intriglio. *de substit. cent.* 1. *quæst.* 2. Crass. *de substit. quæst.* 1. fuit introducta de jure gentium. Oddo *in prælud. de compens. par.* 1. *quæst.* 3. Intrigl. *l. c. quæst.* 4. Fusar. *l. c. nu.* 4. ne caducæ fierent dispositiones testatorum, juxta tex. *in L. un. C. de caduc. tollen.*
Substitutio alia est directa, alia obliqua. Illa, quæ 2
concipitur verbis directis, quando nimirum substitutio hæreditas defertur immediate, sine ullo instituti ministerio, puta, si Testator dixit. *Instituo heredem Titium, & si Titius heres non erit, Cajum instituo, vel Cajus heres esto.* Indirecta, vel obliqua dicitur, cum hæreditas defertur ad substitutum, ministerio alterius veluti Instituti, qui fuit gravatus restituere substituto hæreditatem, aut in totum, aut in partem, & ideo in substitutione directa nulla detrahitur quarta, sicut detrahitur in obliqua. DD. *in L. Centurio. ff. de vulgar. & pupill. substit.* Oddo. *l. c.* Crass. *in* §. *substitutio. q.* 4. *&* 5.

Tren-

Trentacinq. *de substit. par.* 4. *cap.* 4. Peregr. *de fideic. art.* 5. *num.* 22. Intrigl. *de substit. cent.* 3. *quæst.* 11. *num.* 1.

3 Substitutio directa venit late interpretanda. Fusar. *de substit. quæst.* 4. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 66. *nu.* 3. Mascard. *de prob. conclus.* 1346. & alii Doctores apud Fusar. *l. c.* Directa conjecturis induci non potest, nisi desumantur ex illis, quæ expressæ sunt in testamento. Fusar. *l. c. quæst.* 5. *per totam.* & probat *ex L. jubemus. C. de testam.* Castr. *cons.* 264. *col.* 3. *vol.* 2. *num.* 270. Socin. sen. *cons.* 110. *col.* 1. *lib.* 1. Dec. *cons.* 211. *col.* 2. & jun. *cons.* 102. *col.* 4. Menoch. *cons.* 97. *num.* 48. Magon. *dec.* 84. *num.* 12. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 64. *num.* 3. Affirmativa tamen sententia videtur communior, quam defendit Bald. *in L. Titius. ff. de hered. instit.* Alex. *in L. potest.* ubi Jas. *num.* 8. *& seq. ff. de vulgar. & pupillar.* Bart. *cons.* 69. *num.* 71. Cravetta *cons.* 62. *nu.* 15. Menoch. *cons.* 303. *num.* 1. *&* 45. Rimin. sen. *cons.* 255. *num.* 20. *lib.* 2. Gabr. *cons.* 113. *num.* 67. *lib.* 2. Sim. de Præt. *cons.* 61. *num.* 48. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 69. *vers. Ego sane non dubio.* Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quæst.* 82. *num.* 8. Vivius *dec.* 397. *num.* 26. *lib.* 2. Rota *in collect. per Farin. dec.* 172. *par.* 1. Petra *de fideicom. quæst.* 9. *n.* 254. Fusar. *l. c. quæst.* 5. *num.* 2. qui secundæ adhæret.

4 Substitutio in dubio potius præsumitur directa, quam obliqua, sive fideicommissaria. Mant. Menoch. & Mascard. *ll. cc.* apud Fusar. *l. c. quæst.* 6. tum quia directa est dignior, favorabilior, & potentior; verba vero ambigua in digniori, & potentiore significato sunt accipienda, præsertim inter liberos. Idem dic de reciproca facta similibus verbis. (*eosque invicem substituo*) quia directa judicatur, non fideicommissaria. Alex. *in L. Lucius.* 13. *&* 19. *ff. de vulg. & pupill.* ubi Jas. *num.* 29. Ripa *num.* 40. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 66. *num.* 4. Idem dic de reciproca, licet fuerit facta de fideicommisso; uti si testator dixit: *gravo heredem meum restituere hereditatem Titio, & Sempronio, quos reciproce substituo*; nam hæc reciproca substitutio in fideicommisso judicatur, & præsumitur esse directa. Emman. Costa. *in cap.* 1. *in ver. obliqua. num.* 10. *de testam. in* 6. Menoch. *cons.* 86. *num.* 66. *& de præs.* 66. *num.* 6. Intrigl. *d. cent.* 2. *quæst.* 84. *num.* 3. Ita substitutio exemplaris præsumitur potius directa, quam obliqua. DD. mox cit. & Anchar. *cons.* 8. *col.* 1. Menoch. *cons.* 303. *num.* 43. *& de præs. l. c. num.* 9. Fusar. *l. c. num.* 5. contra Dec. *cons.* 371. *num.* 7. *vers. secundo respondetur.* Limit. conclusio, si adest clausula codicillaris, quia tunc substitutio præsumitur fideicommissaria, vel obliqua. Em. Costa. *l. c.* Bald. *cons.* 170. *col. ult. lib.* 5. Socin. sen. *cons.* 6. *lib.* 3. Cravetta *cons.* 22. *num.* 8. Menoch. *d. præs.* 66. *num.* 11. Mascard. *de prob. conclus.* 1346. & alii apud Fusar. *l. c. num.* 10. Lim. 2. si testator prohibuit detractationem Trebell. vel alterius quotæ, quia tunc substitutio diceretur fideicommissaria. Menoch. *cons.* 117. *num.* 21. Cephal. *cons.* 472. *num.* 60. *lib.* 4. & *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 68. *num.* 15. Peregr. *de fideicom. art.* 5. *num.* 12. Fusar. *l. c. n.* 11. apud quem alii. Lim. 3. si in substitutione adest conditio, *si sine liberis*, quia per talem conditionem inducitur substitutio potius fideicommissaria, quam directa. Bald. *cons.* 36. *lib.* 2. Mant. *de conjectur. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 2. Fusar. *num.* 15. Lim. 4. ut dicatur fideicommissaria, si fuerunt vocati plures ordine successivo, & verba substitutionis habent tractum successivum in futurum. Menoch. *cons.* 44. *numer.* 7. Lim. 5. in substitutione facta a matre, quæ si non potest esse vulgaris, nec pupillaris erit judicanda, sed fideicommissaria; quia mater pupillariter substituere non potest. Socin. jun. *cons.* 116. *vol.* 2. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. fol.* 254. *num.* 70. Bald. *cons.* 129. *lib.* 1. Calderin. *cons.* 11. *tit. de testam.* Alex. *cons.* 147. *lib.* 6. Fusar. *l. c. num.* 23. Ciarlin. *controv. for. cap.* 100. Lim. 6. si testator prohibuit bonorum alienatione ex ea ratione, quia vult bona sua conservari in familia; tunc enim substitutio judicatur fideicommissaria. Castr. *cons.* 243. *col.* 1. *lib.* 1. Alex. *cons.* 101. *num.* 3. *lib.* 3. Dec. *cons.* 371. *num.* 6. Menoch. *cons.* 303. *num.* 4. & alii, quos citat, & sequitur Fusar. *l. c. num.* 24.

5 Quæres, an verba obliqua fiant directa, & e contra, si apparet de testatoris voluntate? Affirmativam partem tenet Fusar. *de substit. quæst.* 7. *ex L. quærebatur. ff. de testam. milit.* ubi Bart. Jas. Castr. & Ripa, Socin. jun. *in L. Centurio. num.* 241. *ff. de vulgar. & pupill. substit.* & *cons.* 95. *num.* 40. *lib.* 1. Jo. Andr. *in cap. si Pater. de testam. in* 6. Mant. *de conjectur. lib.* 7. *tit.* 3. *num.* 11. *& lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 4. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 58. *num.* 9. Mascard. *de prob. conclus.* 1346. *nu.* 14. Crass. *in* §. *substitutio. quæst.* 71, *& in* §. *fideicom. quæst.* 4. *num.* 14. Et quamvis in codicillis non possit fieri directa substitutio, potest tamen declarari, an substitutio sit directa, vel obliqua. Sim. de Præt. *de interp. ult. volunt. fol.* 99. *num.* 28.

6 Quæres 2. si substitutio directa jungatur cum fideicommissaria, an fideicommissaria reguletur a directa, vel utraque retineat suam naturam? Fusar. *l. c. quæst.* 9. tenet, utramque suam retinere naturam, multos pro se citans, præsertim Bart. *in L. hæredes mei.* §. *cum ita. ff. ad Trebell.* Alex. *cons.* 1. *col. penult. lib.* 1. præsertim, si fuit apposita clausula *vulgariter*, *pupillariter*, *& per fideicom.*

7 Substitutio directa extenditur de casu in casum, nisi sit dissimilis, & contrarius, aut induceretur aliquid contra dispositionem juris communis, aut adessent verba restrictiva. Fusar. *l. c. quæst.* 31. Covar. *in cap. Raynut. de testam.* §. 5. non extenditur tamen de persona in personam. Non obliquatur, si jure directo valere potest. *L. verb. civil. ff. de vulgar.* Menoch. *cons.* 85. Petra *de fideic. quæst.* 5. Peregr. *de fideic. art.* 33. *num.* 17. apud Fusar. *l. c. quæst.* 31. *num.* 1. & Fusar. *quæst.* 479. Ciarlin. *controv. for. cap.* 11. Neque potest trahi ad fideicom. ita Dec. *cons.* 204. Gratian. *disc. for. cap.* 764.

8 Quid si in testamento adest clausula. *Vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum*, habetne substitutus electionem succedendi, qua mavult substitutione, an vero testator voluit providere, prout casus tulerit. Dicendum, substitutum habere electionem, prout cum plurimis tenet Fusar. *l. c. quæst.* 10. Bart. *in L. Centurio. nu.* 38. *ff. de vulgar. & pupill. substit.* ubi Socin. jun. *num.* 12. Franc. *in cap. si Pater. col.* 9. *vers. Octavo. quæritur. de testam. in* 6. Berous. *cons.* 18. *&* 124. *lib.* 2. Dec. *cons.* 416. *n.* 16. Natta. *cons.* 395. *n.* 34. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 303. *num.* 33. Bursat. *cons.* 19. *num.* 34. Surd. *cons.* 236. *num.* 20. *lib.* 2. Peregr. *cons.* 46. *num.* 3. *lib.* 1. Crass. *in* §. *substitutio. quæst.* 8. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 63. Peregr. *de fideic. ar.* 2. *num.* 67. Trentacinq. *de substit. par.* 4. *cap.* 13. *num.* 6. Magon. *dec. flor.* 144. *num.* 81. sive substitutio fuerit facta verbis communibus, sive directis, sive obliquis. Bart. *in L. quærebatur ff. de milit. testam. & in d. L. Centurio.* Peregr. *d. art.* 2. *n.* 68. & hoc jus eligendi transmittitur etiam ad hæredes. Fusar. *l. c. num.* 4, qui diversimode limitat.

9 Substitutio dubia declaratur per aliam. Bart. *in L. Cohæredi.* §. *ex his. ff. de vulgar.* Bald. *cons.* 17. *lib.* 2. Anchar. *cons.* 137. *num.* 2. Ruin. *cons.* 149. *nu.* 9. Dec. *cons.* 442. *col.* 2. Cravetta *cons.* 52. *num.* 52. Gabr. *cons.* 96. *num.* 12. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 215. *a numer.* 168. Mant. *de conjectur. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 22. Mascard. *de prob. conclus.* 1345. & plures apud Fusar. *l. c. num.* 1. Lim. si substitutiones haberent diversas conditiones, & qualitates, & in utraque militat diversa ratio. Item cum quælibet substitutio est clara.

10 Substitutio declaratur etiam ab institutione, ita ut prædilectus in institutione præsumatur etiam prædilectus in substitutione. *L.* 1. *C. de impub. substit. & L. Cohæredi.* §. *qui discretas. ff. de vulgar.* Bart. *in L. ult. ff. ad Trebell.* & *in L.* 1. *C. de Impub. & al. substit.* ubi DD. Alex. *cons.* 24. *numer.* 5. *lib.* 3. Socin. jun. *cons.* 75. *nus* 24. *lib.* 3. Dec. *cons.* 480. *num.* 12. Cephal. *cons.* 411. *nu.* 8. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 1. *nu.* 20. Mascard. & Menoch. *ll. cc.* sicut etiam substitutio fideicommissaria potest accipere declarationem ab institutione. Socin. jun. *cons.* 66. *num.* 4. Mant. *l. c.* Dummodo simus in favorabilibus, & non in odiosis. Mascard. *l. c.* Fusar. ut supra *quæst.* 11. *num.* 4. non militet diversa ratio; & dummodo agatur de succedendo testatori vigore substitutionis, secus si agatur de succedendo gravato ab intestato.

11 Quæres 3. An substitutio in legatis, fideicommissis particularibus, & donationibus causa mortis fieri possit, & quid

& quid in contractibus? & quod attinet ad primum quæsitum, affirmative cum communi apud Fusar. *l. c. quæst.* 13. respondendum. Sive fiat substitutio vulgaris, sive fideicommissaria. *L. hæredibus. ff. de leg.* 2. Gul. Bened. *in cap. Raynutius verb. absque liberis.* 2. *num.* 41. *&* 43. *de testam.* Castr. *cons.* 384. *lib.* 1. Alex. *cons.* 247. *lib.* 6. Socin. jun. *cons.* 185. *num.* 6. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 85. *num.* 29. Peregr. *de fideicom. art.* 1. *num.* 11. *& art.* 15. *num.* 2. licet nullum pactum intercesserit inter donatarium, & substitutum, puta, si substitutus esset absens. *L. quoties C. de donat. quæ sub modo.* Ad secundum etiam quæsitum affirmativa est resolutio. *d. L. quoties. L. hæredibus. ff. de leg.* 3. Bald. *cons.* 249. *col.* 2. *lib.* 2. Castr. *cons.* 348. *lib.* 1. Socin. sen. *cons.* 125. *col.* 1. *lib.* 3. Dec. *cons.* 239. Rol. *cons.* 34. *num.* 67. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 85. *num.* 29. Surd. *cons.* 90. *num.* 1. *lib.* 1. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 14. *num.* 3. Peregr. *de fideic. art.* 1. *num.* 16. *& art.* 15. *n.* 2. Carpan. *ad statut. Mediolan. cap.* 324. *nu.* 106. Bellam. *dec.* 39. Osasc. *dec.* 85. *num.* 2. Surd. *dec.* 144. *nu.* 6. Seraphin. *dec.* 417. *nu.* 10. quamvis substitutio fuisset facta sub conditione, quia purificata conditione substitutus poterit agere rei vendicatione ad consequenda bona inter vivos. Peregr. *d. art.* 51. *num.* 17. & Fusar. *l. c. quæst.* 14. *num.* 2. etiamsi nulla intervenerit stipulatio in absentia substituti. Peregr. *l. c. num.* 16. Covar. *l. c. cap.* 14. *num.* 2. Lim. quod substitutio fideicommissaria non detur in contractibus. Menoch. *l. c.* Peregr. *l. c. art.* 1. *num.* 15. Fusar. *l. c. num.* 6. ratio est, quia pacto, & conditione hæreditas dari non potest. *L. licet C. de pact.* Dec. *cons.* 31. *a num.* 64. Surd. *cons.* 247. *num.* 4. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 92. *nu.* 12. Peregr. *l. c. art.* 51. *num.* 25. Crass. *in* §. *successio quæst.* 9. *num.* 9. Thes. *dec.* 225.

12 Substitutio conditionalis *si sine liberis* evanescit natis filiis, quamvis isti moriantur sine filiis, vide *fideicommissaria substitutio*. Facta in testamento, in quo adest clausula. *ab intestato.* Non restringitur ad casum mortis ab intestato, vide *Clausula*.

13 Substitutio alicui facta cum conditione, ut substitutus Doctor fiat, non procedit, nisi substitutus revera sit doctus, & habilis ad docendum, neque sufficit, quod habuerit lauream. Tranchedin. *consult.* 9. quia verba cum effectu sunt intelligenda, & accipienda, sed debet Doctoratum exercere. Gratian. *disc. for. cap.* 186. *num.* 68. *& seqq.* Dec. *cons.* 177. Jas. *cons.* 149. Menoch. *de arbitr. cas.* 237. Surd. *cons.* 181. & ideo necesse est, quod studuerit per quinquennium Legibus, aut alii facultati. Pacian. *de prob. lib.* 2. *cap.* 41. Lenander *de privil. Doctorum. par.* 1. *quæst.* 6. & in Jure Canonicum studium debet esse per septennium. Menoch. *de arb. cas.* 86. & quod studuerint in Gymnasio publico. Tranchedin. *l. c.* & quod præcesserit idoneum examen. Jas. *in L. si quis major. C. de transact.* Coller. *de processu executivo. par.* 2. *cap.* 3. Gratian. *l. c.* neque sufficit Doctoratus habitus a Comite Palatino. Guido Papa. *dec.* 88. Coller. & Gratian. ut supra. Lother. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 7. Honded. *cons.* 81. *lib.* 1. Gloghius. *de contrib. cap.* 15.

§. I.

De substitutione vulgari, pupillari, exemplari, compendiosa &c.

14 Substitutio alia est vulgaris, alia pupillaris, alia exemplaris, alia compendiosa. Fusar. *l. c. quæst.* 2. ubi DD. vulgaris est substitutio directa, & simplex, quæ a quolibet habente testamenti factionem activam fieri potest. Bart. *in L.* 1. *ff. de vulgar. num.* 5. Covar. *in cap. Raynut. de testam.* §. 5. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 26. *sect.* 3. §. 2. *num.* 61. & hæc alia est expressa, alia tacita, alia partim expressa, partim tacita. DD. *in L.* 1. *ff. de vulgar.* Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 2. Trentaeinque *de substit. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 2. Intrigl. *eod. trac. cent.* 1. *quæst.* 12. *& seq.* Crass. *in* §. *substitutio quæst.* 7. Vulgaris in codicillis fieri non potest. *L.* 2. *C. de condit. L. codicil. C. de testam.* Magon. *dec. flor.* 4. *num.* 5. *&* 6. Fusar. *l. c. quæst.* 19. nec potest fieri, nisi præcedat institutio tacita, vel expressa. Crass. *l. c. quæst.* 8. Extenditur de casu ad casum: scilicet a casu impotentiæ ad casum noluntatis. Gomez. *to.* 1. *cap.* 3. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 33. Rota apud Merlin. *dec.* 12. Exspirat post aditam hæreditatem. *L. post aditam. C. de impuber. substit.* Silvat. *lib.* 1. *cons.* 48. *num.* 8. Rota apud Merlin. *dec.* 250. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 71. Fusar. *de substit. quæst.* 65.

Quæres, an testamentum possit vires sumere a vulgari substitutione vitiata institutione? Respondetur, posse. Bart. *in L.* 1. *num.* 28. *ff. de vulgar. & pupillar. substit.* ubi Ripa *num.* 161. Gul. Bened. *in cap. Raynut. par.* 2. *vers. absque liberis. num.* 96. *de testam.* Ruin. *cons.* 94. *num.* 1. *lib.* 2. Dec. *cons.* 529. *num.* 3. Berous. *cons.* 1. *num.* 10. *lib.* 2. Socin. jun. *cons.* 181. *num.* 47. *lib.* 2. Bursat. *cons.* 258. *num.* 8. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 106. *num.* 374. Crass. *in* §. *substitutio. quæst.* 10. *nu.* 1. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 5. *nu.* 4. Magon. *dec. flor.* 4. *num.* 16. Fusar. *de substit. quæst.* 23. quamvis substitutio facta sit ei, qui non erat institutus. Mant. *l. c.* Trentacinque. *de substit. par.* 14. *cap.* 10. *num.* 6. Fusar. *l. c. num.* 2. Etiamsi vulgaris sit comprehensa in compendiosa, aut in pupillari, si pupillus fuit mortuus in vita patris. Bart. *in L. lex Cornelia. num.* 3. *ff. de Vulgar.* Bened. *in d. cap. Raynut. num.* 99. *&* 102. *de testam.* ubi Covar. §. 5. Crass. *in* §. *substitutio. quæst.* 10. *num.* 4. *Mant. l. c. tit.* 6. *num.* 11. Trentacinq. *l. c. cap.* 10. *num.* 20. Fachin. *lib.* 3. *controv. Jur. cap.* 6. *&* 7. contra nonnullos alios apud Fusar. *l. c. num.* 6. sive testator potuerit prævidere sive non. Fusar. *l. c. nu.* 7. ubi plures ampliationes, & limitationes. 15

Substitutio vulgaris expressa facta minori 14. annorum continet tacitam pupillarem. Covar. *l. c.* §. 4. Fusar. *de substit. quæst.* 28. nisi testator in omnem casum providisset, & continet etiam exemplarem tacitam. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 14. Crass. *in* §. *substitutio. quæst.* 11. *num.* 1. Trentacinq. *de substit. par.* 1. *cap.* 12. Peregr. *de fideicom. art.* 1. *num.* 52. apud Fusar. *l. c.* Cephal. *cons.* 423. *num.* 99. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 303. *num.* 22. Nisi testator expresse in utrumque casum, tam vulgaris, quam pupillaris providisset; quia tunc pupillaris tacita cessat, cum adsit expressa. Bened. *l. c. num.* 107. Menoch. *cons.* 220. *num.* 135. Mant. *l. c. tit.* 14. *nu.* 13. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 36. *num.* 17. Trentacinq. *d. cap.* 11. Fusar. *l. c. num.* 9. Non impedit transmissionem juris deliberandi in hæredem. DD. apud Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 49. *&* 62. contra alios. Quia vulgaris substitutio habet tacitam illam conditionem, si hæres non erit, vel alium hæredem fecerit. *L. paterfam. ff. de hæred. instit.* Lim. quoad extraneos. Fachin. *l. c.* Fusar. *quæst.* 48. Impedit, & tollit suitatem secundum communiorem apud Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 71. Fusar. *de substit. quæst.* 72. quia substituens pater videtur filium instituere, sub conditione, si voluerit, & facit hæredem voluntarium, sed conditio impedit transmissionem. Est fortior jure accrescendi. Fusar. *quæst.* 53. *num.* 3. & in usufructu non transmittitur. Fusar. *quæst.* 86. 16

Vulgaris est illius naturæ, ut uno admisso, cæteræ substitutiones caducentur. Alex. *cons.* 3. Socin. *cons.* 104. *lib.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 15. *num.* 40. Petra. *de fideicom. quæst.* 5. Mant. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 12. Ciarlin. *controv. for. cap.* 100. Non potest fieri in codicillis etiam inter liberos, tamen facta sustinetur in vim fideicommissi, neque potest fieri, nisi præcedat institutio tacita, vel expressa, Fusar. *l. c. quæst.* 22. neque potest fieri in legitima Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 3. sed contrarium cum Fusar. *l. c. quæst.* 56. tenendum videtur, quod probatur *ex L. posthumus.* §. *quod vulgo. ff. de liber. & posthum.* ubi Castr. Alex. & Jas. Bald. *in L. si arrogator. col.* 2. *oppos.* 6. *ff. de adop.* Gabr. *de legitima. conclus.* 1. *num.* 48. Surd. *cons.* 58. *num.* 11. *lib.* 4. & alii plures. 17

Substitutio vulgaris caducata, quoad primum gradum non censetur, nec est caducata quoad secundum, quia secundus est, & dicitur æque substitutus hæredi ac primus. Quod etiam procedit in pupillari, & fideicommissaria, Bart. *in L. quamdiu. ult. ff. de acquir. hæred.* Gul. Bened. *in cap. Raynut. vers. si absque liber. num.* 119. *de testam.* Bald. *cons.* 149. *lib.* 9. Castr. *cons.* 152. *col.* 1. *lib.* 1. Socin. jun. *cons.* 181. *num.* 47. *lib.* 2. Dec. *cons.* 529. *numer.* 3. Menoch. *cons.* 106. *a num.* 374. Honded. *cons.* 49. *lib.* 2. Peregr. *cons.* 40. *num.* 6. *lib.* 1. *& fideicom. art.* 15. *nu.* 11. Gabr. *de hæred. instit. conclus.* 2. *num.* 42. Boer. *dec.* 37. *num.* 21. & plures alii apud Fusar. *de substit. quæst.* 18

quæst. 469. *num.* 1. Bich. *dec.* 17. *num.* 9. & 10. quia etiam testamentum quod est nullum in primo gradu, hoc est in institutione, potest incipere a secundo gradu, & valet in substitutione. *L. Thais.* §. *splendophorus. ff. de fideic. lib. & posthum.* Dec. *cons.* 529. *nu.* 3. Menoch. *cons.* 106. *num.* 376. & alii apud Fusar. *l. c.* Lim. 1. si essemus in casu, in quo substitutio posset transmitti ad hæredes, quia transmissio excludit substitutum DD. *in L.* 1. & 2. *ff. de vulgar. & pupill.* Alex. *cons.* 4. *lib.* 2. Socin. *cons.* 8. *col. penult. lib.* 4. Fusar. *l. c. num.* 5. Lim. 2. si in prima substitutione vulgari fuerunt plures substituti, & illis datus alius substitutus vulgaris, quia tunc uno mortuo, alii non excluderentur, quia substitutio vulgaris pluribus facta non resolvitur in singularitates, sed ad hoc, ut substitutus pluribus admittatur, requiritur, quod omnes non velint, vel non possint esse hæredes. *L. quamvis. C. de imp. & aliis subst.* Bart. & alii *in L. heredes mei.* §. *cum ita. ff. ad Trebell.* Ruin. *cons.* 52. *col.* 1. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 661. *n.* 14. Mant. *de conjectur. lib.* 4. *tit.* 11. *nu.* 25. & *lib.* 11. *tit.* 5. *nu.* 3. Trentaceinq. *de subst. par.* 1. *cap.* 17. Peregr. *de fideic. art.* 13. *num.* 19. & 26. Fusar. *l. c. n.* 7.

19 Substitutio vulgaris directa ex conjecturis induci potest, juxta communem apud Marescot. *lib.* 3. *var. res. cap.* 6. *L. ex facto. ff. de vulg.* Mant. *de conjectur. lib.* 3. *tit.* 3. Menoch. *con.* 326. *lib.* 4. & *de præsumpt. lib.* 4 *pres.* 65. Covar. *in cap. cum tibi. de testam.* Bart. *cons.* 69. Aym. *cons.* 62. Socin. jun. *cons.* 100. Honded. *cons.* 51. *lib.* 2. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 79. Rota apud Marescot. *l. c.* sed conjecturæ debent desumi ex testamento, quamvis contrariam teneant non pauci, apud eundem Maresc. *l. c. num.* 4. *vers. demum.* Vulgaris contenta in compendiosa restricta ad bona testatoris non continet tacitam pupillarem. Marescot. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 33. ubi DD. Mant. *de conjectur. lib.* 5. *tit.* 7.

§. II.

De substitutione pupillari.

20 Substitutio pupillaris est substitutio directa; & simplex, per quam pater liberos impuberes in sua patria potestate constitutos, & qui post mortem suam in alterius potestatem non reincident, hæredes instituit, & illis, si ante pubertatem decesserunt, alios hæredes substituit. *Instit. de pupill. subst. L.* 1. §. 2. *ff. de vulgar. & pupill. subst.* Covar. *in cap. Raynut.* 16. §. 5. *num.* 5. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 26. *sect.* 3. §. 2. *num.* 62. Fusar. *de substit. remissive. quæst.* 87. apud quem Trentaceinque *de subst. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. Intrigl. *de subst. cent.* 1. *quæst.* 57. Oldo *de Compend. in prælud. par.* 3. *quæst.* 1. Aliud est expressa, alia tacita, alia partim expressa, partim tacita. DD. *in L.* 2. *ff. de vulgar.* ubi Bart. *num.* 26. Mant. *de conjectur. lib.* 13. Fusar. *l. c. quæst.* 87. *num.* 4.

21 Pupillaris substitutio proprie est, & dicitur testamentum patris, & improprie, ac ficte testamentum filii. Bart. *in L. Papinianus.* §. *sed nec impuberis. ff. de inoff. testam.* Castr. *cons.* 286. Surd. *cons.* 31. *num.* 43. Magon. *dec. flor.* 144. *a num.* 17. Et si agatur de consuetudine testamenti, ne per matrem rumpatur, dicitur testamentum patris. Fusar. *de subst. quæst.* 87. *num.* 2. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 6. est favorabilis filio. Bart. *in L.* 2. *ff. de vulgar. & in L. Julianus. ff. de acquir. hered.* Gaill. *lib.* 2. *obs.* 137. *nu.* 15. Mant. *de conject. l. c. tit.* 12. *num.* 12. Trentacinq. *de subst. par.* 2. *cap.* 3. Intrigl. *de subst. cent.* 1. *quæst.* 60. *num.* 6. Hæc substitutio finitur adveniente pubertate filii instituti, decimo quarto anno in masculo, & duodecimo in fœmina. Item per emancipationem filii pupilli, qua exit e potestate patris, in qua debet esse institutus de morte testatoris. Zoes. *de vulgar. num.* 57. Pirhing. *l. c. num.* 62.

22 Pupillaris expressa continet vulgarem tacitam. Fusar. *de subst. quæst.* 24. Covar. *in cap. Raynut.* §. 5. *de testam.* Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 3. Menoch. *de pres. lib.* 4. *pres.* 43. Trentacinq. *de subst. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. Intrigl. *cent.* 1. *quæst.* 16. *de subst.* & hac finita non finitur vulgaris secundum communiorem apud eosdem. *l. c.* nam si testator voluit, quod succedat suo filio hæreditatem adeunti, & in pupillari ætate morienti substitutum, creditur etiam voluisse eundem succedere suo filio non adeunti hæreditatem. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 66.

Pupillaris facta in codicillo valet, nec potest revocari. DD. cit. facta pluribus copulative non resolvitur in singularitates, secus, si fuit facta disjunctive. Fusar. *l. c.* Præsumitur facta usque ad pubertatem, per quam exspirat. Mascard. *de probat. conclus.* 1347. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 9. Fusar. *l. c. quæst.* 102. Debet fieri existenti in patria potestate, & impuberi, aliter non valet. Item debet fieri legitimo, & legitimato; & non emancipato, & filius debet esse talis, qui post mortem testatoris non incidat in potestatem alterius, nisi id fieret propter dignitatem. Præterea pater debet prius sibi condere testamentum, & filium instituere, quia exheredatus æquiparatur emancipato. Gomez. *var. res. tom.* 1. *cap.* 4. Fusar. *d. quæst.* 118. Legitimo naturalis non potest substitui, si adsint legitimi. DD. cit. 23

Pupillaris expressa excludit matrem cum aliis ascendentibus. Fusar. *l. c. quæst.* 156. Gomez. *l. c.* Covar. *in cap. cum esses. de testam. & in cap. Raynut.* §. 7. Nisi mater esset valde inops, vel substitutio esset tantum tacita pupillaris. Imo etiam contenta in reciproca excludit matrem. Fusar. *quæst.* 158. 24

Pupillaris tacita, quæ in vulgari continetur expressa, an habeat locum matre existente in medio? negat Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 40. nisi substitutus esset filius testatoris. Idem. *lib.* 10. *cap.* 22. & *lib.* 13. *cap.* 76. Paschal. *de patr. potest. par.* 1. *cap.* 9. *numer.* 17. qui citat Menoch. pro contraria. 25

Pupillaris expressa excludit matrem a legitima, quæ alias a filio illi debetur. Fachin. *d. lib.* 4. *cap.* 42. & probatur *ex L. Papinianus. ff. de inoff. testam. & cap.* 1. *de testam. in* 6. etiam in foro conscientiæ, nam qui testantur, sunt parentes principaliter, quoad se, qui non tenentur relinquere legitimam matri pupilli, & substitutio est accessoria testamento, vel institutioni. Pajatell. *expedit. & annot.* 15. *per totum.* Si fuit caducata, quoad primum gradum, fit etiam caduca, quoad secundum. Fusar. *de substit. quæst.* 469. Comprehendit etiam bona filii undecunque provenientia. *L. si plures. ff. de vulgar. & pupillar.* Paschal. *l. c. nu.* 4. Facta filio emancipato, vel a matre, quæ directe non potest valere, an obligetur, & trahatur ad fideicommissariam, vide Gomez. *to.* 1. *var. res. cap.* 4. *num.* 6. Paschal. *l. c. num.* 38. 26

Pupillaris non facit, quod filius gravetur in legitima, quia censetur testamentum pupilli. Honded. *cons.* 75. *num.* 34. *lib.* 1. Giurba *dec.* 11. *num.* 8. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 72. Paschal. *l. c. num.* 8. Non impedit pupillum, quominus intervenientibus solemnitatibus, & legitima causa cum authoritate sui Tutoris possit alienare bona hæreditaria, ex quo censetur testamentum pupilli; nam si testator potest post factum testamentum alienare bona, potest etiam pupillus. *L. cum hic status. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Paschal. *l. c. num.* 12. Gomez. *l. c. num.* 6. 27

Pupillaris quando fuit facta in illos, ad quos de jure spectat hæreditas, censentur vocati proximiores testatori, qui ei ab intestato succederent. Thes. *dec.* 64. Cabal. *cons.* 60. Paschal. *l. c. num.* 14. 28

Substitutio facta a patre filio suo in potestate existenti, intra tempus pupillaris ætatis, est pupillaris, postea est nulla, si substitutio fuit facta directis verbis civilibus, & est pupillaris in forma specifica; si vero substitutio esset pupillaris informis, uti expressa verbis generalibus, uti *si filius meus impubes intra vigesimum annum decesserit*, tunc substitutio intra tempus pupillaris ætatis est pupillaris, postea fideicommissaria. Vasquez. *de success. progress.* §. 11. *nu.* 29. Fusar. *de subst. quæst.* 159. si vero substitutio fuit facta a matre filio emancipato, aut naturali, vel fuit facta a matre, aut extraneo, aut sumus in aliis casibus, in quibus substitutio pupillaris fieri non potest, tunc intra tempora pupillaris ætatis est fideicommissaria, postea est nulla. Fusar. *l. c.* & *quæst.* 8. Rota apud Farin. *dec.* 138. 29

Substitutio pupillaris facta a Patre valet, quamvis fuerit exclusa mater etiam a legitima. *cap. si pater. de testam. in* 6. Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 4. Covar. *in cap. cum esses. de testam.* Surd. *dec.* 273. *n.* 3. Rol. *cons.* 69. *lib.* 1. *num.* 26. quia ad hunc effectum substitutio pupillaris censetur testamentum patris, & sic licet tale testamentum factum 30

factum a filio non valeret, quia teneretur relinquere legitimam matri, tamen valet ut testamentum factum a patre. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 15. nisi mater esset valde inops, quia tunc esset illi relinquenda legitima, aut præstanda a substituto. *L. si quis a liber. ff. de liber. agnosc.* Covar. *l. c.* Paschal. *l. c. num.* 16. Thes. *dec.* 200. Pajatell. *inspect.* 1. *& annot.* 15.

31 Substitutio pupillaris tacita sub generalibus verbis compendiosæ, secundum multos non excludit matrem a legitima, & Trebellianica; quia tali casu debet censeri fideicommissaria. Bursat. *cons.* 8. *nu.* 39. alii volunt matrem non excludi a legitima, sed a Trebellianica tantum. Thes. *dec.* 200. Communior vult excludi a legitima, & Trebellianica. Crass. *in §. substitutio. quæst.* 30. Rol. *cons.* 69. *num.* 23. Cabal. *cons.* 89. *num.* 6. Honded. *cons.* 75. *num.* 36. *lib.* 1. Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 3. Surd. *dec.* 273. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 21. nisi ex conjecturis appareat contrarium. Pajatell. *exped. & annot.* 15.

32 Substitutio pupillaris, ut valeat, tria principaliter requiruntur. 1. ut filius sit minor quatuordecim annis. 2. quod sit in potestate patris substituentis. 3. quod pater faciat sibi testamentum. Paschal. *l. c. num.* 33. *usque ad num.* 40. Pajatell. *exped. & annot.* 15. *per totam*. Non potest fieri in contractu, quia est sequela testamenti paterni. Castr. *cons.* 288. P. Molfes. *cons.* 26. *num.* 15. Paschal. *l. c. num.* 41.

33 Quæres, an substitutio pupillaris resolvatur in singularitates? Respondetur, si testator substituit singulariter, & separatim, v. g. dicendo: *Instituo Franciscum, & Josephum. Francisco, si decesserit in pupillari ætate, substituo Antonium; Josepho, si mortuus fuerit in pupillari ætate, substituo Claudium:* tunc substitutio pupillaris resolvitur in singularitates, ita ut uno in pupillari ætate mortuo substitutus admitti debeat, & non sit expectanda utriusque pupilli mors. *L. vel singulis. ff. de vulgar. L. pater. filiam. & L. fin. ff. ad L. falcid.* Bart. *in L. heredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell.* ubi Socin. sen. *num.* 19. & jun. *num.* 70. & *cons. num.* 12. *lib.* 2. Berous. *cons.* 110. *num.* 31. *lib.* 2. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 1. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 186. *num.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 13. *num.* 5. quamvis fuerint substituti extranei. DD. mox cit. & Fusar. *de substit. quæst.* 162. *num.* 2. *&* 3. si verò substitutio fuit facta distributive, uti cum plures liberos impuberes testator instituit, & postea dixit, & si quis vestrum, aut si alter vestrum, aut si quilibet vestrum decesserit in pupillari ætate, substituo Titium, substitutio resolvitur in singularitates. Bart. & DD. *in d. L. heredes mei*. Peregr. *d. art.* 13. *num.* 31. Fusar. *l. c. num.* 4. si vero substitutio fuit facta alternatim, vel alternative, veluti dicendo: *instituo Titium & Seium; & si Titius, aut Seius in pupillari ætate decesserint, substituo* &c. & tunc etiam substitutio resolvitur in singularitates. Socin. jun. *cons.* 145. *num.* 23. *lib.* 3. Menoch. *l. c.* Peregr. ut supra. Fusar. *l. c. nu.* 15. dummodo alter impubes frater præmorientis non sit successurus ab intestato in totum, nec sufficit, si succedat in partem. Quando vero substitutio est facta simpliciter copulative, vel collective, & evenit conditio substitutionis in persona primi, tunc substitutio non resolvitur in singularitates, sed testator censetur voluisse reservare jus legitimæ successionis. *L. penult. C. de impub. & al. substit.* ubi Bart. Bald. Alex. Jas. & alii. Bald. *in L. potest. ff. de vulgar. & pupillar. substit. conclus.* 3. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 10. Trentacinq. *de substit. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 5. Peregr. *d. art.* 13. *num.* 22. Cevall. *commun. contra commun. quæst.* 615. Fusar. *loc. cit. quæst.* 162. *num.* 8. ubi limitationes plures.

34 Quæres 2. si testator plures filios instituit, & ultimo morienti substituit pupillariter, an substitutus non tantum admittatur ad portionem ultimo defuncti, sed etiam primo defuncti? Respondetur affirmative. *L. quidam. ff. de reb. dub.* ubi Barb. *num.* 17. Vasquez. *de success. progress.* §. 25. *a num.* 70. dummodo ultimus successerit ab intestato in totum præmortuo, alias si non successisset ab intestato, substitutus non posset admitti, nisi in portione ultimo obtenta, vel nisi inter vocatos fuisset inducta reciproca. Fusar. *loc. cit. quæst.* 163. *per totam*.

Quæres 3. An pupillariter substitutus moriens ante Institutum transmittat jus succedendi ex pupillari? Dicendum, quod non. *L. qui liberis. §. hæc verba. L. sed si plures. ff. de vulgar. & pupill.* Jas. *in L. qui plures. ff. de vulgar.* Gabr. *cons.* 108. *lib.* 1. Gabr. *de substit. conclus.* 2. *num.* 12. Peregr. *de fideic. art.* 31. *num.* 6. *ad med.* Magon. *dec. Lucen.* 82. *a num.* 17. Boer. *dec.* 31. *num.* 6. Fusar. *de substit. quæst.* 164. Lim. 1. in substituto substituti pupillaris. Lim. 2. si substitutus sit de suis hæredibus; quia sicut transmisisset paternam hæreditatem ad suos hæredes, ita transmittit pupillarem substitutionem. Bart. *in L. sed si plures. §. quos possum. ff. de vulgar.* Bened. *in cap. Raynut. num.* 105. *de testam.* Crass. *in §. substitutio. quæst.* 36. Natta *cons.* 68. *num.* 8. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 108. *num.* 1. *lib.* 1. Lim. 3. si substitutio pupillaris est unita cum jure accrescendi; quia tunc transmittitur, licet substitutus esset extraneus. *L. qui patri. ff. de acquir. hered.* Jas. *in L. qui plures. ff. de vulgar.* Bald. *cons.* 9. *lib.* 2. Natta *cons.* 68. *num.* 8. *lib.* 1. Gabr. *de hered. instit. conclus.* 2. *a num.* 43. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 13. Trentacinq. *de substit. par.* 4. *cap.* 14. *num.* 9. quo casu succederet ex pupillari, non ex jure accrescendi. DD. cit. & Fusar. *l. c. nu.* 4. qui plures hujus conclusionis ampliationes, & limitationes affert. 35

§. III.

De substitutione exemplari.

Substitutio exemplaris, vel quasi pupillaris est simplex, & directa substitutio, qua pater faciens sibi testamentum filiis furiosis, aut mente captis puberibus etiam emancipatis, relicta illis legitima portione, hæredem substituit. *L. humanitatis.* 9. *C. de impuber. & al. substit. L. sed si plures.* 10. *§. ad substitutos. ff. de vulgar.* Hæc potest fieri etiam a matre, etiam pupillo, dummodo non sit turpis persona, vel pupillus non sit ex damnato coitu, in subsidium tamen, & non aliter, & non nisi illis liberis, quibus debetur legitima. Fusar. *de substit. quæst.* 185. *per totam*. quamvis mater transierit ad secunda vota. Idem. *l. c.* 36

In dubio substitutio præsumitur potius exemplaris, quam fideicommissaria. Cephal. *cons.* 689. *num.* 22. Menoch. *cons.* 303. *num.* 41. nisi pro substitutione fideicommissaria exstarent conjecturæ. Dec. *cons.* 371. Socin. jun. *cons.* 103. *lib.* 1. Rol. *cons.* 68. *lib.* 4. Cephal. *cons.* 689. Menoch. *l. c. & de presumt. lib.* 4. *præs.* 49. Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quæst.* 21. 37

Substitutio exemplaris continet tacitam vulgarem. DD. *in L. ex facto. ff. de vulgar.* Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 44. Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quæst.* 38. Mant. *de conjectur. lib.* 5. *tit.* 16. *num.* 18. & alii apud Fusar. *l. c. quæst.* 173. Lim. in omnibus casibus, in quibus non continetur vulgaris in pupillari. Menoch. *l. c.* 38

Substitutio exemplaris continetur sub compendiosa, dummodo adsint requisita exemplaris. Menoch. & DD. mox cit. Cephal. *cons.* 689. *num.* 17. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. fol.* 271. *nu.* 23. Intrigl. *de substit. cent.* 3. *quæst.* 23. Fusar. *de substit. quæst.* 177. nisi substitutio fuisset facta per verba communia in re certa. Ripa *in L. Centurio. num.* 153. *ff. de vulgar.* Franc. *in cap. si pater. col.* 39. *de testam.* Alex. *cons.* 25. *lib.* 1. Trentacinq. *de substit. par.* 4. *cap.* 2. *num.* 18. Fusar. *l. c. nu.* 2. vel nisi testator his verbis substituerit, *& quandocunque filius meus decesserit bona mea distribuantur pauperibus.* Anchar. *cons.* 8. *col.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 45. 39

Quæres 1. a quibus substitutio exemplaris fieri possit? Respondetur, patrem & ascendentes per lineam paternam, matrem & ascendentes per lineam maternam posse substituere exemplariter. DD. *in L. ex facto. ff. de vulgar.* & ibi Ripa. *num.* 64. Cephal. *cons.* 423. *dub.* 5. Trentacinque. *de substit. par.* 3. *cap.* 3. Et possunt substituere etiam spurio, dummodo non sit natus ex damnato coitu, & mater potest substituere exemplariter etiam pupillo, quamvis non sit in potestate. Lim. 1. in matre, quæ est sordidæ, & turpis vitæ, aut quæ transivit ad secundas nuptias. Bart. *in d. L. ex facto.* Pater vero, licet sit vilis, infamis, aut prodigus, non prohibetur substitutionem exemplarem facere, dummodo illi administratio bonorum interdicta non sit. Fusar. 40

de

de substit. quaest. 180. Etiam filius potest patri substituere exemplariter, secundum Jas. *in d. L. ex facto.* sed negativa in contrarium est communis. Bald. *in L. humanitas. C. de impub. & al. substit.* ubi Castr. Alex. & alii. Trentacinq. *de substit. par.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. Fusar. *quaest.* 181. & alii apud eundem.

41 Quaeres 2. an mutuo & surdo natura possit fieri substitutio exemplaris? Dicendum posse, juxta *d. L. Legem. ex facto.* ubi Bart. *num.* 82. Alex. *num.* 40. & Jas. *num.* 39. Bald. *l. c.* Imol. *in cap. Raynut. de testib.* & ibi Covar. §. 6. Menoch. *cons.* 301. Trentacinq. *loc. cit. cap.* 4. *num.* 7. Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quaest.* 25. multo magis furioso, nisi haberet dilucida intervalla, vel non perseveraret in furore usque ad mortem. Fusar. *de substit. quaest.* 185. Hinc laboranti freneti fieri non potest substitutio exemplaris, quia frenesis non est morbus perpetuus. DD. *in d. L. ex facto.* Trentacinq. *d. cap.* 4. *num.* 9. & plures apud Fusar. *l. c.* Ita neque illi, qui laborat modica fatuitate, quae provenit ex simplicitate, vel levitate. DD. cit. & Fusar. *l. c.* Ita prodigo, qui est talis, ut testari non possit, exemplariter substitui potest. Sim. de Praet. *de interpr. ult. volun. fol.* 256. *nu.* 8. Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 6. *num.* 4. Fusar. *l. c. nu.* 15.

42 Etiam recasuro in alterius potestatem exemplaris substitutio fieri non potest. DD. *in d. L. ex facto.* Crass. *in §. substitutio. quaest.* 43. Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quaest.* 13. & 14. nisi substitutio fieret a matre. Ripa *in d. L. ex facto. nu.* 93. *ff. de vulgar.* Fusar. *l. cit. quaest.* 187.

43 Exhaeredato, nisi fuerit institutus saltem in legitima, substitutio fieri non potest DD. *in d. L. ex facto.* Bart. *in L. humanitatis. C. de impub. & al. substit.* ubi Bald. Castr. Fulgos. Jas. & alii. Gul. Bened. *in cap. Raynutius. nu.* 20. *de testam.* Trentacinq. *de substit. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. Intrigl. *d. cent.* 2. *quaest.* 17. Fusar. *quaest.* 188. quamvis legitima non fuerit relicta integra, tamen extmplariter illi substitui potest. DD. cit. & Peregr. *cons.* 51. *num.* 13. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 846. *num.* 16. *vers. non obstat.* contra nonnullos apud Fusar. *num.* 3. & 4.

44 Quaeres 3. quinam debeant substitui furioso, vel perpetuo amenti, ut valeat substitutio exemplaris? Respondetur, si adsunt descendentes furiosi, illos esse substituendos, si illi deficiunt, debere substitui fratres, & istis omnibus deficientibus, liberum esse testatori substituere, quos mavult. DD. *in d. L. ex facto & L. humanitatis.* Cephal. *cons.* 689. *num.* 11. & cum fratribus veniunt etiam sorores. Trentacinq. de Praet. Intrigl. *ll. cc.* Fusar. *quaest.* 189. etiamsi soror ab intestato esset exclusa a patruo alio substituto, vel non substituto. Fratres vero patrueles, sicut nec mater, deficientibus descendentibus, vel fratribus, & sororibus, necessario substitui non debent, quamvis pro matre saltem quoad legitimam stent multi DD. Bart. *in L. 2. in tertio effec. pupill. ff. de vulgar.* Bald. *in d. L. humanitatis. nu.* 32. *C. de Impub. & al. substit.* Anchar. *in cap. si pater. de testam. in* 6. Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 6. *num.* 7. & alii apud Fusar. *l. c. quaest.* 189. qui hanc matri faventem sententiam judicat aequiorem, Monasterium vero exstantibus filiis, vel fratribus etiam institutis in rebus certis substitui non potest. Ripa *in d. L. ex facto.* de Praet. *l. c. fol.* 258. *num.* 14. Trentacinque *l. c. cap.* 5. *num.* 6. Fusar. *l. c. n.* 7. Ita filii legitimi tantum, vel naturales tantum non sunt substituendi.

45 Quaeres 4. an omnes descendentes fratres, aut sorores sint simul substituendi? Respondetur negative, sed sufficit, quod unus ex illis substituatur, aliis exhaeredatis. DD. *in d. L. ex facto.* De Praet. *l. c.* Trentacinq. *ut supra num.* 5. Intrigl. *d. cent.* 2. *quaest.* 35. Et si substituto adjunctus fuit alius, qui substitui non potuit, totum habet ille, qui substitui potuit.

46 Si substituens sit pater, tunc substitui debent fratres utrinque conjuncti. 1. si vero substituit mater, debent substitui fratres uterini. Si vero fuerunt substituti duo fratres, & unus praemoritur illi, cui facta est substitutio, filii fratris non concurrunt cum fratre superstite. Cephal. *cons.* 423. Fusar. *l. c. n.* 16. quamvis contrarium teneat Ant. Gamma *in dec. Lusit.* 367. qui dicit, ita fuisse judicatum. Se ipsum testator, qui exemplariter substituit, substituere non potest. Intrigl. *l. c.*

47 Quaeres 5. an exemplariter substitutus excludat matrem? Dicendum primo, si substitutio exemplaris est expressa, tunc mater excluditur. Dec. *in d. L. humanitatis*, & alii apud Fusar. *l. c. quaest.* 97. etiam a legitima. Dicendum secundo, quod quando substitutio exemplaris est expressa verbis generalibus, uti est illa, quae continetur in compendiosa, matrem excludit. Grat. *cons.* 134. *num.* 42. *lib.* 1. Mennch. *de praesumpt. lib.* 4. *praes.* 46. *nu.* 2. Intrigl. *l. c. quaest.* 41. *nu.* 7. Dicendum tertio, quod, quando substitutio est tacita, mater non excludatur. Covar. *in cap. Raynut.* §. 6. *n.* 6. *de testam.* & DD. cit. Fusar. *l. c. nu.* 5. *quaest.* 197.

Quaeres 6. an exemplariter substitutus non tantum succedat in bonis substituentis, sed etiam illius, cui fit substitutio. Dicendum quod sic. Ita Cephal. *cons.* 689. *num.* 49. Menoch. *cons.* 303. *num.* 13. & *de praesumpt. lib.* 4. *praes.* 48. *num.* 11. Intrigl. *de substit. cent.* 2. *quaest.* 40. & alii, quos citat, & sequitur Fusar. *de substit. quaest.* 191. Lim. 1. si substitutio fuisset facta filio arrogato, quia tunc substitutus succederet in bonis arrogatoris tantum. Intrigl. & Fusar. *ll. cc.* Lim. 2. si substitutio fuit facta illi, qui ante amentiam, aut defectum, qui dedit causam substitutioni, erat usurarius manifestus, quia tunc non potest succedere substitutus, nisi in bonis substituentis. Bald. *in d. L. humanitatis. num.* 73. *C. de Impub. & al. substit.* Intrigl. *loc. cit. quaest.* 52. 48

Quaeres ult. an exemplariter substitutus possit fideicommisso, vel alio onere gravari? Respondetur quod non. Dec. *cons.* 371. *col.* 3. Socin. jun. *cons.* 103. *num.* 21. *lib.* 1. Rol. *cons.* 68. *nu.* 67. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 303. *num.* 12. & *de praes. lib.* 4. *praes.* 49. *num.* 14. Cephal. *cons.* 689. *nu.* 15. Vivius. *Commun. opin. conclus.* 851. & alii apud Fusar. *de substit. quaest.* 194. apud quemplures limitationes. 49

§. IV.

De substitutione reciproca.

Substitutio reciproca est, in qua testator duos, vel plures haeredes instituit, eosque sibi invicem substituit. 50 §. & *plures. Instit. de Vulgar. L. qui plures* 23. & *L. Cohaeredi.* 41. *ff. eod.* non inducitur inter duos institutos, quibus est datus substitutus. Fusar. *de substit.* 263. *in cap. Raynut.* §. 8. sed solum jus legitimae successionis dicitur reservatum, scilicet successio ab intestato. *L. vel singulis. ff. de vulgar.* §. *vel singulis. Instit. de pupill. L. qui duos. ff. de reb. dub.* Alex. *cons.* 91. *num.* 9. *lib.* 1. Menoch. *de praes. lib.* 4. *praes.* 12. sive substitutio sit facta in tota haereditate, sed non ultimo, vel ultimo, sed non in tota haereditate. DD. cit. Neque de linea in lineam inducitur. Fusar. *quaest.* 475. Neque inter vocatos in diverso gradu. Redenasc. *cons.* 57. Capon. *disc. for.* 321. Costa *de portione rata quaest.* 200. ex quibus conjecturis deducatur reciproca de linea in lineam, vide Merlin. *dec.* 360. juri si fuerunt vocati proximiores, agnati, qui tunc reperientur. Socin. jun. *cons.* 110. *num.* 16. & 17. *lib.* 3. Laderch. *cons.* 169. Fusar. *de fideicom. quaest.* 475. *nu.* 26. Regulariter non includit fideicommissariam, nisi expresse facta sit etiam per fideicommissum. Bart. & Ripa *in L. Lucius. ff. de vulgar.* Mant. *de conjectur. lib.* 7. *tit.* 4. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 21. & quando inducatur, vide Bich. *dec.* 271. *a num.* 5.

Reciproca, si omnes, inter quos facta est, sunt impuberes, continet tacitam pupillarem: si vero aliqui sunt 51 pupilli, alii majores, vel extranei, aut emancipati, non continet tacitam pupillarem, nisi aliud appareat ex conjecturis. Mant. *de conjectur. lib.* 5. *tit.* 8. Thes. *dec.* 163. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. & quando contineat fideicommissariam, vide Conciol. *alleg.* 41. *num.* 1. ubi quamvis reciproca non contineat regulariter fideicommissariam, juxta Cephal. *cons.* 429. *num.* 6. Surd. *cons.* 503. *num.* 1. Gomez. *to.* 1. *var. res. cap.* 8. *num.* 2. Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 4. *num.* 5. Menoch. *de praes. lib.* 4. *praes.* 60 *num.* 67. Fusar. *de substit. quaest.* 360. *num.* 28. Andreol. *controv.* 29. *num.* 1. tamen si reciproca est concepta in casum mortis filiorum, dicitur illi adjecta compendiosa. DD. magno num. apud Conciol. *l. c. num.* 2. & DD. mox cit. Quibus adde Cyriac. *controv. for. cap.* 8. *num.* 62. & ideo continet etiam fideicommissariam. Rol. *cons.* 25. *num.*

num. 10. lib. 1. Cephal. *conf.* 449. *num.* 14. *lib.* 3. Craff. *de success. in* §. *substitutio. quæst.* 54. *in fin.* Menoch. *d. lib.* 4. *præs.* 60. *in fi.* Mant. *de interp. lib.* 7. *tit.* 4. *nu.* 6. Fusar. *l. cit. num.* 28. Cyriac. *l. c. num.* 63. Andreol. *controv.* 29. *num.* 2. & 3. Rota *dec.* 656. *num.* 2. *par.* 4. *recent.* quia cum reciproca substitutio concepta in casum mortis filiorum, quandocunque sine filiis habeat tractum temporis in futurum, & contineat plura tempora; continet substitutionem compendiosam, in qua de sui natura continetur etiam fideicommissaria. DD. *in L. Centurio.* 15. *ff. de vulgar. & pupillar.* & uti mixta retinet naturam suorum simplicium. §. & *quia. Instit. de nupt.* Rol. *d. conf.* 25. *a nu.* 20. *lib.* 1. Fusar. *d. quæst.* 260. *num.* 28. Andreol. *controv.* 29. *num.* 1. & 2. Conciol. *l. c. num. toto. nu.* 5.

52 Reciproca substitutio continet vulgatem. *L. jam hoc jure. de vulgar. & pupill. substit.* Bart. *in L. Lucius. ff. de vulgar. & pupill. substit.* ubi Alex. Imol. Jas. & alii. Surd. *conf.* 232. *lib.* 2. Menoch. *d. lib.* 2. Menoch. *d. lib.* 4. *præs.* 60. nisi tamen substitutio esset facta pluribus, quorum unus esset exhæredatus, cum inter eos non adsit æqualitas, & idem esset, si omnes essent exhæredati, vel præteriti. Bart. *l. c.* Benedict. & Imol. *in cap. Raynutius. de testam.* Menoch. *l. c.* Fusar. *l. c. quæst.* 256. *nu.* 2. ratio est, quia substitutio vulgaris est institutio conditionalis, conditio vero debet se habere ad esse, & non esse. *L. cum ad præsen. ff. si cert. pet.* sed conditio, si hæres non erit, non potest verificari in exhæredato, quia de præsenti jam certum est cum hæredem esse non posse. Ita continet etiam pupillarem. *d. L. jam hoc jure*, & DD. mox citati, dummodo adsint necessaria requisita ad pupillarem, etiamsi impuberes fuerint instituti in partibus inæqualibus, vel solum fuerint instituti in re certa. Et pupillaris, quæ continetur in reciproca, non exspirat pubertate unius quoad alios impuberes. DD. apud Fusar. *quæst.* 257. *num.* 5. Craff. *in.* §. *substitutio. quæst.* 55. *num.* 8. Menoch. *d. præs.* 60. *num.* 52. *lib.* 4. Gomez. *to.* 1. *var. res. cap.* 8. *num.* 2. Mant. *de conjectur. lib.* 5. *tit.* 12. *a num.* 19. Trentacinque *de substit. par.* 5. *cap.* 6. & alii supra cit. Lim. 1. si reciproca substitutio fuit facta duobus imparibus, scilicet puberi, & impuberi, quia tunc nec in persona impuberis continet pupillarem, quamvis sit admixta cum compendiosa. DD. cit. & Fusar. *nu.* 12.

53 Sed quæres 1. An pupillaris contenta in substitutione reciproca excludat matrem? Conclusio est affirmativa. Bart. *in d. L. Lucius. num.* 7. ubi Alex. *nu.* 13. Jas. *nu.* 13. Bened. *in cap. Raynut. num.* 25. *de testam.* Gabr. *conf.* 113. *nu.* 20. *lib.* 1. Cephal. *conf.* 135. *n.* 10. *lib.* 2. Menoch. *conf.* 326. *num.* 10. Craff. *l. c. quæst.* 56. *num.* 2. & DD. supra cit. apud Fusar. *quæst.* 258.

Quæres 2. An reciproca substitutio contineat exemplarem. Respondetur affirmative. DD. cit. & Fusar. *quæst.* 259. Lim. 1. si substitutio fuit facta pluribus, quorum aliqui sunt sanæ mentis licet impuberes; alii dementes licet puberes, quia pro servanda æqualitate non continetur exemplaris, nec pupillaris, sed sola vulgaris, nisi esset admixta compendiosa, & facta fuisset mentio dementiæ, quia tunc exemplaris continebitur in reciproca.

54 Quæres 3. An reciproca contineat fideicommissariam? concluditur, quod non. DD. cit. contra Bened. *l. c. num.* 17. uti testatur Fusar. *quæst.* 260. nisi fuisset facta in codicillo, aut testamento fuit adjecta clausula codicillaris. DD. cit. & Pereg. *de fideic. art.* 18. *nu.* 10. Surd. *conf.* 232. *nu* 15. *lib.* 1. Socin. jun. *conf.* 166. senior. *conf.* 6. *col.* 2. & 3. Dec. *conf.* 431. sed Fusar, *l. c. nu.* 15. adhæret contrariæ, ut scilicet neque tunc contineat fideicommissariam, quando in testamento adest clausula codicillaris, quæ potius de stylo Notariorum, quam de voluntate testatorum opponi solet. uti testatur Bart. *in L.* 1. *col.* 6. *ff. de jur. codic.* Ruin. *conf.* 97. *col. ult. lib.* 3. & Curt. jun. *conf.* 101. *col. ult.* quamvis alii contrarium velint apud Gabr. *de clauf. lib.* 6. *conclus.* 4. quibus non dissentit ipse Fusar. *n.* 19. contra supra citatos codicillaris nihil operatur, sed si valet jure testamenti substitutio reciproca, non continet fideicommissariam.

55 Quæres 4. An inducatur inter plures Institutos, quorum aliqui fuerunt instituti in re certa, uti filiæ in certa quantitate pro dote, alii universales hæredes, & postea testator dixit, *quos invicem substituo*. Et dicendum, quod non. Bart. *in d. L. Lucius.* 18. ubi Alex. *num.* 18. Jas. *num.* 23. Imola. & Bened. *in cap. Raynut. de testam.* Anchar. *conf.* 67. Dec. *conf.* 182. *num.* 4. Socin. jun. *conf.* 75. *num.* 24. *lib.* 3. Cravetta. *conf. ult. num.* 5. Craff. *in* §. *substitutio. quæst.* 55. *num.* 9. Trentacinque *de substit. p.* 5. *cap.* 8. *nu.* 2. Menoch. *d. præs.* 60. *num.* 11. & plurimi apud Fusar. *quæst.* 261. quia hæres in re certa non est proprie hæres, sed habetur loco legatoris, aut est tertium genus per se, cum vocetur hæres singularis. DD. *in L. ex facto. ff. de hæred. instit.* Peregr. *de fideic. art.* 32. *num.* 29. tum quia conjuncti in institutione censentur etiam conjuncti in substitutione. *L. Cohæredi.* §. *qui discretas. ff. de vulgar. & pupill. substit.* Menoch. *de præs. d. lib.* 4. *præs.* 75. *num.* 4. Peregr. *l. c. art.* 9. *num.* 14. Lim. 1. quando alii essent instituti in quota hæreditatis, alii in reliquis bonis, quia tunc reciproca omnes comprehendet pro suis quotis, ratio est, quia instituti in quota sunt hæredes. Fusar. *l. c. num.* 5. Lim. 2. si duo tantum masculi fuerunt universaliter instituti, & dixit testator, *si alter filiorum sine filiis decesserit, alios substituo, vel superstites substituo.* Quia cum plures sint substituti ratione recti sermonis, censentur vocati etiam instituti in re certa. Lim. si omnes instituti universaliter fuissent mortui, quia ultimo decedenti succederent instituti in re certa, & e contra.

§. V.

De substitutione compendiosa.

Substitutio compendiosa est, quæ plures substitutiones sub verborum compendio continet. Uti si Testator dixit: *Instituto filium meum, & quandocunque decesserit, substituo ei Titium.* Covar. *in cap. Raynutius.* §. 9. Fusar. *de substit. quæst.* 228. Vivius. *comm. opin. conclus.* 858. Tunc enim si filius non adita hæreditate decesserit, aut ante testatorem obierit, Titius succedet ex substitutione vulgari. Si vero filius post aditam hæreditatem, sed ante pubertatem, decesserit, succedet ex pupillari, si vero post aditam hæreditatem, & post pubertatem decesserit, intrabit substitutio fideicommissaria, & si post pubertatem fiat amens, succedet Titius ex substitutione exemplari. Covar. *in d. cap. Raynut.* §. 9. P. Pithing. *lib.* 3. *tit.* 26. *sect.* 3. §. 2. *num.* 65. 56

Substitutio compendiosa facta communibus verbis matre vivente, & in medio existente est omni tempore fideicommissaria. Covar. *l. c.* Fusar. *l. c. quæst.* 242. Bart. *conf.* 22. *num.* 1. Bald. *conf.* 12. *num.* 1. *lib.* 2. Castr. *conf.* 147. Berous. *conf.* 45. *num.* 8. Alex. *conf.* 105. Cravetta *conf.* 141. *num.* 6. Dec. *conf.* 82. *lib.* 3. Cephal. *conf.* 429. *num.* 116. *lib.* 3. Bursat. *conf.* 8. *num.* 39. Menoch. *conf.* 144. Vivius *com. opin. in verb. legitima.* Craff. *in* §. *substitutio. quæst.* 74. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 56. Afflict. *dec.* 367. *nu.* 3. Thes. *dec.* 200. *num.* 4. sed quod in compendiosa matre in medio existente contineatur pupillaris intra tempora pupillaris ætatis, & postea fiat fideicommissaria, tenet alii DD. æque communiter apud Fusar. *l. c. num.* 16. Ant. de Butr. *in cap. Raynut. num.* 42. *de testam.* ubi Zabatell. *quæst.* 36. Imol. *col.* 98. *num.* 303. Abb. *num.* 18. & 19. Bertrand, *conf.* 228. *num.* 1. *lib.* 1. Socin. jun. *conf.* 94. *num.* 28. Rol. *conf.* 69. *num.* 76. *lib.* 1. Hieronym. Gabr. *conf.* 130. *num.* 4. Mant. *conf.* 113. *num.* 4. Camill. Borell. *conf.* 59. & 99. Menoch. *conf.* 427. *num.* 18. Gomez. *to.* 1. *var. res. cap.* 7. Duran. *de arte testam. tit.* 5. *caut.* 6. *num.* 2. Mant. *de concert. lib.* 5. *tit.* 3. *num.* 16. Vivius. *commun. opin. conclus.* 842. Peregr. *de fideic. art.* 34. *num.* 39. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 45. Cavaler. *dec.* 4. *par.* 3. *per tot.* Surd. *dec.* 273. Rota *in collect. a Farin. dec.* 373. *par.* 2. cui subscribit ipse Fusar. *l. c. num.* 22. Tertia vult legitimam matri assignandam, cœtera vero ad substitutum permanere. Dec. *conf.* 228. *col. ult.* Bursat. *conf.* 327. Cephal. *conf.* 429. *num.* 157. Intrigl. *de substit. cent.* 3. *quæst.* 21. *num.* 38. Thes. *dec.* 300. *num.* 4. Caval. *dec.* 1. *num.* 71. Decian. *conf.* 53. *num.* 16. De qua quæstione plures ampliationes, & limitationes, & rationes videri possunt pro unaquaque opinione *l. c.* videri potest pro tertia tanquam æquiore. Ciarlin. *controv. for. cap.* 136. Aliogtad. jun. *controv.* 6. *per tot.* Pajatell. 57

expedit.

expedit. & *Annot.* 19. Porro hæc compendiosa substitutio continet vulgarem tacitam, vel expressam verbis generalibus. *dec.* 17. *num.* 6.

58 Compendiosa facta filio impuberi a pagano verbis directis, filio post pubertatem mortuo, non obliquatur, nec trahitur ad fideicommissariam. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 44. neque si fuerit facta verbis communibus, nisi filius fuerit mortuus ante pubertatem. Vide eundem. *cap.* 45.

59 Compendiosa facta filio verbis communibus, si est impubes, est pupillaris, & postmodum in fideicommissariam transfertur. Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 23. Peregr. *de fideic. art.* 34. Rota apud Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 140. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 7. & *lib.* 7. *tit.* 3.

60 Substitutio, in qua testator dixit. *Si filius meus in pupillari ætate sine liberis decesserit.* non est pupillaris, sed compendiosa, juxta communem apud Paschalem *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 29. Ita ut si filius fuerit mortuus post pubertatem, sit locus fideicommissariæ. Covar. *in cap. Raynut. de testam.* §. 9. quia licet sit possibile generari filios a pupillo, tamen verba non debent trahi ad casus extraordinarios. Surd. *cons.* 236. Bich. *dec.* 548. quia verba. *si sine filiis*. denotant tractum temporis, quod sufficit ad compendiosam.

61 Substitutio compendiosa facta hæredi cum conditione *si sine filiis* habet locum, quamvis filius præmoriatur testatori. Surd. *dec.* 38. *per tot.* Bald. *cons.* 441. *lib.* 4. & *cons.* 170. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 65. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *nu.* 48. & quando continet vulgarem, caducato uno gradu, admittitur alter. Bich. *dec.* 480. *nu.* 19.

62 Substitutio facta per verba apta comprehendere non tantum vulgarem, sed etiam fideicommissariam, si substituti fuerunt vocati per verba collectiva personarum, & graduum, tractum temporis importantia, dicitur fideicommissaria, Silvaticus *lib.* 1. *cons.* 48. *num.* 18.

§. VI.

De substitutione fideicommissaria.

63 Substitutio fideicommissaria, vide in praxi *Fideicommissi.* facta filio, vel nepoti non habet locum, si reliquerit filios, quia subintelligitur illa conditio *si sine liberis, vel filiis*. vide *Filius*.

64 Substitutio fideicommissaria pluribus facta resolvitur in singularitates, cum fuit facta in legato proprietatis, secus si in legato ususfructus. Bart. *in L. codicillis. ff. de usufr.* quia in legato proprietatis post agnitionem cessat jus accrescendi, non vero in legato ususfr. Jas. & Ripa *in L. re conjuncti ff. de leg.* 1. Ciarlin. *controv. for. cap.* 71. Menoch. *cons.* 797. Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 3. Fusar. *de substit. quæst.* 54. *vel* 473. & alias fideicommissaria resolvitur in singularitates ex præsumpta mente testatoris. Bich. *dec.* 279. *num.* 6. & 7. & 337. *a n.* 12.

65 Fideicommissaria secunda, vel quoad secundum gradum caducatum, si primus gradus fuit caducatus. Fusar. *l. c. quæst.* 469. Et si fuit facta per verbum commune, continet vulgarem, vi cujus secundus substitutus intrat in locum primi nolentis. Bich. *dec.* 548. *nu.* 7.

66 Substitutio fideicommissaria facta a donatore de rebus inter vivos donatis, non nocet donatario, nisi tali substitutioni consentiat. Cutell. *de donat. contemplat. matrim. trac.* 1. *discur.* 20. *pact.* 10. *num.* 84. Fontanel. *to.* 1. *claus.* 4. *gl.* 5. *a num.* 30. Fab. *in C. lib.* 6. *tit. de jure delib. decis* 44. Fusar. *de substit. quæst.* 632. Capon. *disc. for.* 332. sicut etiam cum donatio inter vivos ab initio non valuit, morte tamen fuit confirmata. Fusar. *l. c.* Dicitur vero donatarius consentire, si adeat hæreditatem non confecto inventario. Peregr. *de fideic. art.* 6. Fontanella *l. c.* Cancer. *par.* 3. *cap.* 20. *de inventario a num.* 131. Castill. *trac.* 3. *contrac. cap.* 30. *num.* 39. Imo Faber. *l. c.* tenet, quod Donatarius adeundo etiam sine beneficio Legis, & inventarii quoad donata sibi non præjudicet, quia confusio, quæ fit per aditionem hæreditatis, non impedit, quominus hæres sibi consulere possit per deductionem, & retentionem bonorum, nisi ipsæ res donatæ fuissent nominatim gravatæ.

67 Substitutio fideicommissaria alicui facta, si substitutus gravato supervixerit, vel deficientibus filiis, sed extantibus fœminis, ut ultimæ succedatur, si gradus intermedius non exstitit, dicitur defecisse ob non completam conditionem, ut tenent Altograd. jun. *controv.* 55. & 56. *num.* 58. *per tot.* apud quem Cancer. *var. res. lib.* 3. *cap.* 21. *de transmiss. num.* 308. Menoch. *cons.* 273. Honded. *cons.* 49. Surd. *cons.* 110. Natta. *cons.* 678. Gratian. *disc. for. cap.* 748. Fusar. *de substit. quæst.* 469. *n.* 40. quamvis alii non pauci defendant, conditionem non defecisse, sed substitutionem esse compendiosam, sub qua venit etiam tacita vulgaris. Altograd. *loc. cit.*

Substitutio facta hæredi, si decesserit sine filiis, exspirat eo mortuo cum filiis, quamvis etiam isti decedant sine filiis. Cyriac. *controv.* 142. ubi DD. Oldrad. *cons.* 21. nisi adsint conjecturæ contrarium suadentes. Surdt *cons.* 96. quales sunt, si testator vocavit semper masculos, & insuper voluit bona sua manere, & conservari in familia, & progenie lineæ masculorum, vide DD. apud Merlin. *dec.* 83. 68

Substitutio alicui facta, si sine filiis, & descendentibus, non deficit per existentiam filiorum, quia resolvitur in duplicem conditionem, scilicet si hæres decesserit sine filiis, & ejus filii, ac descendentes sine filiis. Sim. de Præt. *de interpr. ult. volun. fol.* 317. Thes. *dec.* 270. *num.* 25. Marescot. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 45. *num.* 4. & 5. Crass. *in* §. *fideicom. quæst.* 33. Fusar. *de substit. quæst.* 480. *num.* 15. Altograd. jun. *controv.* 37. & 94. *num.* 10. 69

Substitutio pluribus facta non resolvitur in singularitates, nec habet locum, nisi post mortem omnium, quibus fuit facta, & ideo non excludit re conjunctos a jure accrescendi, secus si fuit facta pluribus singulariter, & nominatim. Bart. Jas. Ripa. *ll. cc.* & *in L. re conjuncti. ff. de leg.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 299. *lib.* 2. Altograd. jun. *controv.* 60. Ciarlin. *l. c. num.* 1. Crass. *de success.* §. *substitutio. quæst.* 13. Fusar. *de substit. quæst.* 54. & 473. Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 2. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *nu.* 57. Rol. *cons.* 34. Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 5. contra Sylvat. *lib.* 1. *cons.* 14. 70

Facta in casum non existentiæ masculorum verificatur, & procedit etiam si existant inhabiles, aut incapaces ad succedendum. Socin. jun. *cons.* 3. Surd. *dec.* 37. sicut etiam si fit alicui post ejus obitum, non subsistit, si institutus est incapax. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 50. 71

Substitutio generalis agnatorum an comprehendat illum, qui testatori erat odiosus, vide apud Surdum. *dec.* 41. & an nondum natos, vel conceptos tempore cedentis conditionis, vide Paschal. *de patr. potest. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 54. Thes. *dec.* 86. *per tot.* Peregr. *de fideicom. art.* 22. *num.* 72. Surd. *dec.* 230. Magon. *dec. flor.* 91. Nattam. *cons.* 675. Rol. *cons.* 70. *lib.* 3. Facta posthumo nascituro, non dicitur purificata, si non nascatur, sed fiat abortus. Oldrad. *cons.* 141. & 177. Anchar. *cons.* 356. Natta *cons.* 667. Contraria tamen videtur communior, quod nimirum tunc habeat locum substitutio ex vi tacitæ vulgari sub pupillari comprehensæ. Alterius. *in ff. de vulgar. & pupill.* Alex. Jas. & Bald. apud Paschal. *l. c. num.* 42. Decian. *cons.* 227. Socin. jun. *cons.* 181. Cabal. *cons.* 164. Surd. *cons.* 236. Crass. *in* §. *substitutio. quæst.* 81. Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 3. *nu.* 10. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 65. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 6. Vinc. de Franch. *dec.* 296. 72

Substitutio mortuo Instituto vivente testatore fit caduca. Fusar. *de substit. quæst.* 253. *num.* 7. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 78. *num.* 5. facta ultimo morienti facit, quod substitutus succedat in omnibus bonis, tam ultimi, quam primi. Fusar. *loc. cit. quæst.* 156. 73

Substitutio facta in casu, quo filii nascituri decedant sine liberis secundum multos non habet locum filiis non natis; quia casus a testatore omissus, debet haberi pro omisso. *L. commodissime. ff. de liber. & posthum.* & conditio debet impleri in forma specifica. *L. Mævius. ff. de condit. & demonstrat.* Oldrad. *cons.* 177. Anchar. *cons.* 356. & plures apud Fachin. *lib.* 4. *cap.* 46. Menoch. *cons.* 326. *lib.* 4. Contrarium tenet Fachin. & Capon. *disc. for.* 205. *cap.* 2. 74

Substitutio facta hæredi sine filiis decedendi, filiis exstantibus evanescit, quamvis decedant. Cravetta *cons.* 75
205.

205. Menoch. *conf.* 299. Peregr. *de fideicom. art.* 15. Ciarlin. *controv. cap.* 100. Lim. si filius fuit præmortuus gravaro; quia tunc durat substitutio. Fusar. *de subfit. quæst.* 461. Bich. *dec.* 4. *ad num.* 4. *& dec.* 46. & facta sub conditione cessat deficiente conditione, ac si nunquam facta fuisset, & si plures erant conditiones, sufficit defectus unius. Fusar. *de substit. quæst.* 454.

76 Substitutio nullius est valoris, si testamentum causa præteritionis posthumi fuit nullum, licet posthumus præmoriatur testatori; nisi testamentum haberet clausulam codicillarem, quia tunc substitutio sustinetur in vim fideicommissi per illam. DD. apud Marescot. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 78.

77 Substitutio plurium, deficiente primo, an subingrediatur alter, vide Thes. *dec.* 86. Surd. *dec.* 37. & facta Patris, ac filii an censeatur facta ordine successivo, vide Cravet. *conf.* 22. *&* 131. Honded. *conf.* 65. *lib.* 1. & Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 55.

78 Substitutio dubia declaratur per aliam, nisi substitutiones haberent diversas conditiones, & qualitates, & militaret in illis diversa ratio. Fusar. *de substit. quæst.* 10. & dubia declaratur etiam ad institutione. Idem. *quæst.* 12. Finitur capitis diminutione. Fusar. *l. c. quæst.* 141. Facta pluribus copulative non habet locum, si unus repudiavit; sermo est de Vulgari. vide *Vulgaris*. Facta pauperibus est omni tempore fideicommissaria secundum multos, hoc est, si pauper fuit substitutus. Fusar. *quæst.* 244.

79 Substitutio in legitima fieri non potest. Gomez. *var. ref. to.* 1. *cap.* 3. Fusar. tamen cum communiore, tenet contrarium si sermo est de vulgari, aut pupillari. ita *quæst.* 50. Tam expressa, quam tacita impedit transmissionem, quia par est virtus taciti, ac expressi. Noal. *de transmiss. cap.* 8. & substitutio vincit jus accrescendi, sed non jus decrescendi. Ciarlin. *controv. for. cap.* 71. vide *jus accrescendi*.

80 Substitutio facta mulieri, cui fuit relictum legatum, si caste vivat, licet fuerit facta post ejus obitum, tamen si transit ad secundas nuptias, verificatur, quia casus mortis verificatur, & extenditur ad casum nuptiarum ex verisimili mente testatoris. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 51.

81 Substitutio vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum a testatore suorum fratrum, & iis præmortuis suorum descendentium, an aliquod fideicommissum producat, vide Cyriac. *controv.* 579.

82 Substituens aliquem in officio, potest conveniri pro substituto, si substitutus non est in loco judicii, & est difficilis conventionis; nam mala electio eligentis culpæ adscribitur. *L. nam & servus. §. mandato tuo. & L. ex facto. ff. de neg. gest.* Giurba. *dec.* 88. Put. *de syndic. verf. substitutus. cap* 1. *&* 2. Cancer. *var. ref. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 93. *& par.* 3. *cap.* 12. *num.* 188. Tranchedin. *consult.* 62.

§. VII.

Miscellanea de Substitutis.

83 Substitutis per fideicommissum feminis, & earum descendentibus, dicitur substitutio facta successive, quoad feminas primum, & dein quoad descendentes. Clarus *in §. emphyt. quæst.* 35. Cancer. *var. ref. par.* 1. *cap.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 17. Fontanell. *de pact nupt. clauf.* 4. *gl.* 9. *par.* 1. secus, si fuerunt substituti illi, inter quos cadit ordo affectionis, quo casu censentur simul vocati. Fusar. *de substit. quæst.* 436. dummodo vocati sint nati, & non tantum nascituri, secus, si vocati sunt nati, & nascituri ob incertitudinem. Menoch. *conf.* 445. Mant. *de conject. lib.* 4. *tit.* 8. Fusar. *de substit. quæst.* 476. Surd. *dec.* 346. Olasc. *dec.* 81. & Altograd. jun. *controv.* 54. quia nomen *descendentium* complectitur personas incertas, erga quas non potest considerari affectio.

84 Substitutus sub, vel cum aliqua conditione, ad hæreditatem non admittitur, nisi probet conditionis, vel qualitatis implementum. Ita Tranchedin. *consult.* 9. *L. hoc jure. ff. de V. O.* Menoch. *conf.* 5. *nu.* 411. Honded. *conf.* 82. *lib.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 43. Barb. *voto* 55. *lib.* 2. Dec. *conf.* 177. Capic. Latro *consult.* 63. Altograd. *conf.* 48. Capon. *disc. for.* 205. *cap.* 3. *&* 271.

Substitutus se opponens alienationi fideicommissi pro redemptione filii, vel patris captivi, privatur beneficio substitutionis. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 5. *nu.* 9. nisi captus fuisset a Judice pro delicto. Covar. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 16. Menoch. *de arbitr. caf.* 182. Peregrin. *de fideic. art.* 42. *nu.* 91. 85

Substitutus primus potest repudiare fideicommissum, & adire hæreditatem ab intestato in præjudicium fideicommissarii secundi. ita aliqui, licet multi negent apud Fusar. *de substit. quæst.* 588. 86

Substitutus vulgariter, antequam hæres adeat hæreditatem, vel repudiet, non transmittit jus suum ad hæredes. *L. toties ff. de acquir. hered.* Imo nec ad descendentes, & filios, nisi substitutio vulgaris esset unita cum jure accrescendi. *L. cum ex filio. ff. de vulgar. & pupillar.* & nisi tunc superstit aliquis ex iisdem substitutis. Noal. *de transmiss. casu.* 7. *nu.* 8. Idem dic de substitutione pupillari, exemplari, & reciproca. Ratio est, quia jus substitutionis, quod nondum competit, non dicitur in bonis nostris. *L. substitutio. ff. de acquir. rer. domin.* 87

Substitutus uni ex duobus hæredibus tantum succedit in illa parte hæreditatis, in qua a substituente hæres gravatus fuit institutus, secus in alia parte Cohæredis, in qua gravatus fuit institutus ab ipso Cohærede. ita Marescot. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 76. Cravetta *conf.* 180. & alii apud Marescot. *l. c.* 88

Substitutus in casum, quod institutus non assumat nomen familiæ admittitur, licet institutus potuerit assumere dictum nomen, nisi substitutio fuerit facta in pœnam non assumpti nominis, quia tunc, ubi non est culpa, ibi non debet esse prœna. Fusar. *de substit. quæst.* 464. & DD. apud eum. Et substitutus sub conditione, quod gravatus fiat presbyter, non extenditur ad casum, quod moriatur sine filiis; quia conditio debet verificari specifice. Fusar. *quæst.* 461. Et substitutus mulieri, si nupserit, mox, ac mulier nupsit, succedit. Idem. *quæst.* 464. 89

Substitutus in uno casu, non censetur substitutus in alio; quia substitutio non extenditur de casu ad casum. Oldrad. *con.* 21. Joan. Andr. *de testam.* §. 1. Abb. *conf.* 140. Honded. *conf.* 48. Peregr. *de fideic. art.* 1. Menoch. *de præf. lib.* 4. *præf.* 73. Mant. *de conjectur. lib.* 7. *tit.* 5. Fusar. *l. c. quæst.* 460. Sperell. *dec.* 144. *num.* 12. nam Testator discretive loquens, & in altero casu substituens, in altero casu exclusisse videtur, licet esset eadem ratio, si testator consideravit unum casum, & in eo non disposuit; si vero non considerasset, tunc intraret regula de identitate rationis. Sperell. & Fusar. *ll. cc.* Capon. *disc. for.* 205. *cap.* 1. 2. *&* 3. *&* 371. vide *Testator*. 90

Substitutus per fideicommissum cum clausula, *si gravatus sine filiis decesserit*, excluditur a Monasterio, in quo gravatus fuit professus, & reliquit sua bona, nisi a substituente fuerint substituti descendentes, vel filii de proprio corpore creati, vel dixerit. *Quod si gravatus sine filiis de proprio corpore creatis &c.* Sperell. *dec.* 153. nam Monasterium habetur loco filii. Fusar. *de substit. quæst.* 429. Peregr. *de fideic. art.* 28. Covar. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 13. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 7. Paschal. *de part. pot. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 63. Idem dic, si gravatus fuit factus Clericus, & suscepit Ordines majores. Vivius. *com. opin. conclus.* 841. *num.* 5. Menoch. *conf.* 245. *nu.* 15. *& seqq.* Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 7. *nu.* 22. Ruin. *conf.* 153. *col.* 1. *lib.* 3. Bero. *conf.* 73. *nu.* 11. *lib.* 2. & Fusar. *l. c. num.* 2. apud quem plures alii. 91

Substitutus gravato patranti delictum, propter quod ejus bona confiscantur, etiam antequam moriatur gravatus, potest vendicare bona fideicommisso subjecta a fisco. DD. apud Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 50. quia hærede non obediente voluntati testatoris prohibentis alienationem, substitutus petit fideicommissum. *L. peto. ff. de leg.* 2. sed talis gravatus ita delinquens dicitur alienare voluntarie, quamvis non pauci apud eosdem teneant contrarium. 92

Substitutus in re certa post mortem usufructuarii non est hæres, sed Legatarius; quia usufructuarius, si non fuit institutus alius hæres, dicitur hæres, ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, quamvis adsit clausula taxativa: *In vita tantum*; quia per hanc censetur rogatus usufructuarius restituere venientibus ab inte- 93

inteftato. Pajatell. *exped. & annot.* 21. ubi DD. vide *Institutus* & *Usufruct.*

94 Subftitutus vulgariter in unum cafum, uti fi hæres effe noluerit, non fuccedit in alio cafu, fcilicet, fi hæres effe non potuerit. Mant. & plures elii apud Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 6. Rota apud Rubeum *par.* 5. *recent. num.* 5. *decif.* 419. nifi fuerit facta fubftitutio pro confervatione familiæ. Rota apud eundem. *dec.* 422.

95 Subftitutus vulgariter præfertur patri filii, cui fuit facta fubftitutio, ita cum multis Fachin. *l. c. cap.* 63. contrarium fequuntur patiter multi apud eundem Fachin. & licet excludant matrem inftituti, fecus tamen teftatoris. Vide *Pater.* Fufar. *de fubftit. quæft.* 61. Covar. *in cap. Raynut.* §. 4. Gomez. *var. ref. to.* 1. *cap.* 9.

96 Subftitutus vulgariter excludit fifcum, juxta dicta. Fachin. *l. c. cap.* 64. *L. Papinianus. ff. de inoff. teftam.* maxime, fi Inftitutus eft indigens hæreditate. Fachin. *l. c.* contrarium videtur fentire; Fufar. *quæft.* 50. apud quem alii.

97 Subftitutus vulgariter admittitur ad fucceffionem, fi minor advit quidem hæreditatem, fed contra aditionem fuit reftitutus in integrum. Fachin. *l. c. cap.* 72.

98 Subftitutus pupillariter non tantum tenetur probare filium effe mortuum, fed effe mortuum in pupillari ætate, quia hoc eft fundamentum fuæ intentionis. Covar. *var. ref. lib.* 2. *cap.* 7. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 9. Mafcard. *de prob. conclus.* 666. & 1347. Menoch. *de præf.* 182. Fachin. *lib.* 6. *controv. Jur. cap.* 45. tenetur præftare legata relicta in bonis pupilli. Mant. *l. c.* Fufar. *de fubftit. quæft.* 129. Pafchal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 35.

99 Subftitutus Viduæ poft ejus mortem, quæ fuit relicta ufufructuaria, donec Vidua permanferit, fecundum multos ftatim admittitur, fi tranfit ad fecunda vota. Menoch. *l. c. præf.* 56. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 4. contrarium tenet Fachin. cum aliis *lib.* 10. *cap.* 48.

100 Subftitutus pupillariter fuccedit in bonis tam patris, quam pupilli, nifi effet fubftitutus filius naturalis, vel adoptivus. Fufar. *de fubftit. quæft.* 15. & fubftitutus exemplariter fuccedit, tam in bonis teftatoris, quam Inftituti, etiam in eidem prælegatis, econtra debet fubftitutus præftare legata impofita Inftituto. Fufar. *quæft.* 192.

101 Subftitutus militariter directe fuccedit in fepulchrorum jura, etiam in Jurepatronatus, fecus fideicommiffarius. Fufar. *quæft.* 217. Item in feudo, & in emphyteufi, & poteft capere poffeffionem propria authoritate, nifi ab alio poffideantur.

102 Subftitutus per vulgarem, caducato primo gradu fubftitutionis, intrat in illius locum, ac fi immediate fuiffet fubftitutus hæredi gravato, & tunc Teftatori non fuccedit per vulgarem, fed ad fideicommiffum admittitur, fubintrans gradum caducati mediante vulgari comprehenfa in compendiofa. Bich. *dec.* 17. *num.* 11. & 12. nifi in primo gradu antecedenti caducato deficeret qualitas hæreditaria a teftatore requifita. Peregr. *de fideicom. art.* 15. *num.* 14. Fufar. *de fubftit. quæft.* 469. *num.* 78. Rota apud Bich. *l. c.*

103 Subftitutus pupillariter, fi fuit filius fpurius fubftituentis, cum fit incapax bonorum paternorum, in illis non fuccedit, & ideo fit feparatio bonorum, ita ut in bona patris fubftituentis non fuccedat, bene vero in bona pupilli, cui fuit facta fubftitutio. *L. fi is, qui. ff. de vulgar. & pupillar.* neque dici poteft, quod tunc pupillus decederet pro parte teftatus, pro parte inteftatus, quia hoc non eft inconveniens, cum hæc feparatio fiat a Legis poteftate. Pafchal. *de patr. poteft. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 9. & 13.

104 Subftitutus cum claufula *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiffum* habet electionem fuccedendi, qua mavult fubftitutione. Gomez. *var. to* 1. *cap.* 30. Fufar. *de fubftit. quæft.* 10. five fubftitutio fuerit facta communibus verbis directis, five obliquis, poteft capere poffeffionem propria authoritate excepto fideicommiffario. Fufar. *de fubftit. quæft.* 15.

105 Subftitutus pofthumo, eodem non nato, admittitur. Fufar. *l. c. quæft.* 64. ubi tamen plurimi tenent contrarium. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 1. non fuccedit Inftituto in præleg. Fufar. *quæft.* 65.

106 Subftitutus poteft appellare a fententia declarante nullum exftare fideicommiffum. Bich. *dec.* 616. *num.* 3.

Subftitutis Petro, & Joanne, ac eorum liberis, mortuo Petro, an fuccedant ejus filii, vel Joannes, controverfum eft, multi ftant pro Joanne, eo quod tanquam nominatus videatur prædilectus, & fpecialia derogent gneralibus, Joannes vero fuerit nominatus in fpecie. Contrarium tenuit Rota apud Fatin. quam citat Fufar. *de fubftit. quæft.* 493.

Subftitutus pupillariter, fed fideicommiffo gravatus, 107 an teneatur tantum reftituere bona teftatoris, vel etiam pupilli, vide Clarum *in* §. *teftamentum. quæft.* 72. Peregr. *de fideic. art.* 12. *nu.* 52. Fufar. *de fubftit. quæft.* 300. *nu.* 8. qui volunt, debere tantum reftituere bona teftatoris, & pro hac fententia citantur etiam Aretinus *conf.* 155. *col.* 9. *in princ.* Socin. fen. *in L.* 1. *num.* 13. *caf.* 5. *ff. de vulgar. & pupillar. fubftit.* nifi teftator fecerit fubftitutionem per verba non fe reftringendo ad bona fua, dicendo, *Subftituto in bonis*, quia tunc fubftitutus pupillariter legitimam, & alia bona pupilli reftituere tenetur. Fufar. *de fubftit. quæft.* 655. Menoch. *de præfumpt. lib.* 4. *præf.* 74. Berous. *conf.* 79. *num.* 28. *lib.* 2. Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 6. *num.* 15. Craff. *in* §. *fideicommiffum. quæft.* 43. *num.* 2. Intrigl. *de fubftit. quæft.* 74. Peregr. *de fideic. art.* 8. *num.* 37.

Subftitutus in cafum delicti committendi ab hærede 108 recuperat bona ab eo alienata, antequam delinqueret, vel cogitaret de delinquendo Cyriac. *controv.* 346. ubi communis DD.

Subftitutus an poffit cogere inftitutum adire hæredi- 109 tatem, vide Gomez. *var. ref. to.* 1. *cap.* 8. Fufar. *de fubftit. quæft.* 38. fermo eft de fubftituto per fideicommiffum, ubi affirmativam tenent Bart. *in L.* 1. *num.* 25. *ff. de vulgar. & pupill. fubftit.* & ibi Alex. *num.* 27. Jaf. *num.* 49. Soc. fen. *num.* 23. Bal. *in L. non juftam C. ad Trebell.* Peregr. *de fideic. art.* 2. *num.* 69. Intringl. *cent.* 1. *quæft.* 32. Craff. *in* §. *fubftitutio quæft.* 9. *num.* 9. quamvis fideicommiffum effet tacite repetitum a fubftituto vulgari. Nifi tamen teftator expreffiffet, ne Inftitutus cogi poffit adire, quia tunc præferretur vulgariter fubftitutus. *gl. in L. debitor. ff. ad Trebell.* ubi Alex. & Ang. *cum.* 13. Dec. *in L. Centurio. num.* 16. *ff. de Vulgar.* Peregr. *de fideic. art.* 2. *num.* 70. Intrigl. *d. quæft.* 32. Fufar. *d. quæft.* 38. *num.* 7.

Subftituti per alternativam cenfentur vocati ordine 110 fucceffivo. ita Cyriac. *controv.* 664. *per totam.* Alex. *conf.* 30. *num.* 2. *vol.* 2. Parif. *conf.* 21. *num.* 11. *vol.* 3. Burfat. *conf.* 71. *num.* 6. Craff. *in* §. *fideicommiffum. quæft.* 11. *num.* 10. Menoch. *conf.* 200. *nu.* 32. & 36. & *de præf. lib.* 4. *præf.* 70. Intrigl. *de fubftit. cent.* 3. *quæft.* 80. *num.* 23. & probatur. *ex L. cum pater.* 77. §. *penult. ff. de leg.* 2. ubi inter eos, inter quos cadit affectio ordinata, alternativa non refolvitur in conjunctivam, fed primo nominati præferuntur: Item ex *L. hæredes mei* 57. §. *fin. ff. ad Trebell.* ubi fubftitutio facta de filiis, vel uno eorum, vel nepotibus, vel cognatis, non intelligitur de nepotibus, nifi præmortuis omnibus filiis. Tum quia alternativæ natura eft, ut una parte verificata ceffet altera. *LL. hæredi plures. ff. de condit. & demonftr. L. generaliter. C. de inftit. & fubftit.*

Subftitutus per fideicommiffum capit hæreditatem de 111 manu hæredis, & ipfi poft mortem in hæreditate teftatoris fuccedit. Bart. *in L. Centurio.* 232. *verf. contra hoc videtur. ff. de vulgar. & pupillar.* Bald. *conf.* 170. *num.* 8. *lib.* 5. Alex. *conf.* 1. *num.* 7. *lib.* 1. Cephal. *conf.* 313. *num.* 139. Honded. *conf.* 49. *num.* 37. *lib.* 2. Bich. *dec.* 27. *num.* 1.

Subftitutio reciproca ut dicatur inducta, tria concur- 112 rere debent, primum quod fubftitutio fit facta ultimo morienti. 2. Quod filii, inter quos dicitur inducta, fuerint vocati feu inftituti. 3. Quod fubftitutio fuerit facta in tota hæreditate. Menoch. *conf.* 638. *num.* 19. Gabr. *conf.* 117. *num.* 24. *lib.* 1. Honded. *conf.* 65. *a num.* 18. *lib.* 2. Surd. *conf.* 329. *num.* 10. Bellon. jun. *conf.* 26. *num.* 101. ad tex. *in L. Codicillis. ff. de ufufruc. legat.* neque fufficit, quod filii fuerint pofiti in conditione. Cephal. *conf.* 370. *num.* 75. Ruin. *conf.* 180. *fub num.* 6. *verf. & ea ratione lib.* 2. Peregr. *conf.* 30. *num.* 13. *lib.* 3. Fufar. *conf.* 17. *num.* 29. & 30. Senatus Dolan. apud Crivellum. *dec.* 64. *fub num.*

num. 28. Rota *dec.* 158. *num.* 14. *par.* 5. *recent.* apud Bich. *dec.* 271. *num.* 6. Peregr. *de fideic. art.* 13. *sub num.* 56. Et ad hoc, ut reciproca ex conjecturis inducatur, requiritur, quod conjecturæ concludant per necesse. *L. Lucius. tres heredes verf. non proponi secum rogatum ff. ad Trebell.* & Rota *dec.* 209. *num.* 23. *par.* 4. *to.* 2. *recent.*

114 Substitutio tacita de linea ad lineam reciproca inducitur, quando concurrunt tria requisita mox supra adducta, quia impossibile est, quod substitutus succedat ultimo morienti in tota hæreditate ab initio in duas lineas divisa, nisi per reciprocam linealem tota hæreditas ad ultimam lineatum prius devenerit, nisi testator induxisset reciprocam inter duas lineas. *L. Titia Seio.* §. *Seia. libertis. ff. de leg.* 2. Socin. jun. *conf.* 110. *nu.* 17. & 18. *lib.* 3 Surd. *conf.* 329. *sub. n.* 7. Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 3. Peregr. *conf.* 54. *num.* 7. *lib.* 1. Decian. *conf.* 28. *num.* 15. *lib.* 2. Rota *dec.* 300. *num.* 10. & *dec.* 361. *num.* 15. & *dec.* 493. *num.* 9. *par.* 1. *recent.* apud Bich. *l. c. n.* 19.

115 Substitutio facta alicui in casu, quo patronus præsentare non possit, aut nolit, continet, valgarem. Fusar. *conf.* 25. *num.* 12. & Peregr. *conf.* 52. *num.* 5. *lib.* 1. Sim. de Præt. *de interp. ult. volun. lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 3. *solut.* 3. *num.* 12. quæ fieri potest in contractibus, sicut in ultimis voluntatibus. *L. ut de heredibus ff. de leg.* 2. Surd. *conf.* 247. *num.* 3. & alii apud Bich. *dec.* 106. *num.* 12. & 13. & locum habet sive primo vocatus non exstiterit, sive præsentare noluerit, aut non potuerit. *L.* 1. *ff. de vulgar. & pupill. L. cum proponas* 16. *C. de heredib. instit. L. L. fi. C. de instit. & substit.* Decian. *conf.* 1. *a num.* 85. *lib.* 1. Peregr. *conf.* 33. *num.* 3. & 4. *lib.* 5. Menoch. *conf.* 1137. *num.* 68. Fusar. *conf.* 25. *num.* 18. Surd. *dec.* 228. *num.* 2. apud Bich. *l. c. num.* 14.

116 Substitutus venit hæredum appellatione. Cephal. *conf.* 499. *num.* 8. Fusar. *conf.* 12. *num.* 9. Peregr. *de fideic. art.* 32. *num.* 81. Surd. *dec.* 338. *num.* 1. Jas. Ludovic. *dec. Lucen. num.* 6. apud Bich. *dec.* 608. *num.* 7. in favorabilibus tantum, non in odiosis, & pœnalibus.

SUCCESSIO.

Praxis successionis.

§. I.

Successio ab intestato quando habeat locum.

1 Successio ab intestato non habet locum, quamdiu successio ex testamento procedere potest. *L. quamdiu. ff. de acquir. hered. L. quamdiu. ff. de R. J.* Oinot. *in Instit. lib.* 3. *tit.* 1. Farin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 65. neque pendente discussione, an testamentum sit validum, vel nullum. Bich. *dec.* 513. *num.* 28. Argel. *de acquir. possess. quæst.* 6. *art.* 8. *num.* 142. & *de legit. contradict. quæst.* 11. *art.* 5. *num.* 73. & Bich. *l. c.*

2 Successio in fideicommissis regulatur a successione ab intestato in fideicommissis. Ciarlin. *controv. for. cap.* 150. *num.* 14. Peregr. *de fideic. art.* 30. *num.* 20. Fusar. *de substit. quæst.* 379. *num.* 62. In emphyteusi Ecclesiastica an fiat in stirpes, vel in capita, vide Riccius in praxi *emphyteusis. par.* 3. *res.* 157. In feudis fit in stirpem, si succedit nepos cum patruo. Rota apud Rubeum *par.* 1. *dec.* 482. In Jurepatronatus hæreditario fit in stirpes, in gentilitio vero fit in capita. *Clement. plures* ubi. DD. *de Jurepat.* Riccius *in praxi Jurispatr. res.* 180. & 201. Carpon. *disc. for.* 203.

3 Successio fideicommissi debet durare in linea instituti, & donec in illa existunt descendent capaces, ad alias lineas transire non debet. Peregr. *de fideicom. art.* 27. *num.* 12. & *seqq.* Fusar. *de substit. quæst.* 484. *nu.* 34. Menoch. *conf.* 200. & Altograd. jun. *controv.* 4. & 53. Ciarlin. *controv. for. cap.* 11.

4 Successio in fideicommissis constitutis in Familia favore agnationis, & postmodum cognationis regulatur a successione ab intestato, licet fuerit constitutum ex contractu, ita ut proximior excludat remotiorem, si descendunt ex eadem linea. Peregr. *de fideic. art.* 21. Fusar. *de substit.* 481. Martha. *de success. legali. par.* 1. *quæst.* 12. *art.* 1. Bursat. *conf.* 170. *lib.* 2. & DD. quos citat Altograd. jun. *controv.* 53. secus si descendunt ex diversis lineis, juxta Peregr. & Fusar. *ll. cc.* quamvis contrarium defendat Altograd. *l. c.* Et ita in fideicom. ex contractu non habet locum jus repræsentationis. Robls *de repræsent. lib.* 3. *cap.* 12. Altograd. *l. c. num.* 8. & quamvis fideicommissum esset ex testamento, adhuc non haberet locum repræsentatio, quando non succeditur immediate ascendenti, sed tantum mediate, scilicet mediante persona gravati, in gradu seu linea transversali ultra gradum patrui avunculi, vel materteræ. DD. cit. Altograd. *controv.* 72. Fusar. *l. c. quæst.* 485. Pereg. *l. c.*

Successio ab intestato primo defertur descendentibus 5 proximioribus, qui excludunt remotiores, succedunt autem æqualiter tam patri quam matri, quamvis essent legitimati per subsequens matrimonium. Deficientibus vero Descendentibus succedunt ascendentes, ita ut in bonis paternis succedat solus pater, & in maternis sola mater, & si sunt plures in gradu impari, proximiores excludunt remotiores, & matre mortua pater excludit avum maternum, & e contra, non admisso jure repræsentationis, & cum plures sunt ascendentes in secundo, vel tertio gradu dispari, sed tamen defuncto in pari gradu conjuncti, dividitur hæreditas, & unam partem habent ascendentes paterni, aliam ascendentes materni. Si vero cum ascendentibus succedunt etiam collaterales, succedunt cum patre, vel matre in capita, si sunt utrinque conjuncti sublata sexus differentia. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 24. *sect.* 1. §. 3.

§. II.

Successio Descendentium.

Descendentium nomine veniunt omnes utriusque se- 6 xus. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 91. Natta. *conf.* 64. *vol.* 1. *num.* 8. Martha *de success. leg. par.* 1. *quæst.* 1. *num.* 5. Alex. *conf.* 160. *num.* 5. sive masculi sint nati ex fœminis, sive fœminæ ex masculis. Lim. si fuit habita ratio conservandæ agnationis. Lim. 2. si obstat statutum fœminarum exclusivum. Lim. 3. si ipsa materia successionis obstat, ut si versetur in successione feudi in quo non succedunt fœminæ. Franc. *dec.* 7. Schreder. *de feud. par.* 7. *cap.* 4. Martha *l. c. num.* 11. & 12. nisi aliter obtinuisset consuetudo, ratio est, quia fœminæ non conservant agnationem. Alex. *vol.* 1. *conf.* 80. *num.* 7. Menoch. *conf.* 95. *nu.* 53. Socin. jun. *conf.* 1. *nu.* 58. Castr. *conf.* 422. Martha. *l. c. n.* 18.

Descendentium masculorum nomine veniunt etiam 7 masculi ex fœminis. Rota *dec.* 150. *num.* 9. *par.* 2. *in noviss.* nisi repugnet subjecta materia, aut agatur de conservanda agnatione, vel aliter constet de mente testatoris. Anch. *conf.* 339. Menoch. *conf.* 802. *num.* 38. *lib.* 4. Peregr. *de fideic. art.* 26. *num.* 2. Manr. *de conject. lib.* 8. *tit.* 18. *nu.* 16. Martha *de success. leg. par.* 1. *art.* 2. *num.* 2. Potro agnationis conservandæ ratio non præsumitur, nisi exprimatur. Paris. *conf.* 24. *num.* 78. Item si obstet statutum, vel privilegium. Bart. *in L. liberorum. ff. de V. S.* Rald. *in L. maximum vitium. C. de liber. præter.* Martha *l. c. num.* 13. Hinc in feudis non succedunt masculi ex fœminis. Ant. de Butr. *conf.* 46. Dec. *conf.* 239. *num.* 5. Socin. jun. *conf.* 30. *num.* 49. Schreder. *de feud. par.* 7. *cap.* 4. *nu.* 3. & alii apud Mart. *l. c. quæst.* 3. *num.* 6. nisi investitura fuerit data pro se, & descendentibus masculis per virilem sexum, vel ex suo corpore legitime descendentibus, in qua continetur etiam nepos ex filia fœmina, quia est de descendentibus primi acquirentis, vel simus in emphyteusi Ecclesiastica, quæ regulariter transit etiam ad fœminas.

Filii in dote materna profectitia succedunt matri ex- 8 cluso avo ex consuetudine, si filii exstant tempore mortis maternæ. Thes. *dec.* 190. Gratian. *dec.* 235. Capic. *dec.* 176. & Rota apud Martham *de success. leg. par.* 1. *quæst.* 4. *a num.* 2. licet unica tantum hora supervixerint matri, & quidem succedunt ut filii, non ut hæredes. Castr. *in L. si cum dotem. ff. sol. matrim.* Ripa *in L. in quartam. num.* 191. *ff. ad L. Falc.* Martha *l. c. num.* 10.

Filii diversi matrimonii substituti ad invicem a patre succedunt æqualiter. Bart. *in L. Lucius. ff. de vulgar. & pupillar.* Bald. *in L. in testamento quæst.* 5. ubi Salic. *C. de milit. testam.* Dec. *conf.* 304. Berous. *conf.* 143. *nu.* 17. Menoch. *conf.* 187. *num.* 15. Curt. jun. *conf.* 25. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 9. *gl.* 1. *nu.* 41. & alii apud Mart. *l. c. quæst.* 5. *art.* 1. *a num.* 2. Succedunt

matri

matri etiam in bonis, ad quæ mater successerat per mortem alterius filii de consuetudine aliquorum locorum. De jure vero communi in illa bona succedunt filii utrinque conjuncti. Martha *l. c. n.* 16. & 21.

10 Filius uterinus in successione matris, cum statutum excludit fœminas propter masculos, non excludit sororem uterinam, quia uterinus non est agnatus, quia fœminæ non habent jus agnationis *L. qui in adoptionum. ff. de adopt.* §. 1. *Instit. de legit. cognat. success.* Bald. *cons.* 59. Angel. *cons.* 119. Socin. *cons.* 1. *n.* 51. Martha *l. c. art.* 3. *num.* 2. si statutum excludat fœminas a successione patris, & matris, tunc masculus de linea materna excludit fœminam de eadem linea. Castr. *cons.* 91. Dec. *cons.* 303. *num.* 7. Paris. *cons.* 49. *n.* 65. Jas. *cons.* 115. *n.* 23. Martha *l. c. n.* 8. Hended. *cons.* 1. *n.* 1. *vol.* 2.

11 Filii positi in conditione non sunt vocati. DD. apud Martham. *par.* 1. *quæst.* 9. *art.* 1. Bart. *in L. Centurio. num.* 37. *ff. de vulgar.* Menoch. *cons.* 135. *num.* 6. nisi per fideicommissum fuerint gravati. Thes. *dec.* 69. *num.* 10. præsertim concurrentibus adminiculis. Put. *dec.* 215. *par.* 3. Item si testator digressus fuit ad plures substitutionis gradus. Anchar. *cons.* 74. Trentacinque *de substit. par.* 4. *cap.* 11. *num.* 27. Crass. *in* §. *fideicomm. quæst.* 14. *num.* 3. Menoch. *cons.* 173. *n.* 55. *vol.* 2. & *de præs. lib.* 4. *præs.* 76. *num.* 53. Thes. *dec.* 69. *num.* 15. sed contrarium tenuit Rota *dec.* 1154. *par.* 3. *lib.* 1. *in noviss.* & Imola *in L. pater impub. ff. de vulgar.* Item si fuerunt positi in conditione per ablativos absolutos. Socin. jun. *cons.* 4. *num.* 2. *vol.* 1. Dec. *cons.* 205. *n.* 5. & 578. *num.* 12. Menoch. *cons.* 152. *n.* 9. *vol.* 2. & *de præs. lib.* 4. *præs.* 76. *n.* 62. Martha *l. c. quæst.* 9. *art.* 4.

12 Substitutio reciproca inter filios dicitur facta, si testator filios masculos posuit in conditione, & postea addidit; & deficiente linea dicti Instituti, ac suorum filiorum masculorum, eo casu substituit Ecclesiam. Bart. *in L. qui testamento. num.* 4. *ff. de vulgar.* Rota *dec.* 141. *par.* 1. *in noviss.* Gamma *dec.* 367. Martha *l. c. quæst.* 9. *art.* 5. *n.* 33.

13 Primogeniti nomine non venit filia fœmina primo nata, quia in dispositione odiosa masculinum non complectitur fœmininum. ita Martha *l. c. quæst.* 1. *art.* 2. & *quæst.* 11. *art.* 2. *num.* 11. & in materia Dignitatis, & jurisdictionis masculi semper fœminis præferuntur in Jure primogenituræ. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 11. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. *a num.* 6. Paris. *cons.* 72. *num.* 71. *vol.* 4. Martha *l. c. num.* 12. si vero testator vocaret primogenitum in genere, vel eum, qui primogeniti locum teneret, etiam fœmina primogenita comprehenderetur. *L. qui duos. ff. de leg.* 3. *L. justa. ff. de V. S.* quia vero in primogenituris succeditur ad instar feudi, secundum Paris. *cons.* 72. *num.* 73. Socin. *cons.* 47. *num.* 4. ideo fœmina primo nata est admittenda, donec non supersunt masculi. *cap.* 1. §. *quin. etiam.* & §. *ad filias. de success. fratrum.* Ideo si testator vocavit primogenitos ordine successivo, masculus præfertur, quia ordo primogenituræ habet, quod masculo existente fœmina non succedat in primogenitura. Covar. *l. c. cap.* 5. *n.* 5. *vers.* 4. & DD. si vero in fideicommisso vocatur primogenitus masculus ex pluribus fœminis, semper intelligitur vocatus, secundum ordinem delatæ successionis ab intestato. Peregr. *de fideicom. art.* 20. *n.* 9. *vers. tertius casus.* Unde si testator carens filiis instituit, & ad invicem substituit fratres masculos, ita ut fideicommissum pervenire debeat ad primogenitum ex illis nasciturum, & his deficientibus ad filium primogenitum nasciturum ex eorum filiabus, succedendum est juxta ordinem delatæ successionis ab intestato, ita ut ultimo morienti succedatur. Rota apud Marthan. *l. c. n.* 17. & attendi debet juxta dictam Rotam, quis sit ultimo descendenti proximior, quia mens testatoris videtur fuisse, quod portio patris ad filios veniat, licet aliter sit testatori proximior. Ruin. *cons.* 25. *num.* 10. Item cum fideicommissum conceptum fuit per verba collectiva, uti primogenitus masculus nasciturus ex dictis fœminis, tunc succeditur per gradus vocando filios ultimo gravati. Rol. *cons. ult. vol.* 1. Alex. *cons.* 38. *n.* 1. apud Martham. *l. c.*

14 Filius primogeniti excludit patruum, seu secundo genitum a successione Regni, vel dignitatis, pro qua sententia stare totam Europam testatur Martha *l. c. art.* 3. *quæst.* 11. *n.* 2. Castr. *cons.* 164. Bald. *cons.* 309. nisi aliter consuetudine cum geminata successione per spatium triginta, vel quadraginta annorum fuerit inductum, aut pacto. Martha. *d. quæst.* 11. *art.* 4. *num.* 4.

Sed quid si testator deficiente linea vocavit proximiores? filia testatoris excluditne pronepotes Instituti, & debetne attendi proximitas testatoris, vel gravati fideicommisso? Aliqui volunt esse attendendam proximitatem testatoris. ut Alciat. *cons.* 102. *n.* 7. *lib.* 9. Rol. *cons.* 70. *num.* 73. quamvis. *cons.* 100. contrarium teneat, & velit attendendam proximitatem gravati. Socin. *cons.* 6. *num.* 21. qui tamen *cons.* 249. stat pro proximitate gravati, & alii, qui sibi contrarii sunt. Econtra communis stat pro proximitate gravati. Martha. *l. c. quæst.* 12. *art.* 1. *n.* 3. qui testatur de magis communi. Gozzad. *cons.* 4. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 76. Grat. *cons.* 88. Rota apud Mart. *l. c. n.* 12. *vers. propterea.* qui testatur, ita fuisse judicatum in Senatu supremo Lusitaniæ, Avenion. Bart. *in L. si. ff. ad Trebell.* Dec. *cons.* 153. neque obstat in contrarium. *L. Cohæredi.* §. *cum filiæ. ff. de vulgar.* Ubi dicitur, quod in fideicommissis succeditur testatori, non gravato, quia respondetur, quod per vulgarem succeditur immediate testatori, per fideicommissum vero mediate, nimirum mediante gravato, ad quem prius hæreditas pervenerat, quia ex quo gravatus fuit semel admissus, ejus proximior præsumitur a testatore magis dilectus. *L. cum acutissimi. C. de fideicom. L. Publicus.* §. 1. *ff. de cond. & demonstrat.* Martha *l. c. a num.* 15. & *L. jam hoc jure ff. de Vulgar.* In vulgari vero supponitur institutum non adivisse. 15

Filia si fuit vocata cum nepotibus ex filio, cum illis succedit in stirpem, non in capita DD. apud Martham. *d. quæst.* 12. *art.* 3. Dec. *cons.* 420. *num.* 7. Claus. *in* §. *testamentum. quæst.* 80. si vero nepotes vel nepies fuerunt nominatim vocati, aut tempore testamenti nondum erant nati, succedunt in capita. Vide Martham *l. c. n.* 7. & 11. 16

Filia exclusa per statutum a successione, potest succedere ex testamento, quamvis sit imperfectum, sed inter liberos. Alex. *cons* 131. Socin. *cons.* 182. Ruin. *cons.* 144. *n.* 13. & alii apud Martham *l. c. quæst.* 13. *art.* 1. Exclusa propter masculos an succedat in legitima, vide eundem. *art.* 2. & 3. *ubi art.* 3. quid de dotata, & de legato relicto in testamento. *art.* 7. & an privetur beneficio legis hac edictali. *art.* 11. & quid de filia, quæ renuntiavit. Idem *quæst.* 15. *per totam.* quid de successione legitimorum, & legitimatorum & adoptivorum, vide eundem tota *quæst.* 19. & in praxi *filiorum, & legitimatorum.* 17

Quæres, an filii nubentes absque consensu parentum possint propter statutum exhæredari? Respondetur primo non posse statutum prohibere, ne filiusfam. nubat sine consensu parentum sub pœna exhæredationis. Host. & And. *in cap. fin. de secund. nupt.* Butr. vel & Abb. *in cap.* 1. *de sponsal.* Feder. de Sen. *cons.* 340. Jo. Brunel. *de sponsal. quæst.* 19. Jo. And. *in cap. statutum.* ubi Anchar. *de hæred. in* 6. Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ num.* 130. *De constit.* quia matrimonium pertinet ad forum Ecclesiasticum. *cap. tua de ord. cognit.* & ideo sæculares ex defectu jurisdictionis non possunt quidquam super illo disponere. Ad hæc matrimonia debent esse libera. *cap. gemma de sponsal.* quæ libertas a Laicorum statutis coarctari non potest. Bald. *in L. omnem C. ad Tertull. n.* 13. Contrarium tenet Martha *de success. legati. par.* 1. *quæst.* 26. *art.* 5. vide quæ diximus in praxi *legitimæ, & Patris.* 18

§. III.

Successio Ascendentium.

Ascendentes, quando agitur de successione activa, proximior excludit remotiorem. Ita Pater excludit Avum, Mater Aviam. *L. Jurisconf.* §. *parentes. ff. de grad. affinit.* nec in illis habet locum jus repræsentationis. Alex. *cons.* 15. *vol.* 2. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 14. *gl.* 2. *n.* 23. ita tamen, ut in bonis filii, quæ provenerunt a patre, præferantur ascendentes per lineam paternam, & in bonis, quæ provenerunt a matre, præferantur ascendentes per lineam maternam. Gabr. *de success. ab intest. conclus.* 3. Covar. *de success. ab intest. num.* 2. Tira- 19

Tiraquel. *l. c.* §. 14. *gl.* 2. Anchar. *conf.* 349. Bald. *novel. de dote col.* 14. Campeg. *de dote par.* 3. *quæst.* 161. Martha *de success. par.* 2. *quæst.* 1. *art.* 1. *nu.* 7.

20 Si vero post mortem filii superfunt pater, frater defuncti utrinque conjunctus, & alterius fratris filii, pater, & frater defuncti vivus fuccedunt in capita, filii vero alterius fratris fuccedunt in ftirpem, & tantum capiunt, quantum haberet pater, fi viveret. Nicol. de Ubald. *in trac. de success. ab intest. par.* 2. *princ. num.* 5. *gl. in auth. cessante*. C. *de legit. hæred.* Bart. *in L. post. Consanguineos. num.* 2. *ff. de suis, & leg.* Alex. *conf.* 125. *vol.* 2. *num.* 3. Martha. *l. c. art.* 2. fi vero cum afcendentibus proximioribus concurrit frater ex uno tantum latere conjunctus, aut confanguineus tantum, tunc non concurrit, quia parentes æquiparantur utrinque conjunctis. Sed utrinque conjuncti excludunt ex uno latere conjunctos. Bald. *in auth. defuncto. C. ad Tertull.* & DD. fupra cit. Lim. cum ftatutum excludit fœminas propter mafculos favore familiæ, & agnationis, quia tunc fimul admittuntur fratres vel forores utrinque conjuncti, & fratres, & forores ex uno latere tantum conjuncti. Caftr. *in L.* 1. *C. de legit. hæred* Ruin. *conf.* 29. *nu.* 3. Idem procedit in fucceffione feudi, in qua tantum habetur ratio agnationis. Curt. jun. *de feud. par.* 3. *quæst.* 5. *&* 6. *num.* 56. Socin. jun. *conf.* 24. *num.* 7. Rofenthal. *in trac. de feud. par.* 7. *cap.* 57.

21 Pater tranfiens ad fecundas nuptias privatur proprietate bonorum filii, uti etiam mater. nubentes vero infra annum luctus privantur fucceffione filii. *L. fœminæ.* §. *illud. C. de fecund. nupt.* ubi gl. Salic. & Bart. *num.* 2. Oldrad. *conf.* 33. Decian. *conf.* 87. *num.* 3. Boer. *dec.* 190. Martha. *l. c. quæst.* 2. *art.* 1. *num.* 2. *&* 3.

22 Quæres, an dictæ LL. civiles fuerint revocatæ a Jure Canonico *in cap. fin. de fecund. nupt.* Refpondetur quoad pœnas fecundo nubentium infra annum luctus effe revocatas a Jure Canonico *l. c.* quoad pœnas vero nubentium poft annum luctus, quæ fuerunt latæ favore filiorum, non fuiffe fublatas, quia infra annum luctus nubentium pœnæ funt mere pœnæ, & ideo per SS. Canones tolli potuerunt. Nubentium vero poft annum luctus pœnæ, funt eorum, qui ex primo matrimonio nati funt circa lucrum a Lege delatum fuper bonis filii provifiones, quas Jus Canonicum non potuit aufferre. Innoc. Hoftien. & Butr. *in cap. fin. de fecund. nupt.* Archid. *in cap.* 1. §. *fin.* 2. *quæst.* 4. Jo. Andr. *in cap. cum fecundum. de hære. in* 6. gl. & Bart. *in L. liberorum. ff. de his qui not. infam.* Afflict. *dec.* 15. *a num.* 5. Hæc lucra non amittit nubens de licentia defuncti, quia tunc provifio pro filiis ceffat. Idem, fi filius prioris matrimonii confentiat. Martha. *l. c. num.* 6. ubi DD. cit.

23 Mater cum fratribus inftituta hæres admittitur pro virili. Martha *l. c. par.* 2. *quæst.* 3. *art.* 4. Lim. cum pater filiorum inftituit illorum matrem Dominam, & Patronam, & filios ad invicem fubftituit, quia tunc ob filiorum inftitutionem, quos magis dilexiffe præfumitur, eorum mater tantum alimenta habere debet. Barr. in *L. Titia cum testamento.* §. *Titia non nuberet. ff. de leg.* 2. gl. & DD. *in auth. hoc locum C. de fecundis nupt.* Gozzad. *conf.* 80. *num.* 4. & ita fervatur in Italia, quæ præftatio alimentorum tranfit in naturam pleni, & integri ufusfructus præftandi. Martha. *l. c. art.* 4. *nu.* 4. Ab inteftato vero mater, & fratres, vel forores utrinque conjuncti admittuntur fimul ad fucceffionem filii, & refpective fratris prædefuncti in viriles portiones, vel in capita, exclufa omni fexus differentia. Auth. *defuncto. C. ad Tertull.* Parif. *conf.* 49. *vol.* 3. *& conf.* 146. *num.* 26, *vol.* 4. Socin. jun. *conf.* 4. *num.* 11, Dec. *conf.* 206.

24 Mater exiftens in medio, an excludatur per fubftitutionem compendiofam a pagano per verba communia filio impuberi factam, dubium eft, & controverfum, quia per pupillarem expreffam excludi certum eft. *L. Papinianus.* §. *fed nec impub. ff. de inoff. testam. cap.* 1. *de testam. in* 6. Dicuntur autem verba communia: *Relinquo, fubftituo.* Item *hæres inftituatur, perveniat, fuccedat, devolvatur.* Bart. *in L. Centurio.* 15. *num.* 46. *ff. de vulgar. & pupillar.* Abb. *in cap. Raynut.* 15. *de testam.* Ideo dicendum, quod extraneus pupillariter fubftitutus filio impuberi in teftamento patris excludat matrem fuperftitem etiam a legitima portione, ipfi in pupilli bonis debita. Ratio eft, quia quoad patrem impuberis non eft hæres neceffaria, cui maritus non tenetur aliquid in teftamento relinquere, quod procedit quoad omnia bona filii, etiam maternam per lineam acquifita. *L. Papinianus.* 8. §. *fed nec impuberi. ff. de inoff. testam.* nec fubftitutio pupillaris arguit, teftamentum effe filii, fed patris pro filio teftantis, fubftitutus vero per fubftitutionem pupillarem tacitam, vel fubintellectam in vulgari expreffa non excludit matrem. *L. precibus.* 8. *C. de Impub. & al. fubstit.* Bart. *in d. L. Centurio.* Covar. *in cap. Raynut.* 16. §. 4. *nu.* 6. *de testam.* quia lex tantum loquitur de fubftitutione expreffe pupillari, vel nifi fubftitutus fit frater inftituti, & filius teftatoris, qui pariter excludit matrem per tacitam pupillarem, ob præfumptionem, quod teftator voluerit filium fuum uxori præferre, ficut etiam per tacitam vulgarem contentam in pupillari expreffa excluditur mater filii impuberis, quia tacita non habet locum, nifi quando filius non eft hæres, vel quia repudiat hæreditatem, vel quia ante patrem moritur, & ita per illum non fucceditur filio, fed patri teftatori, qui non tenetur quidquam uxori relinquere.

Subftitutus per compendiofam factam verbis directis, 25
veluti: *Inftituo hæredem filium meum impuberem, & quandocunque decefferit, Titius hæres esto.* fi mortuus eft hæres poft pubertatem, valet fubftitutio, non ut directa, fed ut fideicommiffaria, quia licet teftator fubftituerit per verba directa: *Hæres esto*, fi mortuus eft hæres poft pubertatem, valet fubftitutio, non ut directa, fed ut fideicommiffaria; quia licet teftator fubftituerit per verba directa: *Hæres esto*, tamen apparet, quod teftator habuerit animum fubftituendi impuberi poft pubertatem, & ita per fideicommiffum. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 26. *sect.* 2. *num.* 70. Martha *de success. leg. par.* 2. *quæst.* 2. *art.* 7. *per totum.* fi vero teftator fubftituit impuberi per verba communia, quæ tam directam, quam obliquam fubftitutionem fignificare poffunt, & illam fubftitutionem non reftrinxit ad annos pupillares, fi filius deceffit poft pubertatem, locum habet fucceffio fideicommiffaria. P. Pirhing. & Martha. *ll. cc.* funt autem ejufmodi verba communia: *Relinquo, fubftituo, perveniat, fuccedat, devolvatur &c.* Pirhing. *l. c. num.* 71. qui citat Bart. *in L. Centurio.* 15. *num.* 56. *ff. de vulgar. & pupill.* Abb. *in d. cap. Raynutius. num.* 15.

Avus in quibus cafibus proximioribus præferatur, & 26
matrem Nepotis excludat, vide per longum apud Martham. *d. par.* 2. *quæst.* 5. *art.* 2. *&* 3. & quando excludatur in fucceffione Nepotis, vide eundem. *l. c. art.* 3.

§. IV.

De fucceffione Collateralium.

Proximiorum nomine veniunt tam feminæ, quam maf- 27
culi, nifi Teftator, vel ftatutum confideraverit favorem agnationis. Menoch. *de præf. lib.* 4. *præf.* 85. *num.* 25. Cravetta *conf.* 656. *num.* 7. Martha *l. c. par.* 3. *quæst.* 1.

Proximioribus agnatis a Teftatore vocatis intelligitur 28
de proximioribus Teftatori non gravato. *L. fi cognatis.* ubi Bart. *ff. de reb. dub.* Alex. *conf.* 213. *vol.* 6. Socin. *conf.* 249. *vol.* 2. Cephal. *conf.* 318. *num.* 14. Martha *l. c. num.* 8. Limit. in fideicommiffariis fuccefforibus, habentibus tractum fucceffivum in futurum, in quibus femper propinquitas gravati attenditur. Vafquez. *de success. progress. lib.* 1. §. 27. *num.* 6. Trentacinq. *de fubstit. par.* 4. *cap.* 14. Burfatt. *conf.* 70. *num.* 23. *vol.* 2. Decian. *conf.* 26. *num.* 74. qui hanc hodie communiorem vocat. Cephal. *commun. contra commun.* teftatur effe magis communem, & magis veram. Rota *dec.* 72. *num.* 2. *par.* 1. *in noviss.* dicit effe communiorem, & juxta hanc femper fuiffe judicatum teftatur Martha *l. c. num.* 9. Nifi Teftator poft factum fideicommiffum, & alienationis prohibitionem fecutam in cafum contraventionis vocarit proximiorem, quia tunc intelligitur de proximiore fuo, fcilicet Teftatori; nam ficut contraventorem fuæ prohibitioni odio habuit, ita & ejus filios, aut nifi Teftator vocaverit proximiores fuos cum pronomine *fuos.* Ripa *in L. ex facto.* §. 1. *num.* 6. *ff. ad Trebell.* Menoch. *conf.* 106. *num.* 181. Surd. *conf.* 241. *num.* 47. *vol.* 2. Decian. *conf.* 26. *num.* 75. *vol.* 2. Et quando a teftatore vocantur proximiores, intelligitur de proximioribus vere, & non ficte, ita ut

ut non sit locus repræsentationi. Dec. *cons.* 1. *num.* 5. Bald. *in L. cum ita. §. in fideicom. ff. de leg.* 2. Crass. *in §. fideicommissum. quæst.* 11. *num.* 9. Socin. jun. *cons.* 20. Menoch. *cons.* 357. *num.* 3. *vol.* 4. nisi ageretur de fideicommisso patrui carnalis, aut avi, in quibus casibus est permissa repræsentatio. Martha *de success. leg. par.* 1. *quæst.* 23. *art.* 1. *& par.* 3. *quæst.* 1. *num.* 13. Socin. jun. *cons.* 146. *vol.* 2. Covar. *pract. quæst. cap.* 38. *num.* 4. Thes. *dec.* 65.

29 Sed quæstio difficilis est, an proximior ex linea tertiogeniti præferatur remotiori ex linea secundogeniti, si linea primogeniti exspiravit. Peregrin. *cons.* 1. *vol.* 2. late pertractat hanc materiam, & Martha contra Peregrin. *de success. legali. par.* 3. *quæst.* 1. *art.* 2. *per totum.* Peregrin. vult primo succedere primogenitum, secundogenitum vero, & tertiogenitum non omnino excludi per existentiam primogeniti, sed temporaliter, nimirum donec vivit primogenitus, & ejus posteritas, juxta *cap. licet. de voto.* adeo, ut posteritas primogeniti excludat secundogenitum, & ejus posteritatem, & posteritas secundogeniti excludat tertiogenitum, & ejus posteritatem, & probat potissimum ex eo, quia prima causa influit in secundam, *L. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat.* sed prima causa secundogeniti est validior in succedendo causa tertio geniti: ergo debet influere in suos descendentes cum sua prærogativa ad prælationem. Tum quia in subordinatis, donec subest materia primi, non est locus secundo. Tum quia licet primogenitura, quæ est jus personale, non transmittatur ad filium primogeniti, sicut nec filiatio, juxta Bart. *in L. is potest. num.* 8. *ff. de acquir. hered.* tamen jus succedendi ex vi primogenituræ transmittitur in filios, & descendentes, sicut dicitur de jure succedendi ex vi filiationis, quia in filio consideratur duplex jus, alterum filiationis, quod est mere personale, alterum successionis, quod a filiatione provenit; quod quidem jus in eo consistit, quia, si est in potestate, est jus suitatis, propter quod illi debetur legitima, & debet institui, vel exhæredari, quæ jura mortuo filio vivo patre transeunt in Nepotes. *L. Gallus. & L.* 1. *§. suos. ff. de suis. & legit.* Alex. *cons.* 142. *vol.* 2. Tum quia prærogativa succedendi ex vi primogenituræ transmittitur a primogenito in suos descendentes. Oldrad. *cons.* 224. & descendentes a primo, vel secundo genito possunt dicere se esse primogenitos, vel secundo genitos. Contra hanc Peregrini doctrinam insurgit Martha *de success. leg. l. c. num.* 17. & primo probat transmissionem in hoc casu non posse habere locum; quia hæreditas non delata, non transmittitur. *L.* 3. *L. quoniam. C. de acquir. hæred. L.* 1. *§. novissime. C. de caducit. toll.* Bart. *in L. fin §. fin. num.* 3. *ff. ad Tertull.* quia fundamentum transmissionis in eo consistit, quod jus, quod transmitti debet, delatum fuerit, *L. ventre.* ubi Bar. *nu.* 1. *ff. de acquir. hered.* Bald. *in L. quidam elogio. num.* 3. *& in L. cum antiquioribus. C. de Jure deliber.* & *cons.* 132. *vers. sciendum. vol.* 2. quia quod nondum competit, non dicitur in bonis nostris. *L. substitutio. ff. de acquir. rer. dom.* Noal. *de transmiss. cas.* 1. *num.* 3. *&* 6. ubi id pluribus probat, & pluribus probat *in casu* 8. Vasquez. *de success. progress. §.* 9. *num.* 14. Vincent. de Franc. *dec.* 101. *nu.* 24. Surd. *dec.* 140. *num.* 5. *&* 6. Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. & præposterum est prius transmittere, quam habere: ergo jus primogenituræ, quod secundo & tertio genito non competiit, ab illis ad descendentes transmitti non potuit, quia non entis nullæ sunt qualitates. Dec. *cons.* 6. *nu.* 81. *vol.* 1. & nemo dat, quod non habet. *L. observare in fin. ff. de off. procons.* & tale jus non potest stare in pendenti. *L. si ex duobus. §. sed & Marcellus. ff. de in diem adject.* Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 10. *& lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 6. & jus, quod non est, cedi non potest, gl. *in L.* 1. *§. cum prædium. ff. de pignor.* Tiraquell. *de retrac. lignag. §.* 26. *gl.* 1. *num.* 56. & successio cum qualitate primogeniti non potest transmitti ad hæredes suos ab illo, qui illa qualitate caret. Dec. *cons.* 443. *num.* 12. & alii apud Martham *l. c.* præsertim in successione collateralium. Bart. *in auth. post fratres. C. de legit. hæred.* ut patet *in Clem pastoralis. de re jud.* & innumeros citat Martha *l. c. num.* 23.

30 Secundo probat, neque jure repræsentationis eandem sustineri posse, quia, si agitur successione ascendentis, filii non repræsentant personam patris, quamvis in ejus locum succedant, vel agitur de jure patrui, & illius successione, seu Avunculi, & tunc filius repræsentat patrem, & illius gradum ingreditur, & in illius succedit portionem. Auth. *ut fratrum filii. §. si igitur defunctus.* & *auth. de hered. ab intest. venien.* sed in hoc casu, ut filius repræsentet personam patrui, aut avunculi, requiritur, quod ipse succedere debeat cum fratre, seu fratribus patrui, aut avunculi, de cujus successione agitur, alias non est locus repræsentationi. Cephal. *cons.* 431. *num.* 11. Grammat. *dec.* 1. *num.* 6. & Bursat. *cons.* 170. *num.* 26. *vol.* 2. Socin. jun. *cons.* 116. *num.* 9. Dec. *cons.* 1. *num.* 4. Nicol. de Ubald. *de success. ab intest. par.* 3. *princ.* Gabr. *de success. ab intest. conclus.* 1. 13. Ad hæc repræsentatio non habet locum in illa dispositione, in qua vocatur proximior. *§. cum filius. vers. ne qui gradu proximior. Instit. de hered. qui ab intest. §.* 1. *ver. in hoc enim ordine graduum. §. si igitur defunctus. vers. hos præponi volumus.* auth. *de hered. ab intest. venien.* Corset. *in trac. de potest. regia. quæst.* 102. *num.* 76. *vers. Ergo.* Gabr. *de success. ab intest. conclus.* 2. *num.* 20. & plures apud Martham. *l. c. num.* 34.

Tertio linea est quantitas quædam habens principium, & extremitatem, juxta Bald. *cons.* 232. *vol.* 1. *vers. quia linea. vol.* 2. & ideo linea incipit in filio. Menoch. *cons.* 957. *vol.* 10. & pater non est de linea, sed est principium, & causa lineæ. Menoch. *cons.* 883. *num.* 8. *vol.* 9. Et ideo, si filius non est natus, cessat principium lineæ, cum ergo linea primogeniti supponatur extincta, & filium secundogenitum multo tempore antea decessisse, quamvis aliqui illius descendentes existent, qui tamen de linea secundogeniti dici non possunt, quæ nunquam initium habuit, frustra quæritur, an is, qui est de descendentibus secundogeniti, qui potuisset esse primogenitus, si supervixisset, excludat alium descendentem ex tertio genito, qui pariter potuisset esse primogenitus, si supervixisset post primogenitum, & secundogenitum. Cessante ergo ratione linearum primogenituræ attendenda est proximitas prout de jure. Decian. *cons.* 98. *num.* 13. *vol.* 3. Martha *l. c. num.* 42. & proximior ultimo defuncto succedere debet, quod patet inductione. Nam in successione feudi proximior ultimo defuncto præfertur. *cap.* 1. *de natur. success. feud.* Covar. *pract. quæst. cap.* 38. *num.* 1. Bald. *cons.* 200. *vol.* 5. Dec. *cons.* 445. *num.* 19. Socin. *cons.* 86. *col. fin. vol.* 3. Tiraquel. *l. c. §.* 11. *gl.* 1. *num.* 19. Martha *l. c. num.* 43. maxime, si feudum est hæreditarium, seu mixtum. Responsiones ad argumenta Peregrini, vide apud Martham. *l. c. a num.* 64. *per totum.* 31

Inter collaterales successio non extenditur ultra decimum gradum, tam ex testamento, quam ab intestato. Dec. *cons.* 321. *num.* 3. Castr. *cons.* 383. Tiraquell. *de retrac. lignag. §.* 1. *gl.* 9. *num.* 24. Martha *par.* 3. *quæst.* 2. *art.* 2. *num.* 10. *de success. leg.* 32

Frater utrinque conjunctus excludit fratrem ex uno latere conjunctum in successione fratris, sive sit consanguineus, sive uterinus. *§. si igitur defunctus. auth. de hæred. venien. ab intest.* Nicol. de Ubald. *de success. ab intest. par.* 3. *col.* 1. Lim. in feudis, in quibus duplicitas vinculi non attenditur. Curt. *in trac. de feud. par.* 2. *tertia part. princ. quæst.* 6. *num.* 56. Tiraquell. *de retrac. lignag. §.* 14. *gl.* 2. *num.* 10. Dec. *cons.* 444. *num.* 5. Alex. *cons.* 9. *num.* 14. Martha *l. c. par.* 3. *quæst.* 4. *art.* 2. Quod si non adsunt fratres utrinque conjuncti, nec eorum filii, tunc admittuntur uterini, vel ex uno latere conjuncti etiam consanguinei. In bonis tamen maternis uterini præferuntur, & in paternis præferuntur consanguinei. In aliis vero bonis, quæ aliunde obvenerunt, succedunt æqualiter. *L. de emancipatis. §. de except. C. de legit. hered. L. fin. C. commun. de success.* Nicol. de Ubald. *l. c.* Martha. *l. c. n.* 9. Covar. *de success. ab intest. nu.* 8. 33

Patrueles inter se succedunt in capita, & non in stirpem, quia in transversalium successione, vel hæreditate semper succeditur in capita, si sunt in eodem gradu, quamvis sint in diversis lineis. Bart. *in L.* 2. *ff. de suis, & legit. §.* 1. Jas. *cons.* 173. *vol.* 4. Socin. jun. *cons.* 133. Martha *l. c. num.* 10. 34

Fratres naturales, qui ex eadem matre, sive sint ex eodem concubinatu, sive ex diverso, ex legitimo marito nati, inter se invicem succedunt. *L. hac parte. & L. si spu-* 35

spurius ff. unde cognati. Martha *l. cit. n.* 12. Imo possunt fratres ad invicem pacisci de succedendo invicem exclusis fœminis pro agnationis conservatione. Bart. *cons.* 72. Oldrad. *cons.* 139. Dec. *cons.* 184. Martha. *loc. cit. num.* 13.

36 Frater utrinque conjunctus succedit simul cum consanguineo in fideicommisso paterno, quia testatori æqualiter sunt conjuncti, & eosdem æqualiter dilexisse præsumitur. Tiraquell. *de retrac. lignag.* §. 11. *gl.* 1. *num.* 13. Menoch. *cons.* 124. *num.* 9. *vol.* 2. Berous *cons.* 143. *nu.* 18. *vol.* 2. Martha *l. c. art.* 3. *num.* 2.

37 Frater a successione excludit patruum & amitam, & frater unius patruelis excludit fratrem alterius patruelis; quia proximior excludit remotiorem. §. *si vero. auth. de hæred. ab intest. ven.* Socin. jun. *cons.* 36. *vol.* 1. Berous *cons.* 95. *vol.* 2. *num.* 24.

38 Successio ab intestato non habet locum, donec discutitur, an testamentum sit verum, vel falsum. Argell. *de acquir. possess. quæst.* 6. *art.* 8. *num.* 142. *& de legit.* contradict. *quæst.* 11. *art.* 5. *a num.* 73. Decian. *cons.* 74. *a num.* 34. *lib.* 5. Thomat. *dec. Maceraten.* 82. *nu.* 9. *&* 10. apud. Bich. *dec.* 513. *num.* 38.

39 Successio hæreditaria regulariter denotatur per verbum *succedat*. Decian. *cons.* 1. *nu.* 16. *&* 17. Mant. *de conjectur. lib.* 3. *tit.* 18. *nu.* 12. Rota *dec.* 623. *sub. nu.* 7. *vers. tamen. par.* 4. *recent.* apud Bich. *dec.* 207. *num.* 15.

40 Successionis tempus est attendendum circa capacitatem succedendi. *L. si cognatis. ff. de reb. dub.* Alba *cons.* 106. *num.* 12. Menoch. *cons.* 828. *num.* 33. Surd. *dec.* 20. *nu.* 8. Giurba *de success. feud.* §. 2. *gl.* 4. *a num.* 3. Cyriac. *controv.* 4. *num.* 14. *&* 15. Bich. *dec.* 52. *num.* 22. *dec.* 625. *num.* 30. Bald. *in L.* 2. *C. de jure emphyt.* Peregr. *cons.* 33. *n.* 22. *lib.* 2. Valenz. *cons.* 83. *num.* 31.

Successio inter adoptantem, & adoptatum, & arrogantem, ac arrogatum qualiter reguletur, vide *Filius*, & *Pater*.

41 In successione filiorum nomine qui veniant, vide in praxi *filiorum*, & Martham. *par.* 1. *quæst.* 2. *art.* 1. *& seq.* & Nepotum nomine, vide in praxi *Nepotum*, & Martham. *l. c. quæst.* 3. An mater præferatur Avo in successione infantis, vide Martham. *l. c. art.* 5. *pro Avo.* & *L. si infanti. C. de jure deliberan. a nu.* 2.

42 Successor singularis, quamvis sit Episcopus, non tenetur stare locationi factæ a Prædecessore etiam ad modicum tempus. gl & Abb. *in cap. ult. Ne Prælati vices suas.* Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 15. Redoan. *de reb. Eccles. non alienandis. quæst.* 5. Paris. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 47. Quaranta *in verb. alienatio. nu.* 19. Pajatell. *annot.* 56. Riccius *in prax. part.* 1. *res.* 108. Bonac. *par.* 3. *quæst. de contrac.* Barb. *de pot. Episc. alleg.* 94. Ciarlin. *controv. for. cap.* 93. Put. *dec.* 175. Merlin. *dec.* 826. *Lim.* si locatio ab Antecessore fuit facta nomine Ecclesiæ, & illi fuit utilis, & pecunia fuit versa in utilitatem ejusdem, & adfuit authoritas superioris. Lim. 2. quod teneatur stare locationi pro primo anno cœpto, uti si terræ satæ sint, aut fructus de proximo colligendi, quamvis esset Princeps. Turricell. *de alien. rer. Ecclesiæ. cap.* 25. ubi Rota, Gomez. *var. res. to.* 2. *cap.* 3. Marescot. *lib.* 1. *var. resol. cap.* 18. Lim. 3. cum non succedit in plenum jus authoris sui. Rota apud Marescot. *l. c.* sed tantum in possessionem ex Salviano interdicto. Item cum succedit in jus alterius per sententiam Judicis. Item cum locator rem habuit cum pacto de retrovendendo. Rota apud Marescot. *l. c. num.* 8. ubi Rol. *cons.* 49. Socin. *cons.* 125. Item cum conductor habet hypothecam in re locata pro contractus observatione, & sufficit, quod hypotheca sit generalis. Item si locationi accessit juramentum, quibus casibus tenetur stare colono, non tantum pro primo anno, sed pro toto tempore locationis. Ciarlin. *de cap.* 93. nisi velit colono præstare interesse. Tranchedin. *consult.* 54. Peregr. *de fideic. art.* 40. Surd. *cons.* 331. Riccius *in praxi par.* 3. *res.* 534. Rota apud Merlin. *dec.* 627. sed, quod tantum teneatur pro primo anno, tenet Riccius *in praxi res. res.* 108. Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 15. Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 9. Gomez. *to.* 2. *cap.* 3. Ciarlin. *l. c.* Bonac. *de contrac. par.* 3. *quæst.* 7. Antonell. ut infra.

43 Successor tenetur solvere subsidium a Predecessore non solutum. Barb. *de off. Episc. par.* 2. *alleg.* 87. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap.* 14. Costa *de port. rata. quæst.* 174. Riccius *in prax. par.* 4. *res.* 369.

44 Successor etiam, qui nunquam possedit, debet manuteneri ratione instantiæ a prædecessore turbato ad se transmissæ, si nomine Beneficii, vel Ecclesiæ agat; quia Beneficium semper possidet. Vide *in praxi manutentionis*, quamvis tenderet quodammodo in utilitatem Beneficiati. Sperell. *dec.* 96. quia jus, cujus possessio prætenditur, est inseparabile a Beneficio, vel Capella.

Successor in Beneficio non tenetur probare titulum Antecessoris, si Antecessor obiit in possessione. Cassador. *dec.* 2. *num.* 4. *de caus. possess.* Rota *dec.* 418. *nu.* 6. *par.* 1. *recent.* apud Bich. *dec.* 376. *nu.* 13. Potest venire contra factum Antecessoris, res Ecclesiæ sine solemnitatibus alienantis. Sperell. *dec.* 154. 45

Successor, tenetur stare contractui facto ab Antecessore, in quo intervenit authoritas superioris. *L. quoties. ff. de acquir. hæred.* Noal. *de transmissionibus. cas.* 28. *nu.* 84. si fuit tamen initus nomine Ecclesiæ pro utilitate & necessitate illius, secus si nomine proprio. 46

Successor Episcopi investientis aliquem de feudo nondum aperto sub conditione, quod aperiatur etiam cum consensu Capituli, si Episcopus investiens fuit mortuus ante purificatam conditionem, non tenetur stare ejus investituræ. DD. apud Fachin. *lib.* 7. *controv. Jur. cap.* 29. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 39. *num.* 11. 47

Successor non repræsentat personam defuncti Prædecessoris, sed habet jus novum in propria persona a Papa creatum. Put. *dec.* 176. *nu.* 12. *lib.* 2. Bich. *dec.* 485. *num.* 11. 48

Successor non potest declarare caducitatem, ob non solutos Canones in vita prædecessoris, quam prædecessor non declaravit; quia ob non solutos Canones Antecessori nullum fuit successori, vel Ecclesiæ illatum præjudicium, quo cessante caducitatis pœna intentari non potest. Rota apud Penniam *dec.* 535. *num.* 5. Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 31. Fulgin. *de Jure emphyteutico. tit. de var. caduc. quæst.* 9. *num.* 5. Bich. *dec.* 485. *nu.* 6. *&* 7. Ad effectum, ne ligari possit contractu Antecessoris, reputatur ut tertius, quia in ejus persona non continuat præcedens contractus, qui ipso jure per extinctionem Antecessoris exspiravit. Capic. Galleota. *controv. Jur. lib.* 1. *controv.* 17. *num.* 41. Bich. *dec.* 452. *num.* 35. 49

Successor singularis in Emphyteusi, veluti emptor potest coacervare annum, quo emphyteuta fuit morosus ad tempus, quo est secum in mora ad complendum tempus pro caducitate intentanda. Rota Florent. apud Magon. *dec.* 104. Thes. *dec.* 4. Corbul. *de jure emphyt. tit. ult. ampl.* 16. *num.* 3. quia solutio Canonis correspondet juri reali. Costa *de port. ratæ. quæst.* 223. & si est emphyteuta Ecclesiæ, tenetur stare colono. Cyriac. *controv.* 553. 50

Successor in feudo, in dignitate, in jurisdictione, aut officio, tenetur stare contractui Antecessoris, quamvis non sit hæres. Mastrill. *de Magistratu, de lib.* 1. *cap.* 18. *& dec.* 5. Genuens. *in prax. cap.* 138. Fusar. *de substit. quæst.* 526. Ciarlin. *controv. for. cap.* 93. Rol. *cons.* 49. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 15. Tranchedin. *consult.* 54. 51

Successor in feudo ex pacto, & providentia, quamvis sit hæres, si confecit inventarium, non tenetur ad solvenda debita Antecessoris. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 26. ubi DD. Lim. si feudum est hæreditarium, quia tunc licet confecerit inventarium, pro viribus hæreditariis solvere tenetur. Maresc. *l. c. cap.* 96. Cyriac. *controv.* 23. apud quos DD. 52

Successor Domini feudi non tenetur ratam habere investituram ab eo factam vivente adhuc Vasallo primo, nisi sit hæres. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 39. *n.* 17. 53

Successor in fideicommisso tenetur stare locationi Antecessoris, quia est successor necessarius, qui tenetur stare. Tranchedin. *consult.* 54. Peregr. *de fideicom. art.* 40. *num.* 92. Fusar. *de substit. quæst.* 526. Ciarlin. *controv. for. cap.* 93. Caroc. *de locat. par.* 2. *de possess. major. quæst.* 1. *& par.* 4. *de success. quæst.* 10. Rol. *cons.* 49. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 18. *num.* 4. Costa. *de port. ratæ. quæst.* 174. Dummodo absit dolus, & locatio non fuerit facta ultra decennium. Panorm. *in cap. fin. ne Prælati vices suas*. Novar. *quæst. for. par.* 1. *quæst.* 62. 54

Successor singularis, qui non habet causam ab Antecessore, non tenetur stare locationi, vel contractui Antecessoris, præsertim si Antecessor contraxit nomine proprio. Gutierrez. *Can. qq. par.* 1. *quæst.* 36. Quaranta *in sum. Bullar.* 55

Bullar. ver. Alienatio. Riccius. *in prax. par.* 1. *ref.* 108. Genuen. *in prax. quæst.* 233. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap.* 14. Gomez. *var. res. to.* 2. *cap.* 3. Bich. *dec.* 452. Tranchedin. *consult.* 8. & quamvis locatio fuerit facta nomine Ecclesiæ. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 94. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 6. nisi concurrat hypotheca pro colono. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 169. *ubi* Rota. Thes. *dec.* 13. Surd. *dec.* 40. quæ intellige cum limitationibus, de quibus supra.

56 Successor tenetur de dolo Prælati Antecessoris ratione commodi ex eo resultantis, ne locupletetur cum aliena jactura. Bich. *dec.* 202. *num.* 16. si continuat possessionem rei, vel commodum ex dolo Antecessoris ad eum delati, quia tunc dicitur in eodem dolo reipsa continuare. Din. *in cap. dilectum num.* 2. *vers. dicendum est. de R. J. in* 6. Rota apud Bich. *l. c. num.* 16. *& dec.* 705. *num.* 3. *&* 4. *par.* 1. *recent.*

57 Successor potest petere, & de novo exigere a Conductore pensionem Antecessori anticipate solutam, conductor tamen habet regressum contra hæredes locatoris antecessoris. Genuen. *in prax. cap.* 97. Barb. *l. c. alleg.* 94. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst. p. ult.* Antonell. *de reg. Eccles. lib.* 5. *cap.* 14. Lim. si solutio anticipata fuit conversa in utilitatem Ecclesiæ *cap.* 1. *solut.* Antonel. *l. c.* vide *Solutio*, & *Locatio.*

58 Successor in majoratu tenetur ad debita Institutoris contracta ante illius Institutionem. DD. apud Bich. *dec.* 571. *num.* 55. si bona sunt talia, quæ potuerunt hypothecati. Idem. *nu.* 56.

59 Successor in officio, si illud habet ex liberalitate Principis, facit fructus suos, nec tenetur ad debita primi acquirentis. Bich. *dec.* 606. *nu.* 37. si successio non est hæreditaria. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 11. Schreder. *de feud. par.* 7. *cap.* 7. *num.* 32. Giurba *de success. feud.* §. 1. *gl.* 15. *nu.* 24.

60 Successori singulari obstant omnia illa, quæ obstant authori, ne sit melioris conditionis successor, quam author. Bart. *in L. facta ff. ad Trebell.* Castr. *cons.* 247. Socin. *cons.* 50. Ciarlin. *controv. for. cap.* 35.

61 Successorum suorum nomine tantum veniunt, qui existunt in potestate proprie; non ergo fratres stricte loquendo. Ciarlin. *controv. for. cap.* 1. *nu.* 26. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 89. Pereg. *de fideic. art.* 32. Veniunt etiam extranei. Ciarlin. *cap.* 1. Alex. *cons.* 189. Gabr. *de V. S. conclus.* 2. Fusar. *de substit. q.* 339. *nu.* 12. *&* 14. sed improprie tantum, ubi successor idem significat, quod hæres.

62 Succedens jure transmissionis dicitur succedere tanquam hæres transmittentis. *L. qui se patris. C. unde liber.* Secus succedens jure vocationis, quia hic succedit jure proprio. Noal. *de transmiss. cas.* 1. *num.* 4.

63 Succedere volens debet probare, se habere qualitates statuti ad successionem præscriptas. Laderch. *cons.* 74. Decian. *cons.* 33. Ciarlin. *controv. for. cap.* 37.

Successor non censetur conventionem moderatoriam contra formam pacti initi in instrumento locationis factæ ab antecessore ratificasse ex eo, quod affictus percepit, si non constat, quod talis conventionis scientiam habuerit. Neguf. *quæst.* 203. *num.* 25. Gratian. *disc. for. cap.* 752. *num.* 19. Barb. *in collect. ad Legem.* 16. *num.* 11. *C. locat.* Seraph. & Put. apud Bich. *dec.* 452. *num.* 252. quia consensus non trahitur ad ignorata, & ignorantia facti non secum gesti præsumitur.

SUFFOCATIO.

Praxis suffocationis.

1 In suffocatione corpus delicti probatur ex relatione Medicorum, & Peritorum, qui debent referre, vidisse signa suffocationis, & strangulationis in gutture. Foller. *in pract. crim. verb. capiat informationem n.* 24. Farin. *de inquis. quæst.* 2. *nu.* 29. *vers. altera conjectura.* Hond. *cons.* 88. *nu.* 18. *lib.* 2. Giurba *cons.* 43. *nu.* 10. Guazin. *def.* 4. *cap.* 2. *n.* 20. Rota *in Romana melioramentorum* 16. *Jun.* 1653. coram Bichio. §. *justitia.* Conciol. *resol. crim. verb. suffocatio. res. un.* & corpus delicti in suffocatione non tantum probatur relatione peritorum, sed etiam per famam, quod talis fuerit suffocatus. Farin. *l. c.* Giat. *cons.* 94. *num.* 16. Gabr. *de malef. conclus.* 1. *num.* 11. Giurba. *l. c.*

2 Medici vero, & periti ad probandam suffocationem deponere debent, quod viderint signa suffocationis, & strangulationis in gutture, qui tamen cauti debent esse, quia mors subitanea, & naturalis suffocatio solent etiam causare similia signa in gutture, & in alia parte corporis. Farin. *l. c. nu.* 29. Conciol. *l. c. nu.* 3.

Suffocatus repertus præsumitur potius ex morbo naturali, & subitanea morte, quam ex facto hominis suffocatus, alio indicio in contrarium non existente, quia actus indifferens, qui sonare potest in delictum, & non delictum, præsumi debet in non delictum, quia interpretatio sumi debet, quæ sit exclusiva delicti. *L. merito.* 51. §. *pro socio.* Farin. *l. c. num.* 29. *vers. contrarium.* Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 83. *nu.* 8. quæ quidem signa remittuntur Judicis arbitrio. Conciol. *l. c. n.* 4. 3

SUFFRAGANEATUS, & SUMMARIA.

Praxis Suffraganei, & Summarii.

Suffraganeatus exspirat per mortem Episcopi, cujus est suffraganeus, non enim est titulus perpetuus, nec datur Ecclesiæ, sed Episcopo. gl. *in cap. quoniam. de off. ordinar.* Fagnan. *in* 2. *par.* 5. *Decretal. de privil. in cap. Episcopalia.* Jo. And. *in cap. consultationibus. de Cler. ægrot.* & S. Congreg. apud Fagnan. *l. c. num.* 59. nisi fuerit datus Ecclesiæ. 1

Summaria cognitio subinde est necessaria ante judicium: & quidem primo, cum quis vult citare Adversarium ob non tutum accessum, secundo cum creditor vult suum debitorem ut fugæ suspectum carcerari, tertio cum Judex vult sequestrum consequi super bonis debitoris, quarto cum Judex vult citare in criminalibus, quia debet prius fuisse capta informatio summaria de delicto. Item *in L. diffamari*, vide *Judex.* est autem summaria informatio, aut cognitio, sive examen, si testes extrajudicialiter examinantur. Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 31. vide *Judex, & citatio per edictum.* 2

Summaria causa non requirit litis contestationem, neque libellum, sed sufficit qualis qualis petitio in scriptis redacta. Proceditur summarie etiam in diebus feriatis in utilitatem hominum. Amputantur dilationes, exceptiones, appellationes, & frustratoriæ. Ecclesia *obs. for.* 39. Maranta *de ordine judiciario. par.* 4. *dist.* 9. *n.* 15. post conclusionem in causa testes possunt interrogari sicut etiam principales ad instantiam. Ofasc. *dec.* 1. Ecclesia *l. c.* potest processus inchoari a positionibus. Maran. *l. c.* Scacia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 60. *nu.* 1. Non excludit plenas probationes, sed includit. Farin. *in prax. quæst.* 8. Rota apud Garz. *de Benef. par.* 6. *cap.* 3. *nu.* 66. Ciarlin. *controv. for. cap.* 10. *nu.* 82. Alia est de jure summaria. Scaccia. *lib.* 1. *cap.* 53. *a nu.* 12. alia ex rescripto Principis. vide *Rescriptum.* Scaccia *l. c.* ubi species causarum summariarum. 3

Summaria est causa, quæ est executiva. Abb. *in cap.* 1. *num.* 18. *de libell. edit.* Castren. *cons.* 48. *num.* 2. Maranta *in prax. part.* 4. *dist.* 9. *nu.* 41. Coller. *de process. execut. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 26. *& par.* 3. *cap.* 1. *nu.* 59. sed contrarium tenent Scacia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 63. *n.* 10. Curt. jun. *in L. tale pact.* §. *qui provocat. nu.* 28. *ff. de pact.* Bich. *dec.* 332. *num.* 12. 4

Summarium judicium, vide *Judicium.*

SUMPTUS.

Praxis Sumptuum, vel Expensarum litis.

§. I.

Quibus debeantur litis sumptus seu expensæ?

Primo & principaliter debentur Judici, sine quo lis judicialis esse nequit. *cap. for.* 10. *de V. S.* Judex vero alius est ordinarius, alius delegatus ad universitatem causarum, alius delegatus ad causam particularem. Ordinarius, cui ex publico de sufficienti salario provisum est, sportulas accipere non potest. *L. fin. C. ad L. Jul. repetund.* Specul. *tit. de salariis.* §. *diuturni num.* 5. ne alienum jurgium suam putet esse prædam. *L. omnes. C. eod.* Put. *de syndic. verb. expensæ. num.* 5. neque esculenta, & poculenta, quæ Xenia dicuntur. *L. plebiscito.* 18. *ff. de off. Præsid. L. solent.* 6. §. 3. *ff. de off. Proconf.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 151. *num.* 7. Lim. si ordina- 1

narius non habet salarium; vel consuetudo longæva approbata a Principe contrarium induxit. Gail. *l. c. num.* 10. Jo. Ant. de Nigris *in repet. extravag. un. de vita, & honest. Cleric. num.* 118. Ziglerus *de Jud. offic. & vitiis. conclus.* 20. §. 1. quia irrationabile non est, quod Judex habens maximam molestiam in audiendis partium jurgiis, legendo processu, evolvendis Legibus examinanda causa, moderatum aliquid accipiat in laboris compensationem. Covar. *in cap. peccatum par.* 2. §. 2. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. Jud. cas.* 342. *num.* 39. Specul. *l. c. num.* 13. Fachin. *cons.* 75. *num.* 2. Escobar. *de ratiocin. administr. cap.* 27. *nu.* 6. Henric. Temmen. *de lit. expens. cap.* 3. *sect.* 1. *num.* 7. *& seq.* Idem dic, quando Judex ordinarius sufficienter salariatus non est, quo casu potest licite etiam Xenia accipere sponte oblata. Abb. *in cap. etsi quæstione* 18. *num.* 8. *de simonia.* Boer. *dec.* 153. *num.* 24. Cacheran. *in proœmio decisionum. num.* 5. Put. *de syndic. verb. esculenta.* Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 22. *a num.* 3. Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 75. Temmen. *l. c. nu.* 18. Quæ de Judice ordinario dicta sunt, procedunt etiam in Judice delegato ad universitatem causarum, quia & is pro ordinario habetur. gl. *in cap. cum causam* 62. *verb. delegatus. de appell.*

2 Delegatus ad causam particularem accipit sportulas secundum consuetudinem loci. Gail. *d. obs.* 151. *num.* 10. Guido Pap. *decis.* 86. *num.* 7. Ruland. *de Commissar. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 12. Lim. in Commissario, seu Delegato Pontificis, qui nihil, nisi esculenta, & poculenta recipere potest. Dummodo sint modica, & gratis oblata. *cap. statut. m.* §. *insuper de rescript. in.* 6. ubi Vivianus, nisi Delegatus Papæ careret Beneficio sufficienti ad vivendum. Speculator. *tit. de salariis.* §. *dicturi. num.* 7. Zachias *de Salario quæst.* 72. *num.* 33. Idem dicendum de arbitris, quibus salarium a partibus debetur. Specul. *tit. de arbitro.* §. *sequitur. num.* 74. *per L. in sacris.* 11. *C. de prox. Sacr.* Socin. *L. quoties.* 3. *C. de privil. scholar.* Zachias *de salar. quæst.* 57. *num.* 7. Guido Pap. *dec.* 68. Temmen. *l. c. num.* 48. Idem dicendum de Arbitratore. Idem *nu.* 52. & in Assessoribus. Ubi etiam Notario causæ. Concil. Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 10. Bart. *in L. argentariis. num.* 2. *ff. de edendo.* Jas. *in L.* 4. §. 2. *in verb. quæstum num.* 4. Temmen. *l. c. num.* 57. Zachias *de salar. quæst.* 78.

3 Quæres, si partes post conclusionem in causa ante sententiæ prolationem litem composuerint, an teneantur Judici, Notariis sportulas, & jura judiciorum solvere? Dicendum teneri. Specul. *tit. de salar. Jud. nu.* 15. Paris. *in addit. ad* Bart. *in L.* 1. §. *Divus. sub. num.* 14. apud Temmen. *num.* 67. Jas. ad tit. *de action.* §. *tripli vero. num.* 58. Fab. *ad C. lib.* 3. *tit.* 2. *defin.* 8. quia quod proxime faciendum est, pro jam facto habetur. *L. penult. ff. de testam. milit.* & per Judicem non stat, quo minus sententia publicetur. Jas. *l. c. nu.* 58. Dec. *in L. jure civili* 122. *num.* 1. *ff. de R. J.* & *cons.* 70. *num.* 2. Zachias *l. c. quæst.* 72. *n.* 23. Jac. Gothofred. *de salario cap.* 6. §. 11.

4 Secundo litis sumptus debentur Advocatis. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 21. *L.* 1. §. *in honorariis &* §. *Divus. de var. & extraord.* & ex *cap. non licet.* 71. *num.* 11. *quæst.* 3. ubi ex S. Augustino *quamvis non liceat Judici vendere justum judicium, tamen licet Advocato vendere justum patrocinium, & in cap. non sane* 14. *quæst.* 5. *cap. Romana* §. *nec etiam de foro compet. in* 6. & debetur Advocato salarium, licet de illo non fuerit conventum, quod in qualibet causa non potest excedere centum aureos. *d. L.* 1. §. *in honorariis.* Bart. *in L.* 1. §. *Divus.* Duaren. *cap.* 3. *ff. de postulan.* alias ultra hanc summam non oritur obligatio civilis, nec actio. Guido Pap. *dec.* 190. *num.* 2. gl. *in L.* 3. *C. de postul.* quæcunque sit causa, & esto, de Regno disceptetur. *Specul. in tit. de salar. advocat. nu.* 1. *in fi.* nisi promissio majoris salarii fuisset jurata, quia ratione juramenti tam de Jure Civili, quam Canonico obligatio, & actio oritur. Guido Pap. *d. quæst.* 190. *num.* 2. Trentacinque *var. res. lib.* 2. *de postul. res.* 1. *nu.* 11. Temmen. *cap.* 3. *sect.* 2. *num.* 6. *& seq.* Zachias *de salar. d. quæst.* 52. & post illius tractatum. Rota *dec.* 65. & Temman. *l. c. num.* 12. qui salarium labori commensurari debere decernunt, & tempori, quo causa duravit, & ita pendeat ex Judicis arbitrio. Et in causis magnorum Virorum, Episcoporum, Principum, & Abbatum, quibus quæstio movetur de statu. Paris. *cons.* 105. *num.* 20. *&* 21. *vol.* 4. Zachias *d. quæst.* 52. *num.* 104. Berlich. *par.* 1. *conclus.* 9. *num.* 71. in quibus casibus nullum salarium est taxatum a Jure, ita ut maximum quoque accipere possint. Bart. *in L. si pater.* 34. §. *fin. ff. de donat.* Bald. *in Margarita verb. Advocat.* Paris. & Berlich. *ll. cc.* Menoch. *de arbitr. Jud. cas.* 513. *num.* 4. Dec. *in L. creditori. num.* 4. *de pact.* Tiraquell. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 37. Trentacinque *l. c. res.* 1. *num.* 12. Zachias *l. c. quæst.* 52. *nu.* 99.

Lim. prædicta in Clericis Beneficiatis, qui in casibus a jure permissis patrocinium alicui præstant, quibus prohibetur exigere salarium. *cap. un.* 15. *quæst.* 2. quamvis coram Judice Ecclesiastico patrocinentur, sponte tamen oblatum recipere possunt. Innoc. *in cap.* 1. *de postulan. num.* 1. Angel. *in sum. verb. Advocatus. nu.* 6. Ant. Francisci ad Abbatem. *in cap. quia plerique.* 8. *de Immun. Eccles. nu.* 32. *litt. B.* Abb. *in cap.* 1. *in fi. de postul.* Temmen. *d. cap.* 3. *sect.* 2. *num.* 45. in quo tamen consuetudo obtinet contrarium. Specul. *tit. de Advocator. salar. num.* 20. Dec. *in L. creditori. nu.* 3. *C. de pact.* Tiraquel. *de nobil. cap.* 29. *num.* 30. Temmen. *l. c. num.* 46. *& seq.* 5

Quæres, quid si Tutor sit etiam Advocatus Clientis, & pro tutela salarium habeat, poteritne etiam pro advocatia salarium petere? Respondetur affirmative. Escobar *de ratiocin. cap.* 27. *num.* 52. Zachias. *de salario quæst.* 52. *nu.* 23. Temmen. *l. c. num.* 53. *&* 54. quia qui duorum vice fungitur, utriusque salarium habere debet. *L. his scholaribus.* 14. *C. de erogat. milit. annon.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 44. *num.* 8. de quibus plura diximus in praxi *salarii.* Et si partes composuerunt, antequam lis per sententiam terminaretur, & per Advocatum non stetit, quo minus terminaretur, debetur illi tamen salarium conventum. Grævæus ad Gail. *d. obs.* 44. *num.* 10. Magon. *dec. Flor.* 12. *num.* 3. Vivius *commun. opin. lib.* 2. *opin.* 36. Carpzovius *defin. foren. par.* 1. *constit.* 1. *defin.* 34. *num.* 5. & alii apud Temmen. *l. c. nu.* 57. Et si Advocatus in eventum litis aliquod certum fuit pactus, si vincat Cliens, & postea inter partes fuit transactum, potest illud petere, ac si Cliens vicisset, si per transactionem intentum obtinuit. *L. cum. servus* 104. *ff. de V. O.* Temmen. *num.* 59. si vero intentum non obtinuit, aut in fraudem, aut etiam inconsulto Advocato transegit, aut de illius consilio, quia causa forte erat dubia ad totum, Cliens tenetur, quod cum Advocato convenerat, quia dolus, & imprudentia nemini patrocinari debent. Temmen. *num.* 60. *&* 62. videri potest etiam Zachias. *de salar. quæst.* 52. *num.* 55. 6

Quæres secundo, an Advocatus pro eodem salario teneatur etiam patrocinari in causa appellationis? videtur quod sic, quia causa appellationis est eadem cum principali *L. ita demum.* 13. *C. de procurat.* tamen negativa magis placet, quia licet sit eadem causa, non est tamen idem judicium, & licet appellare debeat, non tenetur tamen appellationem prosequi. *L. invitus* 17. *C. de procur. cap. non injuste. De procurat. L. qui bona* 13. §. *fin. & seq. ff. de damn. infec.* Speculat. *l. c. num.* 12. Jas. *in L. ita demum* 13. *num.* 8. *C. de procurat.* Carpzov. *defin. for. par.* 1. *constit.* 1. *def.* 24. *num.* 5. Jac. Gothofred. *de salar. cap.* 6. §. 26. nisi tamen appellatum fuerit ab interlocutoria. Temmen. *l. c. n.* 78. 7

Quæres tertio, quid si advocatus duobus operam suam locavit, & ab illis salarium annuum accipit, ut in omnibus causis patrocinium suum præstet; si inter illos duos lis oriatur, cui debebit patrocinium præstare? Respondetur, quod regulariter prior in tempore, sit potior in jure. *cap. cum autem. Advocatus.* 24. *de Jurepatr. cap. Episcopos.* 7. *dist.* 17. *L. diversis.* 8. *C. qui potior. in Jure*, nisi sciat Advocatus fovere malam causam, quia tunc illum tenetur deserere, & secundo assistere. Temmen. *l. c. num.* 83. si vero dubitat, aut ignorat, debet primo patrocinari, & secundo alium idoneum substituere. 8

Tertio litis sumptus debentur Jurisconsulto pro Consilio suo. *cap. licet.* 71. 11. *quæst.* 3. *cap. fin.* 14. *quæst.* 5. nisi absque revolutione librorum illud concepisset. *cap. consuluit.* 10. *de usur.* Temmen *l. c. num.* 85. 9

§. II.

§. II.

Quo tempore solvi debeant sumptus litis, & a quibus.

10 Circa tempus solvendi sumptus litis, ut plurimum consuetudo loci observanda est. Et Judex non tenetur sententiam promulgare, nisi solutis prius sportulis. Temmen. *de lit. expens. cap.* 3. *sect.* 3. *numer.* 7. de quo plura apud Zachiam *de salar. quæst.* 14. *a num.* 13.

11 Quis vero inter litigantes salarium solvere debeat, præsertim Judici, distinguendi sunt plures casus, & regulariter qui petit actum, illum solvere debet, sic petens citationem, illam solvere debet, ita arrestum procurans, & Clericus petens se remitti ad Judicem Ecclesiasticum. Boer. *dec.* 303. *num.* 3. Aufrer. *de Jurisdict. cap. de potest. secul. in Ecclesiast. reg.* 3. *nu.* 16. *vers. adde quod.* Menoch. *de arbit. cas.* 228. *num.* 8. Escobar *de ratiocin. cap.* 26. *num.* 18. ubi quod Clericus, seu quilibet Reus remittatur Judicis expensis, si nec Actor, nec Reus habet, quod solvant. Covar. *pract. qq. cap.* 11. *n.* 11. & *lib.* 2. *var. res. cap.* 20. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. cas.* 228. Pacian. *de prob. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 38. Asinius *in prax. judic.* §. 32. *ampl.* 32. *num.* 4. & Temmen. *l. c. num.* 2. *& seq. usque ad n.* 5. Copiæ Actorum & Productorum eduntur, & communicantur sumptibus eas petentis. Maranta *in spec. par.* 6. *art.* 10. *num.* 59. *&* 62. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 100. *num.* 8. quod tamen limitatur a quibusdam in copia libelli, juxta quos illa danda est Reo expensis Actoris, juxta *auth. offeratur. C. de lit. contest.* gl. *in Clem. sæpe.* 2. *ver. pronuntiatio. de V. S.* Specul. *in tit. de libelli oblat. vers. actoris.* Vivius. *lib.* 1. *dec.* 11. *nu.* 12. *& lib.* 2. *decis.* 358. *& cap* 100. *num* 10. Temmen. *l. c. num.* 7. quod tamen cessat in copia petitionis, quæ summariis libelli loco ab Actore datur, quia si Reus vult illam habere, suis expensis a Notario illam petere tenetur. Lanfranc. de Oriano. *in Clem. sæpe. num.* 49. *& in cap. quoniam contra.* 11. §. *de petitionibus. de prob.* Asinius *in praxi judic.* §. 3. *cap.* 6. *num.* 11. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 53. *n.* 9. Maran. *in specul. art.* 4. *dist.* 9. *num.* 15. Temmen. *l. c. numer.* 9. Menoch. *de arbitr. cas.* 228. *numer.* 16.

§. III.

Ab expensis, & sumptibus litis quinam eximantur.

12 A litis expensis aliquo modo excusabantur olim Clerici, qui minores solvebant sportulas. *L.* 25. §. *statuimus. C. de Episc. & Cler. & auth. sed hodie.* ubi Gothofred. *d. C. de Episc. & Cler.* Imo Episcopi nullas solvebant, quæ tamen consuetudine abrogata fuerunt. Temmen. *cap.* 5. *sect.* 3. *nu.* 2. *&* 3.

13 Fiscus ab expensis, seu sumptibus litis immunis est, & gratis litigat. *L. per hanc Legem.* 7. §. *fin. C. de advoc. divers. Jud.* Boer. *dec.* 324. *num.* 1. Harprecht. *ad Instit. tit. de act.* §. *quadrupli. num.* 6. Gothofred. *de salar. cap.* 4. §. 3. & alii apud Temmen. *l. c. num.* 3. *&* 4. sed quid dicendum de illo, qui cum fisco litigat, gaudebitne eodem privilegio immunitatis, sermo est de illo, qui fisco est adversarius. videtur gaudere eadem immunitate. *L. fin. C. de fruct. & litis expensis.* quia in Judicio æqualitas servanda est inter actorem & Reum, & non debent ad imparia judicari. *L. petenda.* 6. *C. de tempor. in integr. restit. L. cum pater.* 77. §. *evictis.* 8. *ff. de leg.* 2. *cap. in Judiciis.* 12. *de R. J. in* 6. & ob æqualitatem servandam receditur quandoque a Regulis Juris. *L. fin. C. commun. utriusque Jud.* E contra alii contrarium sentiunt, eo quod hoc privilegium fisci sit personale, quod stricte est accipiendum. *cap. porro.* 7. *de privil.* & privilegium personæ datum illam non egreditur. *cap. privilegium.* 7. *de R. J. in* 6. §. *sed & quod. Principi.* 6. *Instit. de Jure natur.* & quod uni gratiose conceditur, trahi non debet aliis in exemplum. *cap. quod alicui.* 74. *de R. J. in* 6. præsertim in præjudicium tertii. *cap. super eo. de off. Jud. Deleg. L.* 2. §. *si quis a Principe.* 16. *ff. ne quid. in publ.* & hic agitur de damno Judicis & Notarii &c. quibus labor non compensatur contra illud. *Dignus est operarius mercede sua. cap. cum secundum.* 16. *de præb. cap. quicunque.* 66. 12. *quæst.* 2. cui sententiæ suffragari videtur consuetudo, & praxis Judiciorum, quæ est optima legum interpres. *cap. cum dilectus.* 8. *de consuetudine. L. si de interpretatione. ff. de LL.* & ita tenet Temmen. *l. c. num.* 11. *qui nu.* 12. respondet ad contraria.

Tertio ab expensis litis immunes sunt pauperes, quorum causæ a Judice explicandæ sunt gratis absque ulla sportularum exactione. Novell. *de mandatis.* 17. §. *si tibi quoque. ubi gl. in verb. Gratis.* gl. *in cap. eum ab omni.* 10. *verb. Expensas. de vita & honest. Cleric.* & tex. *in cap. statutum.* 11. §. *insuper. de rescript. in* 6. Put. *de syndic. verb. expensæ. num.* 3. Jo. Ant. de Nigr. *Extrav. un. de vita & honest. & Cler. num.* 122. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 97. *num.* 5. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 29. *num.* 4. licet sportulæ ultro offerrentur a paupere *ex L. un. C. de Salgam. hospit. non præstan. L. fin.* §. *ut autem. C. de re milit. cap. Romana.* 1. §. *penul. & cap. exigit.* 2. *de censib. in* 6. Bart. & Dec. *in L. invitus.* §. *ult. ff. de R. J.* & Acta illis gratis exhibenda sunt. Grævæus ad Gail. *lib.* 1. *obs.* 134. *num.* 11. DD. cit. & Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 54. & Advocati, ac Procuratores illis gratis inservire tenentur. gl. *in L. tam. Demenis. verb. prægravetur.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 43. *num.* 11. Temmen. *l. c. num.* 20. & possunt a Judice ad id cogi. Covar. *pract. qq. cap.* 6. *num.* 4. Magon. *paradox. Jud. cap.* 10. *num.* 3. quamvis jurassent nunquam gratis patrocinari. Gail. *d. obs.* 43. *num.* 17. Tiraquell. *l. c. nu.* 39. quia tale juramentum, utpote contra charitatem, & non de meliori bono, non valet. gl. *in cap. constitutis.* 45. *verb. non teneri. de testib.* Temmen. *l. c. num.* 23. Soto *de Just. & Jur. lib.* 5. *quæst.* 8. *art.* 1. Vivius *lib.* 1. *dec.* 159. *num.* 6. Quis autem pauper dicatur, id Judicis arbitrio relinqui debet pro personarum qualitate. gl. *in d. auth. preterea. verb. locuples. L.* 1. §. *fin. de Jure deliber.* Bert. *in L. si constante. nu.* 14. *ff. sol. matr.* Dec. *in d. auth. præterea. num.* 15. Surd. *dec.* 61. *nu.* 4. Sebast. Medic. *in trac. Mors omnia solvit. par.* 1. *num.* 103. Guido Papæ. *dec.* 566. *num.* 1. nisi statuto, aut consuetudine determinatum sit, quis pauper dicatur. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 54. *num.* 77. Temmen. *l. c. num.* 33. qui dicit illum esse pauperem, si non habet tantum in bonis, de quo Jura, & salaria prædictis solvere possit. Et quamvis pauper de jure quisque præsumatur ex præsumptione, quæ inest a natura, tamen ad hoc privilegium non admittitur, nisi prius fideli attestatione, aut alio probabili adminiculo de sua paupertate Judicem certum faciat. Mascard. *de prob. conclus.* 1160. *num.* 5. Benintendis. *dec.* 22. *num.* 12. Temmen. *l. c. num.* 41. & juramento confirmet, quod in bonis non habeat tantum, quantum requiritur ad solvenda Judicis jura, Advocatorum & Procuratorum salaria, & quod si ad meliorem fortunam pervenerit, jura & salaria, juxta judicis taxationem solvet. Testimonium vero paupertatis a Magistratu dandum erit, vel a Parocho loci convocatis vicinis, & de paupertate attestantibus. Mascard. *l. c. nu.* 23. 14

15 Et ideo pauper ab Adversario suo expensas litis sibi subministrari petere potest, si pro se militet justitia causæ, vel boni juris præsumptio, ne jus laborantis inopia depereat ex impotentia litigandi. *L. si instituta.* 27. §. *de inofficios. ff. de inoff. testam. L. fin. C. de ord. cognit.* Menoch. *de præs. lib.* 1. *q.* 35. *nu.* 1. Covar. *pract. qq. cap.* 6. *nu.* 5. Magon. *paradox. Judic. cap.* 59. *num.* 5. Coller. *de process. execut. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. Mynsing. *cent.* 6. *obs.* 12. *num.* 1. Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 4. *limit.* 11. *num.* 45. Grævæus ad Gail. *lib.* 1. *obs.* 43. *consid.* 1. *num.* 9. Bich. *dec.* 21. *num.* 4. *& dec.* 141. *num.* 3. & Temmen. *d. cap.* 6. *sect.* 3. *nu.* 5. alias sola paupertas non sufficit ad impetrandas ab Adversario expensas. Menoch. *de arb. q.* 35. *num.* 32. Trentacinque *var. res. lib.* 1. *de alim. res.* 1. *n.* 41. Temmen. *l. c. n.* 6. præsertim, si pauper est Actor, & pauper actor non obtinet ab Adversario expensas, si media habet ad solvendum. videndus Bich. *dec.* 141. *num.* 8.

16 Et pauper ultra intentionem, quam pro se habet juxta dicta, debet probare suam paupertatem saltem per unum testem. Menoch. *d. q.* 35. *n.* 32. Coler. *l. c. cap.* 14. *nu.* 42. Covar. *cit. cap.* 6. *n.* 8. dummodo testis sit omni exceptione major. Trentacinque *d. res.* 1. *n.* 48. Temmen. *nu.* 14. Præsertim si ab initio constat actori nullum jus competere.

Pau-

17 Pauper ex testamento fratris, vel sororis bona petens ab Adversario, expensas ad litem obtinet: Menoch. *d. quæst.* 35. *num.* 17. Trentacinq. *l. c. num.* 35. Asinius *in prax.* §. 32. *cap.* 2. *ampl.* 19. *num.* 2. Lancell. *de attent. d. lim.* 11. *num.* 32. Coler. *d. cap.* 14. *num.* 45. dummodo ab Adversario non negentur bona, quæ petuntur a defuncto fuisse usque ad mortem possessa, aut illorum dominium habuisse. Covar. *l. c. cap.* 6. *n.* 6. Temmen. *l. c. num.* 39. Et quando pauper contendit bona esse communia, & præsumptionem habet pro se, obtinet expensas ab Adversario. Guido Pap. *dec.* 561. *num.* 1. Covar. *l. c. num.* 6. Trentacinq. *l. c. num.* 14. Mynsing. *cent.* 6. *ob.* 21. *num.* 1. Coller. *de alim. d. cap.* 14. *num.* 40. Put. *syndic. vers. expensæ. num.* 2. Boer. *dec.* 303. *num.* 4. Asinius. *l. c.* §. 32. *cap.* 2. *ampl.* 31. Temmen. *nu.* 40.

18 Et quod sumptus litis debeantur uxori inopi accusanti invaliditatem matrimonii, tenent Specul. *tit. de inquisitione.* §. *ult. n.* 3. Abb. *in cap. ex parte.* 11. *n.* 10. *de accus.* Aufrer. *ad Capell. Tolos. dec.* 88. *n.* 2. Trentacinq. *l. c. nu.* 37. Menoch. *d. q.* 35. *nu.* 18. Lancellot. *l. c. lim.* 11. *nu.* 32. Bich. *dec.* 141. *n.* 1. Temmen. *l. c. nu.* 41. sicut e converso maritus ab uxore. Idem Bich. *l. c. n.* 2.

19 Quæres, an pauper ab Adversario expensas obtinens teneatur cavere de illis restituendis in casum succumbentiæ? Affirmat Covar. *l. c. cap.* 6. *num.* 7. Negant probabilius. Menoch. *d. quæst.* 35. *num.* 36. Hering. *de fidejussor. cap.* 10. *num.* 131. Trentacinq. *d. resol.* 1. *num.* 45. Temmen. *l. c. num.* 68.

§. IV.

Quando litigans possit obtinere expensas ab eo, qui est extra litem?

20 Sunt diversi casus, in quibus litigans obtinet expensas ab eo, qui est extra litem; & primo quidem maritus expensas factas in consequenda dote, vel nominibus dotalibus, si sunt magnæ, obtinet ab uxore, ita ut illius dos diminuatur, secus, si expensæ sunt modicæ. ita Jas. *in L. si in area.* 33. *nu.* 3. *ff. de condict. indeb. & in L. divortio.* 7. §. *impendia. nu.* 4. Pinell. *in L.* 1. *C. de bon. mater. par.* 3. *nu.* 70. Schrader. *de feud. pactis.* 2. *par.* 9. *sect.* 2. *num.* 24. Peregr. *de fideic. art.* 50. *nu.* 12. apud Temmen. *cap.* 7. *sect.* 3. *nu.* 6. quæ vero magna, vel modica impensa dicatur, non absolute, sed respective, attenta quantitate dotis, æstimari debet. Peregr. *l. c. nu.* 13. Temmen. *nu.* 9.

21 Ita pater, qui in bonis adventitiis filii habet usumfructum, quamvis in exigendis ejus creditis expensas factas cum fructibus bonorum compensare debeat, salva manente substantia. *L.* 1. *C. de bon. matern.* & in hoc differt a marito, qui expensas factas in dote repetit ab uxore, ut mox supra fuit dictum; quia maritus fructus dotis habet ex titulo oneroso ad supportanda onera matrimonii, pater vero ex causa mere lucrativa fructus bonorum adventitiorum filii, qui cum etiam sine illis alere tenetur, si tamen fructus bonorum adventitiorum filii non sufficiant, & multas expensas facere debeat ad defendenda bona filii, filius debebit aliquid de proprietate suppeditare. Temmen. *l. c. nu.* 10. & 11. citans Pinellum, & Forsterum, argumento. *L. fin.* §. *sin autem æs alienum. C. de bon. quæ liber.*

22 Ita Emptor, lite a tertio evincere volente mota, sumptus litis sibi subministrari a Venditore jure postulat, si in venditione promissi fuerunt, aut saltem debet Venditor emptorem in judicio defendere, & servare indemnem. *L.* 1. *C. de evict.* Specul. *tit. de empt. & vendit.* §. 1. *num.* 35. Maran. *in specul. par.* 6. *memb.* 5. *de laudatione. nu.* 13. Gomez. *to.* 2. *var. res. cap.* 2. *nu.* 39. *vers. Item quod Venditor.* Trentacinqu. *var. res. lib.* 3. *tit. de empt. & vendit. res.* 7. *num.* 1. Temmen. *d. cap.* 7. *sect.* 3. *num.* 15. & ad hoc tenetur Venditor non tantum ex pacto, sed etiam de Jure, quando nihil fuit in pactum deductum. Ut dicitur in praxi *Vendit.* DD. mox cit. & Thes. *dec.* 218. *nu.* 3.

23 Ita fidejussor, qui Beneficio excussionis renuntiavit, conventus a Creditore pro lite agenda, a debitore subministrationem expensarum merito exigit. Bart. *in L. exceptione. nu.* 10. *ff. de fidejuss.* Hering. *de fidejuss. cap.* 26. *nu.* 67. argumento. *L. si vero non remunerandi.* 12. §. *fin. ff. mandat.* Temmen. *l. c. nu.* 27. & 28.

§. V.

Quinam ex litigantibus teneatur ad Sumptus litis?

Dicendum, quod calumniose litigantes olim condemnabantur in decimam partem ejus, quod in libello continebatur. §. 1. *vers. hac autem omnia. Instit. de pœnis temere litigan.* Novella *de litigios.* 112. *cap.* 2. Hodie vero condemnantur ad refundendas Victori expensas. *cap. calumniam.* 4. *de pœn. cap. cum olim propter.* 14. *de privil. cap. fin. litium. de dolo & contum. L. properandum.* 13. §. *sin autem. C. de Judic. L. fin. C. quando provoc. non est necess.* & hoc quidem pro reparando damno illato. Abb. *in cap.* 1. *num.* 23. *Ut lite non contest.* Bellam. *in Clem. Abbates.* 1. *num.* 24. *de rescript.* Asinius *in prax.* §. 32. *cap.* 27. Temmen. *l. c. numer.* 20. & 21. Et si condemnatus solvendo non fuerit, subintrat pœna extraordinaria. *cap. finem litibus. de dolo & contum.* & tunc, qui non habet in ære luit in cute. *L.* 4. *C. de serv. fugit. L.* 7. §. 3. *ff. de incend.* Et quilibet Judex, tam ordinarius, quam Delegatus, etiam Arbiter tenetur ad hanc condemnationem. Specul. *tit. de arbitrio.* §. *sequitur. num.* 73. Jas. *in L. properandum.* 13. §. *sive autem alterutra. n.* 1. *C. de Judic.* Carpzovius *de process. judic. tit.* 8. *art.* 1. *num.* 6. Berlich. *par.* 1. *conclus.* 73. *num.* 4. Lancell. *de attent. par.* 2. *cap.* 15. *num.* 48. quia arbitraria ad instar judiciorum sunt redacta. *L.* 1. *ff. de recept. arbitr.* Ita temerarie aliquem citans condemnandus est in expensas, etiamsi ex errore citaverit; quia errans in jure temerarie agit. Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contra. num.* 684. *de prob.* & quia Actor paratus ad judicium venire debet, Reus non tenetur respondere, nisi solverit expensas primæ compatitionis, quæ propter Actoris negligentiam frustratoria fuit. Temmen. *cap.* 8. *sect.* 3. *num.* 4. & 5. Ita etiamsi citare faciens coram Judice incompetente, vel qui causam Ecclesiasticam ad Judicem Laicum pertrahit, vel trahit ad Judicem competentem, sed causam jam coram alio competente pendentem: aut si citari facit tempore non debito, puta feriarum: aut ad locum non tutum. 24

Præterea contumax condemnatur in expensas, & sufficit etiam ficta contumacia. Bald. *in L. sancimus. nu.* 10. *C. de Jud.* Lanfranc. de Oriano. *l. c.* Barthol. Socinus. *in L. omnibus.* §. *si procurator. ff. si quis jus dic. non obtemperet.* Berlich. *conclus.* 17. *lib.* 1. *num.* 96. *cap. cum dilecti.* 6. *de dolo. & contum. cap. auditis.* 8. *de procurat.* Abb. *in cap. finem litibus. num.* 35. *de dolo & contum.* dummodo contumacia absentis, vel Judici non obedientis fuerit ab alia parte accusata. *L. properandum.* 13. §. *& si quidem C. de Jud.* Bart. *in L. si finita.* 15. §. *Julianus. num.* 15. *ff. de damn. infec.* Maranta *in spec. par.* 6. *de contum. num.* 1. & 15. Gail. *lib.* 1. *obs.* 55. *num.* 7. Mascard. *de prob. conclus.* 450. *num.* 9. Scaccia. *de Jud. lib. cap.* 91. *num.* 15. quamvis Judex etiam ex officio contumaciam punire possit, & illi denegare audientiam, donec solverit expensas. *L. sancimus.* 15. *C. de Jud.* Specul. *tit. de expensis.* §. *si ante litis. num.* 1. Abb. *l. c. num.* 32. Temmen. *l. c. num.* 37. & 38. DD. cit. 25

Porro expensæ contumaciales illico a contumace solvendæ sunt, antequam contumax audiatur. *L. sancimus.* 15. *C. de Jud.* etiam in quolibet articulo etiam non expectata sententia definitiva, & restitutio debet fieri usque ad nummum, adeo, ut pro refectione expensarum attentatorum compensatio minime allegari possit. Lancellot. *l. c. cap.* 13. *num.* 139. neque sufficiat depositum. Idem. *nu.* 138. Bich. *dec.* 534. *num.* 16. Ludovis. *dec.* 503. *num.* 6. Seraph. *dec.* 1176. Verall. *dec.* 150. *par.* 1. Temmen. *l. c. nu.* 48. quas expensas contumax non recuperat, quamvis Adversarius in causa ipsa postmodum succumbat, & in expensas condemnetur, quia nihil habet contumacia cum causa ipsa commune. *L. si pignore.* 22. *ff. de pignorat. act.* 26

Contumax primo citationis termino elapso, si ante secundam citationem compareat, & causam emansionis allegare possit, auditur, & restituitur contra sententiam expensarum. Innoc. *in cap. calumniam. num* 1. *de pœn.* quamvis missionem ex primo decreto passus fuisset. Abb. *in cap. cum venissent.* 3. *nu.* 6. *de eo qui mittitur* 27

in

in possess. & si Judex non vult illum admittere, & audire causam rationabilem exculpationis, potest appellare. Scaccia *de appell. quæst.* 17. *lim.* 6. *memb.* 6. *num.* 127. Temmen. *l. c. num.* 51. Bene verum est, quod non tantum justa, sed etiam colorata causa excusare possit ab expensis contumacem, ut tenuit Bald. *in L. deberi.* 6. *C. de fideic. libert.* Jas. *in L.* 1. §. *hoc autem Judici. n.* 8. *ff. si quis jus dicen. non obtemp.* Verior tamen, & communior est sententia Bart. in *d. L. ex consensu.* §. *eum, qui*, quam sequitur etiam Bald. *in L. ea quæ.* 7. *num.* 5. *C. quomodo, & quando Jud.* Bart. Socinus *in omnibus.* §. *hoc judicium. numer.* 16. *ff. si si quis jus dic. non obtemp.* Menoch. *de arbitr. cas.* 153. *num.* 8. Possunt autem allegari quatuor impedimenta, quæ excusant ab expensis. Scilicet infirmitas, captivitas, peregrinatio, & expeditio publica. Coller. *de processß. execut. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 21. Carpzov. *defin. for. par.* 1. *constit.* 17. *defin.* 7. *num.* 2. quibus addi potest etiam justus metus. Menoch. *de arbitr. cas.* 153. *nu.* 4. Carpzov. *l. c. num.* 8. *cap. querelam.* 2. *de procur. L. contumacia.* 53. §. *pœnam. ff. de re jud. L. quæsitum.* 60. *ff. eod.* Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 57. Berlich. *par.* 1. *conclus.* 17. *nu.* 48. quod impedimentum aliqui extendunt etiam ad morbum Consanguineorum. Berlich. *conclus.* 17. *nu.* 49. Maran. *in spec. par.* 6. *de contum. nu.* 3. Temmen. vero *l. c. num.* 57. tantum admittit ad deducendum funus domesticum, si hoc fuit deducendum tempore ipso, quo debebat comparere. Mynsing. *d obs.* 57. *num. nu.* 6. Berlich. *l. c. num.* 49. Carpzov. *d. constit.* 17. *def.* 8. *num.* 4. Item ad morbum conjugis, liberorum, si gravis sit. Ad supra dictas causas potest etiam addi absentia studiorum causa, aut necessitas restaurandi salutem per acidulas, aut balnea, aut grassans pestis, hostium incursus &c. Afflict. *dec.* 289. *nu.* 26. Berlich. *l. c. num.* 57. Gail. *lib.* 1. *obs.* 52. *num.* 11. Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 73. videri potest etiam Specul. *tit. de citatione.* §. *juxta. num.* 10. Hæc tamen impedimenta non admittuntur, nisi vera sint, & non fictitia, & affectata. *L.* 2. §. *fin. ff. si quis caut. L.* 3. §. *subvenitur. ff. ad S. C. Syllan. L. & qui data opera.* 5. *ff. ex quib. caus. maj.* Temmen. *num.* 64. & ideo cum non præsumantur: utpote quid facti, ideo probati debent ab allegante. Mascard. *de prob. conclus.* 886. Berlich. *l. c.* Temmen. *num.* 65. sufficit tamen probatio summaria per testes, attestationem Medicam, & in defectum probationum per juramentum allegantis. Carpzov. Berlich. & Mascard. *ll. cc.* apud Temmen. *num.* 65. Si tamen in contumaciam non agnoscentis documenta pro recognitis, aut positiones pro confessis pronuntiantur, aut habentur, tunc contumax non potest condemnari in expensas, ne ob unicum delictum duplici pœna afficiatur. Carpzov. *in process. judic. tit.* 14. *art.* 3. *num.* 10. Sermo est de illis, quæ in ultimo termino pro recognitis, aut confessis habentur, non vero, quæ in prioribus. Ita si non obstante contumacia fuit processum ad ulteriora perinde, ac si comparuisset, cessat condemnatio expensarum ejusdem termini, quia tunc contumax litem non impedivit per contumaciam suam.

28 Retardans processum condemnatur in expensas, nec auditur ante refectionem. *cap. finem litibus. de dolo, & contum. L. non ignoret.* 4. *C. de fruct. & lit. expen.* Grevell. *dec. Dolan.* 50. *per. tot.* Temmen. *cap.* 8. *sect.* 3. quæ condemnatio etiam ante litem contestatam est decernenda contra deficientem in probatione exceptionis dilatoriæ. Anget. Aretinus. *de except. cap.* 7. *num.* 74. Wames. *cons.* 203. gl. *in d. cap. finem litibus. verb. expensas.* Specul. *tit. de expensis.* §. *si ratem. num.* 4. quia talis exceptio dicitur frivola, si de malitia, dolo, aut calumnia evidenter constet, secus, si de his manifeste non appareat, præsertim, si fuit juratum de calumnia. Unde Clericus coram Judice Laico conventus non excipit de Clericatu, si nec de illo aliunde constat ante sententiam, & illum ad impediendam executionem allegat, Actori debet condemnari in expensas. Bellamer. *dec.* 226. Cassad. *de appell. dec.* 3. *num.* 5. Temmen. *l. c. num.* 5. Ita qui in termino dato ad proponendum omnes dilatorias non excipit scienter de excommunicatione, si postea illam objiciat, condemnatur in expensas, juxta *cap. exceptionem.* 12. *de except.*

29 Hinc, qui ad probandam suam intentionem, commissionem pro examinandis testibus, & pro termino probandi primam, secundam, vel etiam tertiam dilationem litis prorogandi causa obtinuit, dein testium productioni, vel probationi renuntiat, in expensas est condemnandus. Temmen. *nu.* 19. Ita si instantia in causis civilibus ob lapsum triennii perempta fuit procrastinatione, & dolo Adversarii, qui tamen petit reintegrari, conceditur restitutio, sed Adversarius restituto condemnatur in expensas ob litem protractam. Grammat. *dec.* 69. *num.* 3. *& dec.* 91. *nu.* 6. Scaccia *de appell. q.* 15. *n.* 320. secus, si perimitur causa culpa Judicis.

Victus Victori in expensas condemnatur, quamvis nec temeraria citatione, nec contumacia, nec malitiosa litis protractione victorem fatigavit, quia victus dicitur fuisse in lata culpa, qui ad judicium venit, non examinata bene sua causa. Et ita libellum mutans condemnatur in expensas, nisi Reus nullum damnum patiatur ex tali mutatione, vel declaratione libelli. *cap. mutare. consilium* 33. *de R. J. in* 6. *L. nemo potest mutare. num.* 5. *ff. de R. J.* Benintend. *dec.* 77. *num.* 8. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 7. *num.* 38. *& q.* 11. *num.* 33. Temmen. *cap.* 8. *sect.* 4. *num.* 5. Ita qui plus re, vel tempore petit, præter duplicationem induciarum ad expensas litis tenetur *cap. un. de plus petit.* §. *temporales. instit. de except. L.* 1. *C. de plus petit.* Ita qui vult confessionem factam revocare. Scaccia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 662. sicut etiam, qui liti renuntiat. *Dec. in L. edita. nu.* 29. *C. de eden.* Peckius *de jure sistendi cap.* 48. *num.* 1. Sichardus. *in L. postquam liti* 4. *num.* 20. *C. de pact.* quia præsumitur temerarius litigator fuisse. 30

Quod victori victus in expensas condemnari debeat, verum est in omni casu, seu causa tam Ecclesiastica quam sæculari, tam spirituali quam sæculari. *d. cap. fin. litib.* 5. *de dolo, & contum.* gl. fin. *in cap. cupientes* 16. *de elect. in* 6. ut probant Temmen. *l. c. num.* 15. Bart. *in L. si postulaverit* 27. *num.* 1. *ff. ad L. Jul. de adult.* Specul. *tit. de expensis* §. *postremo. nu.* 13. Abb. *in d. cap. finem. litib.* 5. *num.* 24. *de dolo & contum.* Clarus. *lib.* 1. *quæst.* 62. *nu.* 4. Gail. *obs.* 152. *num.* 1. *lib.* 1. Vivius *commun. opin. lib.* 1. *opin.* 167. nisi qui succubuit, fuerit Reus, & fuerit condemnatus in pœnam corporalem, quia tunc non debet condemnari in expensas. Carpzov. *defin. for. par.* 1. *const.* 31. *defin.* 24. *num.* 7. Græveus ad Gail. *lib.* 1. *obs.* 152. *num.* 6. Accusator tamen si accusationem non probat, aut ab accusatione cœpta desistit, non evitat expensas, quia talis calumniari præsumitur. *L.* 1. §. *incidit. ad S. C. Turpil.*, nisi alia indicia aut fama præcedens accusatorem excusarent. Capella Tolosana. *quæst.* 6. *numer.* 2. argumento. *cap.* 1. *de elect. in* 6. *cap. sacro.* 48. *de sent. excom.* quod autem accusator non probans condemnetur in expensas, tuentur specul. *l. c. num.* 13. Capella Tolos. *l. c. num.* 2. Carpzovius. *d. defin.* 14. *num.* 6. Gail. *d. obs.* 152. *num.* 1. Grammat. *dec.* 39. *num.* 4. *&* 5. Temmen. *l. c. num.* 18. quia talis est temerarius litigator, & calumniari præsumitur. 31

Etiam in causa appellationis victus victori in expensas est condemnandus: de qua materia plura in Ver. *Victus.* Grammat. *dec.* 83. *num.* 1. Vivius. *dec.* 47. *nu.* 1. Et potest Judex appellationis etiam condemnare in expensas primæ instantiæ, quamvis in illa petitæ non fuerint. Abb. *in cap. significaverunt* 11. *num.* 11. *de except.* Scaccia *de appell. quæst.* 17. *limit.* 21. *nu.* 51. Et si Judex primæ instantiæ de expensis nihil pronuntiavit, & Judex appellationis victum victori in expensas simpliciter condemnavit, hæc condemnatio ad expensas etiam primæ instantiæ extendenda est in dubio. Felin. *in cap. significaverunt.* 11. *num.* 7. *de except.* Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 88. *num.* 1. Scaccia. *De appell. quæst.* 17. *lim.* 21. *num.* 48. *& de sent. & re jud. gl.* 15. *num.* 41. Rota post Zachiam *de salar. dec.* 69. *num.* 1. nisi Judex *ad quem* tantum cognovisset in causa desertationis, & non in causa principali, vel nisi appareat victum habuisse justam causam litigandi in prima instantia, uti si Judex *a quo* victum expresse absolvit ab expensis aut alia ex causa illas inter litigantes mutuo compensavit. 32

Si vero victor in prima instantia, succubuit in secunda instantia, & ex iisdem actis primæ instantiæ fuit condemnatus, debet condemnari ad expensas tam causæ principalis, quam appellationis. gl. *in cap. imprimis* 7. 33

verb.

verb. expendisse in 11. *quæst.* 1. Capella Tolosana *quæst.* 223. secus vero si fuit condemnatus ex noviter deductis probationibus in facto; quia tunc expensæ compensari deberent. Innoc. *in cap. finem litib.* 5. *n.* 4. *de dolo, & contum.* Bart. *in L. generaliter.* 12. §. 1. *num.* 8. *C. de reb. cred.* Lanceil. *de attent. par.* 3. *cap.* 31. *n.* 144. Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 89. Scaccia *de appell. quæst.* 17. *lim.* 21. *n.* 55. *& alii* apud Temmen. *cap.* 8. *sect.* 4. *n.* 25.

34 Sed quod imo appellatus debeat absolvi ab expensis propter justam litigandi causam, quam habuit ex sententia prioris instantiæ, quamvis ex iisdem actis succumbat, tenent gl. *in L. generaliter.* §. 2. *C. de reb. cred.* Vivius *lib.* 1. *dec.* 47. *num.* 5. Grævæus ad Gail. *lib.* 1. *obs.* 152. *consider.* 1. *n.* 7. Carpzov. *in proces. jud. tit.* 24. *art.* 1. *n.* 70. quos sequitur Temmen. *l. c. num.* 26. *&* 27. qui citat etiam Marpurgen. *vol.* 1. *cons.* 15. Dummodo evidenter non constet, appellatum ab initio scivisse, se injustam fovere causam; uti si in prima instantia falsa proposuit, & vera reticuit; aut sententia, a qua appellatur; sit nulla, vel evidenter injusta contra Leges aut Canones lata, aut contra manifestum jus litigatoris. Fachin. *controv. Jur. lib.* 1. *cap.* 41.

35 Judex tamen non adstringitur ad condemnandum in expensas, nisi condemnatio expensarum fuerit petita expresse, vel implicite, uti petendo sententiam pro se ferri, vel jus, & justitiam administrari, aut protestando de expensis. Castr. *in L. properari. L. non quidquid* 40. *ff. de Jud.* ubi Bart. *in §. Judex n.* 1. *gl. in cap. ult. verb. expensis. de rescript.* Fel. *in cap. significaverunt.* 11. *n.* 4. *de except.* Covar. *pract. qq. c.* 27. *n.* 5. Gail. *lib.* 1. *obs.* 151. *num.* 21. Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 22. Maranta *in spec. par.* 6. *de libelli oblat. num.* 18. Berlich. *vol.* 1. *cons.* 78. *n.* 54. Potest tamen condemnare in expensas, quamvis hæc condemnatio nullo modo fuerit petita. Temmen. *n.* 39.

36 Quæres, si Judex condemnationem expensarum omisit, potestne tota illa die supplere? affirmant aliqui ex tex. *in L. Paulus* 42. *in fi. ff. de re jud. & in cap. cum appellationibus* 5. *de appell. in* 6. Innoc. *in cap. finem. litib.* 5. *n.* 6. *de dolo, & contum.* Speculator. *tit. de expens.* §. *postremo. n.* 4. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 17. *n.* 62. ex *L. si deposita* 4. *C. de posit.* Et alii apud Temmen. *l. c. n.* 52. Contrarium sensit Berlich. *d. conclus.* 78. *num.* 62. Hoc videtur certum, quod si Judex in definitiva sententia victum in expensas non condemnat, eum absolvisse censetur. Ita Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 89. Lanfrancus de Oriano. *in d. cap. quoniam contra. num.* 69. *de prob.* Marc. Ant. de Amat. *dec.* 66. *num.* 3. Temmen. *num.* 53.

37 Sumptus contumaciales an petantur jure actionis, vel officio Judicis mercenario. vide Temmen. *cap.* 8. *sect.* 6. *per totam.*

§. VI.

Quando expensarum condemnationi locus non sit, & quando illa compensentur.

38 Quod condemnatio expensarum non habeat locum, si litigantes proximo cognationis vinculo conjuncti sunt, volunt Faber. *ad C. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 63. Carpzov. *defin. for. par.* 1. *constit.* 31. *defin.* 29. *num.* 1. *& in proces. jud. tit.* 24. *art.* 1. *num.* 65. *L. penult. de jur. dot. L. sed & hoc ita. ff. de re jud.* quia consanguinitas, & affinitas excludunt præsumptionem litis temerariæ, & ne ex condemnatione expensarum odia inter illos exacerbentur. Temmen. vero de expensis. litis. *cap.* 9. *sect.* 1. contrarium sensit.

39 Par imprudentia in litigantibus inducit compensationem expensarum sicut calumnia, & dolus æqualis litigantium. Castr. *cons.* 398. *vol.* 1. *L. si plures* 38. §. 38. *ff. de administr. Tutor.* quia paria delicta mutua compensatione tolluntur. *L. viro.* 39. *L. cum mulier.* 47. *ff. sol. matrim.* Feber. *in C. l. c. defin.* 6. *num.* 4. *& defin.* 17. *num.* 3. Hinc est, quod actore plus petente in Judicio, & Reo totum negante, expensæ compensantur. ita Jas. *ad tit. de Actionibus.* §. *si qui agens* 33. *vers. sed hoc quidem. num.* 14. Asinius *in prax.* §. 32. *cap.* 2. *lim.* 10. Vivius *dec.* 427. *per totam.* Menoch. *de arbitr. cas.* 177. *n.* 15. Scaccia. *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 13. *num.* 54. Bart. *in L. qui solidum.* 78. *num.* 2. *ff. de leg.* 2. Dec. *in L. non potest videri improbus num.* 3. *ff. de R. J.* nisi actor esset paratus accipere partem, quam Reus non intendit controvertere. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 2. *n.* 2. Fab. *in C. tit. de plus petit. defin.* 1.

Æqualis etiam victoria litigantium, puta, si uterque vicit, & victus est, facit, quod compensentur expensæ. Bald. *in auth. generaliter. num.* 11. *vers. juxta hoc quæritur. C. de Episc. & Cler. & in L. eos.* 6. §. *cautione. n.* 5. *C. de appellat.* Asinius *in prax.* §. 32. *cap.* 2. *ampl.* 71. *n.* 2. Aufrer. ad Capellam Tholosanam *dec.* 223. *n.* 6. Klockius *votor. Cameral.* 10. *n.* 217. puta, si Actor conveniendo forsan obtinuit, Reus vero reconveniendo, quamvis par non fuerit calculus expensarum; si vero victoria in disparibus partibus consistat, uti apud unum in duabus, & apud alterum in tertia, tunc compensatio pro rata victoriæ facienda erit. Asinius. *l. c. cap.* 5. *n.* 1. 40

Aliquando ipse Actor est causa, quod victus a refusione expensarum liberetur, quia actor Victor, si est absens, condemnatur victo præsenti in expensas, in quibus computantur omnes, quas victus fecit, & hoc ob Actoris contumaciam *L. properandum* 13. §. *sin autem ex gestis. C. de Jud.* Asinius *in praxi.* §. 32. *cap.* 2. *lim.* 11. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 67. quia gravior est contumacia actoris quam Rei. Abb. *in cap. calumniam de pœn.* & alii apud Temmen. *cap.* 9. *sect.* 2. *n.* 1. *&* 4. & ex aliis causis, qua supra dedimus. 41

Victus si est vir vitæ honestæ, tamen condemnatur in expensas, a quibus non excusat vitæ honestas, si de manifesta temeritate aut calumnia constet, quia etiam procurator fiscalis, qui nunquam solet condemnari in expensas, juxta Magon. *dec. Lucen.* 29. *n.* 13. si de calumnia convincitur, condemnatur in expensas, & conclusionem hanc tenent Abb. *in cap. finem litibus num.* 22. *de dolo, & contum.* Asinius. *l. c. lim.* 13. Mascard. *prob. conclus.* 36. *num.* 19. *&* 57. Caroc. *de juram. lit. decis. quæst.* 1. *quæst. princ.* 13. *n.* 10. Grammat. *dec.* 60. *num.* 14. & alii apud Temmen. *sect.* 3. *cap.* 9. *num.* 1. & probatur ex *L. si a bona fidei* 21. *in princ. ff. de rei vindic. L. si dicas* 6. §. *valde tamen. ff. de excus. Tut. L. non omnes* 5. §. *a barbaris. ff. de re milit.* Barthol. Socin. *fallen. reg.* 181. Frecheus *de existimat. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 30. Grævæus ad Gail. *lib.* 1. *obs.* 152. *num.* 2. quia potuit temere agere etiam sine dolo, sicut legalitas viri non excusat eum, quin juramentum, si est testis, præstare debeat, antequam illi credatur in præjudicium tertii. gl. *in cap. sicut.* 39. *vers. aut alio modo. de sent. excomm.* Abb. *in cap. cum olim.* 12. *n.* 9. *de privil. & excess. privilegiatorum.* Jas. *in L. admonendi.* 13. *num.* 189. *ff. de jurejur.* Etenim neque Cardinali non jurato creditur in præjudicium tertii. 42

Præterea Victus excusatur a refundendis Victori expensis, si probabilem, & justam litigandi causam habuit. *L. qui solidum.* 78. §. *etiam respublica. ff. de leg.* 2. Abb. *in d. cap. finem. litib. num.* 1. Mascard. *l. c. num.* 45. Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam contra. num.* 681. *de prob.* Menoch. *de arbitr. cas.* 177. *num.* 1. Wamesius *cons.* 160. *num.* 5. Major. tamen, & justior causa requiritur in Actore, ut excusetur a pœna temere litigantium, quam in Reo. 43

Sed quando dicatur justa litigandi causa, controvertitur; & quod obedientia præbeat justam litigandi causam, uti si a Principe ad litigandum quis cogitur, aut si præcessit jussus superioris Abb. *in d. cap. finem. litib. num.* 22. Menoch. *l. c. num.* 161. Item si victus ex necessitate officii litigare debuit. *L.* 2. *C. de his qui accus. non poss.* Menoch. *de arbitr. cas.* 321. *num.* 21. Mascard. *de prob. conclus.* 25. *n.* 9. *&* 36. *num.* 11. uti Procurator fiscalis. Asinius *l. c. cap.* 2. *ampl.* 65. *n.* 4. Probabilis litigandi causa dicitur etiam ignorantia, uti si in alterius jus successit, & non de proprio facto, vel contractu litigat, quia factum alienum etiam prudentissimos fallere potest. Hinc hæres alicujus, si non solvit Canonem rei emphyteuticæ per biennium, vel triennium, si jurat, se id ignorasse, non cadit jure suo. gl. *in L.* 2. *vers. & secundum legem. C. de jure emphyteutico.* Specul. *in tit. de emphyteut. n.* 29. Gail. *lib.* 2. *obs.* 48. *a n.* 8. & alienans rem ex ignorantia, quod litigiosa sit, non incurrit pœnam vendentis rem litigiosam. Farin. *crimin. lib.* 6. *fragment. par.* 2. *litt. L. n.* 352. nisi 44

defun-

defunctus litem diu peregisset, & hæres eam continuando succubuit, quia tunc una, & eadem persona cum defuncto censeretur, quia litis instantia cum omnibus cohærentibus transivit in hæredem, qui tamen cum non teneatur ex delicto defuncti, ideo non tenetur etiam ad expensas ob contumaciam defuncti. *L. un.* §. *fin. ff. si quis jus dicen. non obtemper.* Berlich. *pract. conclus. par.* 1. *conclus.* 78. *num.* 8. quia contumacia est delictum. Berlich. *dec.* 122. Temmen. *l. c. num.* 32. sed non omnis ignorantia excusat ab expensis, non supina nec crassa, qualis est nescire id, quod quis investigare, vel scire tenetur, & paria sunt scire, & scire debere, vel scire, & facile scire posse. *cap* 1. *de postul. prælat. & cap. cum in tua* 6. *qui matrim. accus. poss. L. quod te.* 5. *ff. de reb. dub. L. nec supina.* 6. *ff. de Juris, & facti ignor. & cap.* 2. *de tempor. ordinan.* in 6. Jas. in *L. si servus plurium.* 50. §. *si quis ante n.* 7. *ff. de leg.* 1. Gail. *lib.* 2. *obs.* 48. *nu.* 18. Temmen. *l. c. nu.* 29.

45 Dicitur etiam justa litigandi causa, si quis protuendo honore, aut dignitate sua, litigavit. Bart. *in L. quæ omnia.* 25. §. 1. *numer.* 3. *ff. de procur.* Asinius *l. c. cap.* 2. *lim.* 9. Menoch. *d. cas.* 177. *nu.* 14. Berlich. *pract. conclus. par.* 1. *conclus.* 78. *num.* 41. quia ad honorem defendendum, & conservandum multa conceduntur alias prohibita, cujus rei aliquot exempla videri possunt apud Temmen. *l. c. a num.* 31.

46 Justam litigandi causam dicitur fovere etiam is, qui a personis honestis, probis, & fide dignis audivit, se justam fovere causam, & rem ita se habere, uti victus prætendit, ut etiam tunc excusetur victus. *L. si, res pupillaris* 50. *ff. de administr. & peric. tut.* gl. *in L. Titio fundus.* 73. *vers. actiones. ff. de cond. & demonstrat.* Fel. *in cap. super his. de accus.* Castr. *cons.* 392. Moncada ad Crotum. *de testib. par.* 3. *vers. integra fide. n.* 155. Asinius *in prax.* §. 32. *cap.* 2. *lim.* 8. Menoch. *l. c. num.* 12. & verum esse præsumitur, quod a personis honestis dictum est. Mant. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 79. & assertio viri legalis tantam præbet credendi causam, ut det titulum sufficientem ad præscribendum. Bart. *in L. qui fundum* 7. §. *procurator. num.* 2. *ff. pro empt.* Felin. *in cap. de quarta num.* 24. *de præscript.* Ita qui habet pro se publicam famam, non sustinet pœnas temere litigantium. Castr. *cons.* 293. Abb. *in cap. cum contingat.* 24. *num.* 4. *de rescript.* quia publica fama facit semiplenam probationem. Vivius. *commun. opin. lib.* 1. *opin.* 898. Crotus. *de testib. par.* 7. *num.* 42. Baldus. *in L. quicunque* 4. *num.* 2. *C. de serv. fugit.* dummodo ex futili, & fragili rumore non derivetur, aut dummodo victus non sciverit contrarium famæ verius esse *L. miles.* 11. §. *mulier ff. ad L. Jul. de adult.* Fel. *in cap. cum dilectus num.* 3. *de calum.* vel si supervenit fama contraria. Ita si victus fide dignorum dictis extra judicium jactatis rem ita se habere, & in favorem illius se ex certa scientia depositutos confisus litem incipiat, & prosequatur, ab expensis merito excusatur, quia per tales testes deceptus temere litigasse non dicitur. gl. *in cap.* 1. *in fi. verb. sufficiens. de elect. in* 6. Jas. *in L. properandum.* §. *sive autem alterutra. n.* 8. Asinius. *l. c. lim.* 7. Menoch. *l. c. num.* 11. Carpzov. *defin. for. par.* 1. *constit.* 31. *defin.* 27. *num.* 6. Berlich. *par.* 1. *conclus.* 78. *num.* 32. Temmen. *l. c. nu.* 47. quod idem procedit, si testes fide digni extrajudicialiter jactantes, se veritatem scire, causa cœpta mortui sunt, aut in longinqua profecti fuerunt.

47 Ita justam litigandi causam habuisse dicitur, qui probavit intentionem suam per testes, quamvis illi ob suam illegalitatem, uti infames, Cognati, falsarii, aut excommunicati reprobati fuerint. Bald. *in auth. generaliter num.* 10. *C. de Episc. & Cler.* Menoch. & Asinius. *ll. cc. &* alii apud Temmen. *l. c. num.* 49. Item ex ambiguitate causæ resultat justa litigandi causa. *L. penult.* §. 1. *C. de fruct. & lit. expens.* est autem causa ambigua, super qua sunt discrepantes Doctorum opiniones. Abb. *in cap. calumniam n.* 6. *De pœn.* Asinius. & Menoch. *ll. cc.* Aufrer. ad Capellam Tolosan. *dec.* 223. *nu.* 4. Temmen. apud quem plures alii. *num.* 52. Dummodo de communiore, & in judiciis recepta non appareat.

48 Præterea justam litigandi causam dicitur habere, qui Excellentissimi Doctoris viventis consilio suffultus litem inivit. Vivius. *dec.* 47. *num.* 7. Pacian. *de prob. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 156. Carpzov. *d. defi.* 47. *nu.* 5. Berlich. *d. conclus.* 78. *nu.* 31. quamvis alii apud Temmen. *l. c. num.* 62. velint debere esse duos clarissimos Jurisconsultos, qui ita consultant, & se subscribant. Felin. *in cap. de quarta num.* 27. *de rescript.* Menoch. *l. c. nu.* 5. Asinius ut supra *cap.* 2. *limit.* 3. Gail. *lib.* 1. *obs.* 152. *num.* 6. Paris. *cons.* 7. *vol.* 3. *num.* 44. quæ procedunt tantum in Juris imperito, qui Jurisconsulti consilio juvatur, ne condemnetur in expensas, sed ab illis absolvatur. Bart. *in L. in bonorum* 11. *n.* 4. *ff. de bonor. possess.* Asin. *d. lim.* 3. Menoch. *l. c.* non vero in Doctore juris, quamvis plura haberet consilia. Temmen. *nu.* 63.

Porro omnes justæ litigandi causæ supra allegatæ non sufficiunt, quando expensæ in contractu per stipulationem promissæ fuerunt, quia sub obligatione generali rerum non continentur illæ, quæ verisimiliter obligatæ non fuissent; & expensæ conventionales semper debentur. Dec. *in L. qui cum alio.* 19. *nu.* 1. *ff. de R. J.* Asin. *d. cap.* 2. *lim.* 1. *sublim.* 1. Covar. *pract. qq. cap.* 27. *num.* 3. *vers. hæc tamen. sexta declaratio.* Fab. *ad C. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 3. *num.* 7. Schreder. *d. feud. par.* 2. *part.* 9. *prin. sect.* 7. *num.* 52. Tiraquel. *de retrac. convent.* §. 1. *gl.* 2. *num.* 56. Berlich. *pract. conclus. par.* 1. *conclus.* 78. *num.* 15. Temmen. *l. c. n.* 70. sicut neque quando statutum particulare mandat victum victori in expensas condemnandum esse, uti tenent Bart. *in L.* 3. §. *si rem, num.* 3. *ff. de leg.* 3. Castr. *in L. terminato num.* 2. *C. de fruct. & lit. expen.* Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 13. *num.* 70. *&* 75. quamvis contraria sententia videatur receptior. Covar. *pract. qq. cap.* 27. *nu.* 4. Asinius *d. cap.* 2. *lim.* 1. *sublim.* 3. Gravæus ad Gail. *lib.* 1. *conclus.* 51. *consid.* 2. *num.* 8. Jas. in *d.* §. *alterutra. num.* 6. Temmen. *num.* 49. *&* 80. quia statuta in dubio debent interpretari quo minus juri communi derogent. *cap. cum dilectus.* 8. *de consuet.* Natta *in Clem. sæpe. nu.* 87. *de V. S.* Medic. *de LL. & statut. par.* 2. *quæst.* 7. *num.* 5. 49

Justa vero litigandi causa, cum victus ab expensis absolvitur, debet a Judice exprimi, alias facit litem suam. Bald. *in auth. generaliter num.* 11. *C. de Episc. & Cler.* Asinius. *l. c.* Vivius. *dec.* 67. *num.* 12. & alii apud eundem Temmen. *num.* 85. *&* 86. volunt, sufficere, quod Judex dicat, quod victum ex causis justis, & animum moventibus absolvat, uti observat praxis teste Gail. *lib.* 1. *obs.* 151. *num.* 33. *lib.* 2. *& de pac. publ. obs.* 6. *num.* 14. *& obs.* 9. *num.* 23. Abb. *in cap. examinata n.* 8. *de Jud.* 50

Tandem ab expensis absolvitur Victus, qui notorie nihil proprii habet. *cap. reprehensibilis.* 26. *de appell.* quia cessat officium Judicis, ubi nulla executio esse potest, & inanis est actio, quam notoria inopia debitoris excludit. *auth. quod locum C. de collat. cap. olim.* 16. *de restit. spoliat.* 51

§. VII.

Aliæ causæ excusantes victum ab expensis.

Et quidem prima provenit ex genere probationis, nam qui tantum probavit, ut juramentum suppletorium ei deferri possit, non facit, quod victus condemnandus sit in expensas. Menoch. *de arbitr. cas.* 177. *num.* 8. *&* 9. Berlich. *pract. conclus. par.* 1. *conclus.* 78. *num.* 25. Asinius *d. cap.* 2. *limit.* 14. Fab. *ad C. lib.* 4. *tit.* 1. *defin.* 1. *num.* 10. WVames. *conclus.* 160. *num.* 4. Magon. *dec. flor.* 12. *num.* 18. Peregr. *dec.* 152. *num.* 6. Crivel. *dec.* 10. & alii apud Temmen. *cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 3. quia Victori debet sufficere, quod a plena probatione per suum juramentum fuerit sublevatus. *L. eum qui* 30. *ff. de Jurejur.* 52

Sed quid dicendum de juramento, quod quis litis expediendæ gratia, & ut se probandi necessitate exoneret, adversario detulit, juxta *L. eum qui juravit.* 30. *ff. de jurejur.* & eo jurante fuit condemnatus, teneturne ad litis expensas? Dicendum cum communiore Doctorum sententia, non esse gravandum condemnatione expensarum, quia sufficere debet Victori se, & probandi necessitate relevatum, & quasi Judicem in propria causa factum fuisse. *L.* 1. *in princ. ff. quasi. rer. act. non detur.* & quod hoc juramento victus appellare non possit. Temmen. *l. c. num.* 9. si vero non ille, qui detulit juramentum, fuit victus, sed qui deferenti retulit, multo minus erit locus condemnationi in expensas, quia ipsa relatio, quædam delatio est; quod tamen tunc 53

tan-

tantum procedit, quando Victor aliam vincendi caussam non habuit, quam juramentum, secus si aliunde suam intentionem fundatam habebat. Temmen. *l. c. num.* 11.

54 Sed nunquid etiam juramentum calumniæ præstitum excusat victum a condemnatione expensarum? Affirmativam partem tenent Berlich. *pract. conclus. vol.* 1. *conclus.* 78. *num.* 43. Carpzov. *defin. for. par.* 1. *constit.* 31. *defin.* 30. *& in process. judic. tit.* 24. *art.* 1. *num.* 55. gl. *cap. inprimis* 7. 2. *quæst.* 1. *verb. expendisse, & in novella de Judicibus.* §. *oportet vers. illo solo.* negativa tamen præferenda videtur, quam tenent Abb. *in cap. finem litib. num.* 21. *de dolo, & contum.* Bart. *in L.* 1. *num.* 11. *ad S. C. Turpil.* Bald. *in auth. generaliter.* 8. *C. de Episc. & Cler.* Asinius. *d. cap.* 2. *ampl.* 73. *nu.* 1. Covar. *pract. qq. cap.* 27. *num.* 1. Barth. Socinus. *fallent. reg.* 181. Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 25. & alii, quos citat, & sequitur Temmen. *l. c. numer.* 14. quia condemnatio in expensas non tantum fit contra illum, qui malitiose, sed & qui temere agit, & litigat. *cap. calumniam* 4. *de pœn. & L. cum quem temere* 79. *ff. de Jud.* vide *Juramentum.* §. 4. *num.* 66.

55 Quæres, an Advocatus in propria causa Victor a condemnato sibi in expensas possit petere honorarium suæ advocaturæ? negat Bald. *in L. fin. num.* 12. *C. de fruct. & lit. expen.* Lanfranc. de Oriano *in cap. quoniam. contra num.* 702. *de prob.* nisi lis impediverit illum, quo minus pro aliis Clientibus advocare potuerit, quia tunc per modum damni, & interesse illud petere poterit, & taxari a Judice debebit. Bart. *in L. stipulatus.* 45. *num.* 3. *ff. de fidejussor.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 351. *num.* 9. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 2. Menoch. *de arbitr. cap.* 154. *num.* 5. *&* 6. Jas. Gothofred. *de salar. cap.* 5. §. 6. Lancellot. *de attent. par.* 3. *cap.* 31. *num.* 164. Schreder. *de feud. nonæ par. princ. sect.* 2. *num.* 35. Boer. *dec.* 210. & alii apud Temmen. *cap.* 10. *par. num.* 39. *&* 40. Dummodo Advocatus damnum suum probet, quia interesse debet esse certum, & liquidum, antequam veniat in condemnatione. *L. quemadmodum* 28. §. *item Labeo, ff. ad L. A.* Burgund. *in trac. de evict. cap.* 93. *in fi.* apud Temmen. *l. c. num.* 39. *vers. necesse tamen est.* Dummodo victus fuerit condemnatus etiam ad interesse, alias istud taxari non posset. Scaccia. *de sent. & re jud. gl.* 15. *num.* 16. Et absolute, quod Advocatus victor in propria causa possit petere honorarium non secus, ac si pro alio patrocinium suum præstitisset, tenet Zachias *de salario. quæst.* 109. *num.* 16. cum Alvaro Valasco. *consult.* 25. *num.* 21. Ratio est, quia litigantium æqualis debet esse conditio. *L.* 1. *& toto. tit. ff. quod quis jur. in alter. cap. in Judic.* 12. *de R. J. in* 6. sed si advocatus fuisset victus, deberet reddere victori salarium advocaturæ, & procuratorii. Ergo non debet esse victus melioris conditionis in causa cum Advocato. Schreder. *de feud. par.* 2. *nonæ par.* 2. *princ. sect.* 2. *num.* 40. Scaccia. *de sent. & re jud. gl.* 15. *n.* 31. Temmen. *l. c. nu.* 54.

§. Ultimus.

Qualiter expensarum causa tractanda sit?

56 Expensarum causa summarie tractanda, & terminanda est, nec rigorosa illarum, sed verisimilis, & quævis possibilis tantum putatio exigitur. Bich. *dec.* 534. *num.* 19. & *dec.* 73. *num.* 2. Carpzov. *in process. jud. tit.* 24. *art.* 3. *num.* 9. Temmen. *de litium expens. cap.* 12. *num.* 2. *& seq.* sed sufficit probatio per quietantias actuariorum, nunciorum, & procuratorum, & recessus partium usque ad duplicam inclusive admittitur, ita ex Imperialis Cameræ decreto de anno 1593. 13. *Decembris.* §. 4.

57 Nec semper est opus, quod victus ad expensarum moderationem citetur, dummodo ob aliam causam citatus compareat. Et si taxatas expensas victus non illico solvat victori, ille earundem interesse exigere potest ob moram a condemnato commissam. Fab. *de error. pragmat. decade* 20. *er.* 1. & *in C. lib.* 7. *tit.* 18. *defin.* 75. *num.* 1. Bich. *dec.* 123. *num.* 7. Paris. *cons.* 106. *nu.* 3. & alii apud Temmen. *l. c. numer.* 7. nisi a taxatione fuisset appellatum, dummodo revera creditoris intersit, vel ob damnum emergens, aut ob lucrum cessans, alias usuræ essent illicitæ, & in jure reprobatæ, ut apparebit in praxi *Usurarum.* Mascard. *de prob. conclus.* 933. *num.* 22. Felici. *de societ. cap.* 24. *num.* 47. & alii apud Temmen. *l. c. num.* 9.

Quæres 1. An Advocati & Procuratores in salariis a communi debitore sibi restantibus in concursu creditorum ante ferantur aliis creditoribus? circa hoc plures sunt Doctorum sententiæ; nam Gait. *de credito. cap.* 4. *quæst.* 11. *num* 1506. *&* 2015. Salgad. *in labyrintho credit. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 19. volunt, iisdem competere jus tacitæ hypothecæ, & prælationis in bonis, quæ eorundem Advocatorum opera conservata antehac fuerunt, & a litibus exonerata fuerunt. Peregr. *de fideic. art.* 50. *num.* 11. Garz. *de expen. & meliorat. cap.* 6. *num.* 19. Gait. *l. c.* quia salaria Advocatorum doti æquiparantur, & sunt æque, ac dos privilegiata. Bart. *in L.* 1. *ff. sol. matr.* Gait. *d. quæst.* 11. *num.* 1557. *seu* 1587. Hoc jus tacitæ hypothecæ, negant Advocatis & Procuratoribus. Carpzov. *defin. foren. par.* 1. *constit.* 28. *defin.* 30. Berlich. *pract. conclus. par.* 1. *conclus.* 67. *num.* 76. Koppen. *dec.* 28 *num.* 14. & alii apud Temmen. *l. c. num.* 21. ex eo, quod de his specialiter in Jure nihil cautum sit, & lex non sit extendenda in damnum, & præjudicium tertii. 58

SUPERIORES.

* Superiores Regulares Monasteriorum Monialium semel saltem in anno Confessarium extraordinarium deputare debent e Clero seculari, vel ex alio Ordine Regulari. Benedic. XIV. *Constitutione. Pastoralis curæ.* 1

Superior Regularis non se opponens Regularibus petentibus Professionis nullitatem, officio suo deesse censetur. Benedic. XIV. Constitu. *Si datam hominibus.* * 2

SUPPLEMEMTUM.

Praxis supplementi.

Supplementum legitimæ debetur matri in bonis filii præfuncti. §. *primum itaque. auth. de hered. & falc.* Peregr. *de fideicom. art.* 49. *num.* 49. Seraph. *dec.* 1331. *num.* 15. Lim. non deberi matri binubæ in bonis filii prædefuncti provenientibus ex substantia Paterna, si supersunt filii prioris matrimonii, & filius cum testamento decessit, debetur tamen in aliis bonis aliunde, quam ex substantia paterna acquisitis, prout deberetur successio, si ab intestato decessisset, quia jus petendi legitimam metimur a successione ab intestato. Rimin. jun. *cons.* 305. *a num.* 17. Peregr. *cons.* 80. *num.* 22. *lib.* 1. *& cons.* 417. *lib.* 3. Fachin. *controv. Jur. lib.* 3. *cap.* 63. *vers. quib. non obstan.* Martha *de success. legali. par.* 2. *quæst.* 4. *art.* 1. *num.* 18. & alii apud Bich. *dec.* 414. *num.* 10. *&* 11. nec filius legitimam prohibere potest matri, quæ secundo non nupsit. Gomez. *to.* 1. *var. res. cap.* 11. *sub. num.* 24. Suarez *in L. quoniam. in prioribus ampl.* 16. *num.* 3. *C. de inoff. testam.* Bich. *l. c. num.* 13. 1

Pro supplemento legitimæ non competit hypotheca, sed solum condictio ex lege. Rota coram Coccino. *dec.* 4. *Decemb.* 1634. *&* 20. *Aprilis.* 1635. quæ condictio si non oritur ex aliqua conventione executiva partis, cum a Jure non sit privilegiata circa modum procedendi, non habet viam executivam, sed judicium ordinarium exposcit. Coller. *de proces. exec. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 81. *vers. ut quia nullum, & num.* 82. *L. minor. ff. de minor. L. tale pactum. ff. de pact.* Gratian. *disc. for. cap.* 146. *num.* 44. Rota *dec.* 33. *num.* 6. apud Zachiam *de oblig. Camer.* & in calculanda legitima attenditur tempus mortis patris quoad quantitatem bonorum, & petitionis, quoad eorum valorem, ita, ut augmentum intrinsecum a die mortis patris usque ad diem petitionis, seu detractionis in bonis hæreditariis contingens reddat commodo filii, quia cum legitima debeatur in corporibus, par est, illa augeri ad beneficium filii, non secus, ac hæredis. Bald. *cons.* 23. *nu.* 2. ubi ait attendi quantitatem bonorum tempore mortis, & qualitatem tempore petitionis. *lib.* 4. Bertran. *cons.* 141. *num.* 15. *&* 16. *lib.* 2. *par.* 2. Surd. *cons.* 128. Fachin. *controv. Jur. lib.* 4. *cap.* 26. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *sub. num.* 26. Cancer. *var. res. lib.* 1. *par.* 3. *n.* 27. Cyriac. *controv.* 391. *num.* 6. Bart. *dec.* 102. *num.* 34. Cæs. de Grass. *dec.* 6. *&* 10. *de testam.* Rota *dec.* 2

475. *num.* 1. *par.* 4. *recent.* Bich. *dec.* 94. *num.* 4. *usque ad nu.* 10.

3 Supplementum legitimæ tanquam pars, & accessorium ejusdem legitimæ eodem jure censetur, quo ipsa legitima. Guido Pap. *quæst.* 487. Fab. *in C. lib.* 3. *tit.* 19. *de inoff. testam. defin.* 9. & 16. & 32. Menoch. *de arbitr. cas.* 263. *num.* 30. Petra *de fideic. quæst.* 15. *nu.* 148. Cancer. *d. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. Et quod filius, cui in vita patris non fuit assignata integra legitima, debeat consequi supplementum, juxta valorem bonorum non tempore assignationis, sed subsequenti. Cancer. *l. c.* Trentacinque *var. res. lib.* 1. *tit. de legit. res.* 2. *nu.* 9. Crass. *in §. legitima quæst.* 12. *num.* 2. & 3. Fab. *l. c.* Cyriac. *controv.* 391. *num.* 26.

4 Ad supplementum legitimæ filius agere potest actione personali, si pater eo invito legitimam minuit, ad supplementum. *L. omni modo. C. de inoff. testam.* Peregr. *de fideic. art.* 36. *num.* 153. Rota. *dec.* 184. *nu.* 11. *par.* 4. *divers.* & *dec.* 134. *num.* 3. *dec.* 489. *num.* 7. coram Ludovis. ubi Beltramin. *num.* 24. apud Bich. *dec.* 139. *num.* 3.

5 Supplementum legitimæ debet capi de manu hæredis, & ideo pro illo non datur retentio. Rota. *dec.* 184. *num.* 14. *par.* 4. *divers.* & *dec.* 60. *num.* 8. *inter impressas apud Statil. de salv. dec.* 121. *num.* 9. *par.* 6. *recent.* Crat. *dec.* 694. *num.* 11. 12. & 16. apud Bich. *dec.* 309. *nu.* 25.

6 Supplementum legitimæ, dum a Lege ipso jure defertur, transmittitur ad quoscunque hæredes etiam extraneos, quamvis non agnitum. Aym. *cons.* 142. *num.* 2. Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 8. *nu.* 10. Gratian. *decis. March.* 4. *num.* 2. & 3. & in puncto matris. Martha *cons.* 151. *nu.* 23. neque præscribitur minori spatio triginta annorum. Bald. *in L. si quis filium. nu.* 6. *C. de inoff. testam.* Galvan. *cons.* 13. *num.* 108. Negus. *quæst.* 535. *sub. num.* 6. Rota *dec.* 489. *num.* 1. coram Ludovis. & *dec.* 256. *num.* 5. coram Card. Cavaler. apud Bich. *dec.* 414. *num.* 2. & 3.

7 Supplementum legitimæ fuisse datum, probari debet ab allegante Buratt. *dec.* 151. *nu.* 1. & 2. Rota *in Cremen. seu Januen. pecuniaria.* 1. *Jul.* 1048. §. *nec dicatur. coram Reverendissimo Archiepiscopo Tarraconen.* quia, cum supplementum sit facti, non præsumitur, nisi probetur. Salyc. *in L.* 2. *num.* 15. *C. de Jur. emphyt.* Ripa *in L. in illa. num.* 15. *ff. de V. O.* Bec. *cons.* 105. *num.* 12. Natta *cons.* 406. *num.* 12. & *cons.* 726. *nu.* 4. Rota *dec.* 725. *num.* 8. *par.* 4. *to.* 3. *recent.* apud Bich. *dec.* 631. *nu.* 3. 4. & 5.

SUPPLICATIO.

Praxis Supplicationis.

1 Supplicatio prima signata sub parva data, si aliquo vitio laborat, pro illius sanatione possunt sub eadem data ex stylo Curiæ aliæ supplicationes signari, quæ a prima dependere dicuntur. Lotther. *de re benef. lib.* 2. *q.* 23. *a nu.* 18. Gabr. *cons.* 193. *nu.* 2. *usque ad* 8. *lib.* 2. Bich. *dec.* 360. *nu.* 11. Nec admittuntur articuli ad probandum, quod secunda supplicatio non fuit signata sub data primæ. Gratian. *disc. for. cap.* 191. *num.* 1. & 2. Rota *dec.* 514. *nu.* 2. & *seq.* nec potest objici de Jure medio tempore quæsito, quia gratia provisi semper pendet a parva data sola primæ supplicationis, donec supplicans illam perfecte expediat. Rota mox cit. *par.* 3. *divers.*

2 Supplicatio prima, quando est defectiva, & subreptitia, potest pro illius sanatione signari alia sub eadem data. Lotther. *l. c.* Rota *dec.* 514. *num.* 2. *par.* 3. *divers.* & *in Vercell. Canon. coram Bich. apud eundem* Bich. *dec.* 455. *num.* 24.

3 Supplicatio porrecta a Procuratore præsumitur ratificata a principali, si dicta supplicatione usus fuit. Caputaq. *dec.* 193. *num.* 1. & 2. & 4. *par.* 1. Cavaller. *dec.* 26. *num.* 5. Put. *dec.* 100. *sub. num.* 1. *vers. tamen.* & *num.* 2. *lib.* 2. *in corr.* & Rota *dec.* 288. *num.* 12. post Consil. Farin. Bich. *dec.* 410. *num.* 21.

4 Supplicatio tanquam matrix potius, quam litteræ desuper expeditæ, est attendenda. Mandos. *super reg.* 25. *Cancell. quæst.* 1. *num.* 2. Lotther. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 2. *nu.* 42. Caputaq. *dec.* 75. *nu.* 6. *par.* 1. Bich. *dec.* 280. *num.* 20. & super eadem supplicatione possunt expediri diversæ litteræ diversis formis conceptæ. Rota *dec.* 514. *num.* 4. *lib.* 3. *par. divers.* & *dec.* 302. *num.* 10. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 300. *num.* 36.

Supplicatio sola non dat ullum jus ad capiendam possessionem Beneficii ante litteras expeditas ob Extrav. Julii III. quidquid fuerit antiquitus. Lotther. *de re Benef. lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 30. & *quæst.* 119. *num.* 56. post Lancell. *de attent. lite pend. par.* 2. *in præfat. nu.* 378. Azor. *Instit. moral. to.* 2. *lib.* 7. *cap.* 35. *quæst.* 10. *vers. septimo.* Bich. *dec.* 455. *n.* 6. 5

Supplicatio in materia Justitiæ quando censeatur prohibita, vide *Appellatio.* est autem hæc supplicatio recursus pro reparanda sententia, a qua non datur appellatio. Menoch. *de arbitr. q.* 70. Seraph. *dec.* 495. Scaccia *de appellat. q.* 19. *rem.* 3. Ecclesia *obs. for.* 25. *de appell.* Pluribus in casibus non est licita. 1. si sententia transiit in judicatum. Rol. *cons.* 38. *vol.* 2. Costa *de remed. subsid.* 22. *nu.* 4. Item, si fuerit semel concessa revisio, non amplius datur, ne multiplicentur lites. Afflict. *dec.* 331. Thes. *dec.* 246. Mastrill. *dec.* 45. Cyriac. *controv.* 183. respectu tamen ejusdem. 2. in possessorio. Post. *de manut. obs.* 106. Surd. *cons.* 277. Tusc. *litt. S. conclus.* 904. Item super interlocutoria reparabili per definitivam. Ecclesia *obs. for.* 26. *de appell.* 6

SUPPELLEX.

Praxis Suppellectilis.

Suppellectilium nomine veniunt mensa, delphicæ, subsellia, culcitræ. Item thecæ, vel rotæ plaustrorum, tapetes, tobaliæ, & illa, quæ usum communem habent, & quotidianum. Hinc libri non veniunt nomine suppellectilium. ita Menoch. *de præs. lib. præs.* 160. Capon. *disc. for.* 145. in quo debet attendi observantia patrisfam. Tusc. *litt. O. conclus.* 59. Fontanella *to.* 2. *claus.* 6. *gl.* 3. Farin. *dec.* 136. 1

Suppellectilium nomine non venit argentum pro escis, penulæ, & togæ. Menoch. & Capon. *ll. cc.* Natta *cons.* 117. neque argentum potorium. *L. cum quidem. ff. de suppellect. leg.* nec vasa ærea saliensis aquæ. *L. vasa. ff. eod.* nec habitatio, in qua est ipsa suppellex. DD. cit. animalia, aut ruralia. *L. quemadmodum. L. nullamque. L. fundo. ff. eod.* Neque picturæ, quæ magis deliciarum, quam usus gratia paratæ sunt. Ita textus expressus *in L. vasa.* 11. ubi gl. *ff. de suppellect. leg.* Petr. Pacionus *alleg.* 75. *num.* 26. 2

SUPERFLUUM, & SUPPRESSIO.

Praxis Superflui, & Suppressionis.

Superfluum non censetur, quod ad declarationem ponitur. *L. quis dubitationis.* 81. ubi Dec. & Cagnol. *ff. de R. J.* Albanus *cons.* 11. *n.* 39. Barb. *ax. lib.* 17. *cap.* 71. 1

Superfluum totius admittitur, quam necessarium omittatur. Specul. *in tit. de depos.* §. 7. *nu.* 8. *cap. non æstimemus.* 13. *quæst.* 2. *L. testamentum.* 17. *C. de testam.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 81. *nu.* 9. Barb. *l. c. ax.* 2. 2

Superfluus actus non vitiatur, quamvis vitiose observetur. *L.* 1. *C. de rei uxor. act. gl. in* §. *soror vero Instit. de libertis.* & superflua non nocent. Barb. *l. c. ax.* 3. & 4. *L. cum antiquitas.* 28. *C. de testam.* si sunt contra rem, secus, si sunt præter rem, quia tunc nocent. 3

Superfluitas est vitanda in omni interpretatione, & dispositione. Rol. *cons.* 62. *a nu.* 30. *lib.* 3. Tusc. *litt. S. conclus.* 895. *nu.* 36. Menoch. *cons.* 81. *nu.* 32. Rota *dec.* 702. *nu.* 3. apud Farin. *par.* 2. *recent.* & *dec.* 75. *num.* 8. *par. ead.* ubi dicitur, quod non est recedendum a natura rei, ut superfluitas vitetur, & superfluitas nunquam est admittenda etiam in materia odiosa, & in dispensatione. Rota *dec.* 257. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* Et superflua omnia sunt reprobata. *L.* 1. §. *quibus.* 2. *de novo Cod. Clem. exivi.* §. *quamvis.* ubi Card. *num.* 220. *de V. S.* Barb. *l. c. ax.* 5. & 6. 4

Superfluis actibus non debemus uti. *L. hæc stipulatio.* 14. §. *Divus.* 1. *ff. ut legator. nom. caveatur.* Castr. *cons.* 240. *lib.* 2. Tusc. *litt. S. conclus.* 894. *num.* 6. Lim. 1. ad majorem declarationem. *L. cum dubitari.* 86. §. 1. *ff. de hered. instit.* Castr. *cons.* 75. *num.* 2. *lib.* 2. Felin. Felin. *in cap. venerabili num.* 1. *notab.* 3. *de off. Deleg.* Jas. *in L. cum qui* §. *ita te. nu.* 4. *ff. de V. O.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 6. *num.* 32. 5

6 Lim. secundo, quia potius toleratur superfluitas, quam quod quis damnum indebite patiatur. Craveta *cons.* 70. *num.* 29. *vers. imo potius.* Cephal. *cons.* 104. *num.* 22. *lib.* 1. Surd. *dec.* 36. *num.* 19. *&* 20. Tusc. *litt. S. conclus.* 895. *num.* 56. Gonzal. *d. gl.* 6. *num.* 32. Barb. *l. c. ax.* 7. Lim. 3. quando explicite, & distincte declaratur, quod implicite erat dispositum, quia tunc non potest dici superfluum. Ruin. *cons.* 89. *nu.* 17. *vers. nec obstat. vol.* 4. Gonzal. & Barb. *ll. cc.* Lim. 4. quia superfluitas admittitur, ne voluntas testatoris vel disponentis tollatur. Craveta *cons.* 25. *num.* 30. *vers. ex praemissis.* Tusc. *l. c. num.* 55. *&* 57. Barb. *l. c.* Lim. 5. quia potius admittitur superfluitas statuti, quam quod statuentes voluerint aliquid illicite, aut non permissum statuere. Castr. *cons.* 258. *col.* 1. Tusc. & Barb. *ll. cc.*

7 Suppressio Beneficii facta sine causa, & solemnitatibus non valet, quia est quaedam species alienationis. Cavaler. *dec.* 439. Turricel. *de unione Benef. cap.* 7. *num.* 7. requirit autem easdem causas, & solemnitates, quas alienatio, de quibus actum fuit in praxi *alienationis*. Causa vero potest esse diminutio fructuum. Abb. Imol. Dec. & alii *in cap. cum accessissent. de constit.* Rota & DD. apud Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 1. & tunc debet accedere consensus Capituli, sicut in unione. Riccius *in praxi suppressionis. par.* 4. *res.* 539. ubi DD. non potest fieri a Capitulo sede vacante, sed tantum ab Episcopo. Idem *res.* 541. in quibus Ecclesiis habeat locum, vide eundem. *l. c. per totum*, praesertim Canonicatus non potest Capitulum supprimere. Diana *moral. par.* 8. *trac.* 4. *res.* 50. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de ref.* Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 1. Cuchus *instit. Canon. lib.* 2. *tit.* 9. Riccius *in prax. par.* 4. *res.* 545.

SUSPENSIO.

Praxis suspensionis.

1 Suspensio lata a Papa, Concilio; vel per SS. Cannones contra quoscunq. ex quocunque crimine non afficit Episcopos, nisi de illis fiat specialis mentio. *cap. si Compromissarius. de elect. in.* 6. & *cap. quia periculosum, de sent. excom. in* 6. quod Capitulum *quia periculosum*, an militet in Episcopis titularibus, quibus non incumbit absolute executio exercitii Pontificalis, nisi requirantur ab Episcopis localibus. vide *DD.*

SUSPICIO.

Praxis suspicionis, & suspectorum.

1 Suspicio in crimine haeresis sufficit ad inquirendum. *cap. accusatus. de haeret. in* 6. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 59. *a num.* 7. quia in haeresi potest procedi summarie, & sine figura, ac strepitu Judicii.

Suspicio Judicis recusati, si fuit ab arbitris approbata, ad quem devolvatur causa principalis. vide *Arbitri.*

2 Suspicio ante datae semper viget in Scriptura inserta in instrumento absque decreto Judicis, & ideo fidem non meretur. Gratian. *disc. for. cap.* 693. *num.* 1. Afflict. *dec.* 273. *nu.* 4. *in fin.* Crescent. *dec.* 1. *de prob.* Buratt. *dec.* 108. *num.* 1. Rota *in Terul. Parochialis.* 4. *Decemb.* 1623. *coram Merlino.* apud Bich. *dec.* 130. *num.* 5. & in aprochis privatis semper militat, ubi agitur de praejudicio tertii. Cyriac. *controv.* 10. *num.* 14. *&* 17. quamvis scriptura esset recognita, quia recognitio non probat in praejudicium tertii, quod fuerit facta in tempore ibi descripto. Rota *dec.* 54. *num.* 2. *par.* 4. *divers.* & *in Placentina donationis* 21. *Aprilis* 1589. coram Gipsio. apud Bich. *dec.* 403. *n.* 16. *&* 17.

3 Suspicio fraudis cessat in instrumento celebrato palam, & bona fide praevia cognitione causae, & citatione interesse habentium. Bart. *in L. frater a fratre. num.* 51. *ff. de cond. indeb.* Dec. *in cap quoniam contra num.* 42. *vers. unde valeret. de prob.* & *cons.* 536. *nu.* 5. Bursat. *cons.* 144. *num.* 19. Honded. *cons.* 33. *a num.* 25. *lib.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 555. *n.* 15. Caputaq. *dec.* 163. *num.* 8. *par.* 3. Mant. *dec.* 151. *num.* 7. Bich. *dec.* 55. *num.* 9. & suspicio modica non debet animum sapientis immutare. *cap. ult. de crim. falsi.*

4 Suspicionem tollit par affectionis causa. *L. non solum.* 67. §. *uno. ff. de ritu nupt.* gl. *in cap. cum R. Canonicus.* 35. *de off. & potest. Jud. Deleg.* Specul. *in tit. de Jud. Deleg.* §. 7. *numer.* 2. Barb. *axiom. lib.* 17. *cap.* 76. *ax.* 4.

Suspectus de fuga esse non potest, qui prius de delicto non est suspectus. Scacia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 9. Suspectus de fuga potest capi nulla praecedente citatione, aut praecepto de solvendo, ne instruatur ad accelerandam fugam. Ecclesia *obs. for. cap.* 121. ubi DD. aut sequestrantur ejus mobilia, & se moventia, non ut solvat, vel caveat de judicatum solvendo se de sistendo judicio. Gail. *lib.* 2. *obs.* 44. & alii apud Ecclesia *l. c. num.* 3. quando quis dicatur suspectus de fuga, vide de Cyriac. *controv.* 464. 5

Suspectus de fuga non potest regulariter capi a Judice incompetente. Bald. *cons.* 285. *lib.* 1. *& cons.* 318. *lib.* 4. Rol. *cons.* 65. *lib.* 3. Natta *cons.* 430. Mascard. *de prob. conclus.* 823. Gratian. *disc. for. cap.* 875. nisi periculum sit in mora, quo tamen casu captus debet remitti ad Judicem competentem. DD. cit. & Ecclesia *obs. for.* 121. non potest capi, nisi prius probetur debitum esse liquidum. Rol. *l. c.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 44. Mascard. *de prob. conclus.* 456. Thes. 220. Ecclesia *l. c. num.* 5. Praeterea debet prius probari suspicio fugae, & quod haec suspicio primum supervenerit post debitum contractum. *L. si creditor. ff. de privil. debit.* Natta *cons.* 430. Surd. *cons.* 411. Mascard. & Ecclesia *ll. cc.* dummodo debitum non sit modicum, & capiendus non sit persona nobilis. Gratian. *l. c.* Ecclesia *obs. for.* 121. *&* 124. *n.* 12. vel mulier. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 328. Thes. *dec.* 153. Menoch. *de arbitr. quaest.* 88. Farin. *in prax. quaest.* 27. Pajatell. *exped. & annot.* 27. 6

Suspectus de haeresi, nisi juxta considerationem suspicionis, & qualitatem personae se debite purgaverit, debet excommunicari, & vitari, donec competenter satisfecerit, & si per annum steterit in excommunicatione, tanquam haereticus est condemnandus. *cap. excommunicamus.* 13. §. *cur autem. de haeret.* P. Pitthing. *lib.* 5. *tit. sect.* 2. §. 4. *num.* 32. ubi Barb. 7

SYNDICUS.

Praxis Syndici.

Syndicus, an possit executive cogi ad solvendum pro Universitate, vide *Universitas.* 1

Syndicus Universitatis censetur habere mandatum ab Universitate cum libera, & potest etiam ea, quae requirunt speciale mandatum. Craveta *cons.* 278. Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 10. Ciatlin. *controv. for. cap.* 2. *num.* 45. *&* 46. Capon. *disc. for.* 90. & repraesentat Communitatem. Idem *l. c.* Abb. *in cap.* 1. *de syndic.* In rebus Universitatis civiliter debet agere nomine Universitatis, in criminalibus autem nomine proprio. Maran. *in spec. par.* 6. *memb.* 3. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 50. *num.* 22. sicut non est conveniendus, nisi nomine ejusdem.

Contumax in jurando de calumnia praejudicat suo principali, quia aequiparatur Administratori, vel Procuratori, aut etiam Tutori. Scacc a *de Jud. lib.* 2. *cap.* 1. *quaest.* 23. *num.* 288. non potest respondere positionibus sine specialissimo mandato. Socin. sen. *cons.* 55. *num.* 8. Menoch. *cons.* 80. *num.* 64. Ecclesia *obs. for.* 61. 2

Syndicus, vel Procurator constitutus a Communitate, cujus major pars, vel jurati tempore injuncti officii erant excommunicati, non venit repellendus tanquam constitutus ab Excommunicatis, nisi eorundem Excommunicatorum authoritate fuerit electus, aut nisi Communicans sciens cos esse excommunicatos una cum illis elegerit *cap. consulti de procurat.* Vel Excommunicati in litteris mandati aut procuratorii fuerint expressi. P. Pirthing. *lib.* 1. *tit.* 38. *num.* 11. 3

Ut eligatur, debent convocari omnes de Communitate, qui habent votum, & si aliqui vocati emanent, praesentes possunt eundem constituere, dummodo ex tribus duae partes intersint ex iis, qui volunt, possunt, ac debent interesse, & major pars praesentium consentiat. *L. nulli. ubi gl. vers. duae partes. ff. quod cujusque Universitatis*, & ibi Bart. Hostien. *in summa de syndico. num.* 10. Pirthing. *l. c. tit.* 39. *num.* 2. 4

Syndicus Ecclesiae tenetur reddere rationem administra- 5

nistrationis coram Episcopo, & ipsi Episcopo. *L. omnes C. de Episc. & Cler.* quod procedit etiam in quibuscunque œconomis locorum piorum. Ratio est, quia quilibet Administrator Jure Divino, & humano tenetur reddere administrationis rationem ei, a quo illam accepit. *cap. qualiter. & quando de accusat. cap. 1. de oblig. ad ratiocinia.* Menoch. *de arbitr. cas.* 109. Escobar. *de ratiocin. cap. 7. n.* 50. & patet ex Concil. Trid. *de reform. sess.* 22. *cap.* 9. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 75. *n.* 57. Salgad. *de protect. reg. to.* 1. *par.* 2. *cap.* 12. Ansald. *de Jurisdict. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 14. Fagnan. *in* 2. *par. tertii decretal. in cap. ad hæc de relig. dom.* Pignatell. *to.* 6. *consult.* 50. qui fuisse ita decisum in visitatione Ecclesiæ S. Jacobi sub immediata protectione Regis Hispaniæ asserit, & hanc sententiam firmant etiam Acatholic. Raiger *de regim. sæcul. & Ecclesiastico lib.* 3. *class.* 1. *cap.* 2. *nume.* 23. Mathæus Stephan. *de jurisdict. lib.* 3. *par.* 1. *cap.* 14. *num.* 28. Carpzov. *in sua jurisprud. cap.* 2. *tit.* 19. *defin.* 6. *lib.* 1. *tit.* 1. *de jurisdict. Episc.* Et si hospitalia essent exempta, adhuc tenentur reddere. Valenzuela *to.* 2. *cons.* 122. *num.* 38. qui refert declarationem S. Congregationis, & alii apud Capon. *disc. for.* 396. videri etiam potest Carol. de Graff. *de effect. Cleric. effect.* 1. *a num.* 606. qui citat. Gail. *lib.* 1. *obs.* 37. *nu.* 7. Gratian. *disc. for. cap.* 481. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 600.

SYNODUS.


Praxis Synodi.

1 Synodus generalis non potest congregari, nisi a S. Pontifice; provincialis ab Archiepiscopo, & Diœcesana ab Episcopo. Riccius in *in praxi synodi par.* 3. *res.* 442. ubi DD. Item a Capitulo sede vacante. Item. *res.* 445.

2 Synodus Diœcesana ab Episcopo semel tontum in anno celebrari debet, & tenetur. *cap. quoniam.* 18. *dist.* Ugolinus. *de off. & potest. Episc. par.* 2. *cap.* 48. *numer.* 4. *notab.* 2. *de accusat.* Concil. Trid. *sess.* 24. *de reform. cap.* 2. *vers. synodi quoque.* Bich. *dec.* 561. *numer.* 18. & supra in verb. *Episcopus. a numer.* 119. synodales Judices debent esse, vel eligi illi, qui sunt in dignitate constituti, vel Canonici Cathedralis Ecclesiæ. Dignitas vero debet esse Ecclesiastica, non sæcularis, uti est Doctoratus, ita vera sententia contra Riccium apuc Sperell. *dec.* 167. *per totum.* ubi S. Congreg. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 10. vide Riccium *in prax. Judicis synodalis. par.* 4. *res.* 112. neque possunt esse illi, qui dimiserunt dignitatem, licet in illis remaneat aliquod vestigium honoris. Riccius. *l. c. res.* 116.

TACITURNITAS.

Praxis Taciturnitatis.



1 TACITURNITAS partis operatur consensum in Judicem, & ejus jurisdictionem protogat. Ciarlin. *controv. for. cap.* 44. *num.* 21. An & quando inducat hypothecam, vide Merlin. *de pignor. lib.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 88.

2 Tacens, an videatur consentire protestatione judiciali, vide *Protestatio* non contradicens sequestro, aut litteræ, in qua quis denuntiatur debitor, videtur fateri debitum. *cap. qui tacet. de R. J. in* 6. *L. fidejussor. de pignor.* Ciarlin. *d. cap.* 44.

3 Tacens non fatetur, sed neque utique negare videtur. *L.* 1. §. *scientiam. ff. de testib.* Mant. *de tacit. tit.* 30. *lib.* 21. *num.* 10. nisi cum taciturnitate concurrat ratio sanguinis aut parentelæ. Anchar. *in cap. licet, de procurat. in* 6. aut nisi ultra Taciturnitatem intervenerit aliquis actus positivus. Natta *cons.* 131. *n.* 4. Cravetta *cons.* 111. aut utilitas Reipublicæ, favor pupilli, aut Ecclesiæ. vide Barb. *axiom. lib.* 18. *cap.* 1. *axiom.* 3. 4. & 5.

4 Tacens in favorabilibus consentire videtur. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 42. *num.* 11. & 24. Clar. *in* §. *Donatio. quæst.* 14. *num.* 5. Sanchez. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 5. *num.* 5. Scaccia *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *ampl.* 19. *num.* 129. Mascard. *de prob. conclus.* 1218. Lim. in judicialibus. *L. invitus. ff. de servit. urb. præd.* Covar. *pract. quæst. cap.* 15. *a numer.* 5. *vers. quod si ex adverso.* Fachin. *lib.* 8. *controv. Jur. cap.* 64. Surd. *dec.* 302. *num.* 3. Gratian. discept. *for. cap.* 38. *num.* 20. & *cap.* 68. *num.* 16. Statil. *de salv. interd. inspect.* 3. *cap.* 5. *num.* 59. nisi taciturnitas esset longa. Gratian. *disc. for. cap.* 730. *num.* 4. & 795. *num.* 5. Jo. Mar. Novar. *for. quæst. lib.* 1. *quæst.* 82. *numer.* 1. Giurba. *in consuet. Messanæ par.* 1. *cap.* 14. *gl.* 2. *num.* 5.

¶ TAXA.

§. I.

Taxa beneficii quando attendatur in gratiis expectativis, & aliis, vel non.

Taxa † beneficiis attendi debet, ut gratia ad vacaturum habeat locum, quando habet expressionem, quod capiat beneficium certi valoris, secundum taxam. † Amplia in tantum, ut habens gratiam ad beneficium certi valoris secundum taxam non capiat beneficium non taxatum. Oldrad. *cons.* 235. *in pr. ver. in hac quæst.* ubi, quod taxa decimæ est loco mensuræ, & si non reperitur gratia; non habet locum in beneficiis non taxatis. † Limita præcedentem ampliationem, quod imo etiam beneficium non taxatum cedat in gratia secundum taxam decimæ; sed tamen attenditur verus valor beneficii non taxati usque ad summam in gratia taxatam. Oldr. *d. cons.* 235. *ver. ant. si dicamus.* † Contra hanc limitationem, & ampliationem videtur *decisio Rota* 45. *de concess. præb. Nota secundum aliquos*, alias 89. *in antiq.* quæ videtur velle, quod imo beneficium non taxatum etiam majoris valoris veniat sub gratia taxata; allegat Jo. Andr. ad quem se remittit. *addit. ad specul. de concess. præb.* §. *item tractatur alia quæstio facti*, qui hoc dicit de æquitate, licet de rigore dicat attendi verum valorem deductis oneribus. † Declara, ut per Rotam; quæ istas opiniones recitat *decis.* 60. *de rescript. in antiq.* alias 74. incip. *Nota quod ubi alicui, ver. ex hoc multi.* ubi in fin. approbat, quod verus valor dimidiatus attendatur in beneficio non taxato loco taxæ decimæ. 1 2 3 4 5

§. II.

Taxa beneficiorum, decimarum, & aliorum quando possit alterari.

Taxa † census, decimæ, & procurationis secundum facultates Ecclesiarum facta potest augeri, si facultates Ecclesiæ auctæ fuerunt, & requiritur hominis nova 6

taxatio. Calder. *conf.* 86. *An Legatus possit mutare, circa fin. v. item cum secundum*, alias 6. *de offic. Legati.*

TEMPLARII.

§. Unicus.

1 Templari † dicuntur religiosi, & profitentur regulam beati Augustini. Cald. *cons.* 121. *circa med. ver. autem*, quod est, 7. *de jud. & foro comp.* alleg gl. *in*
2 *c. duo sunt*, 12. *q.* 1. † Destructi fuerunt, & deletum eorum collegium a Bonifacio VIII. Papa, propter delictum quorundam particularium Templariorum. Ang. de Perus. *conf.* 165. *Cum multitudo*, *n.* 1. & Bart. *in l. aut facta*, §. *fin. ff. de pœn.* idem attestatur, & dicit quod fuerunt destructi propter delictum, & crimen hæresis.

TEMPUS.

Praxis Temporis.

1 Tempus a jure non præfinitum secundum aliquos intelligi debet de duobus mensibus, Bart. *in L. qui Romæ.* §. *coheredes. n.* 2. *ff. de V. O.* Roman. *cons.* 27. Brunus. *conf.* 81. *n.* 2. Cacheran. *dec.* 173. *n.* 12. sed verius est esse Judici arbitrarium. DD. apud Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 6. ubi Judex id arbitrari debet juxta personarum, rei, & operis qualitatem. Et quod ad purgandam moram sit Judici arbitrarium, tenuit Bart. *in L. si Insulam, n.* 3. *ff. de V. O.* & probat textu *in L. si ita quis.* 135. §. *Seia. ff. eod.* Ita tempus concessum condemnatis ad solvendum Judici est arbitrarium in realibus actionibus, sed in personalibus quatuor mensium spatium condemnatis conceditur. *L.* 3. *C. de usur. rei jud.* gl. *in L. ult. vers. statutum spatium. C. de execut. rei jud.* Boer. *quæst.* 45. Menoch. *l. c. cas.* 28 Antonel. *de tempore leg. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 9. Ita Judicis arbitrio relinquitur, quando fidejussor dicatur diu stetisse in fidejussione, ut possit petere se liberari. *L. Lucius Titius ff. mand. cap. ult.* ubi gl. *vers. si diu de solut.* Antonell. *l. c. lib.* 1. *cap.* 43.

2 Tempus indefinite prolatum ab homine, decennio terminatur, uti si Judex aliquem condemnavit ad tempus *L. sine præfinito. ff. de pœn.* quod idem procedit in contractibus. Jas. *in L. ita stipulatus num.* 2. *ff. de V. O.* Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *num.* 80. Antonell. *de tempore leg. l. c. n.* 9. *vers. notandum.*

3 Præsumptio a tempore præterito trahitur ad præsens circa qualitates intrinsecas, quia semel bonus semper præsumitur bonus. *L. non omnes.* §. *a Barbaris. ff. de re milit. L. omnimodo. C. de inoff. testam.* & quamvis bonus præsumatur, optimus tamen præsumi non debet, aut omni exceptione major. Mascard. *de prob. conclus.* 222. *num.* 1. & 14. *vol.* 1. Alciat. *de præs. reg.* 3. *præs.* 2. *num.* 9. & 10. apud quem Alex. *cons.* 82. *num.* 3. *vol.* 1. Antonell. *de tempore. leg. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. Ita semel malus præsumitur etiam nunc malus, nisi emendatio postea secuta sit, quæ per spatium trium annorum præsumitur. Mascard. *l. c. n.* 12. *vers. sublimita.* Barb. *in cap. testimonium. de testib.* Alex. *cons.* 149. *n.* 5. *lib.* 5. Antonell. *l. c. n.* 4. Qualitates vero extrinsecæ non præsumuntur in esse, uti nobilitas, divitiæ. Bald. *in L. non ignorat. C. qui accus. non poss. & in L. in actionibus.* §. *plane ff. de in lit. jur.* Tiraquel. *de nobilit. cap.* 10. *n.* 13. Rol. *cons.* 67. *n.* 26. *lib.* 3. Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 60.

4 Ex tempore vero præsenti præsumi potest ad præteritum, & ideo qui est hodie pauper, præsumitur semper fuisse pauper. *L. ex persona.* ubi Castr. *C. de prob.* Cancer. *var. res. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 45. Gratian. *disc. for. cap.* 125. *n.* 31. Antonell. *l. c. n.* 12.

5 Qualitates mixtæ, ubi scientia, prudentia, & similes non præsumuntur, adeo ut nemo præsumatur idoneus, nisi probetur. gl. *in L.* 2. *ff. de prob.* Alciat. *l. c.* Gratian. *ut supra. n.* 28. DD. *in cap. dudum. de præs.* sed idoneitas debet probari præsenti examine, & non per testes aut famam. gl. *in d. cap. dudum.* ubi DD. *vers. præsumatur.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 10. *nu.* 18. Antonell. *num.* 16. qui autem semel idoneus fuit judicatus, præsumitur etiam nunc talis Menoch. *l. c. præs.* 91. *n.* 22. quare admissus ad SS. Ordines præsumitur idoneus ad Beneficia simplicia imposterum obtinenda etiam sine novo examine *cap. accepimus de ætat. & qualit.* Et in Curia semel examinatus ad Canonicatum non amplius examinatur ad similem Canonicatum. Riccius *in prax. par.* 4. *res.* 70. Lim. in Parochialibus, in quibus semper est opus novo examine. Quaran. *in verb. Ben Paroch. collatio.* quia hujusmodi examen requiritur pro forma a Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 18. *de ref.*

Ita ex possessione de præterito præsumitur possessio de 6
præsenti. DD. *in L. sive possidetis. C. de prob.* Alex. *cons.* 133. *num.* 3. *lib.* 1. Alciat. *de præs. reg.* 2. *præs.* 21. non vero ex possessione præsenti præsumitur possessio de præterito, Bald. in *L. ex persona. C. de prob.* Alciat. *l. c. n.* 15. Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 64. *n.* 65. Antonell. *l. c. n.* 23. sermo est de possessione rei immobilis, quia ex possessione præterita rei mobilis, non præsumitur præsens Bellon. *de potest. eor. quæ in continenti fiunt. lib.* 1. *cap.* 199. *n.* 4. Menoch. *l. c. præs.* 641. *n.* 27. Antonell. *n.* 25.

Tempus præsens non comprehendit futurum tam in 7
contractibus quam in ultimis voluntatibus, nisi agatur de modico præjudicio, nec tempus præteritum trahitur ad futurum, sicut futurum non includit præsens aut præteritum. *L. si a Colono. ff. de V. O. L. si ita. ff. de aur. & arg. leg.* Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 27. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 127. *num.* 3. Gratian. *disc. for. cap.* 497. *num.* 12. Antonel. *de temp. leg. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 3. Unde si testator reliquit omnia credita quomodocunque contracta, non censetur relinquere credita, quæ post testamentum conditum testator acquisivit, sed ea tantum, quæ tempore testamenti conditi habebat, quia verbum *contracta* cum sit præteriti temporis, non includit futurum. Curt. jun. *cons.* 277. *num.* 11. Menoch. *d. præs.* 127. Ita si testator dixit. *Lego pecunias, quas mihi Titius debet*, in legato non continentur pecuniæ, quas Titius post conditum testamentum testatori debere cœpit. *L. si ita scripsisset. ff. de leg.* 2. *L. Julianus.* §. *ult. & L. uxorem.* §. *testamento ita pueros ff. de leg.* 3. sit si dixit. *Lego argentum meum.* intelligitur de argento, quod tempore conditi testamenti exstat, quia ly *meum* est pronomen possessivum, & præsens, non futurum tempus ostendit. *L. uxorem.* §. *testamento ita pueros. & L. si ita ff. de auro, & arg. leg.* Corn. *cons.* 14. *n.* 5. *lib.* 1. Paris. *cons.* 80. *n.* 41. *lib.* 2. Neviz. *cons.* 71. Menoch. *de præs.* 127. *n.* 13. Thes. *dec.* 168. *n.* 5. Antonel. *d. cap.* 7. *n.* 6. & 7. præsertim quia in dubio videtur legatum, quod est minus. *L. Idem Julianus turbit.* 41. §. *scio. ff. de leg.* 1. quamvis fuerit factum conjunctæ personæ. Cagnol. *in L. ult. num.* 252. *C. de pact.* Berous *cons.* 44. *n.* 45. *lib.* 2. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 127. *n.* 18. Pur. *dec.* 20. *lib.* 3. Pennia *dec.* 19. *n.* 1. Honded. *cons.* 63. *n.* 47. Antonell. *l. c. n.* 11. sed quod in Legato usufructus attendatur tempus mortis, non conditi testamenti, tenet Bart. *in d. L. ita n.* 4. *vers. aut in testamento ff. de aur. & arg. leg.* Menoch. *d. præs.* 127. *n.* 28. Thes. *dec.* 168. Coccin. *dec.* 48. *n.* 11. Antonell. *l. c. n.* 17. Lim. 1. si constat de contraria mente testatoris. Lim. 2. in legato facto favore causæ piæ, quando extenditur etiam ad futura. Berous *cons.* 44. *lib.* 2. & Menoch. ac Antonell. *ll. cc.* Lim. 3. in augmento facto causa alluvionis etiam post testamentum conditum, quod debetur legatario. *L. quod in rerum.* §. *si quis. post. ff. de leg.* 1. *L. sæpe legatum. ff. de leg.* 3. Lim. 4. si legatum fuit factum per verba geminata, prægnantia & ampla, ut omnia, & singula, cujuscunque generis. Dec. *cons.* 69. *n.* 3. Cephal. *cons.* 763. *n.* 25. *lib.* 5. Rota coram Coccino *dec.* 47. *n.* 13

Tempus longum dicitur decennium, & modicum in- 8
fra decennium. Bart. *in L.* 1. §. *quod autem. n.* 2. *ff. de superfic.* Quarant. *in verb. alienatio rer. Eccles. n.* 17. Bertazol. *de claus. caus.* 15. *gl.* 2. *n.* 6. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 6. *n.* 9. Jo. de Amic. *cons.* 125. *vers. nihilominus vol.* 1. Caroc. de Locat. & cond. *par.* 2. *tit. de locat. quæst.* 1. *num.* 7. Ludovis. *dec.* 344. *n.* 12. Antonel. *de temp. leg. lib.* 1. *cap.* 10. *per totum.* quamvis alii velint id esse relinquendum Judicis arbitrio, juxta *L.* 1. *ff. de Jure delib.* Bart. *in L. si insulam n.* 3. *ff. de V. O.* Menoch. *de arb. lib.* 2. *cas.* 3. Seraph. *dec.* 580. *n.* 5. Afflict. *dec.* 241. *n.* 3. Coccin. *dec.* 100. *num.*

num. 2. Caroc. *l. c.* Et locatio ad vitam locantis dicitur ad longum tempus. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 16. *num.* 3.

9 Tempus est probandum ab eo, qui se fundat in illo. Mascard. *de prob. conclus.* 1351. *per totam*, & appellans debet probare, se appellasse tempore legitimo. *cap. Romana.* §. *si vero.* ubi DD. *de appell. in* 6. *cap. quod ad consultationem. De sent. & re jud.* & qui se fundat in præscriptione, tempus possessionis suæ probare debet. gl. & Bart. *in L. ob carnem* §. *ff. de testib.* & tum testes debent deponere de certo ac determinato tempore. Antonell. *de temp. leg. lib.* 1. *cap.* 12. *per totum*, qui alios citat. Lim. si is, qui se fundat in tempore, est in possessione; quia possessio relevat ab onere probandi. Mascard. *l. c.* Menoch. *de arb. cas.* 46.

10 Tempus legale, & conventionale non currit impedito *L. quib dieb. ff. de cond. & demonstr.* Hinc tempus præfixum in compromisso non currit impedito, nisi impedimentum veniret culpa debitoris. Antonell. *l. c. cap.* 15. *totum.* In præscriptionibus tamen est continuum, nisi aliter caveatur a lege, vel statuto. Gratian. *disc. for. cap.* 475. *numer.* 16. & 929. *numer.* 9. & alii apud Antonell. *l. c. num.* 10. Ita tempus dilationis a Jure concessæ est continuum, & ideo in illo computantur etiam dies festivi, nisi feriæ absorberent totam dilationem, vel majorem partem illius; quia tunc non computarentur in dilatione. Host. *in cap. licet causam de prob.* Bald. *in L. si quando. quæst.* 4. *num.* 6. *C. de testib.* Lanfrancus de Oriano *in cap. quoniam contra. col.* 2. *de prob. vers. dilationes.* Gravat. ad Vestr. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 7.

11 Tempus a statuto præfixum ad retrahenda bona alienata currit ignoranti, quia hoc tempus est continuum. *L. fin.* ubi Alex. *C. de dol.* Cravetta *cons.* 271. *num.* 5. & currit a die alienationis, & non a die scientiæ. Barbat. *cons.* 50. *num.* 2. Crot. *cons.* 31. *nu.* 4. Altogr. *cons.* 44. Antonell. *l. c. cap.* 17.

12 Tempus censetur adjectum causa differendæ solutionis, quando dies adjicitur obligationi mero favore debitoris, ita ut Creditor, ex parte sua nihil debeat adimplere. Gratian. *disc. for. cap.* 26. *num.* 31. secus si creditor aliquid debeat adimplere, & aliter debitor non teneatur satisfacere, quia tunc tempus censetur adjectum causa finiendæ obligationis. Tiraquel. *de retrac. convent.* §. 1. *gl.* 2. *nu.* 43. & 53. Gratian. *l. c. cap.* 26. *num.* 29. & 32. Antonel. *de temp. leg. lib.* 1. *cap.* 21.

13 Tempus adjectum actui, qui dependet ex futuro eventu, aut facto alterius, non incipit currere, nisi prius purificata conditione, aut inesse deducto ipso effectu. *L.* 3. §. *si quis hæredi. ff. de stat. lib.* gl. *in L. in illa stipulatione si calendis. ff. de V. O.* Socin. *cons.* 76. *lib.* 1. Tiraquel. *de retra. lignag.* §. 1. *gl.* 10. *n.* 49. Antonell. *l. c. cap.* 22. Cyriac. *controv.* 290. veluti si testator dicat, quod pecuniæ hæreditatis impendantur in emptione bonorum stabilium, & eorum fructus distribui pauperibus per decem annos immediate sequentes post mortem ipsius testatoris, hoc decennium non currit, nisi postquam secuta fuit emptio. Et hæres non potest argui de negligentia, nisi probetur, ipsum habuisse occasionem emendi bona stabilia, & non emerit. Cyriac. *l. c. num.* 18. Mascard. *de prob. conclus.* 1093. *num.* 1. Antonell. *l. c.* qui citat Bart. *in L. Tutor qui repertorium.* 8. §. *post depositionem ff. de Administrat. Tut.*

14 Si Testator legavit pecunias solvendas intra certum tempus, tunc legatum solvi potest in fine termini; si vero legavit corpora, vel species, tunc debetur in principio termini. DD. *in L. talis scriptura ff. de leg.* 1. Cyriac. *contr.* 362. *num.* 16. & *controv.* 363. *nu.* 1. *lib.* 2. Lim. in legatis ad pias causas, quæ semper debent solvi in principio termini favore piæ causæ, & non in fine. Tiraq. *de privil. pia causa privil.* 22. & DD. apud Cyriac. *l. c.* Lim. 2. si dilatio fuit data indefinite hæredi ad solvendum legata, quia tunc intelligitur etiam de legatis specierum, & corporum existentium in hæreditate. Cyriac. & Antonell. *ll. cc.* Lim. 3. si legatum consistit in pecunia, & partim in speciebus, quia tunc potentior qualitas prævalet. Iidem.

15 Tempus ad insinuandas donationes nullum in jure præfixum fuit, adeo ut hæc etiam post triginta annos fieri possit. Canon. *de Insinuatione quæst.* 3. Rimin. jun. *in* §. 1. *Instit. de donat.* Gratian. *disc. for. cap.* 531. *num.* 20. & *cap.* 783. *num.* 33. Fenzon. *ad statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 150. *ante. nu.* 37. Cavaler. *dec.* 575. Bellon. *de potest. eor. qui in continenti fiunt lib.* 1. *cap.* 95. *n.* 3. Antonell. *l. c. cap.* 34. *num.* 1. & 2. Lim. si donator ante insinuationem decessit, quia tunc Donatarius invitis hæredibus non posset illam insinuare. Rota. *dec.* 456. *num.* 10. *par.* 4. *to.* 2. *recent.*

Nominatio Laici ad Beneficium Jurispatr. de Laico facta valet, dummodo nominatus fiat Clericus antequam actualiter Ordinario præsentetur ad effectum institutionis. Rota *in Maceraten. Capellaniæ* 15. *Maii* 1564. *coram Aldobrandino*, quia satis est, quod habilitas, seu qualitas ad aliquem actum requisita eo tempore existat, quo actus ipse perficitur. *L. intervenit. ff. de leg. præstan.* Pennia *dec.* 12. *nu.* 8. & 9. Antonell. *l. c. cap.* 71. 16

Tempus a jure non est præfinitum Abbati ad Benedictionem petendam, quamvis ante Benedictionem non possit suis subditis Minores conferre. *cap. cum contigat.* ubi DD. *de ætate & qualit.* Panorm. *in cap. cum Monasterium. de elect.* Sylvest. *in verb. Abbas. num.* 5. Gratian. *disc. for.* 871. *a num.* 10. gl. *in Clem.* 2. *verb. benedici. de stat. Monach.* Antonell. *l. c. cap.* 75. si vero Episcopus requisitus illum benedicere tenuerit, potest tamen suis subditis Ordines conferre. *cap.* 1. *de supplen. neglig. Prælat.* Antonell. *l. c. nu.* 7. 17

Tempus, quod datur executoribus ultimarum voluntatum, est annus. *L. nullus C. de Episc. & Cler. cap. nos quidem. de testam.* quo elapso executio devolvitur ad Episcopum. *d. cap. nos quidem. & cap. tua nobis de testam.* Antonell. *de temp. leg. lib.* 2. *cap.* 36. Annus vero currit, non a die aditæ hæreditatis, sed monitionis factæ per judicem. ita Abb. *cons.* 59. *dub.* 3. *lib.* 1. Barb. *in cap. nos quidem. de testam. num.* 3. Gratian. *disc. for. cap.* 73. *num.* 11. Antonell. *l. c. cap.* 36. sed quod currat a die mortis testatoris, etiam ignorantibus, vel impeditis executoribus testamentariis, tenet Cevall. *in commun. contra commun. quæst.* 374. *num.* 4. Bald. *in L. captatorias. nu.* 12. *C. de testam. milit.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 32. *nu.* 7. & 8. quia annus non datur favore executorum, sed favore pauperum, qui non debent pati moram ex ignorantia executorum, quod tempus tamen potest ab Episcopo, vel ejus Vicario prorogari ad instantiam executorum etiam sine causæ cognitione, quando testatoris voluntas non potest intra illud tempus executioni demandari. Cevall. *l. c. quæst.* 374. *nu.* 2. Gratian. *l. c. num.* 12. Lim. nisi testator Executoribus dederit majus tempus ad exequendum. Et Episcopus potest compellere Executores piarum voluntatum ad reddendam rationem executionis usque ad quadraginta annos. Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 24. *de præscript. numer.* 442. qui citat Bart. *in L. alio. ff. de alim.* Antonell. *l. c. num.* 6. si vero Testator reliquit executorem, qui infra annum exequatur, eoque transacto jussit, ut alius exequatur, uti Titius, tunc in casum negligentiæ primi executoris non Episcopus exequitur, sed substitutus a Testatore. Bald. *in L. fundum sub cond.* §. *stichum. ff. de leg.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 220. *a num.* 35. Antonell. *l. c. cap.* 36. *num.* 7. & 8. Præterea tempus executionis non currit, si super validitate testamenti fuit lis orta, dum hæc pendet. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. gl. 10. *num.* 38. Papien. *in forma libelli. vers. ac executores. num.* 11. Antonell. *l. c. num.* 9. 18

Lites debent de Jure Civili terminari triennio, si sunt civiles, causæ vero criminales biennio, alias perit instantia. *L. properan. C. de Judic.* sive agatur coram ordinario Judice, sive delegato. Specul. *in tit. de Judice deleg.* §. 6. *num.* 10. Bald. *in d. L. properan. nu.* 1. Pax Jord. *de re judic. lib.* 13. *tit.* 6. *d. nu.* 114. Antonell. *l. c. lib.* 2. *cap.* 51. Lim. in causis fiscalibus, in quibus instantia durat triginta annis, sive fiscus sit actor, sive Reus. Benintend. *dec.* 76. Cassad. *dec.* 5. *ne lite pend.* Jord. *l. c. num.* 30. Antonell. *num.* 2. Lim. 2. quando causa pendet coram Principe, vel Judice, qui habet liberum arbitrium in procedendo. Bald. *cons.* 217. *num.* 5. *lib.* 3. Maran. *in spec. par.* 5. §. 1. *num.* 15. Scaccia *de appell. quæst.* 15. *num.* 266. alios citans. Antonell. *l. c. num.* 3. De Jure vero Canonico instantia est perpetua. *cap. pen. & ibi DD. de Jud.* sed post. Conc. Trid. causæ omnes debent terminari intra biennium a die motæ litis, quamvis sint beneficiales. Ita *sess.* 24. *de ref. cap.* 20. Antonell. *l. c. num.* 7. alias est liberum partibus, vel uni illarum Judices superiores adire, qui cau- 19

sam in eo statu, in quo fuerit assumant. Nisi lis, propter causæ gravitatem, & non propter Judicis negligentiam, fuit protracta, aut propter negligentiam, vel malitiam partium non potuit finiri. S. Congr. apud Marches. *de commiss. par.* 2. §. 4. *num.* 54. Leo *in thes. for. Eccles. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 72. Salgad. *de protect. reg. par.* 2. *cap.* 17. *nu.* 35. Barb. *de pot. Episc. par.* 3. *alleg.* 81. *n.* 13. Ut autem Judex dicatur negligens in expeditione causæ, requiritur, quod tribus vicibus fuerit requisitus, & quod postmodum superior aliquem illi terminum præfixerit, quo elapso causam avocabit. Congreg. apud Pacem Jord. *l. c.* Riccius *in prax. to.* 1. *par.* 2. *res.* 334. Antonell. *num.* 8. videri potest Ciarlin. *controv. for. cap.* 55. *num.* 6. & Scaccia *de appell. quæst.* 15. *num.* 278.

20 Tempus triennalis cohabitationis, quod datur conjugibus frigidis, aut impotentibus ad experientiam copulæ nuptialis incipit currere a die factæ assignationis per Judicem. Host. *in cap. fin. num.* 10. *de frig. & malef.* & ibi Jo. And. *num.* 8. Anchar. *nu.* 9. Putr. *num.* 10. Brunel. *de Sponsal. conclus.* 28. *lim.* 1. *num.* 10. & 14. Rota *dec.* 192. *num.* 4. & 5. & *dec.* 226. *num.* 1. *post secundum to. Cons. Farin.* & *in Neapol. dissolutionis matrim.* 5. *Maii.* 1591. coram Orano, & aliæ plures apud Antonell. *de tem. leg. lib.* 2. *cap.* 52. *nu.* 5.

21 Tempus ad dicendum de nullitate professionis, quod est quinquennium, juxta Concil. Trident. *sess.* 25. *de Regul. cap.* 19. currit etiam minori, & ignoranti. Antonell. *de temp. leg. lib.* 2. *cap.* 63. *nu.* 2. & *de regim. Eccles. lib.* 7. *cap.* 11. *num.* 2. & ut valida sit ratificatio professionis, non est necessaria scientia nullitatis ejusdem. S. Congreg. & Rota sub Urb. VIII. teste Paulo Rubeo in annot. *ad dec.* 179. *par.* 4. *tom.* 1. *recent.*

22 Tempus ad contrahendum domicilium est decem annorum continuorum. gl. *in L. vers.* 2. *constituerunt. C. de incol. lib.* 10. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 86. *num.* 15. Buratt. *dec.* 244. *a num.* 5. Rota *dec.* 137. *num.* 5. *par.* 5. *to.* 1. *recent.* Fenzon. *dec.* 20. *vers. non obstat.* Ferentil. in addit. ad Buratt. *l. c. a num.* 11. Antonell. *l. c. cap.* 75. quo procedit in dubio, si vero constaret de animo perpetuo habitandi, tunc eo ipso absque alio lapsu temporis acquiritur incolatus. *L. Cives. C. de incol. lib.* 10. gl. *in L. heres.* §. *proinde verb. debitis. ff. de Jud.* Bart. *in L. un. num.* 2. *C. ubi pet. Tut.* si tamen concurreret aliquis actus significativus animo, uti emptio, conductio domus. Rota *dec.* 105. *num.* 4. *par.* 2. *divers.* quod relinquitur Judicis arbitrio. Rota *dec.* 150. *num.* 7. & 8. *par.* 2. *divers.* Gratian. *disc. for. cap.* 181. *num.* 10.

23 Tempus ad præsentandum ad Beneficium Ecclesiasticum, quoad Patronos Laicos est quadrimestre, quoad Ecclesiasticos vero est semestre. *cap. cum propter de jurepatr. cap. un.* §. *verum eod. in* 6. quod tempus currit non a die vacationis Beneficii, sed a die scientiæ vacationis. *cap. quia diversitatem.* ubi gl. fin. & DD. *de concess. preb.* Garz. *de Benef. par.* 10. *cap.* 2. *num.* 34. & præsumitur Patronus in tempore præsentasse, & vocationem ignoravisse. Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 77. *num.* 14. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 72. *nu.* 136. Garz. *l. c. num.* 36. Antonell. *de temp. leg. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 3. Hoc tempus non currit legitime impedito, veluti absenti Reipublicæ causa, injuste carcerato, non habenti tantum accessum. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 171. Lambertin. *de jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *q.* 1. *art.* 8. *num.* 1. & 3. Ventriglia *de jurepatr. annot.* 3. §. 3. *num.* 30. Neque Regi. vide *Juspatr. regium* - & *Patronus.* Put. *dec.* 6. *de preb.* Seraph. *dec.* 380. Rota apud Riccium *in prax. Jurispatron. res.* 166. sicut non currit ignoranti. Bich. *dec.* 388. *nu.* 13. & dutur a Jure Patrono, potest ab Episcopo prorogari. Riccius. *l. c. res.* 206. simile tempus Patronis a jure præscribitur ad contradicendum permutationibus, vel resignationibus Beneficiorum patronatorum, sine eorum consensu factis. Covar. *pract. quæst. cap.* 36. *num.* 9. Rota coram Pennia *dec.* 532. Felin. *in trac. quando littera Apostolica noceant Patr. Eccles. num.* 11. *vers. lim.* 10. Antonell. *l. c. num.* 4. Debet autem constare de scientia omnium Patronorum, si plures sint, quia ignorantia unius compatronis suffragatur etiam habentibus notitiam, ita ut intuitu istius ignorantis admittantur cæteri ad præsentandum post elapsum tempus. Pax. Jord. *de re benef. lib.* 10. *tit.* 7. *de jurepatr. num.* 430. qui citat Rotam *in una Firmana altaris.* 12. *Maii* 1595. & *Spolet. Benef.* 28. *Maii* 1588. *coram Bubalo.* Contrarium tamen tenuit Rota *in Spolet. Benef.* 28. *Maij* 1590. *coram Cardin. Blancheto.* quam refert Garz. *de Benef. par.* 10. *cap.* 2. *num.* 41. Barb *de pot. Episc. alleg.* 72. *num.* 137. Ferentil. ad Buratt. *dec.* 18. *num.* 10. Antonell. *l. c. num.* 5. quo tempore elapso devolvitur jus conferendi ad Episcopum, qui habet semestre ad conferendum, quod currit a die scientiæ devolutionis. *cap. quia diversitatem. de concess. preb.* Azor. *par.* 2. *lib.* 6. *cap.* 27. *quæst.* 11. & alii apud Jord. *l. c. numer.* 334. Riccius. *d. res.* 226. *num.* 1. Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 113. & *par.* 10. *cap.* 3. *num.* 12. Antonell. *l. c. num.* 7.

Si vero Patronus præsentavit ignoranter indignum, 24 vel non idoneum, non potest, statim Episcopus jure ordinario beneficium conferre, nisi lapso tempore ad præsentandum concesso. gl. *in cap. cum vos. vers. idonea de off. Jud. ordin.* Antonell. *l. c. num.* 14.

Ecclesiæ vero Parochiales Jurispatron. debent Patroni 25 infra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendum idoneos aliquos Clericos nominare coram deputatis examinatoribus, qui terminus decem dierum prorogari non potest ultra decem dies. Conc. Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 18. qui ab Ordinario prorogari non potest ultra alios decem dies juxta Constit. Pii V. *que incipit in conferendis. vers. prohibentes.* Pax Jord. *l. c. tit.* 7. *num.* 355. Antonell. *l. c. cap.* 15. *num* 15. Lim. in Regibus, & Principibus jura imperii in suis dominiis habentibus, quibus etiam scientibus de æquitate non currit tempus ad præsentandum, quia ob varias, & continuas occupationes censentur juste impediti, & cum illis non expedit apices juris servare. Cabed. *de patronat. reg. Can. cap.* 28. *num.* 7. & 8. Barb. *l. c. n.* 137. Jord. *num.* 341. Antonell. *nu.* 16.

Tempus, quod habent plures Patroni ad præsentandum, possunt Patroni etiam sine licentia Ordinarii inter se dividere, ita ut ad unum Patronum spectare possit jus præsentandi ad tres annos, ad alium ad alios tres annos. *Clem.* 2. *de Jurepatr.* Achill. de Grass. *dec.* 2. *de Jurepatr.* Pax Jord. *d. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 281. Antonell. *l. c. num.* 20.

Tempus, quod habet Ordinarius ad conferenda Beneficia, est sex mensium. Garz. & alii apud Ventrigliam. *l. c.* §. 2. *cap. nulla de concess. preb.* licet Episcopus conferat vigore Indulti, quia collatio facta vigore Indulti censetur facta auctoritate ordinaria Rota *in Reatina Preposítura.* 23. *Jan.* 1605. *coram. Coccino.* Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 99. *a num.* 5. & *dec.* 291. Rota *dec.* 444. *par.* 5. *to.* 2. *recent.* Ferentil. ad Buratt. *dec.* 612. *num.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 24. *num.* 24. & 68. Antonell. *de temp. leg. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 2. quod quidem tempus non currit, nisi a die notitiæ vocationis. *cap. licet. de supplen. neglig. prel. cap. quia diversitatem de concess. preb.* Garz. *de Benef. par.* 10. *cap.* 2. *per totum.* & currit de momento in momentum. gl. *in cap. quam sit. vers mensem. de elect. in* 6. Ad effectum devolutionis non sufficit scientia præsumpta, sed certa requiritur, in inferiore collatore probanda est. Rota coram Seraph. *dec.* 380. & *in Sabin. Benef.* 11. *Maij* 1584. *coram Gipsio.* & alia apud Barb. *de pot. Episc. alleg.* 58. *num.* 18. Antonell. *l. c. num.* 9. 26

Et quando Beneficium ab inferiore Collatore confertur indigno, seu incapaci, collatio devolvitur ad Metropolitanum, & de hoc ad Papam. *cap. in cunctis* §. *fin. de elect.* nec excusat ignorantia, quia debet scire conditionem ejus, cui fit collatio. Mant. *dec.* 157. *num.* 1. & 2. Rota *in Valent. Jurispatr.* 20. *Martii* 1589. *coram Orano* apud Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 1. *nu.* 113. 27

Tempus ad instruendum in Beneficio Jurispatronatus 28 nullum est præfixum Ordinario, juxta *d. cap. nulla.* Sylvest. *in verb. Juspatr. quæst.* 6. *vers. quartum semestre.* Riccius. *in praxi par.* 2. *res.* 260. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 72. *num.* 191. & *alleg.* 126. *nu.* 52. Rota coram Pennia. *dec.* 589. *num.* 2. Boer. *dec.* 312. *num.* 2. *par.* 1. Antonell. *l. c. cap.* 17. *nu.* 1. contra Pacem Jord. *lib.* 10. *tit* 7. *de Jurepatr. to.* 2. si tamen Episcopus absque causa differt instutitionem, potest Patronus vel præsentatus adire superiorem, ut Episcopo terminum præfigat, intra quem, si non instituit, jus instituendi devolvitur ad superiorem. Sylvest. *l. c.* Zerola. *in prax. Episc. par.*

par. 1. verb. Juspatronat. §. 8. dub. 3. Gutierrez. de juram. confirm. par. 3. cap. 13. num. 8. dummodo trina præcesserit interpellatio. Ita Barb. d. alleg. 72. n. 192. Lambert. de Jurepatr. par. 3. lib. 2. quæst. 2. art. 6. Ventriglia de Jurepatr. annot. 3. §. 2. num. 3.

29 Ad instituendum vero præsentatum ad Ecclesiam Parochialem præfixum est tempus duorum mensium post præsentationem. Constitutio Pii V. quæ incipit. In conferendis, quo elapso jus instituendi devolvitur ad Metropolit. seu viciniorem Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam arbitrio Patronorum. Jord l. c. num. 407. Antonell. de temp. leg. lib. 3. cap. 17. num. 3.

30 Ad capiendam possessionem Beneficii, quod quis obtinuit, non est præfixum tempus a jure. Boer. dec. 24. & 312. Abb. in cap. Capitulum de rescript. & in cap. 2. de concess. preb. Rota dec. 4. de Jurepatr. Selva de Benef. par. 3. quæst. 64. Franc. in cap. un. de rer. permut. in 6. Feder. de sen. de permut. Benef. quæst. 19. Garz. de Benef. par. 10. cap. 4. per totum. Riccius in prax. par. 3. res. 531. Regula tamen Cancellariæ determinat, ut provisus in partibus intra mensem, in Curia vero provisus intra sex menses capiat possessionem, alias possit privari. Riccius l. c.

31 Tempus ad appellandum est decem dierum a die latæ sententiæ computandorum, sive appelletur a definitiva, sive ab interlocutoria. auth. hodie. C. de appell. cap. cum dilectus in fin. de elect. Scaccia de appell. quæst. 12. a num. 2. & appellatio debet fieri in scriptis, nec sufficit, si viva voce interponatur. Porro hoc tempus currit a die scientiæ tantum. Bart. & DD. in d. auth. hodie. cap. concertationi. de appell. in 6. Ciarlin. controv. for. cap. 13. non currit proposita nullitate, dummodo calumniose non fuerit proposita. Franc. in cap. dilectus. de appell. quæst. 6. Scaccia de appell. quæst. 12. & 15. Salgad. de protect. Reg. par. 4. cap. 3. nu. 130. Bic. dec. 29. nu. 3. Antonell. de temp. leg. lib. 4. cap. 23. qui citat Jord. lib. 14. tit. 26. nu. 588.

32 Tempus ad præscribendum. vide Antonell. de temp. leg. lib. 2. a cap. 80. Ad præscribendum legitimam non currit contra possidentem bona, super quibus legitima debetur, & contra non valentem agere. Bich. dec. 94. num. 28. & seq.

33 Tempus modicum in ordine ad decretum Urbani VIII. quod prohibet, ne Regulares non possint suscipere novas eleemosynas pro Missis, nisi prius satisfecerint aliis, vel infra modicum tempus possint satisfacere, intelligitur de triginta, vel sexaginta diebus. Diana vero vult esse arbitrarium Judici. par. 9. trac. 6. res. 55. Menoch. de arb. Jud. cas. 31. Tusc. litt. T. conclus. 37. contra Peregrin. extendentem ad triennium.

34 Tempus quando dicatur diuturnum ad probandam unionem Beneficiorum, & alia, vide Garz. de Benef. par. 12. cap. 2. §. 2. num. 179. ubi multi requirunt triginta annos, multi quadraginta. Ad probandam famam privilegii Apostolici pro possidente decimas laico ab immemorab. vide Maresc. lib. 1. var. res. cap. 17. qui vult esse remittendum arbitrio Judicis. nu. 5.

35 Tempore interdicti personalis specialis, quæ sint prohibita. vide in praxi Censurarum. Hoc interdictum incurritur ab eo, qui recipit dignitatem Ecclesiasticam de manu Laici. cap. si quis deinceps. 16. quæst. 7. Item ab illo Prælato, qui sibi usurpat aliquid ex fructibus vacantis dignitatis, vel Ecclesiarum sibi subjectarum. cap. præsenti. de off. ordin. in 6. Item, qui in alienatione bonorum Ecclesiasticorum non servat Extrav. Ambitiosæ, ubi fuit recepta. Item Sacerdos, qui præsumit admittere interdictum, vel excommunicatum publice ad Divina Officia, vel Sacramenta, aut Ecclesiasticam sepulturam, donec dederit satisfactionem illius arbitrio, cujus sententiam violavit. cap. Episcoporum. de privil. in 6. Item violans interdictum locale generale.

TERMINUS.

Praxis Termini.

1 Terminus incipiens a nativitate, vel Paschate, incipit, & computatur a primo die Nativitatis, vel Paschatis, Cyriac. controv. 158. Datur a Judice ad aliquid faciendum, vel probandum, uti unius mensis, intelligitur de tot diebus, quot habet ille mensis, in quo datus fuit ille terminus, ut quot dies deficiunt in illo, suppleantur in alio mense. Bart. in L. tempora. C. de tempor. appel. Vinc. de Franc. dec. 471. Menoch. de arb. cas. 50. Cenc. de cens. par. 3. cap. 2. quæst. 1. art. 2. num. 24. si vero agitur de mense utili, sublatis feriis, intelligitur de triginta diebus. Bald. in L. eos. C. de appell. §. sin autem. Dec. in L. ubi Lex. ff. de R. J. num. 2. Alex. cons. 114. lib. 5. Menoch. vero tenet, esse arbitrarium Judici, an sit dierum triginta, vel triginta & unius. Ecclesia obs. for. 76.

2 Terminus dilationis a Judice datus, potest ab eo revocari, vel commutari. cap. consuluit. de off. Deleg. DD. in L. fin. ff. de fer. quod procedit etiam in dilatione data a Lege. L. 2. ff. de re jud. tunc tamen, si agitur de arctando termino, requiritur causa, quamvis prorogatio fieri possit sine causa. Ecclesia obs. for 80. nisi dilatio fuisset a lege concessa cum præfinitione termini sine Judicis ministerio, si vero cum Judicis ministerio, erit arbitraria Judici, ut possit dilatare, prorogare, vel minuere. Mascard. de prob. conclus. 1235. Cravetta cons. 179. uti terminus ad appellandum, & ad faciendum inventarium est terminus datus a Lege sine Judicis ministerio. Rol. de confect. inventarii. par. 3. Crass. de hered. invent. quæst. 251. Cyriac. controv. 117. Ecclesia. l. c.

3 Terminus dilationum regulariter est continuus. Castr. in L. sive par. 7. C. de dilat. Tiraquell. de retrac. §. 1. gl. 11. num. 21. Cenc. & Eccles. ll. cc. ita ut in illo comprehendantur feriæ, sive repentinæ, sive solemnes, sive dilatio sit data a Lege Judicis ministerio, sive sine ejus ministerio. Maran. in spec. par. 6. tit. de dilat. art. 3. num. 18. Gail. lib. 1. obs. 63. nisi feriæ essent tot, quæ majorem termini partem absorberent; tunc enim non connumerarentur. Hostien. in cap. licet causam. de prob. Bald. in L. si quando. quæst. 4. C. de testib. Post. de manut. obs. 84. num. 36. Maran. & Eccles. ll. cc. sicut etiam quoad repentinas, quæ prævideri non potuerunt, licet tempus in illis currat, tamen datur restitutio in integrum, si tempus fuit lapsum durantibus feriis. Ecclesia obs. for. 76.

4 Terminus prorogationis censetur idem cum primo L. si manente. ff. de procurat. & prorogatio censetur facta cum omnibus qualitatibus, cum quibus est facta prima concessio. L. Labeo ait. 2. §. hac autem. ff. de arbit. recip. Bart. in L. 1. de nov. oper. nunt. Gabr. de dilat. conclus. 2. num. 4. Mascard. de prob. conclus. 1246. & subrogatum sequitur naturam ejus, cui subrogatur. In praxi tamen observatur, quod terminus prorogatus sit continuus, quamvis primus fuerit utilis. Ecclesia d. obs. 76. num. 28. & Bich. dec. 256. vide subrogatum.

5 Terminus decem dierum ad committendam causam appellationis continetur in concessione reverentialium Rota dec. 276. num. 1. par. 1. divers. & coram Buratto dec. 764. num. 1. Bich. dec. 9. num. 2. Cassad. dec 4. de appell. Caputaq. dec. 31. & 32. par. 1. Ferentil. ad Buratt. dec. 764. litt. A. Bich. dec. 240. num. 15.

6 Hac occasione quæritur, an appellationis terminus assignati possit a Judice a quo? Respondetur, quod Judex a quo potest assignare terminum arbitrarium ad arripiendum iter. cap. pervenit. 2. de appell. Secundo ad præsentandum se coram Judice ad quem. cap. personas. appell. Tertio ad recipiendum Apostolos, ita ut, si in termino non compareat, deseratur appellatio. Clem. 2. de appell. Quarto ad se præsentandum cum eisdem Apostolis coram Judice ad quem, qui terminus, si est competens, & non fuit servatus, deseritur appellatio. Bald. in L. Præses. C. de appell. Franc. in d. cap. personas. Quinto ad prosequendam appellationem. Franc. l. c. Maran. in spec. par. 6. art. 2. princ. num. 1205. limit. 21. verb. & quandoque appellatur. Genuen. in prax. cap. 70. num. 1. secundum ult. impressionem. Sexto ad faciendam fidem de prosecutione, prout servat praxis contra Scaciam. de appell. cap. 2. quæst. 15. num. 15. vers. septimo. Genuen. l. c. num. 3.

7 Imo si Judex a quo dedit appellanti terminum prolixum, aut nullum, potest de novo statuere terminum competentem ad prosequendam appellationem, aut se sistendum coram Judice ad quem, quia jurisdictio Judicis a quo non intelligitur suspensa in concernentibus faciliorem expeditionem causæ appellationis. Franc. in d. cap. personas. nu. 9. Lancell. de attent. par. 2. cap. 12. lim.

lim. 4. princ. num. 5. Scaccia l. c. num. 17. Ventriglia de jurisdict. Archiep. cap. 140. & Antonell. de temp. leg. lib. 4. cap. 23. num. 35. ita ut elapso dicto termino appellatio remaneat deserta. cap. cum sit Romana. & ibi DD. de appell. videri etiam potest Genuen. l. c.

8 Quæritur 2. An Judex a quo, qui non detulit appellationi, possit præfigere terminum ad illam prosequendam? affirmativam tenent Domin. in cap. 1. & cap. cum appellationibus. de appell. in 6. Franc. in d. cap. personas. Genuen. l. c. num. 5. Zabarel. in Clem. 1. de appell. quæst. 28. Jo. Andr. in cap. 1. Venuiglia. l. c. n. 3.

9 Terminus reprobationis præbet solum facultatem reprobandi testes, non autem probandi intentionem propriam. Maran. in prax. par. 6. art. 13. nu. 8. Bich. dec. 499. nu. 4.

10 Termini, vel limites Ecclesiæ Parochialis probantur per libros antiquos, famam, testes, & quæcumque alia adminicula. cap. cum causam. de prob. & in antiquis etiam per verba enunciativa. Menoch. cons. 336. & 413. Mascard. de prob. conclus. 622. Barb. in d. cap. cum causam. Coccin. dec. 665. Item ex decretis Visitationis publicatis, Seraph. dec. 798. Merlin. dec. 403. Coccin. dec. 666. Tranchedin. cons. 96.

TERRITORIUM.

Praxis Territorii.

1 Territorium separatum constituitur a loco exempto, uti Ecclesia, vel Monasterio non improprie, & per modum æquiparationis, & ad certos tantum effectus, sed proprie & vere, quamvis sit intra limites Diœcesis. Gemin. in cap. cum Episcopus. num. 4. de off. ordin. in 6. & in cap. 2. num. 19. de constit. Rota dec. 207. num. 5. in fin. vers. seu taliter. par. 2. diversf. & dec. 105. nu. 2. inter impressas post Cons. Farin. lib. 2. dec. 42. nu. 2. & 6. dec. 65. num. 3. apud Tamburin. de Jure Abb. to 3. dec. 635. num. 2. vers. unde. par. 3. recent. Ferentill. ad Burat. dec. 578. num. 21. Bich. dec. 459. num. 12. & 13. Lotther. de re Benef. lib. 1. quæst. 24. num. 127. Gratian. disc. for. cap. 212. num. 33.

2 Territorium separatum constituit locus exemptus, si in litteris Apostolicis enunciatur nullius Diœcesis, & talis censetur ab Episcopo agnitus, si dictas literas executioni demandavit. tex. in cap. ex ore. vers. pro hoc. de his, quæ fiunt a majore parte Capit. Dec. cons. 206. num. 7. Bich. l. c. nu. 15. quod vero locus nullius sit Diœcesis, & territorium separatum constituat, probari debet per immemorialem, aut privilegium Apostolicum, cum id ad solum Papam spectet. DD. in cap. cum contingat. de foro compet. Cochier. de jurisdict. in exempt. par. 2. quæst. 53. num. 2. Rota apud Buratum. dec. 578. num. 2. & apud Bich. dec. 525. nu. 3.

3 Territorium non probatur diversum ex particularibus prædiorum nominationibus. Seraph. dec. 405. & 463. & 521. Rota apud Merlin. dec. 474. quia unum & idem territorium secundum diversas sui partes potest diversis nominibus appellari.

4 Territorii feudalitas ex quibus præsumptionibus excludatur, tradit Merlin. dec. 582. ubi num. 4. Feudalitas excluditur posita continua possessione, & statu allodialitatis. Isern. in cap. 1. §. quidam tamen. sub nu. 3. de controvers. inter mascul. & fœm. Menoch. cons. 395. num. 12. Bellon. jun. cons. 44. num. 11. vers. secunda vero conject. Item ex alienationibus territorii, uti de bonis allodialibus sine licentia Principis, & quod emptores illud possederint sciente, & patiente Principe. Isern. l. c. Rol. cons. 50. nu. 39. lib. 3. Surd. cons. 135. num. 36. & cons. 151. nu. 31. Bellon. jun. d. cons. 44. nu. 12. Merlin. d. dec. 582. nu. 7.

TERTIUS.

Praxis Tertii.

1 Tertius possessor, qui habet causam a creditore, cui a Judice fuit adjudicatus fundus, tenetur illum creditori relaxare, si a Judice nulliter fuit processum, & actum. Pajatell. exped. & annot. 35. per tot.

2 Tertius possessor debet citari, priusquam contra ipsum consummatur executio, & debet summarie audiri. L. a Divo Pio. §. si super reb. ff. de re judic. Mangil. de subhast. quæst. 5. a nu. 6. Natta cons. 350. Capic. dec. 128. Gratian. disc. for. cap. 502. Buratt. dec. 166. Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 3. quæst. 18. ubi considerandum, an iste possessor fuerit institutus lite pendente, an bona sint eadem, quæ fuerunt capta in judicio. Hond. cons. 20. Gratian. & Mangil. ll. cc. Merlin. l. c. num. 33. & 34. Bich. dec. 153. nu. 14. si non fuit ante sententiam in judicatum prolapsum citatus. ubi Rota.

Tertius possessor potest excipere de jure tertii, si talis exceptio est exclusiva juris agentis. Bart. in L. commodare. num. 2. ff. de commod. Socin. in L. 2. ff. de except. rei jud. num. 6. Barb. in L. diro atque uxore. nu. 24. ff. sol. matrim. Menoch. de adipisc. rem. 4. n. 595. Burat. dec. 254. num. 13. Bich. dec. 115. nu. 6. 3

Tertius possessor non potest executive conveniri, quamvis contra principalem competat via executiva, quia personalis obligatio non sequitur singularem successorem. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. par. 4. §. 5. a nu. 2. Zachias. de oblig. Camer. quæst. 5. num. 36. Beltram. ad Ludovis. dec. 302. num. 12. Bich. dec. 288. num. 1.

Tertius possessor, qui lite pendente emit, potest executive executi, si fuit citatus pro jure, & interesse suo neque unquam contradixit, uti requiritur, ad impediendam executionem. Castr. in L. cum filiusf. ff. de V. O. n. 3. Dec. in L. 2. num. 44. C. de eden. & cons. 187. num. 2. & cons. 700. num. 4. quia tunc non videtur, quod sententia sit lata inter alios. Bich. dec. 15. nu. 6. ubi Rota, & Menoch. cons. 63. nu. 25. quia in illum transit vitium litigiosi, tanquam reale, & habetur pro non possessore. Idem. nu. 10. & 12. Bart. in L. creditores. num. 23. C. de pignor. Fel. in cap. cum olim. 12. nu. 11. de re jud. Menoch. de adipisc. rem. 5 num. 137. Crescent. dec. 19. n. 2. & 3. de re jud. Buratt. dec. 917. num. 2. sive tertius sciverit rem esse litigiosam, sive ignoraverit; quia licet ignorantia excuset a pœnis contra acquirentes res litigiosas, non tamen illos tuetur ab executione. Covar. pract. quæst. lib. 2. cap. 15. num. 7. Bart. in L. fin. C. de litigios. Rota apud Bich. dec. 153. nu. 13. Butr. in cap. quia. G. num. 13. de Jud. 4

Tertius possessor non potest executive executi, & molestari, in quem bona litigiosa ex causa dotis transierunt. Fontanella de pact. nupt. claus. 6. gl. 1. par. 3. num. 49. Anton. de Amatis. res. 45. nu. 17. Bich. dec. 394. nu. 6. ubi Rota, Giurba dec. 62. num. 12. 5

Tertius veniens ad causam, & admissus in statu & terminis, in quibus reperiebatur, censetur ratificare omnia acta. Gratian. disc. for. cap. 850. Rota apud Farin. dec. 431. par. 1. Put. dec. 71. par. 3. Pajatell. exped. & annot. 30. Bich. dec. 8. num. 8. 6

Tertius veniens ad causam non auditur, nisi doceat de suo interesse, nisi fuerit citatus. Dec. cons. 203. Rota apud Farin. dec. 293. Pajatell. annot. 30. sufficit autem, quod aliqualiter de illo doceat. Innoc. in cap. veniens. 2. de testib. Felin. in cap. cum super num. 16. de sent. & re jud. Coccin. dec. 47. num. 19. Rota apud Bich. dec. 536. num. 1. 7

Tertius potest venire ad causam ad excludendum utrumque colligitantem. Joan. Andr. in cap. 2. n. 1. ubi Gemin. ut lite pend. in 6. Fachin. lib. 1. controv. Jur. cap. 5. Beltramin. ad Ludovis. dec. 259. num. 7. Bich. dec. 312. num. 11. 8

Non potest impedire executionem sententiæ præstita cautione in casum succumbentiæ. Covar. pract. qq. cap. 13. & 14. Gail. lib. 1. obs. 70. Osasc. dec. 38. Surd. dec. 335. Gratian. l. c. si condemnatus possidet, secus si tertius possidet. cap. super. de sent. & re jud. Covar. & DD. ll. cc. Ecclesia. obs. for. 159. & si condemnatus dolo desiit possidere, debet revocari alienatio. Alii tamen volunt, quod etiam sine revocatione contra tertium etiam non citatum possit exequi. Capic. dec. 128. Covar. l. c. cap. 15. Natta cons. 350. Gratian. disc. for. cap. 502. Ecclesia l. c. nu. 6. si tamen tertius particeps sit fraudis, & hoc constet. 9

Veniens ad causam pro suo interesse non potest petere remissionem causæ, quia is dicitur Actor, & ita sequitur forum Rei, & debet acceptare judicium in eo statu, in quo reperitur. cap. ult. ut lite pend. in 6. Fel. in cap. cum super. de off. Deleg. Covar. pract. qq. cap. 13. Vant. de nullit. tit. quis possit dicere de nullit. Craveta cons. 14. Menoch. de arbitr. cas. 18. lib. 2. Riccius in prax. par. 2. res. 146. Non potest declinare forum. Costa de port. rata. quæst. 10

quæſt. 227. Gail. *lib.* 1. *obſ.* 71. Anchar. *conſ.* 91. & 183.

12 Veniens ad judicium pro ſuo intereſſe judicium inter priores cæptum non retardat, ita ut Judex unica ſententia teneatur cauſam dirimere. DD. apud Covar. *pract. qu. cap.* 14. Rota *dec.* 4. *de Jud. in antiq.* Fachin. *lib.* 1. *controv. Jur. cap.* 5. ſed Judex in ſententia ita debet rem parti adjudicare, ut cautionem præſtet, quatenus, ſit tertius fundum evincat, reſtituat, contrarium tamen, quod nimirum judicium inchoatum retardet, tenent Gail. *lib.* 1. *obſ.* 70. Innoc. *in cap. veniens. de teſtib.* Bart. *in L. is a quo. ff. de rei vendic.* Bald. *in cap.* 1. *de pace tuen.* Fel. *in cap. cum ſuper de ſent. & re jud.* Menoch. *conſ.* 488. Pajatell. *annot.* 30.

13 Tertius veniens ad litem poteſt appellare, licet ſententia tranſierit in judicatum. Fachin. *lib.* 11. *controv. Jur. cap.* 5. ſed Honded. contrarium tenet. *conſ.* 25. cum Covar. *pract. qq. cap.* 15. Licet regulariter non poſſit dicere de nullitate contractus, ob non ſervatas ſolemnitates, tamen ſi contractus eſt damnoſus Eccleſiæ, quilibet poteſt dicere de nullitate. Seraph. *dec.* 278. & 431. Turricell. *de reb. Eccleſ. non alien. cap.* 24. etiam ſine mandato, & quamvis nulla præceſſerit negligentia prælati, quia hoc eſt judicium publicum, & ad res male aliénatas in damnum Eccleſiæ competit actio popularis, cum omnium interſit bona Eccleſiæ conſervari.

14 Tertius conventus a fideicommiſſario volente bona fideicommiſſi vendicare ab eo poſſeſſa, poteſt ſe tueri exceptionibus detractionum, quæ competebant gravato. Peregr. *de fideicom. art.* 39. Cyriac. *controv.* 5. Gratian. *diſc. for. cap.* 265. Rota poſt Merlin. *de legit. dec.* 1. quia jus excipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem. Aym. *conſ.* 148. Bart. *in L. ſi tertius. ff. de aqua pluvia arcenda.* Gratian. *l. c.* Andreol. *controv.* 62. Saminatus poſt Altograd. jun. *conſ.* 6.

15 Tertius creditor anterior non poteſt prætextu ſuæ hypothecæ poſterioris creditoris executiones retardare, vel impedire. Covar. *pract. qq. cap.* 16. Poſt. *de ſubhaſtat. inſpect.* 18. *num.* 126. Eccleſia *obſ. for.* 161. maxime ſi actione perſonali nititur. Lim. ſi ultra hypothecam juvatur clauſula conſtituti. Giurba. *dec.* 61. Poſt. & Eccleſ. *ll. cc.* quamvis tertius vellet præſtare cautionem de reſtituendo.

16 Tertius Arbiter, vel peritus ſi fuit datus a Judice, poteſt ab aliis arbitris, vel Judicibus diſcordare, ſi vero fuit electus a partibus, tenetur cum uno ex prioribus concordare. Gabr. *de arb. concluſ.* 1. *num.* 1. & 4. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 108. Cyriac. *controv.* 159.

T E R T I A R I I.

Praxis Tertiariorum.

1 Tertiariorum plura ſunt genera. Primo illorum, qui vivunt in Religione, & tria vota ſubſtantialia emittunt. Tambur. *de Jure Abb. to.* 1. *diſp.* 17. *quæſt.* 1. Pellizar. *in man. to.* 1. *trac.* 1. *cap.* 3. Secundo eorum, qui tria vota ſubſtantialia emittunt, ſed non vivunt, ſub aliqua determinata regula. Tertio illorum, qui nec votum emittunt, nec ſub regula vivunt in communi, ſed tantum obſervant regulam alicujus Sancti Franciſci, vel Dominici. Quarto illorum, qui vivunt in Communi, ſed vota non emittunt. Secundi & tertii generis Tertiarii poſſunt ſibi eligere ſepulturam. Samuel. *de ſepult. trac.* 1. *diſp.* 4. *controv.* 8. *concluſ.* 7. *nu.* 11. Miranda *in man. prælat. to.* 1. *quæſt.* 36. *concluſ.* 1. *num.* 3. Capon. *diſc. for.* 325. *num.* 48. & generaliter ubi tertiarii ſint ſepeliendi, vide Dianam *par.* 6. *trac.* 8. *reſ.* 30. Qui vivunt in Communi ſub Regula, veniunt nomine Religioſorum.

2 Tertiarii non habent jus dandi habitum tertii Ordinis, ſed Fratres minores de obſervantia. Rota apud Rubeum. *to.* 1. *dec.* 584. & apud Merlin. *dec.* 720. *nu.* 27. & quidem excluſive quoad Epiſcopum. S. Congreg. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 18.

3 Tertiarii non gaudent Immunitate, vel privilegio fori, & Clericali, quia habent aliquam tantum mixturam cum Eccleſia, & ſi delinquunt in iis, quæ ſpectant ad officium Spirituale, datur locus præventioni. Ciarlin. *controv. for. cap.* 18. niſi vivant collegialiter ſub obedientia ſuperioris Epiſcopi, & tria vota ſubſtantialia ediderint. Bald. *in L. placet. C. de Epiſc. & Cler.* Angel. *conſ.* 264. Ancharan. *in reg. ea quæ de R. J.* Socin. *in cap.* 2. *de foro. com.* Abb. *in cap. cauſam, quæ de Jud.* Vulp. *de libert. Eccleſ. par.* 3. Maſcard. *de prob. concluſ.* 957. DD. S. Congr. & Rota apud Ciarlin. *l. c. cap.* 18. Diana. *par.* 1. *trac.* 2. *reſ.* 84. apud Antonell. *de reg. Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 21. Anſald. *de juriſdict. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 11. Pignatell. *to.* 2. *conſult.* 63.

T E S T A M E N T U M.

Praxis Teſtamentorum.

Teſtamentum eſt noſtræ voluntatis juſta ſententia de 1
eo, quod quis vult fieri poſt ſuam mortem. DD. *in L.* 1. *ff. de teſtam.* Clarus *in* §. *teſtamentum*, differt a Codicillo, quia in eo non inſtituitur hæres.

Teſtamentum præſumitur factum ab homine ſanæ 2
mentis. Alex. *conſ.* 87. *vol.* 2. Alciat. *de præſ. reg.* 1. *præſ.* 38. Sim. de Præt. *de interpret. ult. vol. ſolut.* 4. *col.* 1. *fol.* 83. Menoch. *de præſ. lib.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 7. quia homo eſt animal rationale, & ſana mens ineſt homini a natura. *L. nec codicillos.* ubi Bart. & Bald. *C. de codicil.* & hæres petens ſe immitti non tenetur probare, quod teſtator fuerit ſanæ mentis, ſed ſufficit, quod teſtamentum producat non vitiatum. Altograd. ſen. *conſ.* 74. & jun. *controv.* 78. Mantha *de ſucceſſ. leg. par.* 4. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 8. niſi probetur, quod ante conditum teſtamentum fuerit demens, quia talis de cætero fuiſſe præſumi deberet. gl. & Abb. *in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Dec. *in L. furioſum. num.* 23. *C. qui teſtam. fac. poſſ.* & quod furor inceptus præſumatur durare, probatur ex L. *ambiguitatem. C. de uſufr.* Maſcard. *de prob. concluſ.* 825. Surd. *conſ.* 89. *num.* 28. *vol.* 1. Menoch. *de præſ. lib.* 3. *præſ.* 45. *num.* 69. & probata dementia ante & poſt teſtamentum præſumitur etiam dementia medii temporis. Anchar. *conſ.* 5. *num.* 5. Rota *dec.* 134. *in fin. par.* 2. *in noviſſ.* Boer. *dec.* 23. *num.* 86. Mantha *l. c. ſub. nu.* 11. Dummodo probatio dementiæ ſit concludens, & teſtes reddant congruentem, & concludentem rationem ſcientiæ per actus exteriores, quos viderint, & dummodo demens non habeat dillucida intervella, quia talis poteſt condere teſtamentum, ſi tempore, quo illud condit, ſit ſanæ mentis. In dubio vero actus præſumitur geſtus tempore furoris, non vero dillucidi intervalli. Menoch. *d. præſ.* 45. *num.* 63. & qui dicit fuiſſe factum tempore dillucidi intervalli, id debet probare, quia fundans ſe in tempore, illud debet probare. Bart. & DD. *in L. cum actum. ff. de negot. geſt. & in L. non ſolum* §. *ſed id probari. ff. de nov. oper. nunt.* Dec. *conſ.* 210. & alii apud Mantham *l. c. nu.* 18.

Teſtamentum multiplex eſt, aliud perfectum, ſive ſo-
lemne, aliud imperfectum, ſeu minus ſolemne, aut pri- 3
vilegiatum, quod licet careat ſolemnitatibus juris, tamen ex privilegio valet, tale teſtamentum eſt inter liberos, ad pias cauſas, militare, conditum tempore peſtis, coram Principe, ſeu ad acta Judicis. Clarus *in* §. *teſtamentum. quæſt.* 3. P. Pirrhing. *lib.* 3. *tit.* 26. *ſect.* 1. §. 1. *num.* 2. Teſtamentum ſolemne, & perfectum eſt iterum aliud in ſcriptis, aliud nuncupativum, ſolemne in ſcriptis eſt, in quo Teſtator ſuam ultimam voluntatem in ſcriptis exhibet, adhibitis teſtibus, qui hujuſmodi ſcripturæ ſubſcribunt, & ſigilla ſua apponunt. Nuncupativum eſt, in quo Teſtator voce ſine ſcripto coram teſtibus declarat, quid poſt mortem ſuam fieri velit. Clar. *l. c. quæſt.* 4. *nu.* 1. Molina *de Juſt. & Jur. trac.* 2. *diſp.* 125. *num.* 1. Pirhing. *l. c.*

§. I.

Quinam Teſtamentum facere non poſſunt?

I. Prohibentur Monachi poſt editam profeſſionem.
Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. *de Regular.* quamvis fue- 4
rint facti Epiſcopi, quia non deſinunt eſſe Monachi. Hoſt. *in cap. Clerici.* 2. *de vita & honeſt. Cleric.* Boer. *dec.* 158. *num.* 4. Covar. *in cap.* 1. *num.* 18. *de teſtam.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 99. *nu.* 10. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 105. *art.* 1. Barb. *in cap. quia ingredientibus.* 2. *de teſtam. & de Jure Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 205. Pont. *de matrim. lib.* 7. *cap.* 13. Tambur. *de Jure Abb. diſp.* 28. *quæſt.* 2. Diana. *par.* 5. *trac.* 3. *reſ.* 128. & *par.*

3. *trac.*

3. *trac.* 2. *ref.* 75. Tondut. *ref. Can. cap.* 95. & plures alii apud Gonzal. *in lib.* 3. *decret. tit.* 26. *cap.* 2. *n.* 34. & probat tex. *in cap. non dicatis.* 12. *quæst.* 1. *cap. perlatum.* 19. *quæst.* 3. quia Monachi professi habentur pro mortuis juxta S. Basil. *in constit. Monast. cap.* 20. & nihil habent, de quo testari possint. Gonzal. *in cap.* 2. *de stat. Monach.* Tum quia Monachi non habent velle, neque nolle. S. Fulgent, *cap.* 27. *cap. non dicatis. cit.* Cevall. *commun. contra commun. lib.* 2. *cap.* 446. Diana *par.* 3. *trac.* 2. *ref.* 75. & quod Monachus factus Episcopus non possit testari, tenet S. Tho. 2. 2. *quæst.* 185. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 114. *n.* 22. & alii apud Gonzal. *l. c. num.* 17. *per tot.* Nisi S. Pontifex, ut potest, dispensasset. Covar. *l. c.* Bald. *L. si quando. C. de inoffic. testam.* Abb. *in cap. ex publico de convers. conjug.* quia etsi Monachi non possint habere bonorum proprietatem, possunt tamen habere usumfructum aliquarum rerum. gl. & Innoc. in cap. insinuante. *qui Clerici, vel Monachi.* Verall. *dec.* 223. *par.* 2. Martha *l. c. art.* 4. *a n.* 14. *&* 15.

5 II. Clerici de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis testamentum facere non possunt. De bonis vero patrimonialibus, proprio artificio, aut aliunde quæsitis, uti etiam de industrialibus disponere possunt. *cap.* 1. *& seq.* 12. *quæst.* 1. Conc. Tolet. An. 1324. Barb. *in cap. cum in officiis.* 7. *tit.* 26. *de testam. & de pot. Episc. alleg.* 115. Valenzuela *cons.* 98. Gutierrez. *pract. qq. lib.* 2. *quæst.* 114. Solorz. *to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 9. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 22. Roussellus. *lib.* 5. *Histor. Jur. Pontif. cap.* 4. & alii apud Gonzal. *l. c. cap.* 7. *num.* 1. secunda vero pars probatur *ex L. Sacrosanctæ. quib. Presbyteros. C. de Episc. & Cler.* uti de distributionibus quotidianis, & redditibus, qui dantur pro celebratione Missarum, quia dantur pro ministerio, & servitio personali. Hostien. Ant. de Butr. Zabarella, & Imola *in cap. quia nos de testam.* Alex. *cons.* 116. *n.* 5. *vol.* 7. Redoan. *de spoliis. quæst.* 6. *num.* 17. Martha *l. c. art.* 4. *num.* 19. Donare tamen in ægritudine modicas res non prohibentur, sermo est de donatione inter vivos, non vero causa mortis, quia Episcopi, Canonici, & Beneficiarii possunt inter vivos ad libitum donare absque eo, quod teneantur ad restitutionem. Covar. *in cap. cum in officiis. n.* 7. *de testam.* Diana *par.* 8. *tract.* 6. *ref.* 13. Molina *de Just. trac.* 2. *disp.* 144. & *de primogen. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 34. Solorzan. *de Jure Ind. to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *a n.* 11. Noguerol. *alleg.* 26. *n.* 214. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 114. Navar. *de reddit. quæst.* 1. *monit.* 8. *& quæst.* 3. *monit.* 25. Soto *de Just. lib.* 7. *quæst.* 4. *art.* 2. *& lib.* 10. *quæst.* 5. *art.* 7. Redoan. *de spol. Cleric. quæst* 3. §. *& ex his n.* 16. Rodriquez. *to.* 2. *qq. regular. quæst.* 58. *art.* 8. Azor. *instit. moral. to.* 1. *lib.* 12. *cap.* 7. quare autem permittantur donare inter vivos, non vero causa mortis, ratio est, quia in primo casu sibi detrahit quod donat, in secundo vero casu detrahit Ecclesiæ, quod donat. Gonzal. *l. c. in cap. ad hæc.* 8. *n.* 3. de consuetudine vero universali posse Clericos testari, etiam de fructibus superfluis, defendunt Covar. Solorzan. Barb. & alii. *ll. cc.*

6 III. Episcopus potest quidem testari de bonis patrimonialibus, non vero de rebus intuitu Ecclesiæ acquisitis. *cap. Episcopus* 19. *cap. sint manifestæ, & cap. manifesta.* 12. *quæst.* 1. *cap. relatum.* 12. *de testam. cap. cum dilectus de jurepatr. cap. si quis Episcopus.* 5. *de hæred.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 114. Solorzan. *de Jure Ind. to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 1. Valenzuela *cons.* 98. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 34. Covar. *in cap.* 1. *n.* 5. *de testam.* Martha. *l. c. n.* 26. Crass. *in* §. *testamentum. quæst.* 34. *num.* 2. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 12. *n.* 2. & plures apud Gonzal. *lib.* 3. *tit.* 26. *cap.* 1. *num.* 10. Ratio est, quia hoc fuit prohibitum Episcopis *in d. cap. cum in officiis.* Potest tamen S. Pontifex in hoc dispensare, quia prohibitio est tantum juris positivi. Covar. *in d. cap. cum in officiis. num.* 9. Sarmiento *de reddit. par.* 4. *cap.* 4. Barb. *l. c. alleg.* 114. *n.* 26. Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 99. In dubio vero si Episcopus antequam veniret ad dignitatem Episcopatus, habebat patrimonium, acquisita per eum præsumuntur acquisita ex patrimonio. Abb. *in cap. cum esses. num.* 24. *de testam.* Menoch. *de arbitr. cas.* 195. & *de præs. lib.* 3. *præs.* 53. *num.* 2. Surd. *l. c.* Martha. *l. c. n.* 29. & si Ecclesia vult dicere contrarium, debet probare. DD. cit. si vero patrimonium non habebat, omnia præsumuntur acquisita ex bonis Ecclesiæ. Item si non habuit aliud officium. Mascard. *de prob. conclus.* 202. *num.* 2. Menoch. & Covar. *ll. cc.*

IV. Occidens seipsum propter metum pœnæ, testamentum facere non potest. *L.* 2. *C. qui testam. fac. poss.* Martha *l. c. art.* 5. *n.* 2. nisi propter furorem seipsum occiderit. Sicut nec Excommunicatus declaratus. Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 88. quia non potest communicare cum Notario, & testibus, quod idem tenet Diana quoad actum licitum. *par.* 5. *trac.* 6. *ref.* 129. quod tamen procedit duntaxat, quando fuit excommunicatus pro crimine hæresis, vel usurarum, vel si solemniter fuit excommunicatus, quia tunc incidit in non levem suspicionem hæresis. Franc. *in rubr. de testam. lib.* 6. *n.* 31. Crass. *in* §. *testamentum. quæst.* 24. si fuit vero excommunicatus ob alias causas, non prohibetur testari; quia retinet dominium suorum bonorum. Gabr. *de testam. conclus.* 1. Covar. *de testam. par.* 2. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 24. Martha. *l. c. n.* 9. Feder. de Sen. *cons.* 71. Bart. *in L. si quæramus. ff. de testam.* 7

V. Testari prohibetur manifestus Usurarius, nisi præstiterit idoneam cautionem de restituendis usuris per pignora, vel fidejussorem. Covar. *lib.* 3. *var. ref. cap.* 3. etiam ad pias causas. Diana *par.* 6. *trac.* 10. *cap. quamquam de usur. in* 6. Feder. de Sen. *cons.* 127. Franc. *in rubr. de testam. lib.* 6. Martha. *l. c. n.* 18. Et ita etiam hæretici. Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 4. & hæreticis credentes *auth. credentes. C. de heret.* Martha *l. c. n.* 11. §. *fin. Instit. quib. non est permissum fac. testam.* quod procedit post sententiam declaratoriam, non ante illam *cap. fin. de homicid. in* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 416. *num.* 64. 8

VI. Deportatus, seu relegatus in instanti latæ sententiæ est intestabilis active, & passive, utpote servus pœnæ. *L. ejus qui* §. 1. *ff. de testam.* Imola *in cap. quia ingredientibus. n.* 30. *de testam.* Natta *in L. hac consultissima ex imperfecto C. de testam.* Covar. *de testam. par.* 3. *n.* 27. Capon. *disc. for.* 75. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 21. *&* 22. *num.* 1. Crass. *in* §. *testamentum. quæst.* 17. Martha *l. c. num.* 17. Lim. si appellavit pendente appell. quo tamen casu, si fuit declaratum, *male appellatum.* testamentum deportati est nullum; si vero ante sententiam fuit mortuus, non potest amplius in dubium revocari DD. cit. 9

VII. Quamvis meretrix publica possit testari quia licet turpiter accipiat, juste tamen accepta retinet. Bald. *in L.* 2. *C. de condict. ob turp. caus. cap. cum decorem. De vita & honest. Cleric.* Natta *cons.* 559. Guazzin. *de confiscat. bonorum limit.* 42. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 25. occulta tamen prohibetur, veluti Amasia alicujus, vel aliquorum sub servitio carnali stans, quia tunc quæ recipit ob libidinem occultam, injuste recipit, & dicitur, committere adulterium, vel stuprum, & propria non facit, & ideo de illis testari non potest etiam ad pias causas. *L. Lucius. ff. de Jure fisci.* Natta *cons.* 540. *n.* 5. Peregr. *de Jure fisci. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 6. Guazzin. *l. c.* Martha *l. c. n.* 25. 10

VIII. Sodomita testari non potest. Menoch. *de arbitr. cas.* 286. *num.* 6. Clarus *in* §. *sodomia. vers. Item sodomita.* Covar. *in Clem. si furiosus.* §. 2. *n.* 6. Martha. *l. c. n.* 33. quia ipso jure perdit dominium suorum bonorum, & sufficit, quod sententia delicti sequatur post mortem, ad effectum aut testamentum annullari possit, quamvis non fuisset accusatus, nec condemnatus. gl. Bald. & DD. *in L. fin. C. ad L. Jul. de adult.* Feder. de Sen. *cons.* 6. *&* 7. Martha *l. c. n.* 34. *par.* 4. *quæst.* 1. *art.* 5. *de successione legali.* & idem probatur etiam *ex cap. cum secundum. de hæred. in* 7. 11

IX. Damnati ad mortem naturalem, vel civilem, quamvis de jure testari non possint, juxta Bart. *in L. ejus qui* §. 1. *ff. de testam.* Castr. Bald. & alios apud Martham. *l. c. n.* 37. tamen in morte civili de consuetudine contrarium servatur. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 25. Capon. *disc. for.* 25. Imo damnati ad mortem naturalem neque ad pias causas testari possunt. Clarus. *in* §. *fin. quæst.* 5. Covar. *l. c.* Crass. *in* §. *testamentum. quæst.* 17. Tiraquel. *de privil. causæ piæ. privil.* 79. Diana. *par.* 7. *trac.* 6. *ref.* 8. Martha tamen mox vitandus defendit, tale testamentum valere ad pias causas conditum ex Bart. *in L.* 1. *n.* 28. *C. de SS. Eccles. ex.* Castr. Bald. Crasso, & alii, nisi aliter alicubi obser- 12

observet consuetudo, de qua testatur Clarus & DD. cit. Secus si sumus in delictis, in quibus bona confiscantur. *l. c. nu.* 37. *&* 38.

13 X. Prodigi testamentum facere non possunt. Crass. *in* §. *testamentum quæst.* 17. Clarus *in* §. *testamentum quæst.* 5. si tamen illis fuit interdicta bonorum administratio. Diana *l. c. res.* 9. Marcha, *num.* 43. Ita neque servus, neque furiosus. Diana. *l. c. res.* 11. neque mutus, & surdus, si non est sanæ mentis, si vero est sanæ mentis, & potest aliquo modo exprimere suam voluntatem, saltem ad interrogationem Notarii, valet testamentum. Surd. *cons.* 414. *lib.* 3. Gaspar. *Thes. qq. for.* 99. & alii apud Paschal. *de patr. pot.* 2. *cap.* 8. *num.* 53. Et in dubio talis præsumitur sanæ mentis. Menoch. *cons.* 45. Crass. *in* §. *Institutio. quæst.* 17. *num.* 9. Mant. *dec.* 60. Diana. *d. par.* 7. *trac.* 6. *res.* 13.

14 XI. Filiusfam. etiam ad pias causas testari non potest sine patris consensu etiam de bonis adventitiis, secus illo consentiente. Bald. & Alex. *in L. senium. ff. qui testam. fac. poss.* Covar. *l. c.* Tiraquel. *de privil. caus. piæ. caus.* 78. Clarius *in* §. *testamentum quæs.* 5. Crass. *in* §. *testamentum. quæst.* 17. Diana. *l. c. res.* 6. sed contrarium tenet Bart. *in L.* 1. *C. de SS. Eccles.* Imol. & Rom. *in cap.* 2. *de testam.* Neque pupillus. DD. cit. neque Reus læsæ Majest. quia est servus pœnæ. Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 4. & DD. cit. Martha *l. c. num.* 57. & quoad filiumfam. vide etiam Clarum. *in* §. *Donatio. quæst.* 6. Fachin. *lib.* 5. *cap.* 64. sed Bich. de testamento filiifam. dicit esse nullum ipso jure. *dec.* 424. *num.* 14.

§ II.

De solemnitatibus requisitis in testamento solemni, nec non nuncupativo Jure Civili.

15 De Jure civili ad valorem testamenti solemnis in scriptis requiritur, quod testator, expressis verbis hæredem instituat, & nomen hæredis propria manu in eo scribat, vel si testamentum fuit scriptum aliena manu, ei testator propria manu subscribere debet coram testibus, aut octavum testem adhibere, qui loco, & nomine sui subscribat *L. hac consultissima.* 21. *C. de testam.* Dein requiritur, quod testamentum, sive à testatore fuerit propria manu subscriptum, sive aliena clausum, & involutum, ostendat testibus, & dicat, in illo contineri suam ultimam voluntatem. Ita *d. L. hac consultissima.*

16 Secundo ad solemne testamentum scriptum debent adhiberi septem testes, qui debent esse rogati, seu ad hoc vocati, & invitati. Dummodo sint idonei, scilicet liberi non servi, & quamvis Monachi æquiparentur servis, idem dic de Religiosis aliis, tamen de licentia sui superioris in testamento testes esse possunt. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 55. *num.* 7. Item masculi, non fœminæ. Item puberes, non impuberes. Præterea testes debent esse tales, qui possunt hæredes institui, aut legatum capere ex testamento. Item debent esse tales, qui non sint suspecti, quare hæredes in testamento testes esse non possunt. *L. qui testamento. ff. de testam.* neque domestici, vel testatoris, vel hæredis. Legatarii tamen non prohibentur esse testes, quia licet habeant aliquod emolumentum, principaliter tamen testantur in commodum hæredis. Neque furiosi, muti, cœci, aut damnati ob crimen esse possunt. Præterea testes debent ita esse præsentes Testatori, ut non tantum vocem illius audiant, sed ipsum Testatorem etiam videant, alias testamentum non valet. *L. si non speciali.* 9. *C. de testam.* Præterea requiritur, quod singuli testes nomen suum subscribant propria manu. *L. penult. ff. de testam.* & annulo suo, seu sigillo subsignent, sive suo, sive alieno, etiam a Testatore accepto. *L. ad testium.* 21. §. *si ab ipso. &* §. *signum autem. ff. de testam.* §. *possunt autem Instit. de testam.* ubi gl. ver. *annulo.* Præterea requiritur, quod totum negotium peragatur eodem tempore, loco, & contextu, & nullo actu externo interveniente, nisi urgens necessitas ad modicum tempus excuset. *L. hac consultissima. & L. cum antiquitas.* 28. *C. de testam. & L. heredes.* 21. §. *fin.* ubi gl. *ver. alienum. ff. de testam.* Et quamvis præsentia Notarii non sit necessaria, est tamen utilis. Clar. *in* §. *testamentum. q.* 7. *&* 58. Rol. *cons.* 36. *vol.* 1. Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 5. P. Pirrhing. *lib.* 3. *tit.* 26. §. Pajatell. *annot.* 23. *num.* 15.

17 Ad nuncupativum non requiruntur tot solemnitates; sed sufficit, quod Testator coram septem testibus idoneis tamen ut supra, ad id specialiter rogatis simul uno, & eodem tempore suam ultimam voluntatem, tam circa hæredis institutionem, quam circa legata, articulata sive distincta voce declaret, ita ut intelligi possit. *d. L. hac consultissima.* §. *per nuncupationem.* §. *fin. Instit. de testam. L. in testamentis.* 26. *C. eod.* neque requiritur certa verborum forma, quibus hæres nuncupatur, sed valet nominatio hæredis, quam etiam semimortua, & balbutiens lingua protulit. *L. quoniam.* 15. *C. de testam.*

Quæres si testamentum nuncupativum non fuit expresse, & explicite publicatum testibus, sed tantum per relationem ad scripturam? Respondetur, testamentum adhuc valere secundum communiorem apud Clar. *l. c. quæst.* 4. *num.* 3. potest fieri etiam scripto ad faciliorem probationem. Paschal. *l. c. par.* 2. *cap.* 8. *num.* 8. Pajatell. *exped. & annot.* 91. 18

Testamentum, quod testator fecit in scriptis, in quo tamen non fuerunt servatæ solemnitates, valet saltem jure testamenti nuncupativi. Bart. *in L. fin. de jure codicill.* nisi constet, quod testator voluit testari solemniter in scriptis, quia tunc non sustineretur testamentum etiam in vim nuncupativi, quia in dubio sumenda est illa interpretatio, per quam actus sustinetur, nisi voluntas testatoris deficiat. Clarus. *in* §. *testamentum. quæst.* 4. *num.* 2. Præsertim si in testamento adest clausula Codicillaris, aut clausula *omni meliori modo*, ut tenet communior apud Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. *n.* 8. citans Gozzad. *in cons.* 3. *num.* 11. Gul. de Bened. *in cap. Raynut. in ver. testamentum. num.* 9. & alii apud Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 2. *num.* 16. *&* 24. Mant. *de conject. lib.* 1. *tit.* 7. *num.* 2. Turret. *de effec. claus. Codicillaris. quæst.* 126. *effec.* 79. Afflict. *dec.* 144. Dummodo hæc clausula fuerit addita verbo communi in corpore dispositionis, secus si fuit posita in principio, vel in fine testamenti. Jo. Vinc. de Anna. *alleg.* 19. *num.* 27. apud Paschal. *l. c. nu.* 12. Et in dubio, an ejusmodi clausula fuerit apposita ex jussu, & voluntate testatoris, vel potius de stylo Notariorum, videri possunt Rol. *cons.* 7. *per totum lib.* 4. & *cons.* 61. *nu.* 65. *lib.* 2. Thes. *dec.* 141. *n.* 3. Mascard. *de prob. conclus.* 300. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 79. *num.* 4. & *cons.* 37. *nu.* 131. *lib.* 1. *tit.* 10. & alii, qui tenent censeri fuisse appositam de voluntate Testatoris. 19

Quæres 2. An ad valorem testamenti sufficiat institutio tacita hæredis? Dicendum, quod, si agatur de hærede extraneo, valeat testamentum; si vero agatur de hærede suo, puta filio, institutio debet esse expressa, alias non valet testamentum, quia filius debet vel nominatim institui, nel exhæredati. Clar. *l. c. quæst.* 35. Dicitur autem tacita institutio, quæ resultat ex substitutione; & hodie valet testamentum, in quo filius fuit institutus, non tantum sub conditione potestativa, sed etiam casuali, quia de jure novo legitima rejicit omnem conditionem, & conditio habetur pro non adjecta. Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 71. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 32. apud quem Rota. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 18. Covar. *in cap. si heredes. testam.* 20

§. III.

An solemnitates Juris Civilis requirantur etiam in Testamentis ad pias causas.

Dicendum, non requiri juxta *cap. relatum de testam.* Bart. *in L.* 1. *C. de SS. Eccles.* Abb. Anchar. & DD. *in cap. cum esses. de testam.* Boer. *dec.* 93. Tranchedin. *consult.* 87. Gratian. *disc. for. cap.* 605. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 3. etiam sine Notario, si fuit scriptum manu propria Testatoris. Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 461. & sufficiunt solemnitates juris gentium. *cap. cum esses, & cap. relatum de testam.* Hinc sufficiunt duo testes etiam non rogati, imo etiam unus, etiam mulier & valet, quamvis sit captatorium. In dubio vero semper præsumitur ad pias causas, quamvis hæres non fuerit expresse nominatus, nec expresse exhæredatus, & non tantum valet quoad substantiam, sed etiam quoad legata, valet etiam nutu conditum, Cler. *in* §. *testamentum quæst.* 18. Dicitur ad pias causas, quando est instituta, vel substituta pia causa. Diana *par.* 7. *trac.* 6. *res.* 1. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 21

lib. 1. *cap.* 10. §. 6. Secus si tantum in legato venit pia causa. Diana *moral. par.* 7. *tract.* 6. *ref.* 1. qui citat Covar. Molin. & alios. Et ideo ad pias causas dicitur relictum, quod relinquitur Ecclesiæ, Monasterio, aut Monacho, intuitu tamen pietatis, non sanguinis. Diana. *l. c. ref.* 29. apud quem Specul. Bald. & alii. Antonell. *l. c.* §. 1. Item quod relinquitur Hospitali erecto authoritate Episcopi, vel confraternitati etiam Laicorum eadem auctoritate erectæ. Item quæ relinquuntur pauperibus pro anima, Vidius, & miserabilibus personis intuitu pietatis, pupillis, orphanis. Diana *l. c.* Item quæ relinquuntur pro alimentis pauperum, causa dotis pro maritandis virginibus. Item relicta causa studiorum, libertatis, & ad publicam utilitatem. Item meretrici, ut convertatur. DD. apud Dianam *l. c. ref.* 30. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 17. *to.* 8. §. 2. nam generaliter relicta ad pias causas dicuntur, quæ ad Dei cultum, animarum salutem, aut ad pauperes sustentandos sunt disposita. Conc Trid. *sess.* 24. *cap.* 8. *de ref.* & patet *ex cap. tua & cap. Joannes, de testam.* Moneta *de commut. ult. volunt. cap.* 4. *quæst.* 2. Ciarlin. *controv. for. cap.* 28. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 81. Gratian. *disc. for. cap.* 605. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 13.

22 Quando testamentum minus solemne; seu sine solemnitatibus Juris Civilis sustinetur favore piæ causæ, manent fideicommissa Laicis relicta. Covar. *in cap. relatum de testam. col.* 3. Fusar. *de substit. quæst.* 572. & testamentum prius solemne tollitur per secundum, vel posterius etiam minus solemne, sed ad pias causas, tantus est piæ causæ favor, secus si primum etiam minus solemne erat ad pias causas, quod non tollitur per posterius etiam solemne ad causas prophanas. *l. c.* Diana. *ref.* 26. Hostien. & Jo. And. *in cap. ult. de solut.* Abb. *cons.* 11. Tiraquell. *de privil. caus. piæ privil.* 2. & 53. Ciarlin. *controv. for. cap.* 114. *num.* 14. sicut testamentum primum perfectum non tollitur per posterius imperfectum, ut tradit Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 6. qui citat Alex. *cons.* 105. Jas. *in L. nolumus. C. de testam.* Covar. *de testam. par.* 2. licet fuerint in illo instituti venientes ab intestato, & non extranei.

23 Sed quæres, an valeat testamentum, in quo fuit institutus Clericus, aut vitietur ex defectu non factæ insinuationis a Clerico in casu, quod illa virtute statuti requiratur. Concludendum negative, quia statutum præcipiens, vel coarctans Clericos, nullius est valoris, ac roboris. Sperell. dec. 10. neque valet argumentum a contractu, puta donationis, ad Testamentum, quia testamenti insinuatio respicit personam Clerici hæredis, ad quem pertinet insinuatio, in donatione vero insinuatio fieri debet a donante, qui est subditus statuto. Imo conclusio ampliatur etiam ad testamentum Clerici, in quo fuit institutus Laicus, quod etiam sine insinuatione a Laico facta valet. Sperell. *l. c.* Gabr. *de donat. conclus.* 1. Duard. *in Bullam Cænæ. lib.* 2. *cap.* 15. reliqua infra. §. 6. quæ huc spectant.

§. IV.

An solemnitates Juris Civilis requirantur etiam de Jure Canonico in Testamento.

24 Conclusio est negativa, sed de jure Canonico testamentum factum etiam ad causas prophanas coram duobus, & Parocho valet in utroque foro in terris Ecclesiæ subjectis, in Imperio vero tantum in foro Ecclesiastico. *cap. cum esses. de testam.* ubi Covar. *num.* 12. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 57. dummodo Parochus sit proprius Testatoris, & testes alias idonei, & omni exceptione majores, non obstante contraria consuetudine. Escobar. *de utroque foro. art.* 2. §. 2. & alii plures apud Gonzal. *lib.* 3. *tit.* 26. *cap. cum esses, & cap. relatum. de testamentis. num.* 2. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 26. *sect.* 1. §. 2. *per totum.* Ratio est, quia ad probationem cujuslibet actus, duo, aut tres testes sufficiunt, juxta *cap. in omnibus. & cap. licet. de testib.* & juxta illud: *In ore duorum, vel trium stat omne verbum.* Testes vero in testamento, juxta *d. cap. cum esses* non tantum requiruntur ad probationem, sed pro forma, adeo ut sine illis testamentum non valeret. Covar. *in d. cap. cum esses. num.* 8. sicut non valeret, si fuissent adhibiti tres testes sine Parocho, secus si quatuor, quia duo testes æquivalent Parocho. *cap. cum. a nobis.* 28. & *cap. licet.* 47. *de testib.* Abb. *in d. cap. cum esses. num.* 7. Covar. *l. c. nu.* 12. & 13. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 57. *nu.* 3. Molina *de Just. disp.* 133. *a num.* 4. neque sufficit alius Presbyter loco Parochi, quamvis haberet curam animarum. Abb. *in d. cap. cum esses. num.* 7. & Fagnan. *in eod. cap. nu.* 24. & *seq.* Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 34. qui limitat, si Sacerdoti loco Parochi omnis cura, & Sacramentorum administratio commissa fuisset, quia tunc coram Parocho factum diceretur. Corn. *cons.* 18. *num.* 12. *vol.* 2. Borell. *to.* 2. *tit.* 5. *nu.* 6. apud Antonell. *l. c. nu.* 35.

Sed quod sufficiant duo testes etiam sine interventu Parochi, defendit Altograd. jun. *controv.* 88. ex Butr. *in cap. cum esses. num.* 3. *per totum.* Alex. *cons.* 105. *n.* 15. *vers. imo fortius tenet. lib.* 4. Bald. *cons.* 404. qui testatur de communi. Vasquez. *de success. progress. lib.* 3. §. 21. *lim.* 1. *nu.* 9. *vers. cum ergo.* Carol. Maran. *respons.* 14. *n.* 6. *par.* 1. quia testamenta, & ultimæ voluntates de jure Canonico non secundum jus positivum, & civile, sed secundum jus Divinum, & naturale regulantur, ut dicitur *in d. cap. cum esses.* & tenent Canonistæ. Rota *dec.* 734. *nu.* 14. *par.* 1. *divers.* Gutierrez. *Canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 32. *nu.* 5. & constat, quod jus Canonicum omissis subtilitatibus juris Civilis, jus Divinum, & naturale semper sequitur. *cap. filius.* 5. *de testam.* & de jure naturali nullæ prorsus solemnitates requiruntur pro validitate testamenti, ut probat Altograd. jun. *controv.* 15. *num.* 17. 23. & 25. & testes tantum requiruntur ad probationem, ergo cum de jure Divino in ore duorum, vel trium stet omne verbum. Deuteron. 17. Matthæi 28. & in *d. cum esses.* ut patet in testamento inter liberos, in quo sufficiunt duo testes sine alia solemnitate. *L. hac consultissima*, & in testamento militari. *L. milites.* ubi DD. C. *de milit. testam.* in quibus attenditur solum jus gentium. Rota *l. c.* neque refert, quod in *d. cap. cum esses*, fiat mentio Parochi; quia Pontifex ibi loquitur secundum circumstantiam facti, & dicit, quod si cum duobus testibus testamentum factum valet, multo fortius valere debeat, si adsit Parochus; quia in ore duorum, vel trium stat omne verbum, & ita sentit Altograd. *l. c. a num.* 6. *usque ad* 18. & citat Rotam *dec.* 84. *num.* 11. *to.* 2. *par.* 4. *recent.* nec dissentire videtur Fagnan. in *d. cap. cum esses. num.* 2. & *fusius. num.* 40. Unde refellitur Pirhing *l. c. num.* 11. existimans, Clericos posse, & debere testari ad causas prophanas in Imperio secundum jus Cæsareum propter consuetudinem Germaniæ &c. cum videre potuerit in *d. cap. cum. esses.* consuetudinem hanc fuisse improbatam, utpote a jure Divino, & naturali alienam, & ratio Panormitani non refellitur dicendo, quod Pontifex non dixerit, esse contra jus naturale, & divinum adhibere solemnitates Juris civilis, sed tantum alienum; quia DD. apud Fagnan. omnino esse contrarium juri Divino, & naturali, quod non credatur duobus, vel tribus testibus, & non video, quæ differentia sit inter ly *alienum*, & contrarium, & quamvis Pithing. ly *alienum* nihil aliud significare, quam *diversum*, sed quia id tantum asserit, & non probat, merito, ab illo, & aliis modernis Theologo-Canonistis recedimus, maxime propter ea, quæ dicentur infra in §. *Decimo. prope fin.* Plura videri possunt apud Fagnanum *l. c.* qui hanc quæstionem accurate examinat, & solide resolvit. 25

Testamentum ad pias causas etiam sine ullo teste in foro interno valet, & obligat, quando constat de voluntate testatoris. Diana *par.* 7. *tract.* 6. *ref.* 14. & 18. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 10. §. 3. *nu.* 32. Laym. *lib.* 3. *tit.* 5. 26

Testamentum ad pias causas, an valeat sine ullo teste in foro externo controvertitur. Negativam partem tenent Socin. jun. Mant. Crass. Fachin. Merenda, & alii. Affirmativa pars est communior, quam defendunt Alex. & Bart. *in L. fideicomm. ff. de leg.* 3. Imol. *in cap. quia ingredientibus. de testam.* Covar. *in cap. relatum.* 1. *de testam. nu.* 12. Dec. *cons.* 159. Bursat. *cons.* 47. Menoch. *cons.* 224. Tiraquell. *de privil. pia caus. privil.* 4. Crass. *in* §. *testamentum. quæst.* 14. Barb. *de jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 27. *nu.* 103. & Theologi apud Dianam *par.* 6. *trac.* 7. *ref.* 26. Mattha *de success. par.* 4. *quæst* 8. *art.* 3. *nu.* 10. Fragos. *de regim. Reipub. Christianæ. par.* 3. *lib.* 4. *disp.* 7. §. 4. Mastrill. *dec.* 132. Gratian. *dec.* 207. & *discept. for. cap.* 235. *nu.* 26. & 27. & 605. Achil. de Crass. *dec.* 1. 27

de

de testam. Cancer. *var. res. par.* 1. *cap.* 4. & Tranchedin. *consult.* 17. apud quem plures. *nu.* 38. Ratio est, quia in testamentis ad pias causas testes non requiruntur ad solemnitatem, sed ad probationem. Oddo *cons.* 44. Fel. *in cap. cum nobis. de præscript.* sed sola Testatoris voluntas attenditur. ita Tiraquell. *l. c. privil.* 5. Martha *l. c.* Marchin. *de bello Divino. par.* 8. *cap.* 6. & DD. apud Tranchedin. *l. c.* tum quia testamentum militare valet sine testibus, si constat de militis voluntate. *L. miles. ff. de testam. milit.* & ita testamentum patris inter liberos valet sine testibus. *L. fin. C. famil. hercíscun. L. hac consultissima. C. de testam.* Fachin. *lib.* 4. *controv. for. cap.* 1. Capyc. Latro *cons.* 132. sed a milite ad piam causam validum est argumentum. gl. *in L. si ut proponis. C. de rei vendic.* Barb. *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 13. Ruin. *cons.* 71. Gratian. *disc. for. d. cap.* 605. Fagnan. *in cap. relatum. de testam.* & DD. apud Tranchedin. *l. c.* & a liberis etiam ad piam causam valet argumentum, dummodo testamentum ad pias causas non sit imperfectum ratione voluntatis. Martha *loc. cit. nu.* 11.

28 Testamentum ad pias causas censetur habere clausulas derogatorias aliorum, secundum aliquos apud Covar. quem citat Diana *part.* 7. *tract.* 6. *res.* 27.

29 Occasione testamenti ad pias causas oritur controversia, an testamentum illud, quod est impeditivum majoris boni, aut aliquo modo Religionis bono contrarium, valeat. Explico: Titius fecit testamentum, in quo instituit hæredem Cajum, si maneat in sæculo, at si ingrediatur Religionem, reliquit illi partem tantum hæreditatis. Quæritur, an tale testamentum valeat? Respondet communis, valere quidem testamentum, sed conditionem haberi pro non adjecta favore Religionis, ita multi apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 218. *nu.* 45. quia talis conditio est impeditiva majoris boni, & ideo merito a Jure rejicitur. Bart. *in L. fin. ff. de his, quæ pæn. caus.* Sylvest. *verb. Hæreditas. quæst.* 4. §. 13. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 1. *p.* 4. sicut etiam legatum factum puellæ nubenti, aut sub conditione, si nubat, debetur illi; quamvis Religionem ingrediatur; quia conditio nubendi pinguius impletur per professionem in Religione, quæ est matrimonium spirituale. §. *sed & hoc præsenti. auth. de S. Episc. cap. in præsentia. de prob.* Anchar. *cons.* 108. Felin. *in cap. Ecclesia. de constit.* Natta *cons.* 296. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 19. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 18. Molina *de Just. & Jur. to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 207. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 33. Surd. *cons.* 192. Mastrill. *dec.* 153. Martha *de success. leg. par.* 4. *quæst.* 18. Diana *par.* 5. *tract.* 14. *res.* 35. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 84. quamvis legatum fuerit factum puellæ indeterminatæ. Lud. Beja. *in respons. cas. conscien. cas.* 44. *& in fin.* S. Antonin. *in par.* 3. *cap.* 3. Panorm. *in cap. in præsentia. de prob.* Laym. *moral. lib.* 3. *tract.* 5. *cap.* 10. Gratian. *disc. for. cap.* 33. Rota apud Farin. *dec.* 130. *par.* 1. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 93. *nu.* 36. Pont. *de matrim. lib.* 3. *cap.* 7. Contrariam, quod si non fuit relictum sub conditione expressa, quod matrimonium carnale contrahat, & Religionem non profiteatur, sed si tantum fuerit relictum puellis maritandis, defendunt Peregr. *de fideicom. art.* 28. *nu.* 73. Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 54. & Ciarlin. *l. c.* pro quo militare videntur Sanch. *l. c.* & fortius Covar. ut supra. *nu.* 10. *& seqq.* Martha *l. c.* imo Fachin. *l. c.* magis superiori adstipulari videtur Thes. *dec.* his potissimum rationibus, primo, quia voluntas Testatoris est ad unguem servanda. *L. in Condition. ff. de cond. & demonstrat. L. ex facto. ff. de hered. instit.* & probat Fusar. *de substit. quæst.* 718. Ciarlin. *controv. for. cap.* 43. Clar. *in §. testam. quæst.* 60. tum quia, si filia ingreditur Religionem vivente Patre, non tenetur pater illi dare ultra legitimam, aut relinquere, ut probat textus. *in L. Deo nobis. C. de Episc. & Cler.* cur ergo non possit pater contentare filiam legitima, si ingreditur Monasterium etiam post suam mortem? Tum quia pater non dicitur propterea retrahere filiam a Religione, quia qui vult ingredi Religionem ad paupertatem vovendam, non videtur curare de eo, quod sibi pater reliquit; alias esset male dispositus ad paupertatem, qui affectum retineret ad divitias, & ideo hanc sententiam tenet mordicus etiam Bald. *in d. L. Deo nobis.*

30 Sed pro prima contra Legistas alias opponimus rationes, & primo quidem fortiter, & invicte contra illos militat. §. *sed & hoc præsenti. auth. de S. Episc.* ubi omnes conditiones, si nupserit, si liberos susceperit, & similes pro non adjectis, & pro non scriptis habentur favore Religionis, in quo paragrapho certe sermo est de matrimonio carnali, in quo tantum est dos. L. 3. *ff. de jure dot. cap. nisi necesse. de donat. inter vir. & uxor.* Præterea constans est sententia eam conditionem, *si non nupserit* in legato, aut testamento haberi pro non adjecta favore nuptiarum. *L. quoties. L. sed si hoc.* & *L. cum ita. ff. de cond. & demonst.* sed favor Religionis præfertur favori nuptiarum, cum semper sint favorabiliores partes Religionis. *L. Titio.* ubi Bart. *ff. de condit. & demonstrat.* Tandem in dubio favendum est Religioni. *L. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer. cap. fin. de sent. & re jud.* ergo in hac parte illam debemus amplecti sententiam, quæ Religioni magis favet. Ad argumenta in contrarium facilis est responsio. Quia voluntas Testatoris est pro Lege servanda, si legibus non sit contraria, quia Testator non potest facere suo testamento, ne Leges suum habeant vigorem. *L. nemo potest. ff. de LL.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 33. Clarus *in §. testamentum. quæst.* 60. nec est servanda voluntas hominis particularis contra voluntatem Legis justæ. *cap. qui peccat.* 23. *quæst.* 4. Ad secundum respondetur, posse Testatorem, dum vivit, relinquere filiæ ingredienti Religionem legitimam, si non facit in odium Religionis, quia nulla lex refragatur, secus in testamento, quia repugnat. §. *sed & hoc præsenti.* Ad ultimum non esse attendendum, neque Legem attendisse, quid deberet fieri, sed quid posset fieri, est verum, quod vir fortis non deberet curare ista terrena, dum transit ad Religionem; sed quis est hic, & laudabimus eum? accedit, quod etiam Religio nostris corruptis temporibus non semper tam facile patet pauperi, quam diviti.

Dices, Dos non dicitur, nisi respectu matrimonii 31
carnalis, sed in professione Religiosa nullo contrahitur matrimonium carnale, sed tantum spirituale? Respondetur referri etiam ad matrimonium spirituale. Ciarlin. *controv. for. cap.* 218. Surd. *cons.* 192. Farin. *dec.* 130. & probatur ex *cap. fin. de testam.* Natta *cons.* 296. Neque dicas in matrimonio spirituali non posse stare dotem sine simonia, quia etiam cum matrimonio carnali, quatenus est Sacramentum, non potest stare dos sine simonia: ergo sicut in matrimonio carnali potest stare dos ad supportanda onera illius matrimonii, cur non possit etiam stare dos in matrimonio spirituali pro illius oneribus, ut puta pro alimentis, & non pro susceptione, & acceptatione ad ingressum Religionis? Natta *l. c.* Tambur. *de Jure Abbatissæ. disp.* 5. *quæst.* 3. sed quia de his locuti sumus in praxi *Legati*, illuc Lectorem remittimus.

§. V.

De Testamento Clericorum.

Diximus supra, posse Clericum testari de distributio- 32
nibus, & patrimonialibus, non autem de bonis ex Clericatu, seu Beneficio acquisitis; sed illis videtur obstare, quod Clerici sint Domini suorum fructuum, & non tantum usufructuarii, & ideo testari possint. *cap. cum in officiis. de testam.* Clarus *in §. testamentum. quæst.* 27. Crass. *in §. testamentum. quæst.* 34. Moneta *de distrib. quotid. par.* 3. *quæst.* 1. 2. *&* 3. *nu.* 5. *quæst.* 2. Leo *in thes. for. Eccles. cap.* 34. qui tamen hanc consuetudinem corruptelam appellat. Ugol. *de off. Episc. cap.* 14. & plerique Theol. apud Garz. *de Benef. par.* 2. *cap.* 1. qui plurimos pro se citat. Dianam *par.* 4. *tract.* 4. *res.* 214. Bonac. *de oblig. Beneficiat. disp.* 4. Saramenio *de reddit. Eccles. par.* 4. *cap.* 1. quam defendit ex S. Thoma contra Archid. & Hostien. & probatur *ex cap. ult. de Cleric. non resid. in* 6. Concil. Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 14. *vol.* 12. Paris. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 6. Redoan. *de spol. quæst.* 3. Ciarlin. *controv. for. cap.* 16. Imol. *in cap. quia nos. de testam.* Gratian. *dicept. for. cap.* 381. Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 89. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 114. *num.* 6. Ex quibus tamen non sequitur, Clericos posse testari de fructibus, quorum dominium habent, quia etiam pupilli, minores, amentes, & prodigi suorum bonorum dominium habent, de quibus tamen, nec inter vivos, nec causa mortis disponere possunt, ut patet. Ideo alii ad probandum, quod Clerici possint testari, recurrunt ad consuetudinem, quæ adest in Hispania, Gallia, & Ger-

Germania, in quibus possunt testari, & valide, & licite etiam in usus prophanos, & ad favorem consanguineorum. Covar. *in cap. cum. in officiis. de testam.* Diana *par.* 10. *tract.* 15. *ref.* 10. Bonac. *de oblig. Beneficiat. disp.* 4. *p.* 3. Neque potest opponi, quod consuetudo contra Sacros Canones non valeat, sed sit abusus, uti probatur *in cap. ad nostram. & cap. ad audientiam.* ubi DD. *de consuet. cap. caeterum.* ...*uat. cap. cum causa. de* ... *& re jud. cap. cum satis. de off. Archidiac.* Abb. & Fel. *in cap. Clerici. de Jud.* ubi Dec. Jo. Andr. *in cap.* 2. *de major. & obed.* Socin. *in cap. si Clerici. de foro compet.* Azor. *moral Instit. lib.* 5. *par.* 1. *cap.* 12. Duard. *in Bull. Cœnæ. Can.* 15. *quæst.* 19. Quia id inprimis limitatur, quando consuetudo fuit inducta sciente, & permittente Pontifice. Sperell. *dec.* 133. Et quamvis idem Sperell. velit, non sufficere tacitum consensum, sed esse necessarium expressum; quia multa tolerantur per dissimulationem ad tollenda majora scandala, justa *cap. cum jam dudum. de præb.* Cravetta *cons.* 96. & Rotam Rom. apud eundem Sperell. *l. c.* tamen fatetur Sperell. valere consuetudinem, si fuerit præscripta quadraginta annis. *l. c. & dec.* 66. Ciarlin. *controv. for. cap.* 15. Abb. & Put. *in cap. fin. de consuet.* Imo Sarmiento *l. c.* putat esse contra S. Pontificis conscientiam, dicere, illum cui incumbit cura terrarum Orbis, & qui est Pastor ovium, scire oves suas errare, & non impedire, sed cœco modo earum ruinam permittere, quis autem hoc credat? Et ad illum textum, quem etiam objicit Cajet. *quæst.* 185. & Navar. *de reddit. Eccles. quæst.* 3. *num.* 16. quod nimirum multa per patientiam tolerantur; Respondent, textum procedere, quoad Laicos, in quibus ad vitanda multa scandala, multa crimina dissimulant Pontifices, non vero in Ecclesiasticis, quia alias totus propemodum status Ecclesiasticus, qui Laicis debet prælucere exemplo, esset in statu damnationis. Certe non debet permittere Pontifex, quod sal, per quod alii, scilicet Laici sunt condiendi, insulsum reddatur, alias totus mundus traheretur in ruinam, sicut Lucifer e paradiso ejectus suo exemplo, quod adumbratur per caudam, tertiam partem Angelorum secum traxit. Præterea adest etiam falsitas in adjecto, S. Pontificem dissimulare, quomodo enim dissimulat, si ejusdem Judices etiam in Rota ipso quodammodo vidente in favorem hujus consuetudinis? quemadmodum fuit judicatum in una Placentina fructuum Archipresbyteratus de Portillo. 29. Feb. 1580. coram Lancelloto, quam decisionem affert Garz. *l. c.* & est in consequentia doctrinæ Theologorum, qui cum admittant, Pontificem non posse dispensare in jure naturali, & negare non possint, quod sæpissime Pontifex det licentiam testandi ipsis etiam Episcopis, imo Episcopi ipsis Parochis velle sustinere, quod Clerici de Jure naturali prohibeantur testari. Et accedendo ad praxin talis licentiæ, ubi non viget consuetudo testandi, aut viget jus spoliorum, Parochus in supplici libello petit ab Episcopo licentiam testandi, quam dat, vel per rescriptum, aut per litteras patentes, quod est tutius ad majus robur testamenti.

Forma licentiæ testandi pro Clericis.

33 N. N. Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus. Venerab. Devoto nobis in Christo dilecto Presbytero N. N. Plebano &c. Diœc. &c. Salutem in Domino. Cum tu tecum consideres, nihil certius morte ejusque hora nihil incertius esse, desideresque, dum sanæ mentis, & corporis compos rationis, & intellectus existis, testamentum, legatum, ac ordinationem rerum tuarum facere, ne post obitum tuum lites de eisdem eveniant, Nobis humiliter supplicasti, ut authoritate nostra ordinaria tibi licentiam, & facultatem testandi, legatum, ac ordinationem rerum tuarum faciendi concedere, & indulgere de benignitate nostra dignaremur. Nos petitioni tuæ favorabiliter annuentes, ac tuis meritis gratiosos Nos exhibere volentes tibi Presbytero N. tenore præsentium ordinaria nostra auctoritate prædicta pro Nobis, & successoribus nostris, quibuscunque in contrarium non obstantibus, facultatem, & licentiam concedimus, & indulgemus libere dandi, testandi, ac ordinationem, ac quoscunque alios contractus, tam in morte, quam in vita, & quotiescunque tibi videbitur, faciendi attinentibus, & consanguineis tuis, seu aliis personis tibi gratis, benevolis, & acceptis, & tibi servientibus, dummodo a jure prohibitæ non sint, seu ad pios usus, quomodo tibi expedire videbitur, de rebus tuis patrimonialibus, aut aliis per industriam tuam, seu ex Beneficiis, quomodolibet acquisitis, & in futurum acquirendi absolute legandi & disponendi, mandantes omnibus, & singulis, quatenus hujusmodi testamentum, & ordinationem rerum tuarum, per te, uti præmittitur fiendam, nullo sub prætextu, & colore impedire præsumant, sed illud, seu illam in suo robore, & esse firmiter manutenere habeant, & manuteneri faciant. In quorum &c. Datum &c.

34 Occasione talis licentiæ nascitur dubium, an ille, qui licentiam, sive ab Episcopo, sive ab Ordinario obtinuit, si fecit unum testamentum, quod vel fuit nullum, vel revocatum, possit virtute talis licentiæ concedere aliud testamentum? aut egeat nova dispensatione, seu licentia? pro cujus dubii resolutione

35 Discendum, posse virtute licentiæ habitæ condere aliud testamentum, nec egere nova licentia; ratio est, quia talis licentia sive a Pontifice concessa, sive ab Episcopo intelligitur de pluribus, & non de una tantum, etiam quando sumus in dubio. Fachin. *lib.* 5. *controvers. Jur. cap.* 99. ubi communior Doctorum. Mandos. *super reg.* 23. *Canc. quæst.* 4. *nu.* 5. Pyrrhus Corrad. *in prax. dispens. Apostol. lib.* 10. *cap.* 5. *per totum*.

36 Sed quid si licentia superveniat testamentum jam facto, facietne illud validum? Affirmat Barb. *de pot. Episc. alleg.* 11. *nu.* 7. quia ad ejus valorem sufficit habilitas tempore mortis a quo robur sumit, qui pro hac sententia citat Castr. & alios. Et patet ex pluribus actibus, qui accipiunt robur a consensu superveniente, uti *in L. si quis in Senatorio in fi. ff. de rit. nupt.* Bald. *in L. si quis Tutor §. quamvis. vers. quid ergo. ff. eod.* & diximus in praxi *Alienationis*, & hanc sententiam tenet etiam Alex. *in L. in militib. in princ. C. de milit. testam.* qui id probat etiam a gratia *perinde valere*, quæ habet oculos retro, & revalidat omnia ab initio. Negat Pyrrhus Corradus *l. c. nu.* 2. *vers. his non obstantibus.* quia licentia superveniens non validat actum ab illo, qui est inhabilis. Fel. *in cap.* 2. *de constit. nu.* 22. Alex. *cons.* 17. *n.* 4. & 5. *vol.* 4. & est differentia inter licentiam, & consensum, qui sufficit, quod superveniat; quia licentia est collatio libertatis ei concessa, qui illam non habet ex se ipso. *cap. licet. de regul.* Bald. *cons.* 290. *lib.* 3.

Porro hæc testandi licentia non exspirat per mortem concedentis etiam re integra, quia est jam gratia facta. Riccius *in prax. var. ref. par.* 2. *ref.* 386. ubi DD. Covar. *in cap. cum in officiis. de testam.* Diana *par.* 8. *tract.* 3. *ref.* 99. Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 100. Sarmiento *de reddit. Eccles. par.* 4. *cap.* 4. Natta *cons.* 647. Bursat. *cons.* 29. & probatur ex *cap. si cui. de præben. in* 6. 37

§. VI.

An solemnitates Juris Civilis requirantur in testamentis ad pias causas?

Dicendum, non requiri in ullo foro, neque in foro externo, neque in interno, sed sufficit, quod habeat id, quod a jure naturali, vel gentium requiritur. ita dicitur in *cap. relatum. de testam.* ubi P. Pirhing. *a.* 2. *n.* 19. Clarus *in §. testamentum. quæst.* 6. *n.* 1. quia S. Pontifex potuit in hoc Juri civili derogare, quod piis causis in nihilo præjudicare potest, nam ad Ecclesiasticam potestatem pertinet ordinare hominum actiones a finem supernaturalem, & spiritualem animæ salutem, & tollere omnia, quæ studium bonorum operum ad salutem animarum pertinentium impediunt. Less. *de Just. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 6. Abb. *in cap. relatum. n.* 2. & ibi Covar. *n.* 1. Clarus *in §. testamentum. quæst.* 6. *num.* 2. Et ita juxta dicta §. 4. testes in testamento ad pias causas non requiruntur pro solemnitate essentiali valoris testamenti, sed pro illius probatione. Covar. *l. c. nu.* 8. Molina *de Just. & Jure. trac.* 2. *disp.* 134. *nu.* 7. Laym. *lib.* 3. *trac.* 5. *cap.* 2. *nu.* 3. contra Clarum *l. c.* Neque est necessarium, quod in testamento ad pias causas te- 38

stes

stes fuerint rogati, neque, quod sint masculi, sed possunt etiam esse fœminæ, tam in foro Ecclesiastico, quam sæculari. Et quamvis testamentum, in quo hæres nutu tantum fuit designatus, & institutus, non valeat juxta *L. jubemus.* 29. *C. de testam.* tamen valet, si fuit factum ad pias causas. Præterea legata ad pias causas solvenda sunt, etiam si hæreditas non fuerit adita, quia hæres mortuus est, vel hæreditatem non adivit. Imo testamentum conditum ad pias causas, sine solemnitatibus Juris Civilis, valet etiam quoad legata profana, quia si subsistit principale, subsistere debet etiam accessorium. Imo valet, licet fuerit inchoatum, & non perfectum, ut quia morte fuit præventus, dummodo de testatoris voluntate constare possit. DD. mox cit. & Pirhing. *num.* 22. *vers. notandum.* 6.

39 Sed quæres, quinam possint, vel non testari ad pias causas? Respondetur omnes illos prohiberi testari ad pias causas, qui non possunt testari ad causas profanas, quos recensuimus. §. 2. *supra.*

§. VII.

Testamentum inter liberos.

40 Etiam testamentum patris inter liberos hoc est filios naturales legitimos, non vero naturales tantum, valet sine solemnitatibus Juris Civilis. Merlin. *dec.* 806. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 8. ubi DD. & hoc favore liberorum, quibus jure naturali debetur hæreditas, dummodo in illo adsint, quæ jure naturali, vel gentium necessaria sunt: Hinc duos testes in illo sufficiunt, vel sine testibus Schedula patris manu scripta. Clar. *in* §. *testamentum. quæst.* 14. dummodo hæres in illo nominatim fuerit institutus, vel exhæredatus, nec, quæ fuerunt introducta in favorem, in odium detorqueantur, & quamvis sit nuncupativum testamentum, adhuc valet. Gail. *lib.* 2. *obs.* 112. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 1. licet testator non æquis portionibus filios instituerit. Idem, & Covar. *in cap. Raynutius.* §. 1. dummodo inæqualitas non sit magna. Sylvat. *lib.* 1. *cons.* 26. si est imperfectum defectu voluntatis non valet. Clarus *l. c.* neque nutu conditum, nisi sit ad pias causas. Diana *par.* 7. *trac.* 6. *ref.* 19. Bart. *in L. testamento. ff. de fideicom.* Abb. *in cap.* 1. *& penul. de success. ab intest.* Covar. *l. c.* Martha *de success. par.* 4. *quæst.* 7. *art.* 1. *&* 2.

41 Porro testamentum imperfectum inter liberos quamvis valeat quoad id, quod concernit favorem liberorum, non valet tamen quoad id, quod concernit favorem extranei, uti legata extraneo relicta, quia ista habentur pro non scriptis, aut pro non adjectis. Clarus *l. c.* Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. ubi Pratus *a nu.* 14. sed Merlin. *dec.* 862. *num.* 11. tenet, quod valeat etiam favore legati etiam extraneo relicti.

42 Testamentum Matris inter liberos etiam naturales tantum valet sine solemnitatibus, quia naturales quoad Matrem æquiparantur legitimis, & tales reputantur. Clar. *l. c.* & in illo subintelligitur clausula codicillaris. Paschal. *l. c. nu.* 29. Cyriac. *controv.* 64. Scriptum per cifras, abacum, aut abbreviaturas non obligat. Cyriac. *l. c.*

43 Testamentum Patris inter liberos, in quo uni legitima absque institutione fuit relicta, non valet secundum communiorem. apud Clarum *in* §. *testamentum. quæst.* 8. Covar. *in cap. Raynut.* §. 1. *de testam.* Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 24.

44 Testamentum inter liberos propria manu parentis scriptum sine ullius testis subscriptione valet. Bart. *in L. Cum quis. num.* 4. *C. de testam* Bald. *in auth. quod sine. C. eod.* Alex. *cons.* 105. *vol.* 7. Clar. *loc. cit. quæst.* 14. Covar. *in cap. relatum* 1. *num.* 12. *de testam.* Menoch. *cons.* 267. *num.* 7. *& de præs. lib.* 4. *præs.* 7. *num.* 5. Martha *l. c. art.* 4. *num.* 2. Dummodo scriptura sit perfecta, præsertim in testamento matris, & talis, ex qua appareat, quod testator voluerit testari, & non tantum se præparare ad testandum, veluti si scriptura habeat multas cancellaturas, apostillas, & cifras, quia tunc præsumitur tantum se præparasse ad testandum. Martha *l. c. num.* 4. sufficit etiam, quod scriptura fuerit ab alio scripta, & a testatore subscripta. Abb. *in cap. inter dilectos. De fide instrum.* Cacheran. *dec.* 36. *num.* 5. Mascard. *de prob. conclus.* 1294. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 66. vel pro subscriptione apponatur sigillum, præsertim ubi talis viget consuetudo. Martha *l. c. num.* 9.

Ut tamen talis scriptura sine testibus valeat jure testamenti, requiritur, quod recagnoscatur, & probetur per comparationem litterarum. Bart. *in L. si ita scripsero. ff. de cond. demostr.* Paris. *cons.* 9. *nu.* 14. *vol.* 3. Decian. *cons.* 33. *num.* 119. *vol.* 1. Alex. *cons.* 114. *per totum. vol.* 7. Gozzadin. *cons.* 3. *nu.* 16. Rota *dec.* 553. *par.* 1. *in noviss.* Martha *l. c. num.* 13. *&* 14. Item requiritur, quod certum tempus exprimatur, non tantum annus, & mensis, sed etiam dies. Bald. Aug. & Salyc. *in auth. quod sine C. de testam.* Dec. *in cap.* 2. *num.* 14. *de fide instrum.* Abb. *cons.* 98. *par.* 2. Socin. jun. *cons.* 3. *vol.* 4. *nu.* 4. Decian. *cons.* 34. *num.* 5. *vol.* 1. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 14. Gabar. *de testam. conclus.* 9. *num.* 15. Præterea requiritur, quod fuerit reperta in Arca Testatoris non extra, præsertim extra domum, quia licet reperiatur apud Notarium non haberetur pro testamento inter liberos. Menoch. *cons.* 42. *num.* 23. *& de præs. lib.* 4. *præs.* 7. *num.* 2. Martha *l. c. num.* 16. 45

§. VIII.

De Testamento militari.

Ita etiam testamentum militare non requirit solemnitates Juris Civilis, dummodo miles sit talis, qui pugnet, vel contra infideles, vel hostes Imperii, & testamentum fuerit conditum, dum miles est in militia. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 15. Covar. *in cap. quia nos. de testam. cap.* 7. Oinot. *tit. de testam milit.* Diana *par.* 7. *trac.* 6. *ref.* 42. *&* 43. quod etiam procedit, si miles post testamentum factum in militia fuit reversus domum, & intra annum mortuus, secus si post annum, ita Bald. *in L. si miles. ff. de testam. milit.* 46

Testamentum militis in dubio non præsumitur factum jure militari, sed communi; tamen si non valet jure communi, valet jure militari, quia in dubio debet testamentum potius sustineri, quam perire. Clarus & DD. supra cit. An suffragetur illi, qui vere miles non est, sed tantum inservit militibus, vide Merlin. *dec.* 862. negantem *ex L. scriniarios. C. de testam. milit.* nisi & ipsi pagani inservientes militibus sint in hostico, seu in procinctu, tunc enim gaudent privilegio militari in condendo testamento. *L. fin. de milit. testam.* dicitur hosticum, quod gl. interpretatur pro hostili loco, seu exposito invasionibus hostium extra aciem belli, seu in conflictu. Vide Merlin. *l. c.* alios multos citantem. 47

§. IX.

De Testamento rusticorum, & tempore pestis facto. Et cœci.

Testamentum rusticorum, vel tempore pestis factum valet, si fuit factum coram quinque testibus, quando plures inveniri non potuerunt, & non corruit, licet testator convalescat. Ripa *de peste cap.* 2. Diana *par.* 7. *trac.* 6. *ref.* 39. Mascard. *de prob. conclus.* 1423 Altograd. jun. *controv.* 88. Thes. *dec.* 180. Mascard. *de prob. conclus.* 1382. Ciarlin. *controv. for. cap.* 109. *num.* 1. Peregr. *dec.* 80. *num.* 2. Rol. *cons.* 81. *num.* 47. *vol.* 1. Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 96. *num.* 1. Layman. *mor. lib.* 3. *trac.* 448. *cap.* 2. *num.* 17. contra Harpprecht. Gilken. Arumnæum. Tusc. *litt. T. conclus.* 122. *num.* 20. & alios apud Dian. *l. c.* contra Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 92. vide Dianam *par.* 7. *trac.* 6. *ref.* 34. Imo tempore pestis factum valet etiam servatis tantum solemnitatibus jurisgentium. Gail. *lib.* 2. *obs.* 118. Diana *l. c.* imo coram uno tantum teste, & Parocho. 48

Ut vero testamentum rustici sit validum non sufficit, quod testator sit rusticus, sed necessarium est etiam, quod ruri faciat testamentum, & quod major testium numerus haberi non potuerit. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 56. *num.* 6. Crass. *in* §. *testamentum. quæst.* 54. *n.* 8. Martha *de success. par.* 4. *quæst.* 1. *art.* 9. & rusticorum nomine veniunt omnes illi, qui ruri habitant, licet nobiles sint. DD. apud Martham *l. c. L. fin. C. de testam.* Bart. *in L. conficiuntur.* §. 1. *num.* 3. *ff. de jure Codicill.* Ang. *in tract. de testam. gl.* 5. *nu.* 8. Crass. *in* §. *Testamen-* 49

mentum, quæst. 55. num. 8. Unde hoc privilegio non gaudent rustici, si condant testamentum in civitate, quamvis major numerus testium haberi non potuerit. DD. mox cit. & Martha l. c. num. 4. An autem major testium numerus haberi potuerit, vel non, standum est assertioni Notarii. Bart. in d. L. conficiuntur; bene verum est, quod Adversarius contrarium probare volens sit audiendus. Martha l. c. n. 5.

50 Cœcus quomodo testamentum facere debeat, provisum est in L. hac consultissima. C. qui testam. facere poss. Primo convocatis septem testibus, & Notario, & si Notarius haberi non potest, adhiberi debet octavus testis, qui litterarum sit peritus, declarare debet, quod velit sine scriptis testari, declaret, & explicet legata, hæredum nomina, & dignitatem. Bart. & Castr. in d. L. hac consultissima. Ruin cons. 68. vol. 2. Secundo Notarius, vel si hic haberi non potest, octavus testis loco Notarii adhibitus debet voluntatem cœci in Scripturam redigere, quia testamentum cœci requirit scripturam. Tertio Notarius, vel octavus testis debet se subscribere scripturæ, & sigilla sua apponere, & hæc requiruntur pro forma, testium vero subscriptio necessaria non est. Sicut etiam hæredis institutio præponi debet legatis, vel legatariis, qua prælatione tamen non facta testamentum secundum communiorem non vitiatur. Martha l. c. nu. 10. Gomez. to. 1. var. res. cap. 2. num. 3. & DD. apud eosdem: quæ quidem observanda sunt etiam in Codicillis cœci. DD. in L. hac consultissima. Lim. si cœcus testetur inter liberos, quia respectu illorum cessat omnis suspicio falsitatis, & ideo sufficit, si interveniant solemnitates Juris gentium. Bald. Jas. Alex. & alii in d. L. hac consultissima. Rol. cons. 82. vol. 2. Clarus in §. testamentum. quæst. 17. nu. 2. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 6. Crass. in §. testamentum. quæst. 11. num. 7. & Martha l. c. nu. 13. quod dictum de cœco non procedit in monoculo.

51 Notario vero dicenti testatorem esse cœcum non creditur. Cephal. cons. 72. quia de hujusmodi assertatione non fuit rogatus, & in illis, in quibus Notarius non fuit rogatus, non facit fidem. §. nos autem. auth. de tabellion. Bart. in auth. si quis in aliqua. C. de eden. sicut Notario non creditur testanti de insana mente testatoris. Bart. in L. Imperator. ff. de stat. homin.

§. X.

De nullitate, & invaliditate Testamenti.

52 Testamentum incompletum non valet, unde si testator instituit hæredem suum, & fecit aliqua legata, & quia plura alia facere destinaverat, morte præventus complere non potuit, testamentum non valet, quia hoc est quid individuum, & ideo pro parte valere non potest Bart. & DD. in L. si is qui. ff. de testam. & in L. furiosum. C. qui testam. fac. poss. Natta in d. L. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 139. C. qui test. fac. pos. Dec. cons. 159. Clarus in §. testamentum. quæst. 7. Menoch. cons. 45. num. 28. vol. 1. Dummodo appareat tacite, vel expresse, quod testator aliqua alia disponere volebat, uti si testator antequam inchoavit testamentum, jam explicaverat, quid vellet agere, quia verba prius prolata probant, qualis fuerit intentio disponendi. L. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supellect. leg. Cravetta cons. 35. n. 6. sicut mens disponentis declaratur ex præfatione. Martha de success. par. 4. quæst. 1. art. 7. nu. 6. ampliatur, quia testamentum imperfectum ex defectu voluntatis etiam inter liberos non valet. DD. apud Covar. in cap. relatum. de test.m. nu. 1. Tiraquell. de privil. piæ caus. privil. 7. Cephal. cons. 99. Martha de success. par. 4. quæst. 1. art. 7. nu. 7. Lim. quod testamentum tunc non valeat, quoad legata quidem, sed bene quoad institutionem, quia quoad hanc apparet de voluntate testatoris satis explicita. Martha loc. cit. num. 20.

53 Quæres primo, quid si testator scripturam testamenti cum hæredis institutione, & legatis coram septem testibus complevit, sed illud morte præventus non publicavit, valeine testamentum? Dicendum, quod valeat, quia constat de voluntate per septem testes, voluntas vero, & illius publicatio sunt actus separati, & defectus publicationis non suspendit voluntatem. L. cum pater. §. fin. ff. de leg. 2. & quando voluntas aliunde probari potest, non est curandum de publicatione Notarii. Alex. in L. hac consultissima. §. ex imperfecto. nu. 5. C. de testam. Rota dec. 173. num. 5. par. 2. in noviss. Castr. cons. 307. num. 3. vol. 1. Cravetta cons. 944. n. 3. & 5. Sim. de Præt. de interpret. ult. volun. lib. 2. interpret. fin. dub. & solut. si. nu. 45. & alii apud Martham. l. c. nu. 26. contra aliquos, uti Oldrad. cons. 119. Mascard. de prob. conclus. 1352. num. 75. Menoch. cons. 45. nu. 29. & de præs. lib. 4. præs. 5. num. 6. Gabr. de testam. conclus. 10. num. 3. Surd. dec. 292. num. 11.

Quæres secundo, quid si unus ex testibus testamentariis neget, se interfuisse testamento? Respondetur, quod tunc talis testis faciat testamentum vacillare, gl. in L. 1. §. si quis neget. ubi Bart. & DD. ff. quemadmod. testam. oper. Bald. cons. 403. vol. 5. Alex. cons. 17. num. 8. vol. 3. Socin. cons. 92. vol. 3. jun. cons. 147. num. 17. vol. 2. Bursat. cons. 33. vol. 1. Felin. in cap. cum Joannes. num. 46. & 49. de fide instrum. Surd cons. 129. vol. 1. num. 36. Menoch. de arbitr. cas. 105. nu. 16. & alii apud Martham. de success. leg. par. 4. quæst. 2. art. 1. sicut si unus plus deponit, quam alter. Lim. si alii sex convincerent septimum de mendacio, item si Notarius rogatus suppleat vicem illius testis, juxta L. Dominus. ff. de testam. ubi Bart. si agitur de probando testamento per testes, non vero si agitur de illo probando per instrumentum testamenti, juxta L. hac consultissima. quia tunc Notarius non computatur in testium numero. Afflict. dec. 25. num. 4. & ipsemet Notarius esset suspectus de falso. Boss. tit. de fals. nu. 62. & 67. Fel. l. c. Martha, ut supra num. 9. 54

Si vero omnes testes instrumentarii, vel testamentarii ipsi testamento contradicunt, dicentes, se non interfuisse, tunc testamentum omnino corruit, & falsum dicitur. Fel. l. c. Covar. lib. 2. var. res. cap. 11. nu. 10. & in cap. tertio loco. de prob. cap. tam. in litteris. de testib. quia instrumentum probatur a fide testium. §. sed & si quis & §. si vero in auth. de instrum. Corn. cons. 232. Dec. in cap. cum Venerab. num. 23. de except. & alii apud Martham l. c. a nu. 17. Si vero tantum testes supra numerarii negant contenta in instrumento, vel se interfuisse testamento, tunc tantum vacillat testamentum. DD. cit. & Ciarlin. controv. for. cap. 109. nu. 40. & seqq. Crass. in §. testamentum quæst. 59. 55

Secundo testamentum est nullum, si fuit filiusfam. præteritus. DD. apud Martham. l. c. art. 2. per totum, est autem nullum tunc testamentum ipso jure, quamvis filius illud non dicat nullum. Noal. de transmiss. cas. 11. quod jus dicendi nullum testamentum transmittitur ad hæredes, quamvis agnitum a filio non fuerit. Noal. & Mart. ll. cc. Bene tamen verum est, quod, licet testamentum sit nullum ob præteritionem filii, tamen cætera in testamento contenta firma maneant, ita ut legatariis, & fideicommissariis ex illo oriatur actio. Bart. Alex. Castr. & Jas. in auth. præterea. C. de liber. præter. Gail. lib. 2. obs. 133. Fachin. lib. 4. controv. Jur. cap. 10. præsertim si legata fuerunt relicta piæ causæ. Antonell. de regim. Eccles. lib. 1. cap. 10. §. 6. Covar. in cap. relatum de testam. Feder. de Sen. cons. 217. Tiraquel. de privil. piæ caus. privil. 80. Lim. si est nullum ob præteritionem posthumi ignoranter factam. Clarus in §. testamentum. quæst. 52. Ciarlin. controv. for. cap. 21. n. 9. Diana par. 7. tract. 6. res. 3. Covar. l. c. sive præteritio fuerit facta per matrem, aut ascendentes maternos, sive per patrem, vel ascendentes paternos. Martha l. c. art. 2. si tamen filius præteritus præmoritur patri, quamvis testamentum non convalescat de jure civili, convalescit tamen de jure prætorio. Gomez. var. res. to. 1. cap. 11. Testamentum vero matris, in quo filius fuit præteritus, non est ipso jure nullum, sed annullandum, quia filius non est in potestate matris. Gomez. l. c. sed Rota post Pajatel. dec. 17. tenere videtur contrarium de jure novissimo, & citat Clarum in §. testamentum quæst. 30. nec sustinetur in vim fideicommissi per clausulam Codicillarem, si testator ignoravit filium. Rota l. c. & dec. 18. Bich. dec. 292. num. 18. & dec. 413. 56

Tertio est testamentum nullum, si desunt in illo solemnitates, de quibus supra. Martha l. c. art. 3. Inter quas est, quod testator nominet hæredem sive ore proprio, sive ad alterius interrogationem sive Notarii, sive privati. Alex. cons. 33. Surd. cons. 414. Farin. cons. 97. Gratian. disc. for. cap. 659. Menoch. de præs. lib. 4. præs. 8. Castill. lib. 4. controv. 27. Tusc. litt. T. concl. 124 nisi aliæ suspiciones contra testamentum concurrant, sive testa- 57

testator esset bene valens, sive infirmus, dummodo sit sanæ mentis, aut interrogans, non esset persona suspecta, aut interessata. Pajatell. *exped. & annot.* 14. *per totam*, & *n.* 60.

58 Quarto testamentum captatorium est nullum, quia ultima voluntas non potest pendere ab arbitrio alterius. *L. illa institutio. ff. de hared Instit.* Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 18. Est autem testamentum captatorium, cum institutio hæredis demandatur, vel committitur ad voluntatem alterius, quia tunc quis potest facere testamentum pro alio. *L. captatorias.* C. *de testam. milit.* C. ubi Jas. & Dec. *n.* 10. Berous *cons.* 23. *vol.* 2. Paris. *cons.* 38. *n.* 50. *vol.* 3. Menoch. *cons.* 408. *vol.* 5. *n.* 11. Non dicitur vero testamentum captatorium, si testator instituit unum de agnatione sua, quem Titius v. g. nominaverit: tunc enim valet testamentum, quia institutio dicitur incerta de certis, sicut cum quis pluribus hæredibus institutis commisit fidei unius, ut cum moreretur, restitueret uni ex Cohæredibus, cui ipse voluerit; tunc enim fideicommissum est validum, quia non est commissum in ejus arbitrio, an velit restituere, sed cui. DD. apud Martham *l. c. art.* 4. *num.* 8. & Canonistæ *in cap. cum tibi. de testam.* quia quando est commissa electio personæ incertæ de certis, tunc Commissario non eligente omnes personæ dicuntur in genere vocatæ a testatore, & omnes admittendæ sunt. DD. cit. si vero Testator dixerit. Instituo hæredem, quem Titius nominaverit, institutio est captatoria, & non valet, quia tunc dicitur commissa substantia electionis hæredis. gl. *in L. utrum.* §. *cum quidem. ff. de reb. dub.* ubi Socin. *num.* 4. Alex. *in d. L. captatorios.* ubi Dec. *num.* 11. nisi Testator prius Titio dixerit in secreto, quem velit hæredem facere. DD. apud Martham *l. c. n.* 20. Mant. *de conject. lib.* 2. *tit.* 7. *num.* 7. vide etiam Bichium. *dec.* 458. *n.* 3. & *seq.*

59 Quinto testamentum, in quo testes non viderunt Testatorem, sed tantum audierunt, est nullum etiam tempore pestis. Clarus *in* §. *testamentum quæst.* 58. Ciarlin. *controv. for. cap.* 109. Tusc. *litt. T. conclus.* 116. Crass. *in* §. *testamentum. quæst.*

60 Testamentum, in quo testator instituit filios hæredes universales, & si illi sine filiis decesserint, substituit uxorem viventem in Viduitate, aliter matrem, secundum multos non valet, quia mater fuit instituta in tertio tantum loco, quæ debebat obtinere saltem secundum locum, & sic non dicitur instituta, sed substituta, quia institutus sub conditione dicitur substitutus. Bald. *cons.* 504. *lib.* 5. Ripa *in L.* 1. *ff. de vulgar.* Cephal. *cons.* 450. Contrarium tamen cum communiore tenet Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 34. quia cum aliqui vocantur sub conditionibus contrariis, omnes dicuntur instituti, & primum locum obtinent, prout conditio ipsa portabit, & Rota apud eundem; quia quoad matrem in legitima conditio habetur pro non adjecta. *L. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam.* Guido Pap. *dec.* 456. Bald. *cons.* 84. *lib.* 4. quia semper institutio conditionalis, sive conditio sit causalis, sive potestativa, respectu legitimæ habetur pro pura. Bart. *in L. si pater. ff. de Instit. & substit.* ubi Castr. *n.* 8. ut testamentum sustineatur. Jas. & Socin. *in L.* 1. *ff. de vulgar.* Curt. jun. *cons.* 148. *lib.* 2. Gomez. *to.* 1. *var. res. cap.* 11. Clar. *in* §. *testamentum. quæst.* 29. Marescot. *l. c.* qui respondet contrariis.

61 Testamentum, in quo filius instituitur tantum in re ipsius propria, est nullum, quia filius dicitur præteritus. Castr. *cons.* 455. Alex. *cons.* 20. *lib.* 3. Cravetta *cons.* 142. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 105. *n.* 6. & 41. ubi DD. *a n.* 40.

62 Testamentum factum per vim & metum esse nullum ipso jure, sicut etiam si testis testamentarius fuit compulsus adesse testamento, tenent Bald. *cons.* 26. *vol.* 3. Bart. *in L. qui a Lationibus. ff. de testam.* sed quod non sit nullum ipso jure, & hæredes ab intestato succedere non possint, tenent gl. *in L.* 1. *C. si quis aliq. test. prohib.* Aretin. *in L.* 1. *ff. de testam.* Gabr. *cons.* 99. *n.* 2. *vol.* 1. quos sequitur Martha *de succes. leg. par.* 4. *quæst.* 2. *art.* 5. *n.* 20. quia coacta voluntas, voluntas est *L. si mulier.* §. *penult. ff. de eo quod met. caus.* Dummodo metus non fuerit præcise illatus, sed conditionalis, ut nisi testatus fueris, te ejiciam domo, bene verum est, quod etiam ob metum conditionalem potest rescindi testamentum, & metum incutiens si fuit hæres institutus, privatur hæreditate, & hæc fisco applicatur Menoch. *de arbitr. cas.* 365. *n.* 11. Martha *l. c. n.* 33.

Testamentum quando est nullum pereunt legata, 63
nisi adsit clausula Codicillaris. *L. hac consultissima. C. de testam.* ubi DD. *L.* 1. *ff. de injust. nupt. L. si nemo. ff. de R. J.* Ciarlin. *d. cap.* 109. *n.* 30.

Testamentum ad Notarii interrogationem factum, si 64
Notarius prius a Testatore fuit rogatus, ut testamentum faceret, certo valet. *L. hac consultissima. C. qui testam. fac. poss.* si vero Notarius prius non fuit rogatus, ut faceret testamentum, secundum communiorem non valet. DD. apud Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 60. Clar. *in* §. *testamentum. quæst.* 37. Pajatell. *exped. & annot.* 14. Bich. *dec.* 458.

Testamentum factum servatis solemnitatibus loci, in 65
quo fit, valet etiam quoad bona forensia, licet non fuerint servatæ solemnitates loci, in quo illa sita sunt. Maresc. *lib.* 2. *var. res. cap.* 139. Bart. Bald. & alii. *in L.* 1. *C. de Sum. Trinit.* Socin. *cons.* 95. *lib.* 3. Gabr. *de statut. conclus.* 8. Anchar. *cons.* 163.

Testamentum factum ex causa erronea testatoris, qui 66
unum credidit, & erat aliud, dicitur nullum. *L. fin. ff. de hæred. instit.* Surd. *cons.* 373. Menoch. *cons.* 1148. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 79. vide etiam Bich. *dec.* 247. *n.* 13.

Testamentum, in quo Testator instituit nepotem, si 67
filius fuerit sibi præmortuus, non valet, quia non instituit nominatim filium. Vide *Filius.*

Testamentum Judæi contra legem Mosaicam est nul- 68
lum ipso jure; quia lex Mosaica inter Judæos omnino servanda est. Alex. *in L.* 1. *ff. si cert. pet.* Felin. *in cap. Judæi.* 2. *de Judæis.* Abb. *in cap.* 1. *de constit.* Martha *l. c. n.* 34. apud quem plures.

Testamentum, in quo Testator dixit, relinquo cen- 69
tum filio meo, nulla institutionis facta mentione, valet, quia videtur relinquere eo modo, quo debet, scilicet titulo institutionis. Bald. Clarus, Covar. & alii apud Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 25. qui tamen contrarium tenet cum aliis.

Testamentum mariti, in quo uxorem reliquit hære- 70
dem, dolo, & blanditiis extortum valet. Sperell. *dec.* 150. nisi preces accesserint importunæ cum dolo malo.

Testamentum testatoris habentis bona in diversis provin- 71
ciis, debet interpretari juxta statuta illarum regionum, in quibus sunt bona. Dec. *cons.* 283. Mascard. *de interpret. statut. conclus.* 6. Ciarlin. *controv. for. cap.* 91.

Testamentum Clerici non potest dici nullum ex cap. 72
exhæredationis. Abb. *in cap. quia nos.* 4. *de testam.* Bald. & Butr. *in auth. Presbyteros. C. de Episc. & Cler.* Covar. *in d. cap. quia nos.* Martha *l. c. num.* 36. quia testamenta Clericorum non subjacent dispositioni Juris Civilis, sed tantum jurisgentium. Bald. *cons.* 448. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 2. *dub.* 1. *solut.* 4. *num.* 68. quod procedit quoad omnia ejus bona, juxta *d. auth. Presbyt.*

Testamentum potest sumere vires a substitutione vul- 73
gari expressa. *L.* 3. *ff. de liber. & posthum. L.* 2. *ff. de hæred. instit.* Fachin. *l. c. cap.* 66. cum Mant. & alii, quamvis hæres fuerit præmortuus testatori.

Testamentum, in quo frater fuit præteritus, valet, 74
si non fuit instituta turpis persona. Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 4. *a n.* 35. Covar. *in cap. Raynut. de testam.* Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 50.

Testamentum factum ante ingressum Religionis ab 75
eo, qui non cogitabat ingressum Religionis, per ingressum fit nullum; si vero cogitabat ingressum, valet. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 28. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 93. etiam sine solemnitatibus Concil. Trid. & quamvis testator alias esset prohibitus testari.

Ita testamentum minoris favore Curatoris non va- 76
let, sicut sigillatum, & apertum sine solemnitatibus. Priorem partem probant. Conciol. *alleg.* 42. præsertim si adsint conjecturæ, quæ suadeant persuasiones. Castr. *cons.* 231. *vol.* 2. Peregr. *de jure fisci. lib.* 2. *tit.* 6. *n.* 12. Cancer. *var. res. par.* 1. *cap.* 7. *n.* 150. Præsertim si tutor vel Curator vir erat astutus. Cyriac. *controv.* 410. *n.* 17. & 62. & 63. & Martha *voto.* 198. *n.* 3. Andreol. *controv.* 293. *n.* 10. & *controv.* 357. *n.* 10. Conjecturæ vero suasionum, inductionis, & similium possunt esse, si Curator erat etiam socer, testatoris, cui ultra reverentiam de jure debitam majorem exhibat, quia

secundum testamentum solemne fecerit, quamvis prius revocaverit coram septem testibus. §. *ex eo. Instit. quib. mod. testam. infirm.* Bart. *in L. Jure. ff. de testam.* Clar. *in* §. *testamentum. quæst.* 91. nisi dixerit testator, quod velit decedere intestatus; quia tunc censetur instituisse venientes ab intestato. Bart. *l. c.* Dec. *cons.* 582. *num.* 2. Covar. *de testam. par.* 2. *num.* 21. Natta *in auth. hoc inter liber. num.* 11. *C. de testam.* Clar. *l. c.* Surd. *cons.* 320. Anchar. *in cap. cum esses. numer.* 20. ubi Imol. *de testam.* Crass. *in* §. *testamentum. quæst.* 84. Contrarium tenuit Bald. *in L. sancimus. num.* 2. *C. de testam.* Mant. *de conject. lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 19. Gratian. *disc. for. cap.* 558. & alii apud Marth. *l. c. num.* 27. porro superior conclusio procedit, dummodo declaratio fuerit facta coram, septem testibus. Bursar. *cons.* 901. Mastrill. *dec.* 132. Cyriac. *controv.* 168. *nu.* 24. Covar. 2. *par. de testam. nu.* 2. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 48. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 94. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 8. Mascard. *de prob. conclus.* 1282.

86 Testamentum primum tollitur per secundum non tantum, quoad hæredis institutionem, sed etiam, quoad omnia disposita, quamvis non adsit clausula *cassans.* §. *posteriore. Instit. quib. mod. testam. infirm. L. si quis priore. ff. ad Trebell.* Clar. *in* §. *testamentum. quæst.* 94. Surd. *cons.* 219. Farin. *cons.* 97. quamvis secundum non faciat mentionem primi. Mant. *de conject. lib.* 12. *tit.* 1. Ciarlin. *controv. for. cap.* 3. *num.* 3. Gratian. *disc. for. cap.* 605. *&* 659. Licet secundum sit conditionale, & conditio non purificetur. Ciarlin. *l. c.* Bart. Bald. & Castr. *in L. cum in secundo. ff. de injust. nupt.* imo licet secundum non habeat effectum. *L. filio præterito. ff. eod.* Imo licet ex secundo nemo hæres existat. Gratian. *disc. for. cap.* 201. *num.* 16. Mant. *l. c. lib.* 3. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 16. Cyriac. *controv.* 168. Tusc. *litt. T. conclus.* 84. Etiam quamvis secundum non habeat clausulam derogatoriam. Lim. si secundum est invalidum, quia non præstat impedimentum, quod in jure non sortitur effectum. Et quamvis in primo essent centum testes, in secundo vero tantum numerus præscriptus. Bich. *doc.* 317. *nu.* 38.

87 Secus dicendum de testamento priore, quod habet clausulam derogatoriam, quod non tollitur per posterius, in quo non fit mentio primi, nec clausulæ derogatoriæ, sicut non revocatum, si in secundo adest clausula derogatoria omnium testamentorum, sed non fit mentio clausulæ derogatoriæ in primo testamento. Lim. si clausula derogatoria posita in priori testamento derogabat potentiæ, ac facultati testandi, quia tunc tanquam reprobata a jure habetur pro non adjecta. Covar. *de testam. par.* 2. Clarus *l. c. quæst.* 99. si vero in secundo testamento fit specialis mentio prioris derogatorii, & illud revocatur, valet revocatio, quamvis non fiat mentio clausulæ derogatoriæ in priori positæ. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 92. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 166. imo Rota post Pajatell. *dec.* 13. tenet per cursum decem annorum inter unum, & alterum testamentum præsumi oblivionem clausulæ derogatoriæ adjectæ primo testamento, & primum per secundum dici revocatum sine speciali derogatione. Cyriac. *controv.* 360. Marth. *de success. par.* 4. *quæst.* 4. *art.* 5. *per tot.* sed hæc procedere videntur, si in secundo testamento fiat mentio non tantum testamenti derogatorii sub rogitu certi Notarii, sed etiam clausulæ derogatoriæ, ut tenet Rota post Pajatell. *d. dec.* 13. quæ citat Bart. *in L. Sancimus. n.* 8. *&* 9. *C. de testam.* Castr. *cons.* 234. *num.* 1. *lib.* 1. Alex. *cons.* 134. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 1. Mant. *de conject. lib.* 12. *tit.* 8. *num.* 16. Clar. *in* §. *testamentum. quæst.* 99. *num.* 4. *&* 5. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 168. *num.* 11. Rotam *decis.* 721. *num.* 2. *&* 3. *par.* 2. *recent.* Ferent. ad Buratt. *dec.* 901. *num.* 33. quod idem tenet Cyriac. *l. c. num.* 52. Martha *de success. leg. par.* 4. *quæst.* 4. *art.* 7. *num.* 3. *&* 4. cum clausul. *cassans, & irritans.* Quod idem dic, si testator in primo testamento posuit clausulam derogatoriam secundi, si in hoc non fuerit descripta per extensum salutatio Angelica, cui specialiter in secundo testamento omnino derogari debet. Menoch. *l. c. præs.* 166. *num.* 59. Et hæc omnia procedunt, sive testamentum fuerit factum inter liberos, sive inter extraneos. Clar. *l. c. nu.* 6.

88 Testamentum, quod testator juravit non revocare, potest ab eodem valide ruvocari, quamvis revocans fiat perjurus; quia juramentum sequitur naturam actus, cui apponitur, dummodo in secundo testamento adsit clausula derogatoria juramenti, quia juramentum habet vim clausulæ derogatoriæ. Clarus & Covar. *ll. cc.* quamvis testator in priori testamento in casum revocationis donavit omnia sua bona hæredi scripto, quia talis donatio non valet. Clarus, qui testatur de communiore. *q.* 95. contra Dyn. & alios. Covar. *l. c.* quia lex non permittit aliquem sibi auferre libertatem testandi. Martha *l. c. art.* 1. *a num.* 17. Ita testamentum secundum juratum revocat primum etiam sine clausulæ derogatione, quia juramentum habet vim clausulæ derogatoriæ, nisi etiam primum esset juratum; quia tunc deberet fieri mentio primi jurati. Clar. & Covar. *ll. cc.*

Testamentum primum habens specialem clausulam derogatoriam revocatur per secundum factum inter liberos non facta mentione speciali clausulæ prioris. Idem dic, de testamento secundo facto ad pias causas, vel in quo fuit hæres valde dilectus testatori. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 99. Mart. *l. c. art.* 7. 89

Testamentum solemne non revocatur per minus solemne, nisi in solemni fuerint instituti extranei, & in minus solemni venientes ab intestato; quia tunc iis hæreditas defertur non ex testamento, se ab intestato. Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. *a num.* 40. Covar. *in* 2. *par. de testam.* Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 95. Mart. *l. c. art.* 5. *&* 6. 90

Factum inter liberos alio posteriore non revocatur, nisi hoc sit factum coram septem testibus, & in hoc testator expresse revocaverit primum testamentum, secus si in secundo testamento essent instituti filii. Cla. *l. c. quæst.* 98. Mart. *l. c. art.* 6. *per tot.* non revocatur per clausulam generalem. *Cassans.* Bich. *dec.* 56. *num.* 6. Buratt. *dec.* 901. *num.* 3. 91

Testamentum secundum, in quo posthumus, vel venter prægnans fuit institutus, licet non fuerit natus, imo licet testator non potuerit generare, tollit primum. *L. si quis posthumus. ff. de liber. & posthum.* ubi Castr. Jas. & alii. Tusc. *litt. T. concl.* 154. quia ad hunc effectum sufficit, quod nasci potuerit. Socin. *in d. L. si quis. ff. de leg.* 2. Ciarlin. *controv. for cap.* 3. Item per agnationem posthumi, si præteritus sit. Fachin. *lib.* 6. *controv. Jur. cap.* 14. *& lib.* 19. *cap.* 46. 92

Testamentum secundum factum ad interrogationem Notarii, juxta superius dicta de testamento captatorio tollit primum solemne, aut solemniter factum. Communior apud Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 70. Diana *par.* 7. *tract.* 6. *res.* 59. 93

Testamentum, quod a posteriore fuit revocatum, reviviscit, si testator posterius inciderit, laceraverit, vel revocaverit. *L. penult. ff. de bon. possess.* Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 93. 94

Diximus supra, quod testamentum tollitur per minus solemne factum ad pias causas; sed quid si etiam solemne fuit ad pias causas? Dicendum, solemne tunc a posteriore non revocari, Host. & Jo. And. *in cap. ult. de solut.* Abb. *cons.* 11. Jas. *in L. nolumus. C. de testam.* Alex. *cons.* 105. Tiraquell. *de privil. caus. piæ. privil.* 2. *&* 53. Ciarlin. *controv. for. cap.* 114. Diana *l. c. res.* 26. Item, si in secundo fuerunt instituti venientes ab intestato, & non in primo. Clar. *in* §. *testamentum. quæst.* 94. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 10. §. 3. Fachin. *lib.* 4. *cap.* 6. Mant. *de conjectur. lib.* 2. *tit.* 15. & alii apud Fachin. *l. c. cap.* 8. Covar. *de testam. par.* 2. Bich. *dec.* 458. *nu.* 32. 95

Quæres, quid si reperiantur duo testamenta facta eodem die, & ignoretur, quodnam sit prius, aut posterius; quodnam valebit, si sunt diversa? Respondetur, nullum valere propter incertitudinem temporis. *gl. in L. ff. de bonor. poss. sec. tab.* Martha *de success. leg. par.* 4. *quæst.* 4. *ar.* 5. *num.* 2. qui citat Bart. *in L.* 1. §. *nos autem. ff. de bonor. poss. sec. tab.* & alios. 96

§. XIV.

Quomodo Testamentum rumpatur; aut rescindatur?

Testamentum rumpitur etiam per capitis diminutionem, quam patitur testator. Item si filius, vel hæres non liberat testatorem a captivitate, nam tunc hæreditas datur Ecclesiæ Testatoris, vel aliis usibus piis, manen- 97

nentibus tamen cæteroquin legaris; nisi institutus esset tantum octodecim annorum; quia tunc parcitur ætati. Item cum Testator est furiosus, & hæres neglexit illum custodire. Clarus *l. c.*

98 Testamentum quod rumpatur per ingressum Religionis, & professionem in illa, tenet Clarus *in* §. *testamentum. q.* 28. eo quod Monasterium habeatur loco filii, & quasi adnascatur. Quod vero Monasterium non habeatur loco filii, sustinet Fachin. *lib.* 6. *controv. Jur. cap.* 14 Covar. *par.* 2. *de testam.* Aretin. *in L.* 1. *ff. de testam.* Abb. & Fel. *in cap. præsentia. de prob.* Matt. *de success. par.* 4. *quæst.* 4. *art.* 3. ubi quod post professionem possit condere novum testamentum, & revocare primum. *num.* 6. *&* 12. vide etiam Sperell. *dec.* 16. *num.* 51. *remissive.*

99 Testamentum rumpitur agnatione sui hæredis. *L.* 1. *ff. de injusto testam.* quare si quis instituit filium suum, & ex eo præmoriente natus fuerit nepos, iste fit suus hæres, & agnascitur avo. §. *sui. Instit. de hæred. qual. & differ.* & si reperit se præteritum, rumpit testamentum. *L. posthumorum. ff. de injust. L. Gallus. ff. de liber. & posthum.* Socin. *cons.* 31. *vol.* 3. Matt. *l. c. par.* 4. *q.* 5. *art.* 1. Ita rumpitur etiam agnatione causata per legitimationem, aut arrogationem filii, si filius legitimatus, vel arrogatus fuit præteritus. *L. certum. ff. de injust. testam.* Dec. *cons.* 55. *&* 257. Alex. *caus. ult. nu.* 9. *vol.* 5. Rol. *cons.* 67. *num.* 22. *vol.* 1. Thes. *decis.* 84. nisi legitimatio esset facta ad honores tantum, aut limitata ad certa bona, quia tunc præteritus non haberet querelam inofficiosi. DD. cit. & Peregr. *de fideicom. art.* 23. *num.* 33. Matt. *l. c. art.* 2.

100 Testamentum potest rescindi per querelam inofficiosi, vel propter præteritionem, aut injustam exhæredationem: sermo est de militari testamento. Clarus. *in* §. *testamentum, quæst.* 40. Covar. *in cap. quia nos. de testam.* & plures apud eosdem contra Fachin. *lib.* 6. *controv. Jur. cap.* 74. etiam Clericorum subjacet querelæ inofficiosi, secundum multos apud Fachin. *l. c. cap.* 55. *&* 76.

101 Ob ingratitudinem non potest rescindi, nisi ingratitudo fuerit inserta testamento, & probata. Covar. *in cap. Raynut. de testam.* & alii apud Fachin. *l. c. cap.* 76. si filius, qui fuit exhæredatus, ob ingratitudinem fuit reconciliatus patri, aut fecit pœnitentiam, potest rescindi, quia tunc ingratitudo videtur remissa. Fachin. *l. c. cap.* 74. *&* 80. ubi Covar. & alii. Item si filius factus fuit Monachus.

102 Testamentum metu factum, licet valeat, tamen potest, & debet rescindi. Menoch. *de arbitr. cas.* 395. Peregr. *de jure fisci. tit.* 6. Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 15. nam voluntas coacta simpliciter voluntas est. *L. si mulier. ff. quod met. caus.* ubi DD.

103 Testamentum factum ad interrogationem regulariter valet, nisi persona interrogans sit suspecta, & infirmitas valde gravis. Menoch. *cons.* 45. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 37. *nu.* 6. Tusc. *litt. T. conclus.* 124. Mant. *de conject. lib.* 4. *tit.* 6. Sperell. *dec.* 81. *nu.* 8. ubi DD. vide *Legatum.* Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 17. *&* 18. Pajatell. *exped. & annot.* 14. *num.* 109. Gabr. *de testam. concl.* 2. *nu.* 10.

104 Testamentum, in quo filius existens in patria potestate, fuit præteritus ex causa legitima, & vera, in testamentum expressa, valet. Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 77. Covar. *in d. cap. Raynut.*

§. XV.

De testamenti declaratione, & quid in ea possit Testator?

105 Testamentum unum, quamvis non declaret aliud, tamen pars una testamenti declarat aliam. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 76. Matt. *de success. leg. par.* 4. *quæst.* 6. *art.* 3. apud quem Dec. *cons.* 81. Bart. *in L. Centurio. nu.* 27. *ff. de vulgar. & pupillar.* Socin. jun. *cons.* 19. *numer.* 17. *vol.* 1. Anchar. *cons.* 113. *numer.* 6. Alex. *cons.* 56. *vol.* 3. Bich. *dec.* 134. *numer.* 19. Hondød. *cons.* 33. *num.* 58. *&* 59. *lib.* 1. Seraph. *dec.* 374. *in fin.*

106 Testamentum regulariter declaratur a jure communi, quia testator censetur se conformasse Juri communi. Alciat. *de præs. lib.* 3. *præs.* 32. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 202. Mant. *de conject. lib.* 6. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 76. Afflict. *dec.* 44. *num.* 20. Rota apud Matt. *l. c. dec.* 775. *num.* 6. *par.* 1. *in noviss.* nisi verba repugnent interpretationi legis; tunc enim verba sunt attendenda, utpote instrumenta demonstrantia voluntatem hominis. Matt. *l. c. quæst.* 6. *art.* 1. *num.* 3. *& seq. par.* 4. quia testator non potest facere, quod Leges non habeant locum in suo testamento. *L. nemo potest. ff. de LL.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 33. *num.* 67. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 60. sicut non potest prohibere testamenti insinuationem a Lege requisitam. Idem Clar. *quæst.* 62.

Testator censetur gravasse hæredem minus, quam fieri potest. *L. unum ex famil. ff. de leg.* 2. Covar. *cons.* 308. Ciarlin. *cap.* 47. *num.* 65. nisi legatum fuerit relictum consanguineis. vide *Legatum.* Natta *cons.* 626. Sperell. *dec.* 176. *num.* 8. Imo potius toleratur, quod legatum sit inutile. Neque præsumitur velle, quod non potest disponere. Mant. *de conject. lib.* 3. *tit.* 2. Ciarlin. *l. c.* 107

Testator non potest remittere cautionem de bene utendo, & inventarium bonorum ab usufructuario faciendum. Ciarlin. *l. c.* secus Tutori, quia ita convenit pupillo, ne ejusdem patrimonium pandatur. DD. apud Clarum in §. *testamentum. quæst.* 66. Covar. *in cap.* 1. *de testament.* Fachin. *lib.* 8. *controv. Jur. cap.* 42. sicut nec potest prohibere divisiones inter hæredes, si prohibitio est perpetua, secus ad tempus; potest tamen Legatario dare facultatem capiendi Legatum propria authoritate. Potest hæredi remittere confessionem inventarii in præjudicium Legatariorum, quibus poterat non legare; secus in præjudicium Creditorum. DD. apud Fachin. *lib.* 6. *cap.* 25. *controv. Jur.* Clar. *in* §. *testamentum. quæst.* 66. Covar. *in cap.* 1. *de testam.* An possit illis interdicere administrationem suorum bonorum usque ad triginta annos, uti etiam alium contractum, aut dispositionem etiam in legitima, vide Cyriac. *controv.* 534. *num.* 7. Alciat. *de præs. reg.* 1. *præs.* 2. *numer.* 3. Clement. *in tract. de patr. pot. eff.* 16. *num.* 33. Boer. *dec.* 87. *num.* 2. Pereg. *de fideic. art.* 36. *num.* 65. *vers. porro si casus. & dec.* 35. *sub num.* 16. Gabr. *de legitima. concl.* 1. *nu.* 21. qui exemplificat usque ad ætatem viginti quinque annorum. Crass. *in* §. *legitima. quæst.* 38. *num.* 16. Farin. *quæst.* 25. *num.* 44. quamvis quoad legitimam multi teneant contrarium, quibus consentit Cyriac. *l. c. num.* 9. quia firma manet regula, quod filius non possit gravari in legitima, ita ut diminuatur re, loco, tempore, vel causa. *L. quoniam. in prioribus.* 32. *C. de inoff. testam.* unde ususfructus relictus uxori non afficit legitimam filiorum. Bart. *cons.* 56. *num.* 5. *vol.* 1. Bald. *cons.* 59. *numer.* 2. *vol.* 4. Alex. *cons.* 29. *col.* 1. Borgnin. *de usufruct. sub num.* 95. Socin. sen. *cons.* 279. *num.* 4. *vers. unde respectu. vol.* 2. jun. *cons.* 109. *num.* 8. *vol.* 2. Dec. *cons.* 454. *num.* 3. Surd. *de alim. tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 178. Bursat. *cons.* 355. *num.* 6. Peregr. *l. c. num.* 66. 108

Testator non potest instituere hæredem ex die, hoc est, post determinatum tempus, quia non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, potest tamen præcipere, ne bona sua sint hypothecata legatariis, quia illis poterat nihil relinquere. Clarus *in* §. *testamentum. quæst.* 70. non potest hæredi prohibere rerum suarum non hæreditariarum, neque detractionem legitimæ filio, secus substituto pupillariter. An gravato possit prohibere detractionem Trebellianicæ, vide in praxi *Trebellianica*: quid videatur legasse, & an illud, quod tempore testamenti non erat suum. vide *Legatum.* 109

Testator non potest prohibere, quod Episcopus se non ingerat in provisione Capellaniæ perpetuæ erectæ auctoritate Pontificia, vel ordinaria, quamvis secus sit quoad visitationem. vide *Capellania.* neque, quo minus possit exequi legata pia negligentibus Executoribus. Barb. *de pot. Episc. par.* 2. *alleg.* 81. *num.* 27. Diana *par.* 8. *tract.* 5. *res.* 56. Neque potest præcipere, quod legata debeantur hæreditate non adita. Oinot. *de legat. lib.* 3. *tit.* 20. Neque potest expresse Monasterium, vel Ecclesiam excludere ab hæreditate, si hæres institutus fuit factus Monachus. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 56. videri potest Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 83. *num.* 2. contrarium pluribus probans, & contraria resolvens, cui plurimi suffragium dant, uti Alex. *cons.* 121. *num.* 110

13. *lib.* 2. Bald. *conf.* 407. Ruin. *conf.* 98. *num.* 20. *lib.* 2. Dec. *conf.* 259. *col.* 2. Craff. *in* §. *fideicom. q.* 40. *numer.* 2. Covar. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 19. *numer.* 8. quia quilibet eft fuarum rerum moderatur, & arbiter. Quibus tamen Fachin. refpondet, & fulcitur *Novella* 123. §. *fedet hoc præfenti.* quod etiam alibi fupra firmavimus.

111 Teftator poteft mandare, ut donec legatum fuerit folutum, legatario detur certa quantitas fine ufura, fi illa quantitas non venit folvenda ut fructus dilationis, fed ut pœna, vel quia teftator, dum concedit dilationem debitori, vult aliter fuccurrere Legatario. Ciarlin. *controv. for. cap.* 25. Craveita *conf.* 89. Socin. *in L.* 2. *ff. de his, quæ pœn. nom.* Lupus *in cap. per veftras. de donat. inter vir. & uxor.* Covar. *lib.* 3. *var. ref. cap.* 1. Fachin. *lib.* 6. *controv. jur. cap.* 72. Franc. *dec.* 254. Lup. *in L. curabit. C. de act. empt.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 29. quamvis dixerit per viam fructuum, quia intelligitur ex fructibus. Ciarlin. *l. c.*

112 Teftator vocans filios, inter quos cadit ordo neceffitatis, videtur illos fubftituere vulgariter, idem dic, fi vocavit eos, inter quos cadit ordo charitatis. Rota apud Farin. *dec.* 320. & vocans per fideicommiffum eos, inter quos cadit ordo neceffitatis, uti filium, & nepotem ex eo, videtur eos vocare ordine fucceffivo, fi vero vocat eos, inter quos cadit ordo charitatis, uti fratrem, & filium ex eo, videtur eos fimul vocaffe. Fufar. *de fubftit. queft.* 476. fed quoad primam partem contrarium tenet Covar. *in cap. Raynut.* §. 2. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 18. quando vero fimul fuccedunt, tunc fuccedunt æqualiter. Non poteft prohibere Legatario detractionem falcidiæ, nec jus accrefcendi in univerfali, quale datur inter Cohæredes, quia alia fuccederet pro parte teftatus, pro parte inteftatus, bene vero jus accrefcendi particulare, puta inter Legatarios. Clarus *in* §. *teftamentum. q.* 73.

113 Relinquens pluribus fuum fundum, videtur illum eifdem relinquere in folidum, & omnes inftituere in folidum, per concurfum tamen hæredes ambo ex mente teftatoris faciunt divifiones, & hæc eft ratio juris accrefcendi. Fachin. *lib.* 4. *controv. Jur. cap.* 94. ubi DD. & probatur ex *L. regulatus. ff. de reb. dub.*

114 Inftituens plures filios, & eorum ultimo fubftituens pupillariter Titium, an matre in medio exiftente videatur illos reciproce fubftituere pupillariter. Vide *fubftitutio.* & Fachin. *lib.* 4. *cap.* 71. *controv. Jur.*

115 Inftituens ventrem uxoris fuæ non tantum videtur inftituiffe filios, qui erant nati ex uxore exiftente tempore teftamenti, fed etiam natos ex uxore, quam habuit poft teftamentum. DD. apud Fachin. *lib.* 4. *cap.* 89. Mant. *de conject. lib.* 4. *tit.* 9. Menoch. *de praef. lib.* 4. *præf.* 21. *num.* 14. Lim. fi inftituiffet ventrem prægnantem. Fachin. *l. c. cap.* 90. Vocans autem ventrem non dicitur vocare ventrem prægnantem tempore teftamenti, fed tempore mortis, ne illo præterito teftamentum fit irritum. Menoch. *præf.* 20. Ciarlin. *cap.* 3. apud quem DD.

116 Teftator difcretive in teftamento de pluribus loquens cafibus, & in uno inftituens, vel fubftituens, in alio excludere videtur. Ruin. *conf.* 131. Gabr. *de V. S. conclus.* 1. Surd. *conf.* 403. Menoch. *conf.* 215. Rota apud Seraph. *dec.* 1486. præfertim fi eft claufula, *Tunc & eo cafu*, quia fi teftator in alio cafu voluiffet, expreffiffet. Sperell. *dec.* 176. *num.* 4.

117 Teftator non folum de re hæredis, fed etiam de re eidem debita, vel reftitutioni obnoxia tanquam de re fua poteft difponere. *L. unum ex familia.* ubi Bart. *ff. de leg.* 2. Menoch. *conf.* 89. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 1. Rota apud Rub. *to.* 1. *dec.* 484. licet hæres fecerit inventarium, dummodo hæreditas fit opulenta, & fufficiens. Peregr. *de fideic. art.* 33. Gratian. *difc. for. cap.* 112. Mant. *dec.* 326. Surd. *dec.* 30. & alii apud Marefcot. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 105. filium tamen in re propria inftituere non poteft, aliter non valet inftitutio. Marefc. *l. c. num.* 6. Teftator jus habens in aliqua re, & illam fimpliciter legans, intelligitur tantum legare jus, quod in illa habet, quamvis extingueretur poft mortem illius, & licet legatum fit factum conjunctæ perfonæ. Lim. fi legaret rem communem cum hærede, quia tunc præfumitur totam legare. Marefc. *l. c. cap.* 104. *num.* 5. licet res effet partim Teftatoris, partim hæredis, vel legatarii.

Si inftituit fimpliciter Capellaniam, non prohibendo collationem, videtur velle inftituere Beneficium perpetuum Ecclefiafticum, ita Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 2. §. 1. *num.* 109. Antonell. *de Regim. Eccle f. lib.* 2. *cap.* 2. Legans aliquid Capellæ, quam fecit, fed non dotavit, cenfetur dotis caufa legaffe, ut fe exoneret a dotando, & acquirit juspatron. Neque requiritur novus confenfus Ordinarii, quia fufficit ille, quem habuit pro ædificando, Lambert. *de jurepatr. par.* 1. *lib.* 2. *queft.* 118

Teftator non poteft inftituere hæredem aliquem rogando, ut ipfe reftituat fpurio Teftatoris. Diana *par.* 10. *tract.* 15. *ref.* 19. contra Clarum *in* §. *teftamentum. queft.* 31. quia fpurius eft incapax de jure, & teftatoris præceptum non obligat, cum eft contra legem. Peregr. *de fideic. art.* 35. *num.* 6. Surd. *conf.* 215. Ciarlin. *controv. for. cap.* 91. *num.* 16. 119

Teftator poteft præcipere, ut executores teftamentarii fequantur confilium Fratrum minorum, aut aliorum Religioforum. Diana *par.* 8. *trac.* 5. *ref.* 14. apud quem Caftropal. & alii. Et Teftatoris præceptum, & voluntas omnino adimplenda eft, aliter non adimplens juvatur hæreditate, vel legato. Cofta *de port. rata. queft.* 143. Thef. *dec.* 276. Craff. *in* §. *legatum. queft.* 50. & ad hæc, quæ requirantur ultra fententiam, vide apud Coftam *l. c.*

Teftator, fi eft forenfis, debet fervare folemnitates ftatuti loci, ubi teftamentum conditum. Gratian. *difc. for. cap.* 11. Surd. *conf.* 486. Seraph. *dec.* 1170. Tondut. *ref. civil. lib.* 2. *cap.* 82. Tranchedin. *confult.* 24. & probatur *ex L.* 2. *C. quemadmod. teftam. aper.* 120

Sed quia voluntas Teftatoris eft interpretanda fecundum ejufdem affectionem. Anchar. *conf.* 237. Socin. *conf.* 26. *numer.* 4. *vol.* 4. Simon. *de interpret. ult. volunt. folut.* 5. *lib.* 1. Menoch. *de præf. lib.* 4. *præf.* 16. *numer.* 1. Martha *de fucceff. leg. par.* 4. *queft.* 10. *art.* 2. *num.* 1. Ideo fit. 121

§. XVI.

De dilectis, & Prædilectis Teftatori.

Teftator magis præfumitur diligere filios, quam quofcunque alios, & major affectio probatur ex majore conjunctione. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 14. *numer.* 26. Menoch. *conf.* 420. *numer.* 22. *vol.* 5. Surd. *conf.* 564. *num.* 12. *vol.* 4. Aleiatus *de præf. reg.* 1. *præf.* 20. Mart. *par.* 4. *queft.* 10. *art.* 1. & probatur *ex L. cum acutiffimi. C. de fideic. & L. penult. C. de Impuber.* Et major præfumitur dilectio erga natos, quam nafcituros. Menoch. *de præf. lib.* 4. *præf.* 16. Socin. jun. *conf.* 129. *vol.* 3. *num.* 27. Mart. *de fucceff. leg. l. c. num.* 4. & magis præfumitur diligere mafculos, quam fœminas, & inter filios magis primogenitum, quam alios. Martha *l. c. a num.* 7. Nepotem ex filio mortuo cenfetur ita diligere, ficut diligebat filium, & ita ejufdem filios. Idem *l. c.* 122

Præterea præfumitur magis diligere fuos proximos, quam gravati, quando fit tranfitus inter tranfverfales de una linea vocatorum ad aliam. Petra *de fideic. queft.* 11. *num.* 5. Peregr. *de fideicom. art.* 20. *num.* 9. Mant. *de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 31. Mart. *l. c. numer.* 15. Hine eft, quod multi Doctores tenuerunt effe femper attendendam proximitatem gravantis. Menoch. *conf.* 904. *numer.* 32. *vol.* 10. Surd. *conf.* 120. *vol.* 1. Thef. *dec.* 64. eo quod præfumatur Teftator habuiffe majorem dilectionem erga proximos fuos, quam erga proximos gravati. Sed contrarium fuit femper decifum, quod nimirum proximitas gravati fit attendenda in fideicommiffis, uti defendit Peregr. *de fideicom. art.* 20. *ex L. cum accufat. & L. cum acutiffimi. ff. de fideic.* Sim. de Prær. *de interpr. ult. volunt. folut.* 3. *nu.* 33. & diximus in praxi fucceffionis. 123

In re legata Teftator præfumitur magis diligere Legatarium, quam hæredem. Natta *conf.* 626. Surd. *conf.* 319. *num.* 18. *vol.* 3. Matt. *l. c. num.* 19. 124

§. XVII.

De probatione Testamenti.

125 Testamentum, in quo non est Notarii fides, vel quod non est scriptum a Notario, non facit fidem, nec illi creditur, nisi fiat solemnis publicatio, & scriptura recognoscatur, vocatis, quorum interest. Bart. & DD. *in L. testamento omnia. C. de testam. cap. fin. de fide instrum.* Debet autem publicatio fieri coram Judice Testatoris, quamvis fuerit institutus Clericus. *d. L. testamenta omnia*, quia Judex causæ principalis est etiam Judex omnium cognitionum, quæ spectant ad causam principalem. ita Covar. *in cap. si hæres. de testam.* Graff. *de eff. Cleric. eff. 1. num.* 961. Ciarlin. *controv. for. cap.* 21. nisi fuerit instituta, vel substituta causa pia, aut Ecclesia, quia in eo non requiritur solemnitates Juris Civilis, sed Juris Divini, vel naturalis sufficiunt. Pajatel. *exped. & annot.* 91. Ciarlin. *l. c. n.* 10. sed quod testamentum, in quo fuit institutus Clericus, aut causa pia, possit publicari etiam a Judice Ecclesiastico, vide Dianam *par. 1. trac. 2. ref.* 99. & DD. apud eundem præventive tamen, quia est mixti fori.

126 Quod si vero testamentum fuit deperditum, ejus tenor per duos testes probari potest. *L. testium. in fi. C. de testib.* ubi Bald. Mascard. *de prob. conclus.* 1353. *n.* 53. Socin. jun. *cons.* 189. *num.* 25. *vol.* 2. Afflict. *dec.* 14. *nu.* 5. Debent autem dicti testes deponere, quod testamentum fuit factum in tali, vel tali anno, mense, & die. Item de omnibus substantialibus requisitis ad illud testamentum. Abb. *in cap. 1. de fide instrum.* & testes debent deponere non solum de tenore testamenti, sed etiam de casu fortuito amissionis, dein satis erit jurare, quod illud non reperiatur. cl. *in cap. cum. olim. de privil.* concurrente tamen aliqua conjectura, ut volunt Abb. Innoc. & Jo. And. in *d. cap. cum olim.* Afflict. *dec.* 274. Martha *d. par. 4. quæst.* 1. *art.* 10. quod intellige, si amissio allegetur a Notario, si vero allegatur a tertio, sufficit juramentum sine alia conjectura. Bart. *in L. fin. C. de fide Instrum.* Testes vero probant testamentum deperditum quamvis singulares. Oddus *cons.* 64. *n.* 49.

127 Testamentum, quod fuerit scriptum, & subscriptum manu testatoris, probatur per testes habentes notam manum testatoris, quia plures viderunt illum scribere. Socin. *in L. si ita scripsero. num. 3. ff. de cond. & demonstr.* Ferentill. ad Buratt. *dec.* 143. *num.* 4. apud quem Rota & Bich. *dec.* 513. *numer.* 7. & non requiritur, quod testes fuerint præsentes, sed sufficit, quod habeant notam manum subscribentis Bichius *loc. cit.*

128 Error Notarii commissus in scriptura testamenti potest probari per duos testes. Alex. *cons.* 14. *num.* 16. *vol.* 6. Bart. *in L. cum proponebatur. ff. de leg.* 2. quando tamen constat de substantia ultimæ voluntatis, & solum tractatur de errore omissionis. Surd. *cons.* 129. *n.* 30. & alii apud Mart. *l. c. a num.* 14. debet autem error Notari probari per duos testes, ex illis, qui testamanto interfuerunt, & non per alios extraneos.

129 Sed quomodo probatur testamentum coram Imperatore seu Principe factum? Dicitur autem quis coram Principe testari, si quis porrigit preces Principi, in quibus exprimit, qualiter de rebus suis disponat, quamvis Princeps super ejusmodi precibus nihil rescripserit. *L. omnium. C. de testam.* vel si non porrigat preces, sed oretenus coram Principe dicat, se instituere Titium hæredem &c. dummodo de his appareat per duos testes. Bart. *in d. L. omnium. n.* 1. Socin. jun. *cons.* 138. *n.* 10. *lib.* 1. Covar. *de testam. 1. par. n.* 2. Clar. *in §. testamentum. quæst.* 56. *n.* 7. Fachin. *lib. 6. controv. Jur. cap.* 86. Mascard. *de prob. conclus.* 1352. *n.* 47. Idem dic de testamento facto coram Judice: dummodo probetur, quod voluntas testatoris coram Judice fuerit insinuata; quia acta Judicis habent vim testium, seu supplent testium solemnitatem, juxta *d. L. omnium.* Laym. *moral. lib. 3. trac. 5. cap. 2. num.* 15. & conclusio defenditur etiam a Berlich. *par. 3. conclus. 4. num. 2. & 3.* Ratio est, quia Principis authoritas supplet omnem solemnitatem, quia nunquam solus, sed nobilitate stipatus esse solet. *d. L. omnium.* Neque tunc est necessarium, quod testator Principi explicite declaret suam voluntatem, sed sufficit, quod implicite id præstet, uti dicendo, *in hoc folio clauso* adest mea ultima voluntas, & rogo authoritate vestra sustineantur. Idem dic de testamento ad acta dato, vel coram Judice facto, si per duos testes probetur, quod ad acta fuerit datum, vel coram Judice factum, sive Judex sit competens, sive incompetens, quia factio testamenti est jurisdictionis voluntariæ. Berlich. *loc. cit. num.* 12. Carpz. v. *par. 3. constit. 3. defin.* 17. Unde sufficit etiam, quod Clericus suum testamentum offerat Judici Laico, vel coram illo faciat, & Laicus Judici Ecclesiastico. Et sufficit, si detur testamentum ad acta per Procuratorem, vel apud eundem conficitur. Carpzov. *loc. cit. defin.* 23.

§ XVIII.

De executione ultimarum voluntatum.

Si nullus a Testatore fuit datus Executor, tunc hæres est illius executor. Mant. *conject. lib. 3. tit.* 1. Covar. *in cap. 3. num. 8. de testam.* Sim. de Præt. *de interpret. ultim. volunt. lib. 5. dub. 2. n.* 2 Graff. *de success. quæst.* 2. & si hæres institutus non est executor testamenti est loco hæredis. Innoc. & DD. *cap. tibi de testam.* Bart. *in L. si quis ad declin. C. de Episc. & Cler.* Cravetta *cons.* 300. *vol.* 4. 130

Executores vero testamentarii possunt cogere hæredem ad implendam testatoris voluntatem, aut ipsimet adimplere. *L. nulli C. de Episc. & Cler. §. si quis autem.* Seraph. *dec.* 1048. *num.* 3. Mart. *de success. leg. par. 4. quæst. 15. art. 1. num.* 4. & Executoris officium durat per annum. *d. L. nulli.* Bart. *in L. Executorem. C. de execut. rei jud.* & non ultra. Seraph. & Mant. *ll. cc.* 131

Executor specialis testamentarius declarat mentem, & voluntatem defuncti, ita ut illius declaratio dicatur declaratio defuncti. Bald. *cons.* 259. *vol.* 4. Anchar. *cons.* 329. *n.* 2. Paris. *cons.* 26. *num.* 29. Mart. *l. c. n.* 17. & 18. etiam hærede irrequisito, quo tamen irrequisito declaratio executioni dari non potest. Gabriel. *de citat. conclus. 1. num.* 191. Martha *l. c. n.* 18. 132

Executio testamenti ad pias causas est mixti fori. Mart. *l. c. art. 2. num.* 2. & testamenti, seu legati executio pertinet ad illum Judicem, qui prævenit. Abb. & Barb. *in cap. tua. de testam.* Barbat. & Covar. *in cap. si hæredes. de testam.* Gutierrez *pract. qq. civil. lib. 2. quæst.* 48. Mart. *de jurisdict. lib. 2. quæst.* 110. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 28. Tranchedin. *consult.* 79. Diana *par. 8. trac. 5. ref.* 48. cum hac tamen distinctione, quod si testamentum fuit factum a Laico, & hæres institutus Laicus, executio pertinet ad Judicem Laicum, si testamentum est profanum. Barbat. Jo. And. Abb. & Fel. *in cap. fi. de fide instrum.* Gutierrez. *l. c. quæst.* 38. Ciarlin. *controv. for. cap.* 21. nisi aliter in testamento fuerit cautum. 133

Et si hæres non fuit executus testamentum profanum, seu ad causas profanas, Episcopus jure devoluto exequitur. Diana *par. 8. trac. 5. ref. 40. & 55. & par. 7. tract. 6. ref.* 31. Barb. *d. alleg.* 28. Pereira *de manu reg. to. 1. cap. 16. num.* 5. Azevedo *cons.* 20. Gratian. *disc. for. cap.* 563. & ad causas pias testamentum debet executioni mandari intra sex menses, aliter devolvitur executio ad Episcopum, & probatur ex *cap. si hæredes. de testam.* ubi Panorm. Laym. *moral. lib. 3. trac. 5. cap.* 10. & patet ex Conc. Trid. *sess. 22. cap. 8. de ref.* quidquid in contrarium dixerit Anchar. & alii in *d. cap. si hæredes*, qui volunt devolutionem præmissam tantum procedere in testamento ad pias causas. 134

Porro annus juxta Laym. computatur, & currit a die monitionis factæ ab Episcopo, *juxta cap. nos quidem. de testam. §. si quis autem. auth. de SS. Eccles.* ut notat etiam gl. *in cap. tua de testam.* Sylvest. *ver. testamentum. 2. quæst* 8. Ratio vero, cur Episcopus post annum negligente hærede exequatur legatum, est, quia defunctus post mortem dicitur miserabilis persona. Ciarlin. *controv. for. cap.* 28. Et cum hæreditas repræsentet personam defuncti, ideo ejusdem gaudet privilegiis. Sed miserabiles personæ etiam nulla data Judicis Laici negligentia possunt trahere suos Adversarios ad forum 135

Eccle-

Ecclesiasticum. Diana *par.* 1. *trac.* 2. *res.* 117. Anguian. *de LL. to.* 1. *lib.* 3. *controv.* 22. & patet *ex cap. ex parte. de foro compet.* ubi causa Reginæ spoliatæ fuit judicata in foro Ecclesiastico. *& cap. super quibusdam de V. S. cap. significantibus. de off. deleg.*

136 Imo non desunt, qui etiam executionem legati pii volunt esse mixti fori. Ex *L. nulli. C. de Episc. & Cler.* & *cap. tua nobis. de testamentis.* Tiraquel. *de privil. piæ caus. privil.* 149. Suid. *de alim. tit.* 8. *privil.* 9. Matt. *de Jurisd. par.* 2. *caus.* 10. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 82. Ciarlin. *controv. for. cap.* 28. Diana *par.* 5. *trac.* 1. *res.* 22. *& par.* 4. *trac.* 1. *res.* 99. qui tamen vult esse mixti fori de Jure Civili, non vero de Jure Canonico, ob *d. cap. tua.* & Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 15. *de reform. & sess.* 22. *cap.* 8. *de reform.*

137 Executores quando sunt plures, & unus est Clericus, Clericus trahit Laicum ad suum forum. Ciarlin. *contr. for. cap.* 33. ubi Graff. *de eff. Cleric. eff.* 1. *num.* 250. vide Covar. *in d. cap. si heredes. & in praxi Executoris.*

138 Et quia supra dictum fuit, hæreditatem repræsentare ipsum defunctum, ideo notandum est, quod hæreditas Clerici etiam jacens, & antequam adeatur, subsit foro Ecclesiastico, quia repræsentat Clericum, qui est de foro Ecclesiæ. *L. cum hæreditas.* ubi Bald. Castr. & Salyc. *& L. hæreditas. C. de acquir. rer. domin.* Martha *do Jurisd. par.* 4. *cas.* 5. Ciarlin. *controv. for. lib.* 2. *cap.* 171. Hinc hæreditas Clerici, in qua fuerunt vocati, vel instituti Laici, si ab iisdem tanquam indignis auferatur, applicatur non fisco sæculari, seu Laico, sed Ecclesiastico, quia attenditur qualitas relinquentis, quem hæreditas repræsentat, qui est Clericus, non hæredis, qui est Laicus. Abb. *in cap.* 2. *de success. ab intest.* Bellet. *disquis. Clerical. par.* 2. *tit. de bon. Cleric.* §. 14. quod ampliative procedit etiam in casu, quod hæreditas fuerit agnita. Ciarlin. *l. c.* Sed

139 Quæres, coram quo Judice erit petenda publicatio testamenti facti a Laico, in quo fuit institutus hæres Clericus, coram Ecclesiastico, vel Laico? Concluditur pro Judice Laico, illo nimirum, qui erat Judex testatoris. *L. testamenta omnia.* C. *de testam.* quia Judex causæ principalis est etiam Judex causæ accessoriæ, juxta *reg. accessorium. de R. J. in* 6. Covar. *in cap. si heredes. de testamem.* Graff. *de eff. Cleric. eff.* 1. *nu.* 222. Ciarlin. *controv. for.* 21. Lim. si fuit instituta, vel substituta causa pia, quia tunc non attenduntur solemnitates Juris civilis, sed sufficiunt solemnitates Juris Divini, & Ecclesiastici. DD., apud Ciarlin. *l. c.* quamvis contrariam sententiam teneant Theologi aliqui, quod imo talis publicatio spectet ad Judicem Ecclesiasticum. Ita Diana *par.* 1. *trac.* 2. *res.* 99. ubi Molina *de Just. & Jur.* Gutierrez *Can. qq.* & alii plures. Ita ut Clericus hæres scriptus, si velit repudiare hæreditatem, possit illam repudiare coram Judicem Ecclesiastico, licet fuerit relicta a Laico. Vide Salgad. *in labyr. Credit. par.* 1. *cap.* 32. *num.* 30. *& seqq.* qui *num.* 33. citat Carleval. *de Jud. to.* 1. *tit.* 1. *disp.* 2. *quæst.* 5. *a nu.* 319.

140 Quæres secundo, cum supra dixerimus, Episcopum esse executorem ultimarum voluntatum ad pias causas, hæredibus intra medium annum non exequentibus, sicut ad profanas causas post annum, ad quem Episcopum talis executio pertineat, an ad Episcopum originis vel Episcopum rei sitæ? Dicendum spectare ad Episcopum rei sitæ. Jacob. de Canib. *de execut. ult. vol. par.* 1. Rom. *cons.* 250. Capra *de execut. ult. vol. memb.* 8. Tusc. *litt. C. conclus.* 293. Matt. *de jurisdict. par.* 2. *cas.* 10. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 82. *num.* 15. Lim. cum fuit legata pecunia pro emenda specie in aliena Diœcesi; tunc enim executio spectat ad Episcopum originis. DD. mox cit. Ciarlin. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 15. *&* 20.

141 Quia executio ultimarum voluntatum præsertim piarum est popularis, ideo quilibet de populo potest admitti ad agendum, vel petendam executionem, quia Reipublicæ interest pias voluntates executioni mandari. *L. Civitatibus.* ubi Bart. Bald. Imol. & Castr. *ff. de leg.* 1. Mant. *de conject. ult. vol. lib.* 2. *tit.* 5. Ciarlin. *d. cap.* 5. *num.* 12.

142 Quæres tertio, quinam possint esse executores testamentarii? Respondetur omnes illi, qui a testatore fuerunt nominati, non tantum masculi, sed etiam fœminæ. Molina *de Just. trac.* 2. *disp.* 247. *num.* 23. *&* 6. juxta *cap. nos quidem. de testam.* & *L. a filio.* 15. *ff. de alim.* Imo si uxor a priore marito fuit executrix nominata, non amittit jus exequendi, quamvis transiverit ad secundas nuptias. Covar. citans Bart. *in cap. tua.* 17. *de testam. num.* 3. Molin. *l. c. num.* 13. *&* 14. Etiam minor viginti quinque annis potest esse executor testamenti, dummodo sit major septendecim annis. *cap. quia generaliter.* 5. §. *fin. de procurat. in* 6. Covar. *l. c. nu.* 4. Molin. *l. c. num. ult.* Ita etiam Religiosi possunt esse executores testamentarii tam ad pias, quam profanas causas, cum licentia tamen suorum superiorum, & non aliter. *cap. Religiosus.* 2. *de testam. in* 6. *& Clem. un.* quæ tamen licentia non est necessaria quoad Religiosos, qui non vivunt claustraliter, sed extra claustra degunt, ac alicui Beneficio perpetuo, seu Ecclesiæ sæculari sunt addicti, seu mancipati, quia tales non sunt sub Abbatis, seu Prælati obedientia, vel nisi fuerit deputatus ipse Abbas, seu Prælatus, quia alia licentia non indigent, uti etiam Guardianus, qui tunc Provincialis licentia non indiget. Ejusmodi vero Religiosi etiam exempti executores testamentorum constituti debent reddere rationem Ordinario suæ executionis, & ab ipso, si in executione deliquerunt, puniri possunt. *Clem. Religiosis. de testamentis.* P. Pirhing *lib.* 3. *tit.* 26. *sect.* 5. §. 2. *num.* 110. Lim. quod Fratres minores de observantia non possint esse executores testamentarii; neque eorum superiores possunt super hoc dispensare. Clem. 1. §. *cumque dicti Ordinis professores. de V. S.*

Quæres 4. An executor a Testatore nominatus possit cogi ad acceptandum munus executoris, & exequendum, & a quo? Dicendum, quod nemo potest cogi ad exequendum, quæ a testatore præcepta fuerunt. *cap. Joannes.* 19. ubi gl. pen. *de testam.* §. *mandatum. Inst. de mandat.* sufficit autem ad hoc tacita acceptatio ex aliquo actu executionis exercito. *Clem.* 1. *de procurat.* Bart. *in L. Titius* 24. *de constit.* Si executor est Laicus, potest cogi ad exequendum a judice Laico, si Ecclesiasticus, ab Ecclesiastico. *cap. tua.* 17. *de testam.* Pirhing *l. c.* §. 2. 143

Quæres 5. quam pœnam incurrat hæres, aut alius executor, si negligit exequi ultimam testatoris voluntatem post Judicis admonitionem per annum? Respondetur illum amittere totam hæreditatem. *auth. hoc amplius. C. de fideicom. auth. de heredib. & falcid.* §. *si quis autem. cap.* 1. *collat.* 1. *quia se reddit indignum. L. si Patroni.* 55. §. *sed nec illud. ff. ad S. C. Trebell.* Abb. *in cap. si heredes.* 6. *de testam. in* 6. *numer.* 5. & ibi Covar. *num.* 4. Lim. in hæredibus necessariis, uti liberis descendentibus, & ascendentibus, qui tantum privantur usque ad legitimam, quæ illis non ex testatoris, sed legis dispositione obvenit. *auth. hoc amplius. C. de fideicom.* Abb. *in d. cap. si heredes num. ult.* & ibi Covar. *num.* 9. Pirhing. *l. c.* §. 4. *num.* 126. *vers. excipiuntur.* 144

Quæres ult. utrum executor testamentarius possit ultimam voluntatem defuncti commutare? Dicendum non posse sine auctoritate summi Pontificis, aut respective supremi Principis ex justa causa, & necessaria. *cap. conquestus.* 16. *de foro comp.* Conc. Trid. *sess.* 22. *cap.* 6. *de ref.* Pirhing. *l. c.* §. 6. 145

Porro officium executoris eo mortuo non transit in hæredem illius. *cap.* 2. §. *sane. de testam. in* 6. Sylvest. *ver. Testamentum.* 2. *quæst.* 4. quia censetur electa industria, & fides executoris. *cap. ult.* §. *is autem. de off. Jud. deleg.* Transit tamen quoad obligationes, si quas executor male exequendo contraxit. Bart. *in L. a filio.* 15. *num.* 5. *ff. de alim. & cibar. leg.* Anchar. *in d. cap.* 2. *quæst.* 7. 146

§. XIX.

Testamentorum Miscellanea.

Testamentum, in quo subintelligitur clausula Codicillaris, quando est factum favore liberorum, seu inter liberos, clausula Codicillaris nihil operatur favore extraneorum. Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 36. Cravetta *cons.* 34. 147

Qualiter sit aperiendum, ut probet, & quando relevandum. vide Hodiernam *controv.* 33. Andreol. *controv.* 386. Cyriac. *controv.* 444. Altograd. sen. *cons.* 96. 148

Testamentum inter liberos minus solemne, in quo non fuit servata æqualitas, an valeat, vide Gabr. *de testam.* 149

testam. concluf. 6. Covar. *in cap. Raynut. de testam.* Mant. *de conject.* apud Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8.

150 Testamentum Aviæ propter præteritionem nepotis rumpitur, quamvis tempore conditi testamenti non sit, quia debet sub nomine nasciturorum hæres ab Avia institui, ne per subsequentem ejus nativitatem, & patre præmortuo sub ingressum in primo gradu descendentiæ de tempore mortis testatricis testamentum rumpatur. §. *posthumorum. Instit. de exhæred. liber.* Pancirol. *cons.* 113. *nu.* 1. Gabr. *cons.* 129. *nu.* 2. *lib.* 1. Rota apud Bich. *dec.* 413. *n.* 4.

151 Testamentum, in quo posthumus fuit præteritus, an ex clausula Codicillari sustineatur, remittitur Judicis arbitrio, ut scilicet ex qualitate temporis, & circumstantiis facti cognoscat, an testator voluerit cum illo testamento decedere. Gabr. *cons.* 113. *num.* 16. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 499. *num.* 20. Mant. *de conject. lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 33. Fusar. *de substit. quæst.* 569. *num.* 27. & 28. Bich. *dec.* 471. *nu.* 20.

152 Testamentum, in quo plures causæ exhæredationis fuerunt expressæ, quamvis una fuerit falsa, sustinetur ex aliis veris. Bald. *cons.* 112. *num.* 2. *lib.* 5. Rota *dec.* 582. *num.* 14. *par.* 4. *recent.* & apud Bichiam *dec.* 247. *num.* 16.

153 Testamentum redditur suspectum ob diversitatem characterum ab aliis instrumentis ejusdem Notarii, nisi probetur, quod ab eodem Notario fuerit scriptum, & subscriptum. Paris. *cons.* 12. *num.* 125. *lib.* 2. Rimin. jun. *cons.* 197. *num.* 7. Surd. *cons.* 187. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. cas. dec.* 187. *num.* 181. Put. *dec.* 430. *num.* 2. *lib.* 2. apud Bich. *dec.* 488. *num.* 14. Præterea redditur suspectum, si non reperitur cum aliis instrumentis ab eodem Notario rogatis in protocollo, sed in quodam libercculo continente tria, vel quatuor instrumenta. Rota apud Buratt. *dec.* 666. *num.* 8. & apud Bich. *l. c. n.* 15. Item si non constat, quod liberculus fuerit positus in archivio. Rota apud Bich. *l. c. num.* 16. Item si concurrit contraria assertio testatoris emissa in alio testamento postea condito. Idem. *num.* 17. Item si testamentum continet enuntiativam inverisimilem. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 32. *num.* 16. & *de arb. cas.* 126. *num.* 1. Bich. *l. c. num.* 18.

154 Testamentum per relationem ad schedam, quod testator voluit valere jure testamenti, aut Codicilli, valet, absque alia nominatione explicita hæredis, quando nimirum schedam testamenti Notario, ut de eo rogaretur, convocatis testibus consignavit asserens, in ea esse scriptum suum testamentum, quod valere vult jure testamenti, Codicilli &c. Gozzad. *cons.* 3. *per totum.* Guttierrez *pract. qq. lib.* 2. *quæst.* 41. *num.* 4. Rota apud Bich. *dec.* 513. *nu.* 8. Quod autem hæc fuerit consignata Notario adhibitis septem testibus, probatur ex ipsius Notarii rogitu, dummodo inter alias scripturas authenticas ille repertus fuerit. Ruinus *dec.* 144. *lib.* 4. *num.* 9. Menoch. *cons.* 48. *num.* 5. Rota apud Bich. *l. c. nu.* 19. coram Coccino. Clarus *in §. testamentum. q.* 4. *sub nu.* 3. ubi, quomodo probetur schedæ identitas.

155 Testamentum in dubio regulatur secundum causam intestati. Alex. *cons.* 15. Menoch. *cons.* 551. Ciarlin. *controv. for. cap.* 27. *nu.* 23.

156 Cum testamentum sustinetur favore piæ causæ, manent fideicommissa Laicis relicta. Covar. *in cap. relatum. de testam.* Fusar. *de substit. quæst.* 570. Habet executionem paratam. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 62. nisi adsit legitimus contradictor. Idem. *num.* 8. quia tunc esset procedendum via ordinaria.

157 Testator ad agnationem videtur respexisse ex successiva vocatione masculorum, quo casu naturales censentur exclusi, per quos agnatio non conservatur. *L. si spurius. & L. hac parte. ff. unde cognati.* Bald. *cons.* 319. *lib.* 4. *nu.* 8. Peregrin. *de fideicom. art.* 22. *nu.* 79. Fusar. *de substit. quæst.* 314. *nu.* 3. Rota coram Mant. *dec.* 319. & apud Bich. *dec.* 9. *num.* 9. Et quoties respexit ad conservationem agnationis, & ut bona maneant in agnatione, fœminæ exclusæ censentur. Socin. jun. *cons.* 1. *num.* 62. Honded. *cons.* 75. *num.* 7. & 8. *lib.* 1. Surd. *cons.* 443. *num.* 23. Rota coram Buratt. *dec.* 146. *num.* 50. Beltram. & Ludovis. *dec.* 293. *n.* 25. & apud Bich. *dec.* 112. *nu.* 7. quod maxime ex conjecturis desumi potest. Etsi primo, si testator solos filios masculos instituit, & eorum filios substituit, filias vero exclusit ab universali successione, unde magis censentur exclusæ neptes, quæ sunt remotiores. Peregr. *de fideic. art.* 25. *nu.* 22. & 44. Fusar. *de substit. quæst.* 348. *num.* 12. quamvis testator filiabus dotem reliquerit. Secundo, si posuit in conditione filios non simpliciter, sed legitimos, & naturales. Dec. *cons.* 31. *num.* 91. *lib.* 1. Fusar. *de substit. quæst.* 449. *num.* 27. Bich. *dec.* 112. *nu.* 11. Tertio, si expresse prohibuit bonorum alienationem addita ratione, quia vult, quod bona maneant in perpetuum in cippo. Fusar. *de substit. quæst.* 402. *num.* 27. Menoch. *cons.* 900. *num.* 24. Rota apud Bich. *l. c. num.* 12. Quarto, si fuit digressus ad plures gradus substitutionum, & fœminas filias non solum exclusit, sed illis substituit masculos in dote, quatenus hæc legitimam excederet. Bich. *l. c. num.* 14.

Testator, quando habuit pro synonymis verbum *filios, & descendentes*, tunc nomine filiorum veniunt descendentes, præsertim ad exclusionem substituti cum conditione: *si sine liberis.* Fusar. *de substit. quæst.* 413. *num.* 3. Oddo *de compend. par.* 6. *art.* 3. *nu.* 4. Rota *dec.* 243. *num.* 4. *part.* 2. *divers.* & *dec.* 467. *num.* 1. *coram Coccino.* & apud Bich. *dec.* 307. *num.* 2. & an utroque verbo usus fuerit pro synonymis, deduci potest ex antecedentibus, & subsequentibus. Bich. *dec.* 252. *a num.* 9. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 1. *num.* 5. & Rota apud Bich. *l. c.* 158

Testator prohibens alienationem bonorum intelligitur de alienatione voluntaria, non vero necessaria, puta pro solvendo ære alieno testatoris. Bellon. jun. *cons.* 32. *a n.* 10. Surd. *dec.* 254. *num.* 6. Bich. *dec.* 349. *num.* 5. 159

Testator non præsumitur in suo testamento cogitasse de filiis nascituris, eosque voluisse hæreditate privare, sicut nec in Codicillo onerare filium, de quo non cogitaverat. *L. ex facto. ff. de vulgar. & pupill. & L. qui gravi. & L. penult. ff. de jure Codicill.* Ang. *in L.* 1. *num.* 3. *C. de jure Codicill.* Ripa *in L. si unquam. nu.* 4. *C. de revoc. donat.* Pancirol. *cons.* 113. *numer.* 9. & alii apud Bich. *dec.* 413. *num.* 14. & 15. & Rota apud eundem. *num.* 16. 160

Testator prohibens hæredi gravato detractionem Trebellian. & Falcidiæ præsumitur, quod nihil velit apud eundem manere, & consequenter, nec Juspatronatus. Lamberti. *de Jurepatron. par.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 2. *art.* 35. *a num.* 7. & alii apud Bich. *dec.* 15. *num.* 18. quæ conjectura sola, licet non sufficiat, juxta Rotam apud Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 9. *num.* 20. tamen si testator prohibuit quamcunque deductionem cujuscunque alterius portionis ultra Trebell. & Falcid. caret conclusio contradictione. Honded. *cons.* 65. *num.* 45. Seraph. *dec.* 329. *num.* 13. Rota apud Bich. *l. c. num.* 19. & 20. 161

Testator, si in defectum Sacerdotis, vel Clerici descendentibus mandavit præsentari actu Sacerdotem de alia familia, intelligitur de familia tempore fundationis tanquam prædilecta. Buratt. *dec.* 737. & debet esse actu Sacerdos, tempore præsentationis, nec sufficit Sacerdotium superveniens. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 72. *num.* 104. Maceraten. *var. res. lib.* 1. *res.* 19. *num.* 1. Rota apud Bich. *dec.* 553. *num.* 11. & 12. 162

Testator post mortem dicitur miserabilis persona, quia destituitur omnium auxilio. Ciarlin. *controv. for. cap.* 28. *num.* 24. Videtur cogitasse de iis, quæ communiter accidere solent, & non de insolitis. Cravetta *cons.* 761. Ciarlin. *cap.* 47. *num.* 36. 163

Testatoris voluntas est habenda pro lege in iis, quæ pendent a voluntate ejusdem, non vero in iis, quæ pendent a voluntate Legislatoris, aut Legis. Ciarlin. *controv. for. cap.* 109. *num.* 63. Et an testatoris voluntas ex testamento imperfecto, & invalido obliget in foro interno, vide *Hæredes.* est redigenda ad normam statuti. Peregr. *de fideic. art.* 25. Ciarlin. *controv. for. cap.* 91. *num.* 10. 164

Testandi facultas de bonis suis in urbe, & extra per decem milliaria non comprehendit jura & actiones. Rota apud Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 9. *num.* 21. *in Romana Census.* 29. *Novemb.* 1577. *coram Seraphino.* 165

Testari prohibens amittit omnes actiones, & illas aperit fisco, & insuper tenetur ad interesse illi, in cujus favorem defunctus fecisset testamentum, vel posset facere. Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 4. 166

TE-

T E S T I S.

Praxis Testium.

§. I.

Quinam possint esse Testes?

1 Omnes possunt dicere testimonium, & esse testes, nisi a jure prohibeanrur aliqua Lege speciali. *L.* 2. §. 1. *ff. de testib. auth. de testib. in princ. vers. licere.* quia hoc edictum est prohibitorium. Farin. *de testib. quæst.* 53. *numer.* 1. Duaren. *ad tit. de testib. in princ. cap.* 1. Ideo si quis in testem producitur, est admittendus absque eo, quod probat se esse idoneum. Farin. *loc. cit. quæst.* 52. *num.* 13. quia testis habet pro se edictum prohibitorium, quod denotat omnes generaliter esse habiles ad testificandum, nisi aliqua lege speciali prohibeantur. Gonz. *l.* 2. *tit.* 20. *cap.* 1. *num.* 8.

2 Prohibentur autem infames, criminosi, perjuri, accusati de crimne, aut excommunicati. Et quidem infames infamia juris, qui a jure pro talibus reputantur, tam civili, quam Canonico, tam in causis civilibus, quam criminalibus. *cap. nulli.* 51. 3. *quæst.* 4. *cap. licet.* 47. *& cap. testimonium.* 54. *de testib. L. testium.* 3. §. *Lege Jul. ff. de testib.* quia infamibus sunt interdicti actus legitimi, quales sunt dicere testimonium &c. *L. penult. C. de hæret. d. cap. licet.* Etiam infames infamia facti, puta, qui tale crimen commiserunt, propter quod apud viros honestos, prudentes, & graves infamantur, sive ejus fama, seu existimatio læditur. Farin. *de testib. quæst.* 56. *n.* 6. non possunt esse testes, saltem de Jure Canonico *cap. statuimus.* 9. 3. *quæst.* 5. *cap. infames.* 17. 6. *quæst.* 1. Felin. *in cap. testimonium.* 54. *num.* 12. Farin. Lim. quando veritas aliter haberi non potest. Bart. *in L. cunctos populos. num.* 12. ubi Salyc. *nu.* 18. *C. de sum. Trinit.* Gabr. *de testib. conclus.* 7. *num.* 7. Pax Jord. *de testib. num.* 292. quia ad probandam famam, quod aliquis luserit falsis aleis, & similibus, admittuntur ejusmodi lusores, quia tales solent esse melius informati, ob conversationem, quam simul habent. Ita de actu in lupanari facto admittuntur etiam meretrices, & lenones. Farin. *l. c. num.* 51. *&* 52. sicut etiam in delictis nocturnis. Rol. *cons.* 3. *num.* 5. Farin. *num.* 53. Pax Jord. *l. c. n.* 295. qui tamen non sunt integræ fidei, nec plene probant, nisi ad torturam, dummodo tales deposuerint in tortura, alias non facerent indicium ad torturam. Et ejusmodi admittuntur etiam in delictis exceptis. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 82. *numer.* 7. Clarus *in §. fin. quæst.* 24. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. Cabal. *resol. crim. cas.* 84. *num.* 11. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *a num.* 29. & alii apud Conciol. *res. crim. verb. Testis, quoad personas. res.* 9. & *res.* 16.

3 Etiam criminosi non probant, nisi per torturam purgaverint omnem maculam. DD. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 10. tam in civilibus, quam in criminalibus. *cap. super. eo.* ubi gl. DD. *de testib. cap. constituimus.* 3. *quæst.* 5. *L.* 3. §. *Lege Jul. ff. de testib.* Farin. *de testib. quæst.* 56. *art.* 3. *nu.* 126. Pax Jord. *l. c. num.* 332. de Jure tamen civili, ut talis repellatur, requiritur, quod fuerit condemnatus, secus de Jure Canonico, nisi simus in casu, in quo irrogatur infamia ipso jure sine sententia. Lim. si fuit emendatus. DD. cit. & Mascard. *de prob. conclus.* 465. *nu.* 6. Hine etiam accusatus, carceratus, perjurus, infidelis, hæreticus, excommunicatus, Bannitus, Usurarius, Birruatius, spurius, meretrix, blasphemus, lusores, ebriosi, Histriones, apostatæ, decocti, proditores &c. repelluntur a testificando. Pax Jord. *l. c. a num.* 373. *usque ad n.* 521. Conciol. *l. c. res.* 8. *&* 12. qui plures citat, & in ordine ad spurium citat Farin. *l. c. num.* 400. *&* 434. *de ebriosis.* Gabr. *de testib. conclus.* 19. Mascard. *de prob. conclus.* 705. *num.* 1. & *conclus.* 1356. *num.* 26. *lib.* 3. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 20. *sect.* 1. §. 2. *num.* 26. *& seq.* Sic nec accusatus de crimine gravi, & infamiam irrogante, pendente accusatione, non debet admitti ad testificandum in alia causa criminali, præterquam in criminibus exceptis. *cap. non debet.* 56. *& ult. de de testib.* Farin. *l. c. num.* 167. Idem dic de denuntiato, & inquisito. *L. testim. ff. de testib. cap. si testes* 4. *quæst.* 3. *cap. fin.* ubi DD. *de testib.* Natta *cons.* 161. *numer.* 10. *lib.* 1. Mascard. *de prob. conclus.* 27. *num.* 1. Barb. *in cap. fin. num.* 2. *de testib.* Idem dic de carcerato pro delicto, quia talis est quodam modo infamis. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 12. *sub num.* 18. Mascard. *de prob. conclus.* 267. *&* 1356. *num.* 34. *lib.* 3. & alii apud Conciol. *l. c. res.* 11. *per totam.* ita Testis excommunicatus non admittitur, quamvis non fuerit excommunicatus pro delicto infamiam irrogante. DD. *in cap. veniens.* 38. ubi Barb. *num.* 9. *de testib.* Rol. *cons.* 95. *n.* 22. *lib.* 4. Gabr. *de testib. conclus.* 19. Mascard. *l. c.* Farin. *l. c. num.* 240. Rota apud Put. *dec.* 3. *num.* 3. *lib.* 1 Et quamvis excommunicatio sit nulla, & invalida, quia etiam ista arcet testem a testificando, nisi nullitas per sententiam fuerit declarata. Fel. *in d. cap. veniens.* 38. *de testib.* Farin. *l. c. nu.* 238. sermo tamen est de excommunicatio excommunicatione majori Conciol. *l. c. res.* 10. Ita testis ebrius non admittitur, & nihil probat, quia nescit, quod loquatur, & dementi ac furioso æquiparatur. Gomez. *loc. cit. to.* 3. *cap.* 22. *numer.* 18. Tiraquel. *de pœn. temper. caus.* 6. *numer.* 8. Mascard. *loc. cit. & conclus.* 1358. *num.* 9. Farin. *l c. num.* 434. quia ebrius recto sensu, & consensu caret, & quidquid dicit, ac facit, ignorat. S. Tho. 2. 2. *quæst.* 150. *art.* 4. sermo est de plene ebrio, & non de illo, qui a vino est tantum exhilaratus; nam modica ebrietas testem non excludit. Porro etiam solitus inebriari est inhabilis ad testificandum, & repellitur a testimonio, quia talis dicitur vilis, & infamis, quamvis tempore examinis non esset ebrius. Mascard. *de prob. conclus.* 1356. *numer.* 28. *lib.* 3. Gomez. *loc. cit.* Farin. *loc. cit. unm.* 436. Conciol. *loc. cit. num.* 5. *res.* 12. & *alleg. for.* 95. *num.* 16.

Et universim, quod criminosi excludantur a ferendo testimonio, quamdiu in crimine manent, & perseverant, 4
probant *cap. ferrum.* 50. *dist. cap. constituimus.* 3. *quæst.* 5. *cap. nulli.* 11. 3. *quæst.* 4. *cap. testes.* 39. 2. *quæst.* 7. *cap. super eo. & cap. licet ex quadam. de testib. cap.* 1. *de except. cap. licet de prob. cap. cum J. & A. de re jud. cap. cum oportet. de accus. cap. decernimus.* 7. *de sent. excom. in* 6. *L.* 3. §. *penult.* & *L.* 15. *ff. de testib. L. Imperialis. C. de nupt. L.* 2. *ff. de senat.* Simanca *de Cathol. tit.* 64. *num.* 48. Fab. *in C. tit. de testib. defin.* 15. Molla *in emptor. tit. de fide instrum. quæst.* 13. & alii apud Gonzal. *in lib.* 2. *Decretal. tit.* 20. *cap. testimonium.* 54. *num.* 6. Imo nec socius criminis admittitur ad testificandum etiam in crimine simoniæ. DD. apud Gonzal. *in cap.* 1. *de confess. & in cap. veniens* 10. *de testib. lib.* 2. *num.* 3. Barb. *in d. cap. veniens. de testib.* Farin. *de testib. d. quæst.* 56. Menoch. *de arbitr. cas.* 48. *n.* 18. Mascard. *de prob. conclus.* 1317.

§. II.

De numero Testium.

Ubi testium numerus a jure non est præscriptus, sufficiunt duo testes, nisi agatur de probando aliquid, quod 5
habet contra se præsumptionem, quo casu exactior, & plenior probatio requiritur, quam ordinaria, & tunc requiruntur tres testes, duo omni exceptione majores. Farin. *de testib. quæst.* 63. *cap.* 5. *n.* 239. Speculat. *in tit. de testib.* §. 11. Pax Jord. *lib.* 14. *de re Judic. tit.* 18. *nu.* 34. Ciarlin. *controv. for. cap.* 12.

Dicitur autem testis omni exceptione major, qui nulla exceptione legitima repelli potest. Abb. *in cap.* 1. *de Jud.* Socin. *sen. cons.* 540. Honded. *cons.* 77. *vol.* 1. Unde plura sequuntur.

Primo, quod non sit testis omni exceptione major 6
ille, cui potest ascribi laus, vel vituperium ex facto, super quo examinatur, quod remittitur Judicis arbitrio. Abb. *in cap. cum Joannes nu.* 13. ubi Fel. *n.* 44. Covar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 8. §. 12. *n.* 8. Rota apud Jord. *l. c. num.* 9. Ciarlin. *controv. for. cap.* 82. Tales possunt esse etiam Domestici, & Consanguinei, nisi agatur de matrimonio dirimendo, quo casu sunt idonei, quia præsumuntur plus informati, quam cæteri. *cap. qui extra; qui matrim. accus. poss.* Sig. *cons.* 29. Mascard. *de prob. conclus.* 1022. Farin. *de oppos. contra test. quæst.* 55. Et testis domesticus tunc melius probat, & admittitur ad probandum metum in matrimonio, quam extra-

extranei. Sperell. *dec.* 75. Menoch. *de præf. lib.* 3. *præf.* 126. & probatur ex *L. transactio.* ubi DD. *C. de transact.*

7 Secundo quamvis parentes in matrimonialibus, & sponsalium causis (Idem dic de Consanguineis) admittantur, juxta *cap. videtur, qui matrim. accus. poss.* Gabr. *de testib. conclus.* 9. tamen quando filius, vel filia, pro quibus deponunt parentes, petunt in sponsum, vel sponsam se majorem potentia, divitiis, vel honore, non probant, secus ubi adest æqualitas, vel modica excellentia seu excessus. *cap. super eo.* 2. *de testib.* ubi gl. Gabr. *l. c.* Ita si filia, pro qua parentes deponunt, carnaliter fuit cognita, tunc enim quia agitur de injuria totius familiæ, parentum testimonium non recipitur. Alciat. *de præs. reg.* 1. *præs.* 2. Rota *in una Placentina illegitimitatis.* 22. *Jun.* 1635. apud Rub. *dec.* 58. Imo sufficit, quod remaneat diffamata; quia tunc agitur de reparanda honoris jactura. Rota *in una Mediolan. legitimatis coram Rubeo* apud Cottam *dec.* 283. Gabr. *de testib. conclus.* 9. *numer.* 10. & 11. nisi etiam stante disparitate pro depositione testium concurrerent conjecturæ facientes verisimilem parentum depositionem. Host. Butr. & alii *in cap. super eo de testib.* Gabr. *l. c. num.* 15. & parentes essent personæ valde honestæ. De reliquo testis Domesticus admittitur in iis, quæ domi geruntur, & quæ aliis, quam domesticis cognita esse non solent. *L. consensu C. de repud.* Mascard. *de prob. conclus.* 831. Farin. *de testib. quæst.* 55. Ciarlin. *controv. for. cap.* 651. *num.* 37. ubi DD. præsertim pro Rei conventi defensione. Guazzin. *de defens. Reor. par.* 3. *def.* 29. *cap.* 3.

8 Tertio licet testes Consanguinei, & Domestici ac pauperes non sunt omni exceptione majores, sed faciunt tantum talem qualem probationem, & præsumptionem, & adjuvantur aliis adminiculis, & conjecturis. ita Alex. *in L. si duo Patresfam. ff. de injur.* Gabr. *de testib. conclus.* 20. Mascard. *de prob. conclus.* 68. Guazzin. *de defens. Reor. par.* 2. *def.* 29. Ciarlin. *controv. for. cap.* 156. ubi vide conjecturas. in causa tamen matrimoniali probant, & quidem plus quam cæteri. Ciarlin. *l. c.* Ludov. *dec.* 351. maxime si sint plures. Farin. *posthum. dec.* 775. etiam stupro. Clar. *in §. stuprum.* Mascard. *de prob. conclus.* 1344.

9 Redeundo ad conclusionem Testis unicus non probat. Menoch. *de præs. quæst.* 89. præsertim Judæus. Farin. *de testib. quæst.* 36. juxta *cap. si hæreticus.* 2. *quæst.* 7. *L. quoniam. C. de heret.* Mascard. *de prob. conclus.* 944. Farin. *de testib. quæst.* 56. & apud illum DD. Pax Jord. *lib.* 14. *tit.* 18. *numer.* 49. *de re jud.* quamvis esset Episcopus, vel Cardin. neque favore causæ piæ. Bich. *dec.* 143. *numer.* 9. Præsertim si est per parentelam conjunctus, qui, si est solus, nec facit semiplenam probationem, neque ad juramentum suppletorium sufficit. Farin. *de testib. quæst.* 54. Gabr. *de testib. lib.* 1. *conclus.* 1. Ciarlin. *contrav. for. cap.* 66. & ibi DD.

10 Conclusio limitatur primo, quia testis unicus probat Baptismum, & quidem plene, Ordines, consecrationem, absolutionem ab excommunicatione, Confessionem Sacramentalem, Impedimentum dirimens ante contractum matrimonium. Gabr. *de testib. conclus.* 1. Mascard. *de prob. quæst.* 11. Item contra fiscum. Bursat. *cons.* 316. Cephal. *cons.* 82. Honded. *cons.* 112. *lib.* 1. Farin. *cons.* 151. Item plene probat contra producentem, quamvis deponat tantum de credulitate. Gabr. *d. conclus. de testib. num.* 13. & 14. & DD. apud Antonell. *de temp. leg. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. quod intellige quod contra producentem attestationes plene probet, non vero contra inducentem, quia tunc non approbat dicta testium, sed tantum personas. Bursat. *cons.* 106. *num.* 22. Magon. *dec. Lucen.* 46. *num.* 32. Maceraten. *var. res. lib.* 1. *res.* 106. *numer.* 42. Campan. *var. res. lib.* 1. *cap.* 20. *numer.* 73. Antonell. *l. c.* Bich. *dec.* 214. *num.* 18.

11 Lim. 2. de partium consensu, quia partibus consentientibus unus testis probat. Pax Jord. lib. 14. *de Re Judic. tit.* 18. *num.* 62. Farin. *de testib. quæst.* 63. *a n.* 18. Uti etiam in causis modicis, & quæ summarie expediuntur. Jas. *in L. admonendi. ff. de injur. num.* 87. Farin. *l. c. num.* 30. Pax Jord. ubi supra *num.* 64.

12 Lim. 3. in possessorio summarissimo, in quo sufficit unicus testis. Menoch. *de retin. rem. ult. numer.* 34. Rota apud Ludovis. *dec.* 438. *num.* 2. & *dec.* 160. ubi Beltramin. *num.* 3. Bich. *dec.* 8. *num.* 1. nisi aliquid relevans in contrarium deduceretur. Rota coram Pennia apud Bich. *l. c. num.* 2. quia probatio per unum testem, quæ regulariter est imperfecta etiam contra ipsum inducentem. Farin. *l. c. quæst.* 62. *num.* 241. Ludovis. *dec.* 215. *num.* 5. & Rota apud Bich. *l. c. numer.* 4. eliditur contraria quamvis minus perfecta probatione, juxta Batt. *in L. admonendi num.* 50. & 51. *ff. de R. J.*

Lim. 4. quia unus testis probat scientiam fideicommissi in Renuntiante. Item animum, & voluntatem renuntiandi jus ex fideicommisso delatum, præsertim si concurrunt conjecturæ, & favor dotis, dummodo concludenter deponat. Natta *cons.* 231. *num.* 2. Surd. *cons.* 19. *num.* 35. & *dec.* 211. *num.* 11. Put. *dec.* 118. *num.* 2. *lib.* 2. Rota apud Bich. *dec.* 18. *a numer.* 3. Seraph. *dec.* 559. *num.* 13. Rota coram Buratt. *dec.* 205. *num.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 739. *num.* 1. 13

Lim. 5. Cum agitur de probatione actus, in quo est impossibile, vel difficile habere plures testes. *L.* 1. *§. fi. ff. de V. O.* Mascard. *de prob. lib.* 1. *in præfat. quæst.* 11. *num.* 18. Farin. *de testib. quæst.* 63. *num.* 38. Pax Jord. *l. c. num.* 68. 14

Lim. 6. in Officiali denuntiatore, cui in levibus regulariter creditur. Gabr. *de testib. conclus.* 1. *num.* 34. Farin. *eod. tit. num.* 40. Felin. *in cap. veniens. num.* 21. *de testib.* 15

Lim. 7. ad defensionem Rei, ad cujus favorem semiplena probatio habetur pro plena. Mascard. *de prob. conclus.* 491. *num.* 17. Farin. *l. c. num.* 42. Honded *cons.* 112. *num.* 27. Pax Jord. *l. c. num.* 71. 16

Lim. ult. quia plus probat unus testis, quam multi singulares, & ideo sit. 17

§. III.

De Testium singularitate.

Singularitas testium provenit ex eo, quod testes contraria, aut diversa deponunt, hæc autem singularitas triplex est, obstativa, diversificativa, & adminiculativa. Obstativa est, quando dicta testium invicem repugnant, uti si unus dicat, Titium fuisse occisum in urbe, alter in sylva, uti fuit testimonium contra Susannam, contra quam unus deponebat, quod commisisset adulterium sub schino, alter vero sub pino. *Dan. cap.* 13. & hæc singularitas tollit omnem fidem. Guttierrez *de sponsal. cap.* 44. *numer.* 52. Cravetta *de antiquitate temporis par.* 4. *tit. de triplici variet.* & *cons.* 162. *num.* 4. Farin. *de testib. quæst.* 64. *num.* 5. Pax Jord. l. c. *num.* 85. quia tunc dictum unius repugnat dicto alterius. 18

Diversificativa est, quando testes variant in facto reiterabili, non conveniunt in loco, vel tempore, uti si unus deponat de mutuo facto in domo Titii, alter in domo Caii, quo casu non dicuntur contrarii, quia potest esse, quod mutuum plures fuerit factum, & hæc etiam singularitas non probat, ita ut nec mille testes ita deponentes probent, quia dictum unius conquassat dictum alterius. Farin. *l. c. nu.* 302. quamvis non desint, qui velint ejusmodi singularitatem non officere si concurrant adminicula, ac testes sint nobiles, & spectatæ fidei, quam sententiam admittit Farin. *l. c. n.* 308. si agatur de probando aliquid in genere, nec tractatur de præjudicio alterius. 19

Singularitas adminiculativa dicitur, quando ad probandum aliquid concurrunt testes deponentes de particularibus, ex quibus formatur integra probatio. Veluti si in casu mutui unus testis deponat, se vidisse mutuum, alius deponat de apocha desuper confecta, in qua dictum unius favet dicto alterius, & tendunt ad eundem finem & actum probandum, & hæc singularitas, uti etiam diversificativa licet non probet in criminalibus ad pœnam ordinariam, sed tantum ad torturam, & pœnam extraordinariam, juxta Dianam *par.* 4. *trac.* 8. *res.* 57. Mascard. *de prob. conclus.* 856. Farin. *de test. quæst.* 64. *numer.* 6. Et ita quamvis testes deponant de diversis actibus, si tamen tendunt ad eundem finem, non dicuntur singulares. Mascard. *de prob. conclus.* 395. Farin. *de testib. quæst.* 94. Rota apud Post. *de manut. dec.* 69. Gabr. *de testib. conclus.* 2. Sperell. *dec.* 178. sicut etiam quando deponunt de eodem facto, quamvis discordent 20

in

in tempore & loco. Ludovis. *dec.* 351. *num.* 31. si sumus in casu temporis successivi. Fel. *in cap. translato. num.* 8. *de constit.* Ruin. *cons.* 130. *num.* 6. *lib.* 3. & Rota apud Ludovis. *l. c. num.* 31.

21 Testes singulares singularitate adminiculativa probant semiplene. Gabr. *de testib. conclus.* 2. *num.* 65. Pithing *lib.* 2. *tit.* 20. *sect.* 3. §. 2. *num.* 144. aut plusquam semiplene. Farin. *de oppos. contra testes tit.* 7. *quaest.* 64. *num.* 113.

22 Singularitas non præsumitur, sed est probanda ab allegante, quia testes præsumuntur contestes, ut dictum fuit in praxi *sponsalium*, & tenet Alex. *cons.* 115. *num.* 1. *vol.* 7. Innoc. *in cap. qualiter, & quando col.* 2. *de excus.* Jas. post Bald. *in L.* 2. *num.* 4. *C. de bon. possess. sec. tab.* Barbat. *cons.* 25. *num.* 6. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 105. *num.* 5. *lib.* 4. Socin. *cons.* 143. *num.* 9. *lib.* 1. Dec. *cons.* 650. *nu.* 8. Cæs. de Grass. *dec. un. num.* 5. *de deposito.* Rota *in una Lucana pens.* 4. *Jun.* 1574. *coram Card. Lancelloto*, & alia coram Coccino apud Ludovis. *dec.* 390. *num.* 9. Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 15. *num.* 15. Beltramin. ad Ludovis. *l. c.*

§. IV.

Dicta Testium an, & qualiter sint interpretanda?

23 Ut testium contrarietas evitetur, sumenda est omnis interpretatio, præsertim ut mendacium vitetur. Alex. *cons.* 185. *num.* 4. *lib.* 7. Corn. *cons.* 102. *numer.* 2. *lib.* 4. Rota coram Buratt. *dec.* 662. *num.* 6. apud Bich. *dec.* 31. *num.* 7. Bart. & Bald. *in L.* 2. *C. de tempor. appell.* Pax Jord. *de testib. num.* 1061. quia dubia semper in benigniorem partem sunt explicanda. *cap. cum cum Tu.* ubi gl. Abb. & Hostien. *de testib.* Farin. *de test. quaest.* 68. *num.* 45. & ad hoc, ut probent, impropriati possunt, gl. Abb. Fel. Butr. & alii *in d. cap. cum tu.* Farin. *l. c. quaest.* 65. *nu.* 43. & debent interpretari pro causa favorabili, uti pro matrimonio, testamento, Religione, dote, libertate &c. Farin. *l. c. nu.* 53. ubi DD. & contra producentem sunt interpretanda. Cæs. de Grass. *dec.* 4. *num.* 5. *de testib.* Ludovis. *dec.* 351. *nu.* 38. *cap.* 1. *de prob.* Butr. *in cap. causam quæ. nu.* 20. *de rescript.* Abb. *in cap. cum clamor. de testib.* Farin. *l. c. num.* 60. Excipe in matrimonio, dote, Religione, & libertate, in quibus fit interpretatio favore producentis. Specul. *de test.* §. 1. *num.* 51. *cap. cum olim. de rescript. cap. fin. de re jud. L. inter stipulantem.* §. 1. *ff. de V. O.* Pax Jord. *num.* 1078.

24 Testis depositio, quantum fieri potest, ita est interpretanda, ut nec sibi, nec aliis sit contrarius. Cæs. de Grass. *dec.* 4. *de testib.* neque partibus, aut eorum constitutis, vel confessionibus. Farin. *de testib. quaest.* 65. *n.* 37. Specul. *l. c.* §. 12. *num.* 4. Rota apud Jord. *l. c. num.* 1085. Et ad concordandum testes præsumitur multiplicitas factorum, nisi ageretur de actu non iterabili, quæ quidem procedunt ad evitandam falsitatem, non vero ad faciendam probationem. Farin. *l. c. num.* 38. Præterea verba testium impropriantur. Farin. *l. c. num.* 43. Butr. *in cap. cum tu num.* 4. *de testib.* ubi Abb. & Fel. Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 23. *nu.* 11. Pax Jord. *l. c. num.* 1087. Etiam interpretatio suppletiva fieri potest ad evitandam falsitatem, non vero ad probationem. Bald. *in L. de quibus.* 38. *ff. de LL.* Farin. *l. c. num.* 48. Innoc. *in d. cap. cum tu.* Et in dubio testes non præsumuntur contrarii, sed contestes, ut dictum est supra. Menoch. *l. c. præs.* 25. *num.* 11. & 14. De jure vero Canonico fit testium concordia non tantum ad vitandam falsitatem, sed etiam ad probationem faciendam. Farin. *num.* 77. & 79. nisi contradictio esset manifesta, quia interpretatio debet esse probabilis, & congrua veritati, & non irrationabilis. Oldrad. *cons.* 167. Anchar. *cons.* 295. Fel. *in d. cap. cum tu.* Farin. *l. c. num.* 90. ubi DD. in criminalibus vero non fit concordia testium, ut probent contra Reum, sed tantum ad sui defensam. DD. cit. Lim, quod testes ad concordiam reduci non possunt, quando manifeste sibi contradicunt. Alex. *cons.* 20. *num.* 3. *lib.* 4. & quando concordia non est probabilis, ac consona verbis ac veritati. Fel. *in cap. cum tu. post. num.* 13. *vers. tertio nota. de testib.* Ludovis. *dec.* 298. *num.* 6. & 7.

25 Testis dubia, & obscura depositio non valet, nisi iterum deponat, & illam declaret. *cap. cum clamor. de testib. cap. præterea de testib. cogen. L. Prætor. ff. de prætor. stipul. & ff. qui testam. fac. poss. L. hæredes.* §. 1. *auth. testes bonæ. C. eod.* Specul. *de testib.* §. 1. *num.* 50. ubi id intelligit tam in civilibus, quam in criminalibus. *ad cap. per tuas cum ibi not. de testib. & de probat. cap. in præsentia. gl.* 4. ubi Jo. And. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quaest.* 73. *num.* 24. Pax Jord. *de testib. num.* 1079.

§. V.

De examine Testium.

Regulariter testes debent examinari coram Judice, qui non debet de facili examen alii delegare, quia vis causæ consistit in probationibus. *auth. apud. eloquentissimum. C. de fide instrum.* præsertim in materia hæresis, & in criminalibus, ac civilibus arduis. Pax Jord. *l. c.* 26

Testis examinatus sine interrogatoriis debet repeti expensis illius, cujus causa fuerunt omissa interrogatoria. Lim. si interrogatoria nulla fuerunt data. Vivius *opin.* 896. Peregr. *dec.* 282. Ecclesia *obs. for.* 88. Et debet repeti ante publicationem, imo etiam post. Si culpa, vel dolo Judicis fuerunt omissa. Gabr. *de testib. conclus.* 21. Gail. *lib.* 1. *obs.* 95. Menoch. *de arbitr. quaest.* 34. Ecclesia *l. c.* 27

Solent examinari salvis exceptionibus contra personas, & dicta. Farin. *de testib. quaest.* 62. Ludovis. *dec. Perus.* 73. Ecclesia *obs.* 81. 28

Testis examinatus in uno judicio, ut faciat fidem, in alio judicio est repetendus, quamvis in primo judicio fuerit examinatus coram Judice competente. Ita communior apud Scacciam *de Jud. lib.* 1. *cap.* 74. *num.* 4. Et examinatus in vim remissorialium sine citatione non probat. Rota apud Merlin. *dec.* 44. Non potest examinari die feriato in honorem Dei, nisi juraverit die non feriato, aut necessitas urgeat, aut testes sint senio confecti. gl. *in Clem.* 1. *de off. Deleg.* Tusc. *litt. S. conclus.* 100. Farin. *in prax. quaest.* 80. Post. *de manut. obs.* 84. Eccles. *obs. f.* 76. ampliatur, quod testes non possunt examinari die feriato in honorem Dei etiam sine juramento secundum aliquos, quia est actus jurisdictionis contentiosæ. Scaccia de Jud. *lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 37. vide Pithing *lib.* 2. *tit.* 9. *numer.* 31. *in cap.* 1. *de for.* 29

Testis ante litis contestationem examinari non potest, nisi sit valetudinarius, senex, aut diu absuturus. Farin. *in prax. quaest.* 76. *Ecclesia obs. for.* 65. *par.* 2. ubi DD. Rol. *cons.* 23. *lib.* 3. Mascard. *de prob. conclus.* 684. & tunc debet debet examinari parte citata, & Judex debet interloqui, testem esse examinandum. Tusc. *litt. C. conclus.* 155. Ecclesia *obs. for.* 66. *par.* 2. Debent examinari a Judice actionis principalis. Farin. *l. c. numer.* 133. Innoc. & Host. *in cap. quoniam, ut lite non contest.* Ecclesia *l. c.* Examinati ad perpetuam rei memoriam plene non probant, sed magnum faciunt adminiculum. Rota apud Rubeum. *dec.* 463. *to.* 2. *par.* 5. *recent.* Et examinantur ante litem contestatam, quando actio non competit de præsenti, sed est competitura, ut cum obligatio est conditionalis, vel in diem. DD. & Eccles. *l. c.* 30

Testes nulliter axaminati, si propter mortem repeti non possunt, tamen probant. *cap. præsentia de testib. L. fin. ff. eod.* Farin. *de testib. quaest.* 72. Rota apud illum *dec.* 587. Ecclesia *obs. for.* 84. *num.* 20. Vivius *opin.* 931. *num.* 1. quia mors auget fidem testium. Farin. *quaest. cum* 74. *num.* 101. præsertim si testes fuerunt examinati cum interrogatoriis partis, quia tunc induetur quidam consensus partis, ut Judex possit illis fidem adhibere. Rota apud Farin. *dec.* 395. *num.* 5. & 17. *parte* 1. & *dec.* 587. *num.* 3. *par.* 2. in select. Ecclesia *l. c. nu.* 20. 31

Testes in repetitione examinis si respondeant relative ad illud, valet depositio. Tusc. *litt. T. conclus.* 253. Farin. *in prax. quaest.* 60. Thesaur. *dec.* 28. & 255. Natta *cons.* 537. Ecclesia *obs. for.* 87. sed contrarium tenent Osasc. *dec.* 128. Cravetta *cons.* 115. & alii apud Eccles. *l. c.* qui tamen tandem concludunt, hoc esse remittendum Judicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. cas.* 104. de quibus plura videri possunt apud Pacem Jord. *l. c. a num.* 142. 32

33 Quamvis autem testes nulliter examinati regulariter non probent, juxta *cap. 2. de testib.* gl. *in cap. significavit. in vers. Denuntiando. de testib.* deserviunt tamen pro adminiculo. Bart. *in L. admonendi num.* 41. *ff. de jurejur.* Alex. *cons.* 147. *nu.* 2. *lib.* 6. Cravetta *cons.* 198. *n.* 11. Mascard. *de prob. conclus.* 683. *nu.* 4. Rota apud Farin. *dec.* 560. *num.* 4. *par.* 2. nec faciunt fidem contra producentem. Vivius *l. c. opin.* 896. *n.* 6. *vers. & isti.* Bursat. *cons.* 20. *n.* 60. *lib.* 1. Rota apud Achil. *de Graff. dec.* 1. *de testib.* & apud Farin. *dec.* 741. *n.* 4. Farin. *de oppos. contra test. quæst.* 72. *n.* 32. Eccles. *l. c. n.* 2.

§. VI.

De Testium Juramento,

34 Testis non juratus non probat. Ecclesia *obs. for.* 63. *de appell.* & probatur ex *cap. præsentium de testib. in* 6. Farin. *de testib. quæst.* 74. Ciarlin. *controv. for. cap.* 82. quamvis esset Rex, vel Episcopus. Fel. *in cap. constitutus de rescript.* Ecclesia *obs. for.* 63. Pax Jord. *l. c. n.* 597. debet autem jurare de dicenda tota veritate, & non intermiscenda aliqua falsitate, & quidem super tota causa, & pro utraque parte, & quod nec pretio, nec amore, odio, timore ira, aut pro alio commodo testimonium dicit, & quod depositionem suam nemini velit pandere. Farin. *de testib. quæst.* 74. gl. *in cap. fraternitatis. de testib.* ubi Host. *n.* 5. Bald. *n.* 12. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 19. Pax Jord. *l. c. n.* 598. *seq.* Neque sufficit, quod juraverint, si nulliter jurarant, quia idem est, non jurasse, & nulliter jurasse. Mascard. *de prob. in præfat. quæst.* 5. *num.* 8. Farin. *de testib. quæst.* 74. *num.* 3. Pax Jord. *l. c.*

35 Non probatur jurasse, si Notarius asserat simpliciter, quod testis juratus &c. quia ex hac enunciativa non oritur probatio sufficiens juramenti. gl. *in cap. ut circa. de elect.* Rota apud Verall. *dec.* 123. *&* 246. *par.* 2. *& dec.* 295. *par.* 4. Merlin. *dec.* 486. *n.* 3. Pennia *dec.* 215. *num.* 3. Rota *dec.* 633. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* & *dec.* 393. *num.* 8. & apud Ludovis. *dec.* 39. *num.* 3. Et juramentum, quamvis deficiant verba *Tactis Scripturis*, quatum tactus exigi solet, quoties juramentum defertur a jure, uti juramentum testis, juxta Fel. Abb. Paris. *in cap. fraternitatis n.* 77. *de testib.* Farin. *de testib. quæst.* 74. *n.* 20. sufficienter probatur authoritate Judicis, & Notarii, ac taciturnitate partis non opponentis, quia præsumitur præstitum fuisse tactis Scripturis, licet solius juramenti mentio fiat, adeo ut tactum Scripturæ neganti incumbat onus probandi. Imol. *cons.* 86. *n.* 3. Alciat. *in rubr. de jurejur. num.* 16. *vers. possunt tamen excipi.* Covar. *in cap. quamvis pactum. par.* 1. §. 1. *num.* 2. Vivius. *comm. opin. quæst.* 432. *num.* 3. Thes. *dec.* 47. *nu.* 18. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 108. *sub num.* 14. Et quamvis Notarii enunciativa *Testis juratus* contineat etiam verba *tactis Scripturis*, tamen non præbet sufficientem juramenti probationem. Rota apud Verall. *dec.* 246. *par.* 2. *& in recent. dec.* 393. *sub num.* 8. *vers. etiamsi dicat. & dec.* 704. *num.* 8. *par.* 1. & coram Cavaler. *dec.* 322. *num.* 3. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 39. *num.* 5. quia Notario attestanti de actu præterito, & non gesto coram se ipso in ipso præciso tempore actus examinis non creditur, quia tunc ejus assertio magis videtur esse testimonialis, quam habens fomentum officii Notariatus. Alex. *cons.* 42. *nu.* 9. *lib.* 4. Rimin. sen. *cons.* 430. *num.* 37. *lib.* 3. Curt. jun. *cons.* 176. *num.* 2. Ruin. *cons.* 159. *num.* 16. *lib.* 3. Honded. *cons.* 31. *num.* 26. *&* 27. *lib.* 2. Bec. *cons.* 6. *num.* 21. Rota apud Verall. *dec.* 393. *a num.* 8. *& dec.* 322. *num.* 3. coram Cavaler. & *dec.* 368. *num.* 5. coram Ludovis. Merlin. *l. c. nu.* 10. Ubi quod si Notarius scripserit dispositive. *Testis juravit &c.* ex tali dispositiva assertione tanquam respiciente actum de præsenti, & coram se gestum, insurgit legitima juramenti probatio. Seraph. *de privil. juram. privil.* 30. *num.* 44. *in fi. vers. putarem,* apud Merlin. *l. c. nu.* 11.

36 Et quod Notario asserenti, testes jurasse, credatur concurrentibus adminiculis, & particularibus facti circumstantiis, docuit Rota apud Seraph. *dec.* 857. *num.* 25. *in recent. & dec.* 322. *num.* 4. coram Card. Gratian. *disc. for. cap.* 60. *num.* 14. uti si testes fuerunt examinati, coram Judice cum interventu partis adversæ, & tali tempore, quo testes potuerunt jurare legitime, ex quibus præsumitur, omnia solemniter acta fuisse; & juramentum tactis scripturis fuisse interpositum. Bald. *in L. jurisjurandi. num.* 2. *vers. sed pone. C. de testib. & in auth. si quis in aliquo. num.* 9. *C. de edendo.* Alciat. *in rubr. de jurejur. num.* 36. *vers. primus. est.* Menoch. *cons.* 114. *num.* 17. Gratian. *disc. for. cap.* 60. *num.* 14. Rota *dec.* 704. *numer.* 2. *&* 4. coram Card. Cavaler. *dec.* 322. *num.* 6. & *in Meten. Priorat.* 16. *Febr.* 1626. coram Merlin. apud eundem. *dec.* 486. *numer.* 14. Bich. *dec.* 76. *numer.* 15. ubi Bimius *numer.* 16. *&* 17.

Testis de jure debet jurare tactis Sacris Evangeliis, 37
aut tactis corporaliter scripturis, alias non probat. *cap. hortamur.* 3. *quæst.* 1. *L. Jurisjurandi. C. de testib.* ubi Bart. Farin. *l. c. num.* 20. *de consuetudine* sufficit tangere quascunque scripturas etiam non Sacras gl. *in Clem.* 1. §. *porro. de hæred.* Abb. *in cap. tuis. nu.* 7. *de testib.* Cardinales vero Episcopi, & Sacerdotes tam sæculares, quam Regulares jurant tacto pectore. Campeg. *de testib. reg.* 167. *nu.* 2. Auth. *sed Judex. C. de Episc. & Cler. cap. fin.* ubi gl. *de juram. cal.* Farin. *de testib. quæst.* 74. *nu.* 18. *&* 81. Rota *dec.* 587. *par.* 2. *in noviss.* Pax Jord. *de testib. nu.* 612. Thes. *dec.* 47. *num.* 12. sive jurent ut testes, sive ut principales. *cap. fin. de juram. cal.* Specul. *de testib.* §. 4. *num.* 5. Lim. in iis, qui revertuntur a schismate, item in iis, qui absolvuntur ab excommunicatione juxta *cap. Venerab. de sent. excom.* Specul. *de jurejur.* §. 4. *num.* 5. & in juramento fidelitatis, quibus in casibus debet jurari ad Sacra Dei Evangelia. Lim. 2. in Hebræis, qui jurant tacto calamo. Post. *de manuten. obs.* 84. *num.* 63. Ecclesia *obs. for.* 63. *num.* 12. *par.* 2.

§. VII.

Quinam Testes, & quando non probent?

Testis non citatus quando probet, vide Farin. *de testib. quæst.* 80. *num.* 11. Matta *de Canonizatione Sanctorum par.* 4. *cap.* 21. *numer.* 8. & alii apud eosdem. 38

Testis deponens se fuisse ab aliis testibus instructum 39
prius examinatis, & insuper solicitasse dictos testes, ut examini se subjicerent, nihil probat. Bich. *dec.* 34. *numer.* 8. Farin. *cons.* 130. *num.* 30. Rota post eadem consilia. Farin. *dec.* 194. *num.* 4. *lib.* 2. Inverisimilia deponens non probat. Farin. *de testib. quæst.* 62. Ciarlin. *controv. for. cap.* 116. *numer.* 38. ubi Dec. *cons.* 448. *numer.* 15. Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *num.* 59. Mascard. *de prob. conclus.* 475. *num.* 17. Giurb. *cons.* 91. *num.* 52. ostendens se offensum non est idoneus contra offendentem. *cap. inquisitionis. de accus. cap. testes.* 3. *quæst.* 5. Bajard. ad Clar. *in §. fin. quæst.* 24. Mascard. *de prob. conclus.* 1127. Farin. *de testib. quæst.* 57. præsertim in criminalibus, in quibus etiam levis offensio reddit testem inhabilem. Ciarlin. *controv. for. cap.* 16. *num.* 40.

Testis deponens de pretio, nec faciens mentionem pacti de retrovendendo, nihil probat. Abb. *in cap. in aliquibus. de Decimis.* Cravetta *cons.* 145. Socin. *cons.* 248. Jas. *cons.* 153. Tiraquel. *de retrac. in præf. nu.* 35. Mascard. *de prob. conclus.* 447. Rol. *cons.* 96. *lib.* 2. 40

Deponens de pretio non secundum æstimationem communem, sed secundum suam affectionem non probat justum valorem, Bart. *in L.* 2. *C. de rescind. vend.* Imol. *in cap. cum causas de empt.* Alex. *in L. pretia rer. ff. ad L. Falc.* Abb. & Fel. *in cap. cum causa. de testib.* Mascard. *de prob. conclus.* 657. 41

Testis de auditu in testamentis non probat, secus in contractibus, quia in testamentis debet videre Testatorem, si testamentum est solemne. Clar. *in §. testamentum. quæst.* 58. Et tunc si audivit a persona interessata, non facit fidem. Bich. *dec.* 231. *nu.* 8. 42

Testis ex auditu facit talem præsumptionem, ut transferat in Adversarium onus probandi. Fachin. *lib.* 11. *controv. Jur. cap.* 66. Lim. si deposuit de auditu alieno, quia tunc nihil probat, etiam præsumptive. *L. testium. C. de testib. cap. tam litteris. de testib.* Alex. *cons.* 134. Menoch. *cons.* 342. Ciarlin. *controv. for. cap.* 27. *num.* 25. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap.* 9. Farin. *in prax. q.* 69. maxime si personas, a quibus audivit, non 43

no-

nominavit. Menoch. *conf.* 98. *num.* 207. Ciarlin. *l. c.* præsertim in criminalibus. Mascard. *de prob. conclus.* 410. quia causæ criminales æquiparantur matrimonialibus, in quibus testis de auditu non probat. Rota apud Merlin. *dec.* 669. *num.* 33. & *dec.* 334. *num.* 2. Lim. quia testis de auditu probat in antiquis, item in materia difficilis probationis. Bich. *dec.* 138. *num.* 9. & *dec.* 599. *num.* 14.

44 Testis, qui audivit a viro optimæ fidei, si in judicio deposuit, se scire, non est perjurus, nec de falso puniendus. Anchar. *conf.* 24. Jas. *in L. si pupillo. ff. de nov. oper. nunt.* Cutt. sent. *conf.* 72. & alii adud Dianam *par.* 4. *trac.* 4. *ref.* 77. sicut nec deponens dubitative. Conciol. *alleg. for.* 100.

45 Testis de credulitate non probat, nisi verisimiliter recordari non possit, aliter esset cogendus per torturam. Scaccia de *Jud. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 12. nisi credulitas sit proxima sensui. Riccius *in prax. par.* 2. *ref.* 231. Mascard. *de prob. conclus.* 458. Abb. & gl. *in cap. quoties. de testib.* Farin. *de testib. quæst.* 68.

46 Deponens extra articulos, regulariter non probat, quia super aliis non juravit. Specul. *de testib.* §. *sequitur. verf. illud autem.* Rota *dec.* 593. *par.* 1. *diverf.* & apud Farin. *dec.* 360.

47 Testes nulliter examinati nihil probant, quales sunt, si fuerunt examinati sine partis citatione. Bich. *dec.* 48. *numer.* 4 Item examinati coram Judice recusato. Idem *dec.* 93. *numer.* 3. nisi a recusatione tacite, vel expresse fuerit recessum. Item examinati in loco non designato in citatione. ibidem. *num.* 18. Item coram Judice incompetente, qui tamen deserviunt pro adminiculo. Idem *dec.* 140. *num.* 31. & *dec.* 179. *num.* 4. apud quem DD.

48 Testes examinati informiter non probant. Bich. *dec.* 375. *num.* 25. sicut examinati coram Judice Laico incompetente in causis Beneficialibus. Idem *dec.* 431. *nu.* 26. Item examinati post termini lapsum. Idem *dec.* 648. *num.* 18. Item examinati in alia causa, in qua non fuerunt citati. Idem *dec.* 649. *num.* 13. Citati in termino arbitrario possunt post illum deponere, secus in termino legali. Riccius *in praxi testium. ref.* 406. Farin. *de testib. quæst.* 80.

49 Testis ultro se offerens examini, redditur suspectus, & ideo non multum probat. Farin. *de testib. quæst.* 67. §. 7. *num.* 236. Pax Jord. *l. c. num.* 820. nihil potest accipere pro veritate dicenda, aliter committit crimen falsi. gl. *in L.* 1. *ff. de fals.* Farin. *l. c.* tenetur testificari, tam in criminalibus, quam in civilibus, tenetur dicere veritatem, licet jurasset non revelare factum, quia hoc casu juramentum non obligat! Abb. & Innoc. *in cap. si Sacerdos. num.* 7. *de off. Ordin. cap. pervenit.* 1. *de testib. cogen.* Pax Jord. *l. c.* contra Azor. *par.* 3. *lib.* 13. *cap.* 18. *quæst.* 2. Bonac. *de LL. disp.* 10. *quæst.* 3. *p.* 3. *num.* 6. Exceptis iis, quæ scit ex confessione Sacramentali. DD. cit. quamvis habuerit sub sigillo naturali, quod hoc casu non obligat, ut dictum fuit in praxi *sigilli.* Tenetur testificari viva voce, non per scripturam. *cap. testes.* 3. *quæst.* 9. Farin. *de testib. quæst.* 80. *num.* 27. & DD. apud eundem, nisi factum esset valde intricatum, quia tunc potest testis legere suam testificationem scriptam coram Judice, quod idem dic de teste muto accidentaliter, qui scit scribere. Farin. *l. c.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 82. *num.* 28. Debet deponere de illis, quæ sensibus percipiuntur. Mascard. *de prob. conclus.* 1375. *nu.* 58. Farin. *de testib. quæst.* 70. *cap.* 3. *nu.* 125. Bart. *in L.* 1. *ff. si cert. pet.* Et debet reddere rationem suæ scientiæ, tam in civilibus, quam in criminalibus. Farin. *de testib. quæst.* 69. *nu.* 164. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caf.* 475. *num.* 19.

50 Testes, qui ad partis instantiam absconduntur post cortinam, parietem, vel aliud ad audiendum factum, nihil probant. Felin. *in cap. præterea. num.* 4. *de testib.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 12. Farin. *conf.* 110. *num.* 4. Lim. in civilibus; nam in illis probat. Cæpola *cautel.* 230. Pax Jord. *l. c. num.* 378. in matrimonialibus tamen non facit plenam probationem, nisi concurrat alia adminicula. *d. cap. præterea.* ubi gl.

51 Testis, qui simpliciter confitetur, articulum esse verum, quod omnia in illo contenta probet, tenent multi, & negant pariter multi, prout videri potest apud Farin. *de testib. quæst.* 80. *a num.* 100. affirmativa tamen procedit, si testis bonam dat rationem sui dicti, & scientiæ. Non debet deponere per verbum *credo*; quia esset testis de credulitate, qui regulariter non probat, ut dictum fuit supra. Neque per verba dubia, quia dubitans æquiparatur ignoranti. *L. fin. C. de cond. indeb. L. si autem. C. de furt.* Farin. *de testib. quæst.* 68. *numer.* 8. qualis est depositio per adverb. *forsitan, forte, si bene memini, nisi fallor, vel salva veritate, & circiter.* cum agitur de probanda certa quantitate. Item *mihi videtur, mihi non videtur.* Farin. *l. c. num.* 10. & 11.

§. VIII.

De Teste vario, & sibi contrario.

Si testis in judicio deponit contrarium illi, quod deposuerat extra judicium, debet puniri pœna falsi. Bart. & alii apud Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 85. tamen illius depositioni judiciali est credendum. Gabr. *de malef. conclus.* 29. Fachin. tamen, & Menoch. volunt esse relinquendum Judicis arbitrio. Pax Jord. *l. c. numer.* 1194. nisi in continenti se correxerit. Pax Jord. *num.* 1205. 52

Si testes varient super valore, statur pro illo, qui deposuit de minore summa, in qua omnes dicuntur concordes. Rota apud Merlin. *dec.* 314. Farin. *de testib. quæst.* 64. *num.* 233. Rota apud Seraph. *dec.* 111. *nu.* 2. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 558. *num.* 9. Bald. *in L.* 1. *num.* 14. *C. de testib.* 53

Testis, si in judicio ex temporis intervallo varia deposuit, statur priori depositioni. juxta Covar. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 13. Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 86. Menoch. *de arbitr. caf.* 108. Gabr. *de malef. conclus.* 29. Fachin. *d. lib.* 9. *cap.* 84. nisi subsit subornationis suspicio. Pax Jord. *l. c. num.* 1214. 54

Testis sibimet contrarius nihil probat, præsertim, si contrarietas versatur circa substantiam. *cap. licet causam.* ubi gl. *de prob.* Alex. *conf.* 5. *num.* 10. *lib.* 1. Rota apud Ludovis. *dec.* 298. *num.* 3. & post consilia Farin. *dec.* 139. & propter mendacium in uno fidem amittit in omnibus, ob juramenti individuitatem. *L.* 3. *ff. de testib.* Bald. *in cap. si quis testium. num.* 5. *de testib.* Aym. *conf.* 249. *num.* 12. Rota apud Bich. *dec.* 34. *nu.* 5. & 6. & si semel falsum deposuit, ejus depositio in totum corruit. gl. *in cap. in nostra. de testib.* Innoc. *in cap. fraternitatis. de hæret.* Abb. *in cap. ex litteris. de fide instrum.* Gabr. *lib.* 7. *de malef. conclus.* 4. quamvis articuli sint separati. DD. apud Gabr. *l. c. num.* 2. licet falsitas sit in modico, etiam in alia causa, & licet falsitas sit in circumstantiis, dummodo circumstantiæ respiciant negotium, de quo agitur, & quamvis ignoranter dixerit falsum, & talis non probat etiam pro causa pia. 55

Testis non dicitur sibi contrarius, eo quod in secundo examine dixerit plus, quam in primo. Butr. *in cap.* 1. *num.* 11. *de off. legati.* Alex. *conf.* 64. *num.* 11. *lib.* 2. Dec. *conf.* 163. *num.* 15. Rota apud Bich. *dec.* 618. *num.* 6. Pax Jord. *l. c. nu.* 1174. 56

Testis varius, contrarius, vel vacillans in una parte, varius, contrarius, & vacillans reputatur in totum. Aret. *in cap. in nostra. numer.* 5. *de testib.* Farin. *de testib. quæst.* 66. *num.* 19. Pax Jord. *l. c. num.* 1164. & non probat, nec facit indicium ad torturam. Farin. *l. c. numer.* 24. quod intellige de varietate, contrarietate, vel vacillitatione, quæ versatur circa substantiam, secus si versatur circa qualitates, circumstantias, vel accidentia, quia tunc probat. Bart. *in L. eos. num.* 5. ubi Alberic. & Marsil. *ff. de fals.* Farin. & Pax. Jord. *ll. cc.* 57

Testis varius, vel contrarius potest torqueri ad videndum, in quo dicto persistat. Bald. *in L. Presbyteri. num.* 2. *C. de Episc. & Cler.* Clar. *in* §. *fin. quæst.* 25. Farin. *l. c. num.* 98. Pax Jord. *num.* 1185. licet alia indicia non præcedant, & quamvis testis esset Clericus, qui tamen non potest torqueri, nisi a Judice Ecclesiastico. Clar. *l. c.* Capyc. *dec.* 142. Farin. *l. c. num.* 103. Pax Jord. *l. c.* quamvis variatio fuerit extrajudicialis. Gabr. *de testib. conclus.* 29. *num.* 49. & *conclus.* 31. *num.* 5. Clar. & Farin. *ll. cc.* Pax Jord. *num.* 1189. Lim. in causa civili, in qua non habet locum tortura. Farin. *d. num.* 114. cum communiori, nisi testis esset servus, vel causa civilis haberet crimen annexum. Neque va- 58

varius, vel contrarius in circumstantiis, vel accidentibus torquetur, nisi aliunde sit suspectus. DD. cit. Neque testis constitutus in dignitate. Clarus *l. c. quæst.* 25. *&* 64. Farin. *l. c. num.* 122.

§. IX.

De Teste falso.

59 Testis falsus olim puniebatur pœna mortis, quod tamen hodie non procedit de consuetudine, nisi ex tali testimonio fuerit secuta condemnatio, aut executio contra Reum, sed ejus loco subintrat pœna triremium. Cabal. *res. crim. cas.* 165. Capyc. *dec.* 130. non juratus tamen non punitur pœna falsi. Clar. *in §. falsum. num.* 16. Conciol. *res. crim. ver. Testis, quoad dicta res.* 3. Gabr. *de malef. conclus.* 5. *num.* 14. Farin. *de test. quæst.* 67. *num.* 187. quia falsitas, quæ actu non est nociva, punibilis non est. Farin. *de falsit. quæst.* 150. *num.* 291. *&* *cons.* 179. *num.* 22. *lib.* 2. Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 524. Ita falsum deponens extra articulos, pœna falsi, & perjurii non tenetur. Vivius *commun. opin. in verb. Testis falsum testimonium.* Farin. *de testib. quæst.* 67. *n.* 207. & alii apud Conciol. *l. c. num.* 3. qui tamen pœnam extraordinariam non evitat. Plot. *in lit. jur.* §. 44. *n.* 9.

60 Testis verum, sed mendaciter, & falso dicens non punitur pœna falsi ordinaria, quia non dicit falsum, sed extraordinaria ob temeritatem, & mendacium. Fel. *in cap. fraternitatis. de heret.* Anchar. *cons.* 24. Boss. *in pract. crim. tit. de falso.* Cabal. *res. crim. cas.* 38. *&* 61. debet puniri ab illo Judice, coram quo falsum deposuit, & cujus aures offendit. Riccius *in prax. var. res. par.* 2. *res.* 150. quia per delictum jurisdictio prorogatur, dummodo Judex sit alias capax jurisdictionis, qualis non est Laicus respectu Clerici. vide *Judex.*

61 Testis falsus debet revocare suum dictum, si illud fuit causa damni, vel mortis tertio; etiam cum periculo æqualis, vel majoris damni, quia in pari damno melior est conditio innocentis, quamvis etiam dubitet, an revocatio sit profutura. Theol. apud Dianam *par.* 4. *trac.* 4. *res.* 99. Et talis testis falsus, qui fuit causa, quod Reus condemnaretur ad mortem suo falso testimonio, non gaudet Immunitate Ecclesiastica, quia dicitur proditor homicida. Farin. *de immun. cap.* 9. stante Bulla Gregoriana: ita Mar. Ital. & alii apud Dianam *par.* 1. *trac.* 1. *res.* 19. bene verum est, quod in tali casu consulendus esset S. Pontifex ab Episcopo. Imo, si talis testis pecunia corruptus dixit falsum, non gaudebit immunitate, tanquam assassinus, uti probat Peregrin. *de Immun. cap.* 7. Diana *l. c.* & qualiter puniatur. vide Caba. *res. crim cas.* 34.

§. X.

Quinam testes non probent, & patiantur exceptiones, aut testes esse non possint?

62 Testis, qui dat alium in contestem, nullum faciat probationem, si datus in contestem negat id, ad quod fuit datus in contestem, & neutri creditur. Bald. *in cap. cum causam.* 37. *num.* 17. *de testib.* Gabr. *de testib. conclus.* 3. *num.* 11. Mascard. *de prob. conclus.* 1375. *n.* 1. *lib.* 1. Farin. *cons.* 127. *num.* 11. Giurba *cons.* 23. *n.* 13. si testes sunt ejusdem conditionis. Guazzin. *def.* 19. *cap.* 2. *n.* 2. Carena *de officio S. Inquis. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 42. Cyriac. *controv.* 27. *n.* 8. Rota *dec.* 337. *nu.* 5. *post. vol.* 2. Consil. Farin. Conciol. *alleg. for.* 95. *num.* 5. *&* *res. crim. verb. Testis, quoad dicta. res.* 2. Idem dic, si testis deposuit aliquid fuisse factum præsente Titio, & Titius id negat. Gabr. *l. c.* Mascard. *l. c.* Farin. *de testib. quæst.* 65. *num.* 274. & Conciol. *l. c.* & talis testis est suspectus de falso. Bald. *in L. testium.* 14. *n.* 13. *C. de test.* Cephal. *cons.* 233. *n.* 26. *lib.* 2. Mascard. & Gabr. *ll. cc.* Farin. *l. c. nu.* 274. & *cons.* 39. *num.* 14. *lib.* 1. Surd. *dec.* 326. *nu.* 96. Giurba *cons.* 37. *num.* 28. Cyriac. *controv.* 26. *num.* 8. Carena *l. c. par.* 3. *tit.* 6. *n.* 42. præsertim, si plures dedit in contestes, qui tamen id negant; quia tunc non dicitur amplius suspectus de falso, sed omnino falsus. Bald. *in d. cap. cum causam.* 37. *num.* 17. ubi Fel. *nu.* 2. *de testib.* Alex. *cons.* 61. *num.* 7. *lib.* 3. Gabr. *l. c.* Farin. *d. cons.* 37. *num.* 24. *lib.* 1. præsertim si isti contrarium deponant in tortura.

Testis, qui plures patitur exceptiones nihil probet. 63
Menoch. *de arbitr. cas.* 98. *num.* 15. *&* *cas.* 99. *num.* 3. Farin. *de testib. quæst.* 57. *num.* 46. *&* *quæst.* 62. *n.* 8. *&* *cons.* 16. *n.* 23. Guazin. *defens.* 29. *cap.* 3. *nu.* 9. Cancer. *var. res. par.* 1. *cap.* 20. *n.* 15. Cyriac. *controv.* 89. *num.* 20. Andreol. *controv.* 172. *n.* 9. Conciol. *alleg. for.* 88. *num.* 15. *&* *alleg.* 93. *num.* 37. *&* *res. crim. l. c. res.* 25. nam quod una suspicio non operatur, operantur plures simul junctæ. *L. exemplo.* 7. *L. instrumenta.* 5. *L. rationes.* 6. *L. non epistolis.* 13. *C. de probat. cap. illo vos* 4. *de pignor.* Menoch. & Farin. *ll. cc.* Etiam in casu difficilis probationis, & quando veritas aliter haberi non potest. Ita Menoch. *l. c. cas.* 96. *num.* 6. *&* *seq.* Gabr. *de testib. conclus.* 7. *n.* 10. Honded. *cons.* 93. *num.* 50. *lib.* 2. Farin. *de testib. quæst.* 62. *num.* 80. *&* *cons.* 40. *num.* 32. Gratian. *dec. March.* 240. *num.* 13. Cancer. *var. res. par.* 1. *cap.* 20. *num.* 15. & alii apud Conciol. *d. res.* 25. *num.* 2. Etiam essemus in casu, in quo alias testes inhabiles admittuntur. Farin. *d. cons.* 40. & DD. apud Conciol. *l. c. n.* 3. Cyriac. *controv.* 89. *num.* 20. quamvis exceptiones, quibus laborant testes, ut singulæ non essent sufficientes ad repellendum testem. Menoch *d. cas.* 69. Farin. *d. quæst.* 57. *numer.* 46. Gratian. *d. dec.* 240. *num.* 8. & Conciol. *d. alleg. for.* 93. *num.* 39. Imo talis testis neque coadjuvatur adminiculis. Natta *cons.* 298. *num.* 10. Bald. *in L. falsus.* 19. *n.* 3. *C. de furt.* Crav. *cons.* 9. *num.* 12. Rol. *cons.* 98. *num.* 13. *lib.* 4. Farin. *cons.* 39. *num.* 18. *lib.* 1. & *cons.* 120. *num.* 3. & *de testib. quæst.* 62. *num.* 340. imo etiam in criminalibus exceptis ejusmodi testis non admittitur. Farin. *cons.* 16. *num.* 23. *&* *cons.* 79. *num.* 1. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 474. *num.* 54. Guazzin. *d. defens.* 29. *cap.* 3. *num.* 9. & ad hoc, ut testis patiens plures defectus, & exceptiones omnino repellatur a testificando, sufficiunt duo defectus, & duæ exceptiones. Menoch. *d. cas.* 99. *num.* 7. Guazzin. *defens.* 29. *cap.* 3. *n.* 9. *vers. si vero isti.* Farin. *cons.* 216. *n.* 8. *lib.* 3.

Uxor pro marito, & maritus pro uxore, non est 64
idoneus testis ob magnam affectionem, quæ inter illos intercedit, cum sint duo in carne una. *L. etiam.* 2. ubi gl. *C. de testib.* Gabr. *de testib. conclus.* 16. Mascard. *de probat. conclus.* 1420. Farin. *de testib. quæst.* 54. *n.* 216. Conciol. *res. crim. in verb. Testis, quoad person. res.* 6. quod procedit etiam in concubina, & amasia ob eandem affectionem. Gabr. *l. c. conclus.* 11. *n.* 3. Mascard. *de prob. conclus.* 65. *nu.* 7. *&* 1356. *&* *num.* 24. *&* 1420. *num.* 5. *lib.* 3. Lim. in iis, quæ sunt difficilis probationis, & in quibus ejusmodi sunt magis informati, aut ad defensam conjugis. Conciol. *loc. cit.*

Ita proxeneta in negotio, in quo intervenit, præ- 65
sertim in criminalibus, non est idoneus testis, & integræ fidei ob præsumptam affectionem, seu interesse. Farin. *de testib. quæst.* 60. *n.* 406. etiam in crimine simoniæ, quando agitur criminaliter. *cap.* 1. ubi Archid. Jo. And. & Gemin. *de testib. in* 6. Mascard *de prob. conclus.* 1036. *n.* 23. *lib.* 2. etiam in crimine barattariæ. Conciol. *l. c. res.* 13. Lim. in crimine Usurarum, in quo proxeneta potest esse testis ob difficultatem alias probandi. Cæpolla *de contr. simul. num.* 87. Straccha *de proxen. par.* 4. *quæst.* 14. *num.* 31. Ofasc. *dec. Pedem.* 72. *num.* 2. *&* 3. Farin. *de testib. quæst.* 60. *n.* 430. Mant. *de tac. lib.* 8 *tit.* 19. *n.* 8. Leotard. *de usur. quæst.* 93. *n.* 32.

Ita minor viginti quinque annis, nisi sit major vi- 66
ginti, non est idoneus testis in causis criminalibus nec civilibus arduis, sed tantum in levibus. Pirhing *lib.* 2. *tit.* 20. *sect.* 1. §. 7. *n* 75. Farin. *de testib. quæst.* 58. *n.* 10. Antonell. *de tempore leg. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. Pax Jord. *lib.* 10. *tit.* 20. *n.* 82. Conciol. *l. c. res.* 14. Neque mulier admittitur in causa criminali de Jure Canonico ad testificandum. *cap. mulierem.* ubi gl. 33. *quæst.* 5. *cap. forus.* 10. ubi gl. *de V. S.* Abb. Fel. Bald. Imol. Butr. & gl. *in cap. quoniam.* 3. *de testib.* Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 12. *num.* 13. Clar. *in §. fin. quæst.* 24. *vers. de Jure autem Canon.* Honded. *cons.* 200. *num.* 24. *lib.* 1. Cabal. *res. crim. cas.* 288. *nu.* 64. Farin. *de testib. quæst.* 59. Giurba *cons.* 43. *n.* 5.

Con-

Conciol. alleg. for. 84. num. 16. & ref. crim. in ver. Testis quoad personas. ref. 15. quia mulier dicitur mendax, fallax, dolosa, perjura, mutabilis, & varia. Mascard. de prob. conclus. 762. nu. 3. lib. 2. Farin. de testib. quaest. 59. num. 4. Calvin. de aequit. lib. 2. cap. 154. a num. 5. Conciol. d. alleg. 94. n. 17. praesertim si pateretur alium defectum. Cyriac. Andreol. Cancer. Guazzin. Menoch. Farin. Vulpel. & plures alii apud Conciol. l. c. d. alleg. 84. n. 21. Lim. 1. in criminibus exceptis, Haeresis, laesae Majest. & alii, quia tunc admittitur quidem mulier, sed non est tamen omni exceptione major. Mascard. de prob. conclus. 462. n. 6. Farin. loc. cit. Carena de off. S. Inquis. par. 3. tit. 5. num. 14. P. Grasset. de nece proditoria §. 29. num. 270. Lim. 2. cum non proceditur ad instantiam accusatoris, sed ex officio, vel ad denuntiationem. Farin. l. c. & DD. apud Conciol. l. c. ref. 15. num. 4. Lim. 3. si veritas aliter haberi non potest, quia tunc mulier admittitur dummodo alios non patiatur defectus. Gomez. l. c. n. 13. Farin. cons. 156. num. 52. & cons. 166. num. 19. lib. 2. Lim. 4. quod ad defensam Rei mulier admittitur. Mascard. de prob. conclus. 904. nu. 4. lib. 2. Farin. de testib. quaest. 59. num. 15.

67 De Jure vero civili mulier non repellitur a testificando. L. ex eo. 18. de testib. Grammat. cons. 12. n. 17. Gomez. l. c. Clar. in §. fi. quaest. 24. vers. quaero igitur. Mascard. de prob. conclus. 762. num. 11. lib. 2. Farin. l. c. num. 17. Giurba cons. 43. num. 27. Cabal. ref. crim. cas. 238. num. 64. non est tamen etiam de Jure civili integrae fidei, & omni exceptione major. Magon. dec. Lucen. 89. nu. 3. Caephal. cons. 233. n. 23. lib. 2. Farin. l. c. n. 26. & quando agitur de poena mortis, etiam tres foeminae non plene probant. Carena de off. S. Congr. d. par. 3. tit. 5. n. 14. Cabal. l. c. n. 64. Conciol. alleg. for. 92. num. 21. & alleg. 94. n. 41. & ref. 15. cit. n. 10.

68 Ita Consanguinei, & affines pro Consanguineis, & affinibus non sunt idonei, praesertim in criminalibus, id est integrae fidei. Gabr. de testib. conclus. 13. num. 22. Clar. in §. fi. quaest. 24. vers. 9. quaero modo. Mascard. de prob. conclus. 26. num. 4. Vulpel. cons. 12. n. 9. Farin. de testib. quaest. 54. num. 5. Carena l. c. Conciol. alleg. for. 85. num. 18. sive sint Consanguinei, & affines in linea recta, sive in transversali. Lim. postquam dissoluta fuit affinitas, quia tunc cessat causa affectionis. Gabr. d. conclus. 15. & Farin. d. quaest. 54. Rota apud Buratt. dec. 349. n. 3. Lim. 2. si sunt affines, vel Consanguinei utriusque partis. Item si sunt affines, vel Consanguinei ultra quartum gradum. DD. cit. Lim. 3. si veritas aliter haberi non potest. Gabr. de testib. conclus. 13. numer. 14. Farin. d. quaest. 54. n. 76. & in criminibus exceptis. Lim. 4. si Consanguineus, vel affinis inducitur ad defensam sui Consanguinei, vel affinis. DD. supra cit. & Conciol. l. c. ref. 18. nu. 8. Cyriac. controv. 250. & quando Consanguinei, & affines admittuntur ad testificandum, non sunt integrae fidei, & omni exceptione majores. Gabr. de testib. conclus. 12. num. 20. Mascard. de prob. conclus. 68. numer. 15. Farin. loc. cit. num. 80. Conciol. l. c. num. 10.

69 Ita socius non est idoneus testis, si deponit super injuria facta socio itineris; cum etiam ipsi facta censeatur, & sic videatur deponere in causa propria. Bart. in L. 3. §. si Tutor. ff. de suspec. Tut. Caepolla cons. 32. Grammat. dec. 25. Vulpel. cons. 12. num. 10. Campeg. de testib. reg. 101. Mascard. de prob. conclus. 1319. Conciol. alleg. 24. L. quoniam multa. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. Farin. de var. ac divers. crim. quaest. 105. num. 286. contra Bald. in L. quoniam liberi. 10. sub num. 4. C. de testib.

70 Ita Judaeus non potest esse testis contra Christianum. cap. non potest. cap. pagani 2. quaest. 7. L. quoniam 11. C. de haeret. Afflict. dec. 214. Mascard. de prob. conclus. 944. Marquard. de Jud. par. 2. cap. 5. num. 9. Farin. de testib. quaest. 56. num. 205. Surd. cons. 19. num. 17. Cyriac. controv. 386. num. 17. Conciol. l. c. ref. 21. quamvis Judaeus, seu infidelis fuerit noviter conversus ad fidem Christianam, secus si a longo tempore, quia tunc cessaret suspicio odii seu inimicitiae. Mascard. l. c. Vivius comm. opin. ver. Testis esse non potest. vers. amplia hoc. Farin. de testib. quaest. 56. num. 208. Lim. in criminibus exceptis, vel si Judaeus producitur contra Judaeum, vel quando veritas aliter haberi non potest. Marquard. de Jud. par. 2. cap. 5. num. 14. & DD. mox cit.

Ita pauper in criminalibus repellitur a testificando. L. nulli 10. ff. de accus. Rol. cons. 63. num. 24. lib. 2. Gabr. de test. conclus. 18. num. 5. Clar. in §. fin. q. 24. vers. quaero etiam. Mascard. de prob. conclus. 1155. num. 11. & conclus. 1358. num. 37. Farin. de testib. quaest. 57. n. 16. In quo non intrat Judicis arbitrium, uti in civilibus. Conciol. alleg. for. 98. num. 21. quia ex paupertate in teste oritur praesumptio mendacii, & corruptionis. L. 3. ubi gl. ff. de test. quamvis quod etiam pauperi in criminalibus quoque nihil diminuatur de fide, teneant Addeu. ad Crot. de test. par. 3. litt. C. Adden. ad Bertazol. cons. 210. num. 7. litt. B. Clar. in §. fin. quaest. 24. vers. quaero nunquid. Carena de off. S. Inquis. part. 3. tit. 5. num. 68. Conclusio procedit multo magis, si in paupertatem incidit sua culpa, qui omnino repellitur a testimonio; quia vitiosus in se multo magis praesumitur vitiosus in alios. Menoch. de arbitr. cas. 96. num. 10. Mascard. de prob. conclus. 1155. num. 22. Farin. d. quaest. 57. & praesertim cum patitur alios defectus una cum paupertate. Lim. 1. si pauper est honestae, & probatae vitae, quia tali nihil de fide minuendum est. Gomez. var. ref. to. 3. cap. 12. num. 19. Gabr. de testib. conclus. 18. num. 2. Vulpel. cons. 26. num. 4. Cephal. cons. 226. num. 66. lib. 2. Cravetta cons. 249. Clar. l. c. Farin. & Mascard. ll. cc. Rota apud Mant. dec. 372. num. 16. Caes. de Graff. dec. 9. num. 5. & dec. 12. num. 1. de test. Rota dec. 503. num. 2. par. 4. recent. apud Bich. dec. 618. nu. 5. Pax Jord. num. 521. dummodo, quod sit honestae vitae, probetur ab allegante, quia hoc non praesumitur. DD. cit. & Conciol. l. c. ref. 23. num. 8. 71

Ita Domestici, & familiares non admittuntur ad testificandum pro inducente in criminalibus. Nisi veritas aliter haberi non possit, ut quia delictum fuit commissum in domo. Cabal. ref. crim. cas. 282. num. 12. Farin. de test. quaest. 55. a num. 59. Giurba cons. 64. aut inducerentur ad defensam inquisiti. DD. cit. aut Domestici essent valde honesti, & probatae vitae, aut deponerent contra alium domesticum, aut familiarem, aut essemus in criminibus exceptis. Mascard. de prob. conclus. 858. num. 22. Farin. de testib. quaest. 34. num. 94. & de haeresi. quaest. 188. nu. 143. aut pauper, seu Domesticus suppleatur ex magna idoneitate contestis, aut ex numero testium. 72

Ita inimicus contra eum, contra quem inimicitiam habet, testificari non potest. L. 3. ff. de testib. L. si quis. 17. C. eod. auth. de testib. §. si vero quis dicat. collat. 7. cap. repellantur. cap. meminimus. 13. cap. cum oporteat. 19. de accus. etiam in crim. except. cap. per tuas. 32. ubi gl. vers. Inimici tui capit. de Simon. Menoch. de arbitr. lib. 1. quaest. 28. numer. 2. & 3. Mascard. de prob. conclus. 462. num. 31. Farin. de testib. quaest. 53. numer. 3. & 5. Pithing lib. 2. tit. 20. sect. 1. §. 6. numer. 13. Dummodo inimicitia si gravis, & capitalis. Mascard. de prob. conclus. 857. numer. 55. Farin. l. c. numer. 52. si vero inimicitia sit levis, quamvis testi fidem non adimat, illam tamen minuit, & dummodo inimicus non fuerit reconciliatus, secus si recenter tantum fuit reconciliatus, quia odium perdurare praesumitur. Farin. l. c. num. 59. Utrum vero reconciliatio sit recens, vel antiqua, ab allegante probari debet. Farin. l. c. num. 61. Clar. in §. fin. quaest. 24. num. 6. Lim. si testis est inimicus utriusque partis, aut inimicitia a parte per fraudem fuerit procurata, ne tanquam testis examinari posset. Lim. praeterea, quia testis inimicus probat contra inducentem, quia censetur illum approbasse etiam contra se ipsum. Lim. 3. si pars, contra quam producitur, est praesens, & contra illum non opponit. Pithing. l. c. numer. 55. 73

Sicut inimicus, & malevolus non potest esse testis. cap. repellantur. cap. cum P. & cap. cum oporteat de accus. L. 3. ff. de accus. ita ut nec Princeps possit contrarium ordinare; neque semiplene probent, quamvis inimicitia orta fuerit ex causa non rationabili, & de inimicitia non constet, dummodo adsit causa illius, ita amicus, & consanguineus inimici non est idoneus, quia, ut habet proverbium, amicus inimici mei est inimicus meus, quamvis non totaliter excludatur, sed in fide mi- 74

nes, vel didicita testificata etiam in causa appellationes secundum Canonistas, & Legistas. Abb. & Socin. *in cap. fraternitatis. de testib. auth. qui semel. de testib.* Alex. *cons.* 61. Farin. *de testibus. quæst.* 75. *num.* 72. Ciarlin. *controv. for. cap.* 96. *num* 1. super novis tamen articulis examinari possunt, nisi habeant aliquam dependentiam, vel pertinentiam ad primos, quia producens novos articulos post didicita testificata præsumitur calumniose facere, & subest subornationis suspicio. Lim. si primum examen fuit nullun. gl. *in cap. cum causa. de testib.* Gabr. *de testib. l.* 1. *conclus.* 21. Ciarlin. *l. c.* Lim. 2. in matrimonialibus. *cap. series. de stib.* P. Pirhing. *lib.* 2. *tit.* 20. *sect.* 5. §. 4. *num.* 229. Ecclesia *obs. for.* 80. *&* 86. Rota apud Farin. *dec.* 720. Tusc. *litt. T. conclus.* 294. quamvis examen fuerit publicatum, vel didicita testificata. *Clem.* 2. *de testib.* Non admittuntur dicta prava testium, nisi falsitas cum corruptione allegetur. Eccles. *obs. for.* 91.

86 Testes post didicita testificata possunt ex officio denuo examinari, si in primo examine ita obscure deposuerunt, ut certo colligi non possit, quid dicere voluerint. *cap. cum clamor.* ubi Innoc. Abb. & Fel. *de testib.* Ciarlin. *l. c.* Item cum Judex procedit inquirendo. DD. cit. & Eccles. *obs. for.* 79. Pajatel. *exped.* 85. Cyriac. *controv.* 228.

87 Examinari in criminalibus debent repeti ut probent, nisi pars habeat illos pro rite examinatis quoad ordinem judicarium, quia fuerunt examinati non citata parte ad videndum illos jurare. Clar. *in* §. *fi. quæst.* 11. Farin. *in prax. crimin.* 72. *num.* 103. Cabal. *res. crim. cas.* 269.

§. XII.

De Testium examine, & depositione quadam specialia.

88 Testis nulliter deponens, quamvis illius depositio sit falsa, non est puniendus de falso, qui hæc falsitas non est actu nociva juxta superius dicta. Farin. *de falsit. & simul. quæst.* 150. *num.* 291. Scaccia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 524. sermo est de pœna ordinaria, secus de extraordinaria. DD. cit. & Magon. *dec. Lucen.* 43. *num.* 19. apud Conciol. *res. crim. in verb. Testis, quoad dicta. res.* 3. Scaccia tamen *l. c.*

89 Testes de auditu alieno, præsertim in criminalibus, non probant etiam præsumptive, nec faciunt nisi præsumptionem levem. *cap. licet ex quadam.* 47. *de testib.* & talis depositio vix sufficit ad capturam. Farin. *de testib. quæst.* 69. *num.* 9. *&* 32. & *cons.* 62. *num.* 11. *lib.* 1. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *lib.* 6. *num.* 9. Cyriac. *controv.* 91. *n.* 19. Conciol. *alleg. for.* 83. *num.* 12. *& res. crim.* 4. *l. c.* quia testis debet deponere per sensum proprium, & non alienum. *cap. testes.* 3. *quæst.* 9. ubi Abb. Imol. Jo. Andr. & alii. Butr. *in cap. licet ex quadam. cit.* & talis depositio nec facit indicium ad torturam. Farin. *de testib. d. quæst.* 69. præsertim, si testes audiverunt ab accusatore. Lim. in delictis occultis, & difficilis probationis. Butr. Jo. Andr. Anchar. Host. & alii *in cap. præterea.* 27. *de testib.* Farin. *l. c. nu.* 51. Conciol. *l. c. res.* 4. *num.* 8. concurrat fama, & adminicula. Lim. præterea, quando agitur ad defensam Rei. Honded. *cons.* 100. *num.* 35. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 178. *num.* 75. *lib.* 5. Farin. *l. c. & cons.* 182. *num.* 18. *lib.* 2. Guazin. *defens.* 33. *cap.* 14. *num.* 11. *vers. imo probatur. & defens.* 29. *cap.* 3. *nu.* 15. dummodo tamen testes de auditu nominent eos, a quibus audiverunt; alias enim nihil unquam probarent. DD. cit. & Surd. *cons.* 135. *nu.* 95. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 475. *num.* 14. Mascard. *de prob. conclus.* 395. *num.* 7. *lib.* 1. & dummodo deponant, quod a pluribus audiverint, & quidem personis gravibus, & fide dignis, & non suspectis, & omni exceptione majoribus. DD. cit. Et dummodo illi, a quibus testes dicunt se audivisse, sint mortui, quia si sunt vivi, & potuerunt examinari, & non fuerunt examinati, testes de auditu nihil probant. Menoch. & Farin. *ll. cc.* & Conciol. *l. c. num.* 13.

90 Testes tamen de auditu probant, quando agitur de illis, quæ nonnisi per auditum percipiuntur, uti blasphemia, aut injuria verbalis. Farin. *loc. cit. num.* 148. *per totum.*

Testis deponens de illis, quæ gesta fuerunt de nocte, non probat, nisi deponat, quod luna lucebat, aut aliud lumen aderat. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 21. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 12. *sub num.* 10. Menoch. *de arb. cas.* 279. *num.* 3. *& cas.* 525. *num.* 13. Vulpell. *cons.* 33. *num.* 6. Farin. *de testib. quæst.* 62. *num.* 37. & talis aliter deponens est suspectus de falso. Giurba. *cons.* 17. *num.* 18. Hond. *cons.* 107. *num.* 20. *lib.* 1. Ripa *de noct. temp. cap.* 57. *per totum.* nisi maxima adfuisset vicinitas inter Testem & Reum; quia tunc est arbitrarium Judici, an & quantum testis tunc probet, licet non deponat, an luceret luna, vel adesset aliud lumen. Menoch. *d. cas.* 525. *num.* 14. Farin. *d. quæst.* 62. *n.* 41. Giurba *cons.* 37. *nu.* 41. Carena. *d. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 22. Vel ex depositione aliorum testium constaret, quod luna tunc luceret, aut aliud lumen adesset. Clar. *l. c.* Giurb. *l. c.* Rol. *cons.* 7. *nu.* 29. *lib.* 1. 91

Testis deponens de tempore nocturno eo cum addito, quod luceret luna, vel aliud lumen adesset, quamvis probet, tamen non dicitur omni exceptione major, & integræ fidei, quia luna non habet radios claros, ut sol, ita ut difficile non sit testem decipi. Rot. *cons.* 3. *num.* 43. *lib.* 3. Mascard. *de prob. conclus.* 1109. Menoch. *d. cas.* 525. *num.* 15. Farin. *l. c. num.* 40. Conciol. *res.* 5. *per tot.* 92

Testis deponens, quod aliquem cognoverit ad ejus vocem, probat, si testis habebat aliunde taliter notam vocem loquentis, ut ex illa decipi non posset, secus si illam tantum mediocriter notam habebat. Vivius. *opin.* 990. *num.* 2. Farin. *de testib. quæst.* 62. *num.* 45. *& quæst.* 69. *num.* 169. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 21. *vers. & quid si testi.* Menoch. *de arb. cas.* 475. *num.* 13. Giurba. *cons.* 37. *num.* 38. *&* 42. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 6. *num.* 16. Conciol. *res. crim.* 6. qui tamen monent, talem attestationem esse admodum periculosam, eo quod humana vox mutationi subjecta sit. Si autem testis deponit, quod habuerit notam vocem, & quod audiverit clamorem, non probat, nisi etiam deponat, quod habuerit notum illius clamorem; quia aliud est vox, aliud clamor. Concio. *l. c. n.* 6. citans Cravettam. *cons.* 2. *num.* 4. Farin. *d. quæst.* 69. *num.* 167. *&* 172. 93

Testis depositio in criminalibus scindi non potest, sed tota approbari, vel reprobari debet; quia est individua. Conciol. *alleg. for.* 3. *a num.* 32. Farin. *cons.* 125. *num.* 30. Surd. *cons.* 473. *nu.* 68. *vol.* 3. Hodierna ad Surd. *dec.* 16. *per tot.* Giurba *cons.* 25. *num.* 3. Guazin. *dec.* 29. *cap.* 3. *sub num.* 9. *& defens.* 32. *cap.* 35. *num.* 13. Tusc. *litt. T. conclus.* 248. Gratian. *disc. for. cap.* 468. *num.* 4. *& cap.* 514. *nu.* 19. præsertim ob juramentum a teste præstitum, quod est individuum. Seraph. *de privil. juram. privil.* 107. *num.* 29. Mancin. *de juram. par.* 4. *effec.* 47. Gratian. *l. c.* Merlin. Pignatel. *controv. for. cap.* 55. *num.* 11. *lib.* 1. *& cap.* 22. *num.* 14. Rota *dec.* 553. *num.* 1. *& par.* 4. *divers.* 94

Testis, qui non deposuit falsum circa substantiam, sed circa accidentia, uti negans, se esse consanguineum, pauperem, inimicum, punitur pœna extraordinaria Judicis arbitrio, non autem ordinaria falsi. Magon. *dec. Lucen.* 43. *num.* 24. Cabal. *res. crim. cas.* 34. *nu.* 5. *&* 6. Farin. *de testib. quæst.* 67. *a num.* 129. Vulpell. *cons.* 138. *a num.* 6. Conciol. *l. c. res.* 8. 95

Testis negans id, quod si fateretur, redundaret in ejus infamiam, aut vituperium, aut aliquod illius damnum, non punitur de perjurio. Farin. *cons.* 60. *nu.* 119. *lib.* 1. Guazin. *def.* 20. *cap.* 3. *num.* 8 Scaccia. *de Judic. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 886. quia viri boni magis timent infamiam, & turpitudinem, quam mortem. Sicut nec Reus negans delictum a Judice interrogatus non punitur de perjurio, sed solum Deum habet ultorem, quia unicuique licet suam celare turpitudinem, & sanguinem suum redimere. Clarus. *in* §. *fin. quæst.* 45. *num.* 10. Vulpell. *cons.* 102. *num.* 12. Michol. *deposit. cap.* 41. 96

Testis deponens, & non reddens rationem sui dicti in criminalibus non probat, quamvis de illa non fuerit interrogatus, quia scire est rem per causam cognoscere. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 12. *num.* 9. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 63. *vers. præterea dixi.* Mascard. *de prob. conclus.* 459. *num.* 5. *lib.* 1. *& conclus.* 1369. *numer.* 47. *lib.* 3. Farin. *de testib. quæst.* 70. Rota post con- 97

consil. Farin. *cons.* 75. *nu.* 106. Conciol. *l. c. res.* 15. etiamsi ageretur tantum de torquendo Reum. Et non tantum tenetur reddere rationem sui dicti, sed debet reddere congruam, concludentem, necessariam, & veram, quia idem est rationem non reddere, & non reddere congruam. Bald. *in cap. cum. causam.* 73. *nu.* 25. ubi Abb. *nu.* 6. & alii. *de testib.* Mascard. *d. conlus.* 1369. *num.* 52. Farin. *de testib. quæst.* 70. *nu.* 8. Conciol. *alleg.* 83. *num.* 33. Carena *de off. S. Inquisitionis. d. par.* 3. *tit.* 6. *a num.* 83. Lim. si fuit examinatus ad probandam innocentiam Rei, quia tunc testis non tenetur reddere rationem sui dicti. Clar. *in §. fin. quæst.* 53. Conciol. *l. c. num.* 8. Mascard. *de prob. lib.* 1. *in præf. quæst.* 5. *num.* 124.

§. XIII.

Oppositio contra testes, & illorum reprobatio. Primo contra dicta, dein contra personas.

98 Contra dicta primo opponitur, quod testis confuse deposuerit, aut inverisimilia, aut de auditu alieno, quibus casibus non probat. Rota apud Rubeum. *to.* 1. *dec.* 264. *par.* 5. *recent. num.* 47. Secundo potest opponi, quod publice, & simul fuerint examinati, eorum dicta publicata ante tempus. Farin. *de testib. quæst.* 77. *num.* 143. Ecclesia *obs. for.* 87. *num.* 3.

99 Item si testis se sponte retractavit ad exonerationem conscientiæ, cum non probet, contra ejus dicta opponi potest. Rota apud Farin. *dec.* 207. & Host. *in cap. super eo de testib.*

100 Et quamvis producens testes non censeatur approbare eorum dicta, sed personas tantum, ut liberum sit illa libere impugnare, sicut etiam non censetur approbare eorundem dicta, si produxit examen, sed sibi incognitum, tamen si illud produxit post agnitionem, censetur etiam approbare dicta, nec potest amplius illa impugnare. Farin. *de testib. quæst.* 62. *nu.* 226. Cravetta. *de antiquit. temp. par.* 1. *num.* 15. Jos. Ludov. *conclus.* 70.

101 Oppositio vero contra personas debet esse specifica, dicendo, quia est furatus talem rem, &c. Maran. *in spec. par.* 6. *tit. de repulsa test. nom.* 4. Farin. *de testib. quæst.* 56. *nu.* 142. Grammat. *dec.* 86. *num.* 6. Pax Jord. *test. nu* 1277. Et quando contra testem opponitur crimen, debet addi clausula circa injuriam, & animum injuriandi, nec teneatur actione injuriarum. Pax Jord. *l. c. nu.* 1279.

102 Testis patiens oppositionem, per quam desinit esse omni exceptione major, potest reprobari non quidem a producente, qui personam jam approbavit, sed ab illo, contra quem producitur, nisi causa exceptionis de novo emerserit. *L. si quis testib. C. de testib. cap.* 3. *§. si quis.* 4. *quæst.* 3. Farin. *de testib. quæst.* 60. *nu.* 215. Seraph. *dec.* 265. & ita semper contra testium inhabilitatem opponi potest, nisi versemur in delictis exceptis, uti hæresis &c. in quibus quilibet potest esse testis excepto inimico capitali. *cap. in fidei. de heret. in* 6. Pennia, Simanca, & alii apud Dianam. *par.* 4. *trac.* 8. *res.* 57. Mascard. *de prob. conclus.* 762. qui admittuntur etiam sine tortura, licet aliæ adsint probationes, sive procedatur per viam inquisitionis, sive per viam accusationis, qui tamen plene non probant. Lim. in hæretici defensione; nam tunc non sunt testes integri, sed diminuti. Farin. *de heres. quæst.* 188. Mascard. *de prob. conclus.* 857. Del Rio *disquis. mag. lib.* 5. *cap.* 12. Et in criminalibus non probat testis inhabilis plene, quamvis cum illo concurrat testis habilis, & valde, nisi concurrant aliæ conjecturæ, & circumstantiæ. Sanctarell. *de heres. cap.* 38 Farin. & Diana. *ll. cc.* Neque potest testis inhabilis suppleri ab alio teste inhabili. Farin. *de testib. quæst.* 43. *& cons.* 216. Brun. *de indic. & tort. par.* 1. *quæst.* 4. Ciarlin. *controv. for. cap.* 10. & ibi DD. *num.* 125.

103 Testis unius aliqua inhabilitas suppletur testis alterius magna habilitate. *L. si quis ex argentariis. ff. de eden.* ubi Bald. Socin. *in L. Gallus. ff. de liber. & posthum.* Alex. *cons.* 56. Crav. *cons.* 198. Rol. *cons.* 19. Farin. *de testib. quæst.* 62. Ciarlin. *cap.* 12. *num.* 32. Et testis inhabilitas, si verisimilia deposuit, suppletur aliis adminiculis. Alex. *in L. duo Patroni. ff. de jurejur.* Decian. *cons.* 163. Cravetta. *cons.* 35. Gabriel. *de testib. conclus.* 20. Farin. & Ciarlin. *ll. cc.*

Testis omni exceptione major dicitur, qui deponit de visu & auditu in illis, quæ solo visu, aut auditu percipiuntur, & concludit de tempore, loco, & aliis circumstantiis substantialibus, eique nulla exceptio opponi potest, & talis facit semiplenam probationem, & indicium ad torturam. Riccius *in prax. p.* 2. *res.* 232. & ad dissolvendum matrimonium testes debent esse omni exceptione majores, sive matrimonium fuerit ratum, sive consummatum. Sperell. *dec.* 75. *num.* 25. nisi agatur de metu domi incusso. Sperell. *dec.* 75. est tamen verum, quod etiam testes inhabiles possunt movere animum Judicis. Ciarlin. *controv. for. cap.* 174. *num.* 29.

Testes inhabiles supplentur etiam numero. gl. *in L.* 3. *ff. de testib.* Bart. *in L. excusantur. ff. de excus. Tut.* Gabr. *de testib. conclus.* 8. Mascard. *de prob. conclus.* 1356. Farin. *de testib.* 56. Sperell. *d. dec.* 75. etiam in causa matrimoniali, maxime, si concurrant conjecturæ, quarum multas adducit Sperell. *l. c.* uti nimia festinatio, pallor in vultu, vox demissa &c. 104

Contra dicta etiam opponitur, quod non probarint intentum, uti si volentes probare negativam unionis non reddunt rationem sui dicti, & non coarctant negativam; nec sufficit, si dicant, se non vidisse aliquam unionem. Seraph. *dec.* 1457. Turricell. *de unione Benef. cap.* 11. *num.* 105. 105

Testes plures, quam duo probant societatem plene. *L. ubi numerus. ff. de testib.* Bald. *cons.* 125. Ruin. *cons.* 92. Mascard. *de prob. conclus.* 1316. 106

§. XIV.

Quibus Testibus sit credendum.

Testibus pluribus magis est credendum, quam paucioribus. *cap. in nostra.* ubi gl. & DD. *de testib.* Farin. *eod. tit. quæst* 65. *par.* 3. *nu.* 107. Gabr. *de testib. conclus.* 4. *num.* 40. Pax Jord. *l. c. de testib. nu.* 1301. Nisi pauciores essent digniores, aut magis verisimilia deponerent, & essent magis informati, & pauciores deponerent in specie, plures vero tantum in genere. Item si pauciores deponunt ad favorem Rei, plures vero contra Reum. Item si pauciores affirmarent, plures vero negarent. S. Tho. 2. 2. *quæst.* 70. Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 232. Abb. & Fel. *in cap. licet de prob.* Cyriac. *controv.* 61. *num.* 2. & 3. Pax Jord. *l. c. num.* 1300. Bich. *dec.* 378. *num.* 4. Et illi prævalent, qui habent pro se assistentiam juris. Bich. *dec.* 290. *num.* 40. & numero plures prævalent paucioribus in contrarium examinatis. Idem *dec.* 621. *num.* 29. juxta superius dicta. 107

Testis unus plus probat, quam multi singulares singularitate obstativa, quia unus omni exceptione major probat semiplene, & facit locum juramento suppletorio. *L. admonendi. ff. de Jurejur.* secus plures singulares singularitate obstativa, quia unus derogat fidei alterius. Farin. *de testib. quæst.* 64. *num.* 37. si vero singularitas est adminiculativa, probant plus quam semiplene, & prævalent uni etiam omni exceptione majori. Farin. *l. c.* Pax Jord. *num.* 1303. vero singularitas est diversificativa, pares censentur, & tantum probant multi, quantum unus. Quando dicantur singulares, dictum est supra, & videri potest etiam apud Riccium *in prax. par.* 2. *res.* 213. & deponentes se vidisse unum post alium Titium delinquentem cum Berta, non sunt singulares. Riccius *in praxi testium. res.* 412. 108

Magis etiam creditur testibus, qui sunt Notarii, quam non Notariis. Fel. *in cap. in nostra, n.* 9. *de testib.* Farin. *de. testib. quæst.* 65. *n.* 183. Pax. Jord. *de testib. n.* 1334. 109

Sic plus creditur paucioribus affirmantibus, quam mille negantibus. Gabr. *de testib. conclus.* 4. *n.* 5. Pacian. *de prob. lib.* 1. *cap* 36. *num.* 12. Farin. *d. quæst.* 65. *n.* 201. quamvis affirmantes essent Laici, negantes vero Clerici exceptis illis, qui deponunt ad defensam Rei, quia tunc potius creditur negantibus, quam affirmantibus delictum. Farin. *l. c. n.* 134. Lim. 1. si negativa esset conformis Juri, affirmativa vero contraria. Pacian. *l. c. cap.* 48. Farin. *l. c. n.* 237. Pax. Jord. *l. c. n.* 1349. Lim. 2. in testibus instrumentariis, qui stant pro instrumento, quibus plus creditur, quam impugnantibus. Cæterum testes instrumentarii de directo contra- 110

tra-

tradicentes instrumento Notarii, & contentis in illo, non convincunt Notarium de falsitate, sed Judici dant materiam ad inquirendum. Salyc. *in L. in exercendis. C. de fide instrum.* & deveniendi etiam ad torturam. Fel. *in cap. cum Joannes. de fide instrum.* Natta *consf.* 394. & alii apud Cabal. *res. crim. cas.* 183. vide etiam Riccium *in praxi par.* 2. *res.* 471.

112 Testibus dicentibus se habere notam manum scribentis non creditur, tamen illorum depositio conjungitur cum uno teste de visu ad plenam probationem, & ad comparationem scripturæ, quæ etiam semiplene probat. Afflict. *dec.* 181. Grammat. *dec.* 84. Pratus apud Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. *annot. ad num.* 23.

113 Examinatis pro informatione Curiæ parte non citata non creditur, nisi parte citata fuerint repetiti. Cabal. *l. c. cas.* 55. Clar. *in §. fin. quæst.* 11. *num.* 2. nisi Reus fuerit contumax, vel Reus declaraverit se, quod habeat testes pro rite examinatis. Ciarlin. *controv. for. cap.* 190. *num.* 26. Tranchedin. *consult.* 77. Faber *in C. tit. de Jurisdict. omn. Jud. def.* 3. Ecclef. *obs. for.* 61. *de appell.* quamvis causa esset apud supremum Judicem, qui procedit sola veritate inspecta. Rota apud Merlin. *dec.* 332.

114 Testes deponentes de metu præferuntur illis, qui deponunt de libera voluntate. Ciarlin. *controv. for. cap.* 108. *num.* 67. Farin. *fragm. par.* 2. *vers. metus. num.* 172. Ludovis. *dec.* 326. *num.* 46.

115 Testibus deponentibus in tortura de maleficio per alium commisso, licet ex intervallo postmodum extra torturam non ratificent suum dictum, creditur, quia testis etiam tortus non potest ex intervallo dictum suum corrigere sicut reus, adeoque non requiritur in illo perseverantia. Bald. *in L. fin. C. de quæst.* Farin. *qq. criminal. lib.* 2. *quæst.* 39. Cabal. *res. crim. cas.* 33.

116 Testes duo omni exceptione majores sufficiunt ad convincendum aliquem de hæresi, quamvis quilibet de diverso actu hæreticali deponit in ordine ad pœnam extraordinariam. Diana *par.* 4. *trac.* 8. *res.* 57. licet alii apud Dianam *l. c.* velint contrarium.

117 Testium subornatio potest probari per testes de auditu, imo etiam per ipsos testes subornatos, quo tamen casu debet accedere tortura secundum aliquos. Mascard. *de prob. conclus.* 1341. Riccius *in praxi test. res.* 407.

118 Testes deponentes se scire, quia vicini sunt, vel consanguinei, probant. Bart. *in L.* 1. *ff. si cert. pet.* Fachin. *lib.* 11. *controv. Jur. cap.* 69. Lim. in delictis, quoad pœnam ordinariam. Fachin. *l. c. cap.* 70.

119 Testibus examinatis, si partes litigantes productioni ulteriori testium renuntiant, ad quod Judex suam operam præstare debet, attestationes testium in secreto receptæ parte utraque præsente, aut saltem citata, publicari debent simili forma. *Dicta seu attestationes in causa &c. publicavit, easque pro publicatis, & apertis haberi mandavit.* Duran. *in specul. lib.* 1. *par.* 4. *de teste. rubr. de attest. public. nu.* 1. *&* 2. Hæc autem publicatio processus, cum non sit de substantia processus, si omittatur, non vitiat acta, & sententiam tam in processu criminali, quam civili, est tamen de justitia ita, ut si petatur, & denegetur, possit appellari. Abb. *in cap. cum I. & A* 22. *de sent. & re jud. nu.* 10. *&* 11. ubi Fel. *num.* 1. Maran. *de ord. Judic. par.* 6. *rubr. de proces. publ. nu.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 1. *&* 2. quia Judici semper sunt publica dicta testium. Gail. *lib.* 1. *obs.* 105. *num.* 1. P. Pithing. *lib.* 2. *tit.* 20 *sect.* 5. §. 1. *num.* 202.

120 Testes, & illorum attestationes receptæ in Judicio, si causa aliis delegata, ad alios Judices transferatur, non debent testes super iisdem articulis iterum produci, sed attestationes jam factæ, a prioribus Judicibus peti, & publicari debent, quia attestationes in uno judicio receptæ fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas etiam coram alio Judice *cap. ult. de prob. & cap. causam.* 11. *de testib.* Lim. quoad attestationes receptas in priore judicio, & non publicatas, quæ non faciunt fidem, nec probant coram alio Judice etiam inter easdem personas, & in eadem causa, quia non habet qualitatem testium. *L. ult. C. de re jud.* Fel. *in cap. cum. I. & A.* 22. *num.* 4. *de sent. & re jud.* & *in d. cap. causam.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 33. *num.* 7. *&* 8. Farin. *de testib. quæst.* 75. *num.* 12. Et quamvis tertius interveniens pro suo interesse admittatur ad judicium, juxta *L. si suspecta* 29. *ff. de inoff. testam. cap. veniens.* 38. *de testib.* non potest tamen petere, ut attestationes receptæ inter partes principaliter litigantes aperiantur, seu publicentur, quia testes producti, & recepti in causa inter principales agitata non probant, nec faciunt fidem pro tertio, nisi pars, ad cujus instantiam testes fuerunt examinati, consentiat. Jo. Andr. *in d. cap. veniens. num.* 4. & Abb. *num.* 5.

Attestationes receptæ coram Arbitris, sicut & alia acta judicis instructoria causæ, & quæ respiciunt factum, & merita causæ, probant, & faciunt fidem, coram Judice ordinario, aut delegato, si testes mortui sunt, si vero vivunt, Adversarius, contra quem testes fuerunt inducti, potest illorum depositiones, vel admittere, vel petere, ut testes de novo coram Judice repetantur, licet fuerint illorum priores depositiones publicatæ. DD. cit. 121

Et quia supra diximus post dicicta testificata testes non esse amplius recipiendos, limitari id debet in causa matrimoniali, in qua etiam post publicatas attestationes contra testes productos ab actore possunt ab Adversario produci alii testes ad reprobandum illos, super articulis directe contrariis prioribus, & non obstante consuetudine in contrarium. *cap. series.* 26. *de testib.* & hoc procedit, quando dubitatur de valore matrimonii ob periculum animæ, & ad vitandum peccatum, sive matrimonium sit contractum, sive contrahendum. 122

Secundo limitari debet, quod etiam post publicatas attestationes possunt testes super eodem articulo, & inter easdem personas iterum produci, & recipi, si agatur diverso modo, & ad alium finem, uti si prius judicium fuit summarium, & secundum ordinarium. Farin. *d. quæst.* 75. *num.* 102. *&* 106. Pithing. *l. c. n.* 35. *&* 236.

Exceptio opposita contra habilitatem testis non impedit, quominus ille recipiatur, sed quæstio habilitatis reservatur ad finem litis. Auth. *si testis. C. de testib.* Jo. Andr. *num.* 1. Abb. *num.* 8. & gl. *in cap. ex parte.* 7. *vers. infames. de testib.* Mascard. *de prob. conclus.* 694. *num.* 1. Farin. *de testib. quæst.* 62. *num.* 350. 123

§. XV.

De Testium coactione.

In causis civilibus testis compellitur dicere testimonium, ne veritas occultetur. *cap. quamquam.* 14. *quæst.* 2. gl. *in cap.* 1. *de testib. cogen.* ubi Innoc. *num.* 2. & Hostien. *num.* 1. Anchar. *num.* 3. *&* 4. Farin. *de testib. quæst.* 78. *num.* 3. Pax Jord. *de testib. lib.* 14. *tit.* 19. *num.* 3. quamvis ad instantiam partis, vel alio respectu jurasset, non ferre testimonium. *cap. pervenit. de testib.* Farin. *l. cit. num.* 13. *&* 149. Pax Jord. *l. c. num.* 11. quamvis veritas etiam aliter haberi posset. Jo. And. *in d. cap.* 1. *num.* 5. Butr. *num.* 6. Host. *num.* 2. *& num.* 3. *&* 4. Abb. *nu.* 4. & Felin. *nu.* 8. quamvis dicant, se nihil scire, præsertim in causis matrimonialibus, spiritualibus, & Beneficialibus, & Consanguinitatis. Et Laici possunt compelli ad deponendum coram Judice Ecclesiastico etiam per censuras, & excommunicationem, juxta *cap.* 1. *& cap. pervenit. de testib.* Specul. *de testib.* §. 13. *num.* 6. Farin. *de testib. quæst.* 78. *num.* 36. P. Pithing. *lib.* 2. *tit.* 21. *num.* 7. coram Laico vero Laici possunt compelli ad ferendum testimonium per mulctas, aut carcerationem &c. Pax Jord. *l. c. num.* 25. & quod Laicus a Judice Ecclesiastico possit compelli ad ferendum testimonium in judicio Ecclesiastico, probat etiam Riccius. *res.* 409. *par.* 1. Gail. *lib.* 1. *obs.* 100. 124

Testes etiam in criminalibus compelli possunt testificari. Hinc legitime interrogati tenentur respondere. DD. apud Dianam. *par.* 2. *trac.* 15. *res.* 63. & si in criminalibus non deponit de iis, de quibus verisimiliter est informatus post multas monitiones, & dato tempore ad reminiscendum, debet detrudi in carcerem, & si adhuc non vult deponere, sed tantum dicit, se non scire, vel recordari, potest torqueri. Vide Scacciam *de Jud lib.* 1. *cap.* 86. *a num.* 15. leviter tamen. 125

Testis tenetur denuntiare delictum, quamvis sciat omnibus esse occultum. Sotus *de Just. lib.* 5. *quæst.* 7. quam- 126

quamvis contraria etiam sententia videatur probabilis Dianæ *par.* 3. *trac.* 5. *ref.* 100. & Jurisdice interrogatus tenetur respondere ex justitia, alias tenetur ad restitutionem. DD. apud Dianam *par.* 3. *trac.* 5. *ref.* 101.

128 Examinatus criminaliter ad denuntiationem debet prius interrogari in genere, & dein in specie, quidquid sit de jure. Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. *a num.* 15.

129 Cogi non possunt ad ferendum testimonium, qui sunt privilegiati, quales sunt senes majores septuaginta annis gl. *in L. inviti. ff. de testib.* gl. *in cap. si testes.* §. *inviti.* 4. *quæst.* 5. Farin. *de testib. quæst.* 78. *num.* 60. Pax Jord. *l. c. num.* 40. *& seq.* Hæc procedunt de Jure civili, de Jure vero Canonico coguntur quidem ferre testimonium, sed Judex tenetur illos accedere. Idem dicendum de infirmis, & valetudinariis, nisi Judex illos accedat.

130 Ita privilegiati sunt etiam milites, dum sunt in expeditione. Clar. *in §. fin. quæst.* 24. sicut absentes Reipublicæ causa; imo etiam ex causa privata, & propria, si absentia est necessaria.

131 Ita privilegiati sunt Sacerdotes, quoad ea, quæ sciunt ex sigillo confessionis. Pax Jord. *l. c. a num.* 40.

132 Parentes cogi non possunt ad deponendum contra filios, nec filii contra parentes. *L. parentes.* 5. *ubi DD. C. de testib.* Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 12. *sub nu.* 12. Farin. *de testib. quæst.* 54. *num.* 170. *& cons.* 29. *num.* 7. *lib.* 1. Guazin. *defens.* 14. *cap.* 11. *num.* 9. Carena. *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5 *n.* 15. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 158. *num.* 57. Conciol. *ref. crim. ver. Testis quoad personam ref.* 3. quia talis depositio haberet proditionis speciem. DD. in *d. L. parentes.* Calvin. *l. c. num.* 58. quæ conclusio procedit etiam in socero, quoad generum, & e contra, qui non possunt cogi ad deponendum contra se. *L. Julia.* 4. *ubi gl. ff. de testib.* Blanc. *de Indic. a num.* 36. Gomez. *l. c. num.* 24. Calvin. *l. c.* Farin. *l. c. quæst.* 78. *num.* 85. Imo neque volentes admittuntur. *d. L. parentes.* Campeg *de testib. reg.* 4. *vers. die primo.* Farin. *de testib. d. quæst.* 54. *nu.* 175. *&* 176. Guaz. *l. c. num.* 10. Pax Jord. *de testib. d. n.* 40. *& seq.* Lim. 1. in crimine læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ, quia tunc parentes possunt cogi ad subeundum examen contra filios, & e contra. Farin. *de testib. quæst.* 54. *num.* 173. *&* 174. & *de heresi quæst.* 188. *num.* 148. & *cons.* 29. *num.* 8. *lib.* 1. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 21. Mascard. *de prob. conclus.* 462. *num.* 6. *lib.* 1. & *conclus.* 875. *num.* 20. *lib.* 2. Conciol. *l. c. ref.* 3. *num.* 4. Lim. 2. in casu, in quo veritas aliter haberi non potest. Gomez. *tom.* 3. *var. ref. cap.* 12. *num.* 24. Guazin. *defens.* 14. *cap.* 11. *num.* 13. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 158. & DD. mox cit. quo tamen casu Judex, in quantum fieri potest, debet abstinere ab examinando parentes contra filios, & vice versa, nisi delictum sit atrox, & consulto prius Principe. Clarus *in §. fin. quæst.* 24. *vers. scias tamen.* Farin. *de testib. quæst.* 54. *num.* 172. Guazin. *defens.* 14. *cap.* 11. *num.* 16. Caren. *l. c. num.* 16. Conciol. *num.* 6. Et quando dicatur, quod veritas aliter haberi non possit, & a quo hæc qualitas sit probanda, vide apud Farin. *l. c. quæst.* 62. *num.* 57. & *quæst.* 78. *num.* 112.

133 Frater cogi non potest in criminalibus ad deponendum contra fratrem. *L. Julia.* 4. *quæst.* 3. Clar. *d. quæst.* 2. Clar. *d. quæst.* 24. Farin. *l. c. nu.* 94. & Guazin. *sub num.* 9. Cabal. *ref. crim. cas.* 289. *num.* 11. Carena. *l. c. num.* 15. Michal. *de fratrib. par.* 3. *cap.* 50. *a num.* 1. Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 79. ob maximum periculum, ne frater committat perjurium. Imo licet esset convictus de mandacio, non posset contra fratrem torqueri. *L.* 1. §. *si servos. vers. nec quidem*, & ibi gl. Bart. & Alberic. *ff. de testib.* Farin. *de testib. q.* 79. *num.* 48. Brun. *de indic. & tort. par.* 1. *quæst.* 4. *n.* 9. Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 40. *num.* 15. Conciol. *l. c. num.* 2. *ref.* 5. Lim in criminalibus exceptis. *cap. litteras* 14. ubi Canonistæ *de præs.* Mascard. *de prob. conclus.* 462. *num.* 8. Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 98. & quando veritas aliter haberi non potest. Farin. *de testib. quæst.* 54. *num.* 111. & *de heresi. quæst.* 188. *num.* 48. Carena. *l. c. num.* 21. Michal. *l. c. num.* 19. & tali casu tamen frater non dicitur integer testis. Conciol. *l. c. num.* 3. Lim. 2. quod frater, quamvis ab extraneo non possit cogi, ad perhibendum testimonium, potest tamen cogi ab ipso fratre, quia privilegium concessum ad favorem fratris cessat ipso volente. Crot. *de testib. par.* 5. *num.* 195. Farin. *d. quæst.* 54. *num.* 105. Michal. *de fratr. l. c. nu.* 8. *&* 9. Lim. 3. si frater, contra quem frater deberet deponere, & testificari, consentiret. Farin. *l. c.* & Michal. ut supra. *nu.* 20.

Uxor non potest cogi ad testificandum contra maritum ob reverentiam, quam debet marito, cum sint una caro. Gig. *de crim. læsæ Majest. lib.* 2. *tit. quis accusar. possit. quæst.* 15. *num.* 2. Gomez. *var. ref. to.* 3. *tit.* 12. *num.* 24. Farin. *l. c. numer.* 219. Mascard. *de prob. conclus.* 1420. *num.* 12. *lib.* 3. licet examinaretur cum tortura. Guazzin. *l. c. num.* 9. Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 70. Carena *l. c. num.* 17. Conciol. *l. c. ref.* 7. *num.* 1. excepto casu, quo veritas aliter haberi non potest. Scaccia. *l. c. num.* 91. Cravetta *de antiqu. temp. par.* 1. *sect. viso, de fama. num.* 17. & DD. cit. & hæresis. Mascard. *de prob. conclus.* 857. *num.* 12. *lib.* 2. Farin. *d. quæst.* 54. *num.* 222. & *heresi. quæst.* 188. *num.* 148. Conciol. *l. c. num.* 3. *ref.* 7. & DD. cit. Vir tamen cogi potest ad testificandum contra uxorem, quia in viro videtur cessare ratio periculi, quæ adest in uxore deponente contra virum. Capel. Tolos. *dec.* 3. *&* 123. Crav. *l. c. num.* 15. Farin. *de test. l. c. nu.* 220. Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 91. Conciol. *l. c. num.* 4. Pax Jord. *de testib. d. num.* 40. 134

Mulier prægnans tenetur testificari, si a Judice fuit præcepta sub pœna, alias potest mulctari. Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 13. *sub num.* 37. Bajard. ad Clar. *quæst.* 74. *num.* 75. Farin. *de testib. quæst.* 78. *num.* 96. Cabal. *ref. crim. cas.* 79. *per tot.* Guazin. *defens.* 14. *cap.* 11. *num.* 12. Mancin. *de juram. par.* 3. *art.* 2. *num.* 17. Conciol. *ref. crim. ver. Testis quoad personam. ref.* 17. Dummodo ad judicium possit comparere sine periculo, alias Judex deberet mittere Notarium ad illam examinandam. Gomez. *l. c.* Farin. *d. quæst.* 78. *num.* 96. Bajard. ad Clar. *quæst.* 64. *num.* 75. Scaccia. *d. cap.* 10. *num.* 57. Cabal. *d. cas.* 79. Guazin. & Mancin. *ll. cc.* 135

Consanguinei, & affines non possunt cogi ad testificandum contra eorum Consanguineos, & affines. *L.* 4. *ff. de testib.* Menoch. *de arbitr. cas.* 487. *nu.* 5. Mascard. *de prob. conclus.* 74. *num.* 1. *lib.* 1. Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 12. *sub numer.* 24. Farin. *de testib. quæst.* 54. *num.* 13. *&* 14. Guazin. *defens.* 14. *cap.* 11. *num.* 9. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 15. Lim. 1. si veritas aliter haberi non potest. Costa *remed. subsid.* 70. *illat.* 2. *num.* 5. Ambrosin. *in processu inform. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 5. Guazin. *d. defens.* 14. *cap.* 11. *num.* 13. Conciol. *l. c. ref.* 19. Lim. 2. in crim. hæresis. in quo favore Religionis Consanguinei &c. ad testificandum coguntur. Farin. *de heresi. quæst.* 188. *num.* 146. Barb. *in cap. super eo.* 22. *num.* 11. & *in cap. litteris.* 24. *num.* 13. *de testib.* Scaccia. *d. cap.* 10. *num.* 98. Licet vero Consanguinei, & affines cogi non possint ad deponendum contra suos Consanguineos, & affines; tamen si contra eos deponere volunt, admittuntur. Bart. *in L. lege Julia* 4. *de testib.* Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 12. *num.* 24. *vers. sed ullum dubium.* Farin. *de testib. d. quæst.* 54. *num.* 16. & *quæst.* 78. *num.* 101. Dicuntur autem inviti Consanguinei deposuisse, si citati, & compulsi fuerunt a Judice, quamvis allegaverint suum privilegium; si vero suum privilegium non allegarunt, non dicuntur inviti deposuisse, quamvis fuerint citati per Judicem. Bajard. ad Clar. *d. quæst.* 24. *num.* 135. Cabal. *ref. crim. cas.* 257. *num.* 8. Farin. *de testib. quæst.* 78. *num.* 101. Guaz. *d. defens.* 14. *cap.* 11. *nu.* 12. sed contrarium tenere videtur Michalor. *de fratr. par.* 3. *cap.* 50. *num.* 12. 136

Porro privilegium hoc, quod Consanguinei, & affines non possint cogi ad perhibendum testimonium, aliqui extendunt usque ad septimum gradum, alii usque ad sextum, uti testatur Farin. *de testib. quæst.* 54. *num.* 19. & Scaccia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 36. Verior tamen, & communior sententia videtur extendi duntaxat usque ad quartum gradum exclusive, uti tenet Farin. *l. c.* Conciol. *l. c. ref.* 19. *num.* 7. qui citant Mascard. Alberic. Crot. Campeg. Duen. Gomez. & plures alios. Guazin. *l. c.* & Carena *l. c. num.* 15. 137

Etiam Doctores, quod non teneantur comparere coram Judice ad deponendum, sed Judex teneatur ad illos 138

mitte-

mittere Notarium pro recipiendo examine, tenet Pax Jord. *de testib. l. c.* 40. apud quem videbis etiam hæc privilegia non competere in illis testibus, qui fuerunt rogati in contractibus. Pax Jord. *l. c.*

139 Testis examinatus pro fisco potest etiam examinari pro Reo, & per Reum ad ejus defensionem. Guazin. *defens.* 25. *cap. ult.* quamvis sit Consanguineus, vel affinis inquisiti, quia in Judiciis æqualitas est servanda. *L. fin. C. de Procur. L. non debet Actori* 42. *ff. de R. J. in* 6. Tusc. *litt. E. conclus.* 306. dummodo talis non inducatur ad probandum directe contra illud, quod prius deposuit pro fisco. Guaz. *l. c.* Conciol. *ref. crim. verb. Testis quoad dicta. ref.* 14.

140 Testis deponens sine redditione rationis in criminalibus non probat, quamvis non fuerit interrogatus, præsertim si deposuit super iis, quæ sunt facti, & sensu percipiuntur, non quæ sunt juris. Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 12. *nu.* 10. Mascard. *de prob. conclus.* 1269. Farin. *de testib. quæst.* 70. *nu.* 6. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 6. *nu.* 81. Rota *dec.* 1163. *nu.* 2. *par.* 3. *divers.* apud Conciol. *l. c. ref.* 15. *num.* 3. sive agatur de condemnando Reum, sive de torquendo illum, quia ex ratione judicatur, an bona sit probatio testis, ita ut si ratio sit bona, depositio probet, & si ratio non concludat, nec depositio probet, & maxime, si agitur de probanda negativa. Lim. 1. cum testis deponit ad probandam innocentiam Rei. Clar. *in §. fin. quæst.* 53. Mascard. *de prob. lib.* 1. *in præs. quæst.* 5. *nu.* 124. Farin. *l. c. nu.* 101. Honded. *cons.* 100. *nu.* 34. *lib.* 1. Guazin. *def.* 29. *cap.* 3. *num.* 10.

141 Quæres, quibus testibus magis sit credendum in criminalibus, an deponentibus ad favorem Rei, vel deponentibus ad favorem fisci. Respondetur, quod deponentibus ad favorem Rei, & pro non delicto magis creditur, quam deponentibus pro fisco. Gabr. *de testib. conclus.* 4. *nu.* 21. *&* 44. Menoch. *de arbitr. cas.* 526. *nu.* 35. Farin. *de testib. quæst.* 65. *nu* 152. Maschard. *de prob. conclus.* 496. *nu.* 15. Mar. Anton. *ref.* 36. *nu.* 9. *lib.* 3. Guazin. *l. c. nu.* 2. *&* 13. Conciol. *alleg. for.* 85. *num.* 22. *& alleg.* 88. *nu.* 56. *& ref. crim. in ver. Q. Testis quoad dicta ref.* 18, quia deponentes pro non delicto attestantur de eo, quod est consentaneum naturæ, quæ præsumit hominem bonum. *L. merito.* 51. *ff. pro soc.* Menoch. *l. c. nu.* 35. quamvis testes pro fisco essent plures. Gabr. *de testib. d. conclus.* 4. *num.* 47. *&* 57. Conciol. *l. c.*

142 Quæres 2. an testes in criminalibus possint examinari post didicita testificata, si procedit ex officio sine querela partis. Respondetur affirmative, quia in Judice cessat timor subornationis. Vulpel. *cons.* 108. Clar. *in §. fin. quæst.* 61. *vers. sed quæro.* Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 13. *nu.* 34. Thes. *dec. Pedem.* 262. Surd. *cons.* 118. *nu.* 3. *lib.* 1. Farin. *de test. quæst.* 75. *nu.* 407. *&* 412. *de heresi quæst.* 188. *num.* 6. Guazin. *def.* 24. *cap.* 7. *num.* 2. Ambrosin. *in process. inform. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 55. Et ideo Judex in publicatione processus solet apponere clausulam *sine præjudicio ulterioris processus*, sicut etiam in fisco cessat timor subornationis, secus est dicendum, quando Judex procedit per accusationem. Gabr. *de testib. conclus.* 21. *num.* 105. *vers. contrarium.* Clar. *in §. fin. quæst.* 61. *vers. sed quæro.* Thes. *l. c.* Farin. *l. c.* Surd. *cons.* 266. *num.* 20. *lib.* 2. Guazin. *l. c. def.* 24. *cap.* 7. *num.* 4. Conciol. *ref. crim. in Verb. Testes quoad examen. ref.* 1. *nu.* 5.

143 Testes sicut in civilibus, ita & in criminalibus sunt examinandi singulariter, & separatim unus ab alio, & non simul, quamvis examinentur super corpore delicti. *cap. venerabilis.* 52. ubi gl. Jo. And. Abb. & alii. *de de Testib.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 29. *per totum.* Farin. *de testib. quæst.* 8. *nu.* 94. *& cons.* 5. *nu.* 59. *lib.* 1. Ferentil. ad Buratt. *dec.* 555. *nu.* 19. Rubeus *de testam. cap.* 32. *num.* 697. Rota apud Coccin. *dec.* 262. *num.* 4. & apud Duran. *dec.* 6. *num.* 10. & apud Post. *de manut. dec.* 283. *num.* 1. quia alias aperiretur via falsitatibus, & unus alium instrueret. Farin. *d. quæst.* 80. *num.* 94. Conciol. *l. c. ref.* 3. etiamsi ageretur de testibus confrontandis cum Reo, quia debent confrontari separatim, & unus post alium, ita ut nemo sciat depositionem alterius. Cattar. *in pract. interrog. reos. lib.* 3. *cap.* 3. *nu.* 28. Guaz. *defens.* 20. *cap.* 20. *nu.* 4. Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. *nu.* 60. quod idem servandum est in confrontatione sociorum criminis. Ambros. *de proces. inform. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 15. Conciol. *ref. crim. verb. Confrontatio. ref.* 2. *num.* 4. *& in Verb. Testis quoad examen ref.* 3. *nu.* 3. Lim. nisi alicubi vigeat consuetudo examinandi simul, & turmatim, qualis est in Gallia. Fab. *in C. tit.* 15. *de testib. lib.* 4. *defin.* 3. Guaz. *def.* 4. *cap.* 2. *sub num.* 11.

Testes in criminalibus ad ferendum testimonium tam de consuetudine, quam de Jure civili, cogi possunt. 144
Clar. *in §. fin. quæst.* 24. Guaz. *defens.* 14. *cap.* 11. Conciol. *ref. crim. verb. Testium miscell. ref.* 1. Scaccia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 12. Calvinus *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *num.* 34. Ambrosin. *l. c. d. cap.* 3. & Scaccia. *d. cap.* 10. *num.* 3. quia testis officium est publicum, & necessarium. DD. mox cit. cum intersit Reipublicæ, maleficia puniri, & provinciam malis hominibus expurgari, & sicut possunt cogi ad subeundum examen, ita possunt etiam cogi ad se confrontandum cum Reo. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 58. Cattar. *in pract. interrog. reo. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 93. Guazin. *def.* 20. *cap.* 19. *num.* 8. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *n.* 34. & sicut possunt cogi ad deponendum, ita possunt cogi ad jurandum. Clar. *in §. fi. quæst.* 45. *vers. sed pone.* & Conciol. *l. c. n.* 5. etiam per torturam, mulcta indicta, captis pignoribus, per carcerationem, & exilii comminationem. Scaccia. *de Jud. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 102. Guazin. *def.* 14. *cap.* 11. *n.* 14. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *num.* 34. *& seq.* & Judex Ecclesiasticus potest compellere ad examen subeundum per excommunicationem, per censuras Ecclesiasticas, præsertim per excommunicationem. *cap.* 1. *&* 2. *& cap. cum contra.* 9. ubi DD. *de testib. cogen.* Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 102. Unde testis recusans subire examen punitur pœna extraordinaria Judicis arbitrio. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 55. *n.* 15. Mascard. *de prob. lib.* 1. *quæst.* 5. *sub. n.* 47. Farin. *de testib. quæst.* 78. *a n.* 134. Conciol. *l. c. ref.* 1. *n.* 9. quæ tamen non procedunt in testibus privilegiatis ob reverentiam, & charitatem. Scaccia *l. c. n.* 24. aut quando detegere deberent propriam turpitudinem, quia tunc non possunt cogi ad subeundum examen. Decian. *cons. crim.* 137. *n.* 12. Osasc. *dec.* 66. *n.* 1. Guaz. *def.* 19. *num.* 18. *cap.* 1. aut si testes timerent contrahere inimicitiam cum viro potente. Menoch. *de arbitr. cas.* 487. *n.* 3. Farin. *de test. quæst.* 78. *num.* 123. Scaccia *l. c. n.* 15.

Testis examinatus cogitur etiam jubente Judice se 145
repetere, & si citatus non compareat, sed vel fugam arripit, aut se occultat, prima illius depositio præsumitur falsa, & potest inquiri, & puniri de falso. Farin. *l. c. n.* 135. Cabal. *ref. crim. cas.* 55. *n.* 2. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *n.* 35. Conciol. *l. c. ref.* 2. *n.* 2. Et si testis non se repetat super interrogatoriis datis a Reo, ejus depositio corruit. Bursat. *cons.* 201. *n.* 145. *lib.* 2. Honded *cons.* 101. *n.* 28. *lib.* 1. Cabal. *ref. crim. cas.* 269. *n.* 19. Mascard. *de prob. conclus.* 684. *n.* 4. Guaz. *def.* 25. *cap.* 1. *n.* 11. *&* 12. contra Clar. apud Conciol. *l. c. n.* 4.

Testis semel examinatus, si in repetitione examinis 146
deponat contrarium ejus, quod in primo examine edixit, non probat, quia est sibi contrarius, ac perjurus utpote inter duo juramenta positus. Rota post secundum vol. cons. Farin. *dec.* 166. *numer.* 8. Verntigl. *cons.* 119. *num.* 20. *& cons.* 418. *num.* 3. quia licet juxta sententiam Clari. *in §. fin. quæst.* 53. *vers. prædicta autem*, & secundum communem apud Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 84. *vers. primo.* Farin. *de testib. quæst.* 66. *numer.* 124. deposita in primo examine sint attendenda; tamen certum est, quod ex secunda depositione ita debilitetur prima depositio ob perjurium, ut ex prima valde debilis, & insufficiens oriatur probatio. juxta Aab. Felin. Tind. & alios apud Conciol. *ref. crim. loc. cit. ref.* 3. *num.* 2. Farin. *loc. cit. num.* 164. Rota apud Post. *de manut. dec.* 166. *num.* 42. Gabr. & Clar. apud Conciol. *loc. cit.* & talis testis, si contraria deposuit circa substantialia, nulla adducta ratione suæ variationis, uti suspectus de subornatione potest torqueri, & interrogari, a quo fuerit subornatus. Vulpel. *cons.* 103. *num.* 17. Rol. *cons.* 73. *n.* 33. *lib.* 2. Mascard. *de prob. conclus.* 134. *num.* 3. *lib.* 1. Ambrosin. *de proces. inform. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. *&* 8. Calvin. *de æquit. lib.* 2. *cap.* 179. *n.* 102. Carena. *de off. S. Inquis. par.* 5. *tit.* 7. *n.* 46.

46. Dummodo testi ita sibi contrario, antequam torqueatur, assignentur defensiones. Conciol. *l. c. n.* 4.

147 Testis depositio extrajudicialis contraria debilitat illius depositionem judicialem. Mar. Anton. *var. res. lib.* 3. *res.* 7. *nu.* 3. Cyriac. *controv.* 250. *nu.* 18. & alii apud Adden. ad Conciol. *nu.* 2. & in judicio contrarium deponens, quam deposuerat judicialiter, uti falsarius, pœna falsi puniri debet. Bart. & alii apud Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 85. an vero ejusdem depositioni Judiciali tamen sit credendum? affirmat Gabr. *de malef. conclus.* 29. Fachin. vero *l. c.* apud quem Menoch. vult istud esse relinquendum Judicis arbitrio.

§. Ultimus,

Testium Miscellanea,

148 Testis deponens sub spe impunitatis sibi a Principe promissæ, vel a Judice, nullam facit probationem, sed habetur loco denunciatoris. Farin. *de indic. & Tort. quæst.* 43. *nu.* 192. *& cons.* 161. *nu.* 9. Guaz. *def.* 20. *cap.* 24. *num.* 2. quia talis testis dicitur corruptus, nisi suam depositionem aliunde probaverit. *L. non omnes.* 5. §. *de re milit.* Farin. *d. quæst.* 43. *nu.* 192. Cabal. quod talis testis deponens cum tortura faciat aliquam probationem, defendit. *res. crim. cas.* 29. *per. totum.* apud Conciol. *l. c. res.* 4. *nu.* 2. quod idem procedit in socio criminis aliquem nominante sub spe impunitatis sibi a Principe, vel a Judice promissæ. DD. mox cit. & Giurba. *cons.* 22. *nu.* 29. Guazin. *def.* 32. *cap.* 8. *nu.* 4. Cyriac. *controv.* 488. *nu.* 47. Ricciu *collectan.* 1562. *vers. dum ergo.* Carena. *de off. S. Inquis. par.* 8. *tit.* 10. *nu.* 55. Conciol. *l. c.* & Vermigl. apud eundem.

149 Testis, qui in totum repellitur a testificando, adminiculis non adjuvatur, quia quod nihil est, non potest adjuvari adminiculis. Natta *cons.* 298. *nu.* 10. *lib.* 2. Surd. *cons.* 132. *nu.* 73. *lib.* 2. Bajard. ad Clar. *quæst.* 24. *num.* 128. Farin. *de testib. quæst.* 62. *num.* 340. Conciol. *l. c. res.* 5. quia non entis nullæ sunt qualitates. Farin. *cons.* 10. *num.* 16. *& cons.* 60. *nu.* 16. Rota *dec.* 558. *num.* 3. *par.* 2. *recent. in Florentina Oratorii.* 31. *Maii* 1655. Bichio, neque potest suppleri testimonio aliorum, quamvis sint omni exceptione majores. Corn. *cons.* 24. *num.* 7. *lib.* 1. *& cons.* 172. *num.* 20. *lib.* 2. Cravetta *cons.* 9. *num.* 12. Rol. *cons.* 98. *num.* 34. *lib.* 4. Farin. *d. cons.* 10. *num.* 16. *& de testib. quæst.* 62. *n.* 341. & Conciol. *l. c. num.* 3. Bajard. ad Clar. *quæst.* 24. *num.* 128. neque suppletur ex numero aliorum testium. Natta. *l. c.* Gabr. *de testib. conclus.* 7. *nu.* 8. Farin. *de testib. l. c. n.* 317.

150 Porro testis habilitas considerari debet de tempore depositionis, ita ut si tempore depositionis habilis existat, probet, quamvis postmodum inhabilis fiat, si vero tempore depositionis non erat habilis, non probet, quamvis postmodum habilis fiat. *L.* 3. *ff. de testib.* Mascard. *de prob. conclus.* 26. *num.* 5. & *conclus.* 1356. *nu.* 9. *lib.* 3. Decian. *crim. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 34. Bajard. ad Clar. *quæst.* 24. *num.* 44. *&* 81. Farin. *de testib. quæst.* 53. *nu.* 58. *& quæst.* 62. *nu.* 298. Rubeus *de testam. quæst. cap.* 15. *num.* 222. Guaz. *def.* 28. *cap.* 8. *num.* 5. Rota apud Ludovis. *dec.* 351. *num.* 33. & apud Buratt. *dec.* 775. *nu.* 9. Conciol. *l. c. res.* 6.

151 Testis quod sit omni exceptione major, non præsumitur, sed hæc qualitas debet probari ab illo, qui testem induxit. Mascard. *de prob. conclus.* 222. *num.* 15. *lib.* 1. & *conclus.* 1019. *num.* 15. *& conclus.* 7360. *num.* 7. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 47. *num.* 211. *& de test. quæst.* 62. *num.* 12. Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 1. *nu.* 34. Hodierna ad Surd. *dec.* 277. *num.* 8. Sperel. *dec.* 173. *num.* 30. Paul. Rub. *de testam. cap.* 35. *num.* 195. Lim. quando in teste non requiritur alia qualitas, quam idoneitas, quia ista præsumitur, & non est probanda. Farin. *d. quæst.* 62. *num.* 15. & DD. mox cit. Conciol. *l. c. res.* 10. *num.* 4.

Testis negans, se ita dixisse, prout Notarius scripsit, non probat contra Notarium, nec Notarius contra testem ad effectum puniendi. Clar. *in* §. *falsum. nu.* 15. *& in* §. *fin. quæst.* 53. *nu.* 17. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 9. *num.* 15. *vers. secus in crimin.* Mascard. *de prob. conclus.* 1098. *num.* 9. *lib.* 2. Farin. *de falsit. & simul. quæst.* 159. *nu.* 204. Cabal. *res. crim. cas.* 183. *nu.* 3. Gomez. *def.* 28. *cap.* 15. Giurba *cons.* 78. quæ procedunt etiam, quando plures sunt testes negantes, se dixisse, prout a Notario scriptum fuit, quia omnes isti non faciunt contra Notarium indicium ad torturam, sed tantum ad inquirendum, quia isti testes sunt singulares. Natta *cons.* 392. *par.* 2. Farin. *l. c. num.* 205. Rol. *cons.* 38. *num.* 24. *lib.* 1. Guaz. & Giurba. *ll. cc.* Conciol. *l. c. ver.* 11. nisi Notarius esset malæ famæ. Giurba. *l. c.* Menoch. *de arb. cas.* 105. *n.* 9. *&* 10. Cabal. *d. cas.* 183. *num.* 5. *&* 6. Lim. quando cum Notario adfuit examini etiam Judex, quia tunc creditur Notario, & testis potest puniri de falso. *in* §. *falsum. nu.* 15. *& in* §. *fi. quæst.* 53. *nu.* 17. Farin. *l. c. n.* 190. Guazin. & Giurb. *ll. cc.* Dummodo Notarius sit bonæ famæ. Præsertim si testis se subscripsit lecto ei prius examine, aut ignorans litteras apposuit signum Crucis. Lim. 2. si Notarius habuit scriptorem, qui scripsit examen; & uterque testatur contra testem, quia tunc contra illum resultaret valida probatio. Mascard. *d. conclus.* 1098. *num.* 10. Farin. *d. quæst.* 159. *nu.* 191. Guaz. *l. c. num.* 5. Alciat. *de præs. reg.* 3. *præs.* 13. *num.* 20. Conciol. *l. c. n.* 8.

Testis dicens falsum, super incidentibus circumstantiis, punitur extra ordinem arbitrio Jud. si vero dicit falsum in negotio principali, punitur pœna ordinaria falsi. Cabal. *res. crim. cas.* 34.

Testium defectum supplet numerus gl. *in L.* 3. *ff. de testib.* Bart. *in L. excusantur. ff. de excus. Tut.* Gabr. *de testib. conclus.* 8. Mascard. *de prob. conclus.* 1356. Farin. *de testib. quæst.* 56. Sperel. *dec.* 75. *nu.* 33. & in causa matrimon. Mant. *dec.* 112. contra Gabr. maxime si concurrant conjecturæ, quas affert Sperel. *l. c.* 152

Testes possunt cogi ad testificandum in loco, in quo tractatur causa, si Judex velit. Ecclesia *obs. for.* 54. *de appell. cap.* 1. *de testib. cogen.* Thes. *dec.* 39. *nu.* 3. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *num.* 344.

Testes ad probandam simulationem debent esse fide digni, & ab omni exceptione immunes. Anchar. *cons.* 227. *sub num.* 5. *col. ult. vers. ex istis.* Cephal. *cons.* 325. *nu.* 19. Rota *in Romana dotis coram Card. Sacrato dec.* 170. post. cons. Farin. *lib.* 2. *num.* 6. Neque probant simulationem apochæ, si eorum depositioni repugnant depositiones testium in apocha subscriptorum. Anchar. *cons.* 227. *nu.* 25. *vers. & Rainald.* Bich. *dec.* 85. *nu.* 5. *&* 7. 153

Testes ad probandam consuetudinem non solvendi Decimas ex certis fructibus debent negativam coarctare, nec sufficit, quod dicant, se non vidisse solvi. Seraph. *dec.* 1102. *num.* 8. Mant. *dec.* 341. *nu.* 5. Buratt. *dec.* 572. *nu.* 12. Rota *dec.* 591. *n.* 16. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 322. *num.* 16. ubi Rota *in Abulensi Decimarum* 15. *Jan.* 1644. *coram Peutingerio.* 154

Testes ad probandam immemorabilem, debent habere legitimam ætatem, ut possint deponere de visu per quadraginta annos ante motam litem, juxta *gl. in cap.* 1. *verb. memoriam de præscript. in* 6. Caputaq. *dec.* 290. *par.* 3. Mart. Andr. *dec.* 56. *a nu.* 5. ut probat Bich. *dec.* 328. *nu.* 10. & ad probandam præscriptionem centenariam debent habere ætatem 54. annorum, & deponere cum requisitis. *d. gl. in cap.* 1. *de præscript. in* 6. Rota apud Caputaq. *dec.* 71. *nu.* 2. *par.* 2. apud Seraph. *dec.* 1179. *nu.* 1. & Rota *dec.* 557. *in fin. par.* 4. *divers.* apud Bich. *dec.* 442. *num.* 15. 155

Testes ad perpetuam rei memoriam examinati lite pendente, & absque citatione partis fidem non faciunt. *cap.* 2. *de testib. L. si quando.* §. *sed cum oportet. C. de testib.* Bich. *dec.* 533. *nu.* 1. Et ad perpetuam rei memoriam possunt postea formiter examinari, seu repeti, juxta tex. *in Clem.* 2. *de testib.* ubi gl. *ver. rite.* Imola *nu.* 4. Anchar. *num.* 11. Fel. *in cap. fraternitatis. nu.* 8. *vers. item lim. eod.* Rota *in Meevitana Domus.* 15. *Jan.* 1649. §. *nec refert coram Card. Ottobono.* apud Bich. *dec.* 664. *num.* 11. Et in concursu testium formiter examinatorum non attenduntur. Rota *dec.* 272. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 580. *num.* 14. 156

Testes confratres Confraternitatis non probant ad favorem illius in materia præcedentiæ, præsertim cum agitur de magno honore. Bald. *in cap. cum Nuntius. num.* 1. *ad fin. de testib.* Fel. *in cap. insuper. nu.* 6. *de testib.* Rota *dec.* 136. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 566. si exinde emolumentum aliquod, vel honorem ut singuli reportant, quod vix potest accidere, quia ut singulis non debetur honor debitus, ut Universis. Præpos. 157

in

in cap. Concilia. §. *Episcopum. num.* 3. *dist.* 17. Gratian. *discept. for. cap.* 298. *nu.* 46. & ideo plene probant pro confraternitate. Bald. *in d. cap. cum insuper. num.* 3. *de testib.* Honded. *cons.* 79. *num.* 39. *&* 40. *lib.* 1. Rota *dec.* 290. *num.* 13. *par.* 5. *recent.* præsertim, si sunt adminiculati, & supplentur ex numero. Bich. *dec.* 566. *num.* 9. *&* 10.

160 Testes Communitatis, tanquam ejus membra, si intervenerunt cum mandato procuræ dato a Communitate ad lites, fidem non merentur. Bich. *dec.* 621. *nu.* 28. Rota *dec.* 204. *num.* 9. *dec.* 210. *num.* 1. *&* 7. *post. vol. secun.* Farin. Consiliorum. *dec.* 312. *num.* 3. apud Post. *de manut.*

161 Testes non dicuntur contrarii, si unus plus deponat, quam alter. Alex. *cons.* 10. *num.* 5. *lib.* 5. Corn. *cons.* 202. *nu.* 2. *lib.* 4. Cyriac. *controv.* 407. *num.* 155. Ludovis. *dec.* 351. *num.* 32. Bich. *dec.* 20. *nu.* 10. Sperell. *dec.* 75. *num.* 51.

162 Testes inter se contrarii, & mendaces non probant. Gratian. *disc. for. cap.* 461. *a num.* 20. *& seq.* Pennia. *dec.* 36. *nu.* 5. Rota *dec.* 379. *num.* 3. *& dec.* 573. *nu.* 11. coram Ludovis. *dec.* 429. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* Bich. *decis.* 575. *a nu.* 7. Et testes, ut dicantur contestes, sufficit, quod sint contestes in loco, & tempore, & substantia, quamvis in verbis formalibus non conveniant. Surd. *cons.* 12. *nu.* 43. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 458. *sub nu.* 8. qui allos citat. Bich. *dec.* 49. *nu.* 3. Et testes præsumuntur falsi, si sunt inter se contrarii. Rota *dec.* 180. *nu.* 5. & *dec.* 266. *nu.* 9. *par.* 2. *recent.* & *dec.* 322. *num.* 11. *par.* 6. Bich. *dec.* 40. 12. *&* 13. ubi quando resultet illorum contrarietas.

163 Testes non admittuntur ad probandum id, cujus contrarium constat per scripturam. Ægid. *dec.* 9. *nu.* 1. Seraph. *dec.* 1460. *nu.* 3. Rota *dec.* 859. *nu.* 1. *par.* 2. *recent.* & *dec.* 135. *nu.* 3. *par.* 4. Bich. *dec.* 86. *n.* 12.

164 Testes etiam numero plures minus probant, quam relationes peritorum. Alex. *cons.* 148. *num.* 1. *lib.* 2. Berous. *cons.* 102. *num.* 35. *lib.* 3. Rota Bonon. *divers. dec.* 12. *num.* 11. Bich. *dec.* 199. *nu.* 3.

¶ THEOLOGI.

§. *Unicus.*

Theologi & Canonistæ discordant in multis, & quibus?

1 Theologi † & Canonistæ discordant, quia Theologi volunt, quod striges vere corpore moveantur, & transportentur; Canonistæ, quod sit illusio Diaboli. *cap. Episcopi*, 26. *q.* 5. † Usura, secundum Canonistas Hebræis concedi potest, quia de eorum salute non est curandum, secundum Theologos secus, & standum est potius Canonistis, quam Theologis, in iis, quæ sunt circa jus divinum secundum moralem Philosophiam; secus si secundum salutem. Alex. *cons.* 1. *num.* 10. *lib.* 2. † Bonæ fidei possessor usque ad completam præscriptionem, licet superveniat mala fides, postquam præscripsit, non tamen tollitur præscriptio completa, quin possit rem tenere secundum Canonistas, secus est secundum Theologos. Jo. de Im. *cons.* 147. *In causa inter Franciscum, nu.* 11. *v. nam si quis.* † Decimæ non debentur Ecclesiis habentibus bona propria, & non solventes non peccant, si extat consuetudo non solvendi, quia Papa ex tolerantia videtur sic permittere secundum Theologos, sed per Canones hæc opinio damnatur, quia imo Ecclesia contradicit expresse. *c.* 1. *decis. in* 6. & ideo opinio Beati Thomæ, & Theologorum in hoc reprobatur. Alex. *cons.* 64. *Romana Ecclesia, lib.* 4. *per tot.* † Jurisdictio Temporalis secundum Theologos ad Imperium, spiritualis ad Papatum; & tamen istud est falsum secundum Canones & Canonistas; quia omnis Jurisdictio in Christo fuit. *Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra*; & quia Imperium est a Deo, & ab Ecclesia; & quia potest Papa citare ubique etiam in terris Imperii, non e contra. *Clemen. pastoralis, de re judic.* qui text. est conciliaris, & attendendus. Bart. *in extrav. ad reprimendus*, §. *per edictum, nu.* 9. *& seq.* & quia habitu Papa habet omnem jurisdictionem, actu tenet Imperator ab Ecclesia. Zab. *cons. fin. per. tot.* & hodie extra *extravag.* 8. *unam Sanctam Ecclesiam*. Vide Tusch. *litt. I. ver. Imperium qualiter sit a Deo & Populo, & quale sit Imperium*, Concl. 31. ¶

THESAURUS.

Praxis Thesauri.

Thesaurus est verus pecuniæ depositio, cujus memoria non extat, ut jam Dominum non habeat. *L. un. C. de thes.* & *L. nunquam. ff. de acquir. rer. domin.* Sixtin. *de regal. lib.* 2. *cap.* 21. *nu.* 3. Wesenbec. *in thesauros. num.* 2. *Instit. de rer. divis.* 1

Thesaurus de Jure, si fuit inventus in proprio fundo, etiam de industria, ad Dominum fundi pertinet, si autem casu fuit inventus, æqualiter dividitur inter Dominum fundi, & Inventorem; si vero fuit inventus arte magica, spectat integer ad fiscum. Berlich. *par.* 2. *conclus.* 66. Diana. *par.* 9. *tract.* 5. *res.* 12. & Sixtinus. *l. c. nu.* 20. quod patet ex §. *thesauros. Instit. de rer. divis.* & L. *un. C. de thes. lib.* 10. quod etiam procedit in mercenario thesaurum inveniente, nisi specialiter ad fodiendum thesaurum fuerit conductus. gl. *in* §. *thesauros.* Angel. Aret. *num.* 3. *vers. in eadem.* gl. & alii apud Sixtinum. *loc. cit. num.* 23. spectat autem medietas thesauri ad Inventorem, sive cum Domini voluntate, sive sine illa in alieno fundo thesaurum fortuito invenerit. Bursat. *cons.* 209. *nu.* 3. *lib.* 2. Villalob. *in commun. opin. verb. Thesaurus*, si inveniatur, si vero fuit inventus invito Domino, totus spectabit ad Dominum fundi, in quo inventus fuit, & Inventor punitur. DD. cit. & Sixtinus. *l. c. nu.* 26. *&* 27. 2

Thesaurus inventus in loco Sacro, seu Religioso spectat ad Ecclesiam, & ejus Prælatos. Jo. de Plat. *in L. un. col.* 3. *vers. sed quid. C. de thesaur. lib.* 10. Jo. Fab. *in d.* §. *thesauros. nu.* 4. *vers. sed cum hodie.* ubi Angel. Aret. *num.* 3. *vers. & advertas.* Ferrarien. *in form. libelli act. real. verb. Jure dominii, vel quasi. num.* 12. *in fin.* Conrad. Lagus *in methodo juris civil. tit. de invent.* ver. Peregr. *de jure fisci. lib.* 4. *tit.* 2. *nu.* 7. *vers. cum apud nos.* Ratio est, quia loca Religiosa, & Sacra hodie non sunt in ullius bonis, sed in dominio Ecclesiæ, juxta *cap. Ecclesia S. Mariæ. de constit. & in cap. nulli, & cap. possessione. de reb. Eccles. non alien.* Sixtinus *de regal. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 38. Neque Imperator, aut alius supremus Princeps de illis disponendi facultatem habet. Covar. *in reg. peccatum.* §. 2. *par.* 2. Card. de Lugo *de Just. to.* 1. *disp.* 6. *sect.* 11. & alii apud Dianam. *l. c. res.* 11. Neque obstat constitutio Friderici Imper. *in cap. ult. unic.* quia illa loquitur de privato Cæsaris patrimonio, in quo, si thesaurus inveniatur, Cæsaris erit, & quidem totus, si data opera inventus fuit, dimidia vero pars illius, si fortuito inventus fuit, & alia dimidia Inventoris. De quo plura videri possunt apud Sixtinum. *l. c. nu.* 29. *& seq.* videri etiam potest Diana. *l. c. res.* 3. 3

Thesaurus inventus arte magica totus spectat ad fiscum. Oinot. *Instit. de rer. divis. in* §. *thesauros.* Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 89. in synopsi, & alii apud Dianam *l. c. res.* 12. etiam ante Judicis sententiam, quia lex hæc non est pœnalis, sed conditionalis, concedens thesaurum inventori, quatenus arte licita invenerit. DD. aqud Dianam. *loc. cit. res.* 13. Bonac. *de restit. disp.* 1. *quæst.* 3. *p.* 6. Covar. *in d. reg. peccatum.* Farin. *quæst.* 104. Afflict. *dec.* 311. Peregr. *de Jure fisci. lib.* 4. *tit.* 2. 4

Inventus vero in loco publico, qui est nullius, cedit Inventori totus, secus inventus in loco, qui non tantum quoad jurisdictionem, sed etiam quoad dominium est fisci, vel Principis, quia tunc casu, vel fortuito inventus est dividendus, industria vero inventus est totus fisci. Diana. *l. c. res.* 14. Navar. *in man. cap.* 17. Covar. *l. c.* Bonac. ut supra. Peregr. & Farin. *ll. cc.* Sicut etiam inventus de industria in fundo alieno, & sine licentia, totus pertinet ad dominum fundi etiam ante sententiam, juxta Molin. *de Just. & Jur. to.* 1. *disp.* 56. Navar. *in man. cap.* 17. quia lex hæc non est pœnalis, ut existimat Diana *loc. cit. res.* 4. qui vult ante sententiam esse dividendum, sed ex æquitate procedens. Bonac. *l. c.* 5

Ad naturam vero thesauri ad effectus prædictos requiritur, quod depositio sit ita vetus, ut Dominus pecuniæ non sciatur. Farin. *quæst.* 104. *num.* 19. Peregr. *de Jure fisci.* 6

fisci. lib. 4. tit. 2. Navar. *in man. cap.* 17. *n.* 172. Sixtin. *de Regal. l. c. n.* 8.

7 Thesaurus inventus in fundo vendito, est emptoris, & non venditoris, quamvis enim jus ad thesaurum sit prætio estimabile, tamen cum sit latens, non auget fundi valorem, quia tanti valet fundus, quanti communiter æstimatur, ampliatur conclusio, quamvis emptor sciverit thesaurum absconditum. S. Thom. Bannez. & alii apud Cardin. de Lugo. *de Just. disp.* 6. *quæst.* 11. Laym. *trac.* 1. *cap.* 5. & alii apud Dianam. *par.* 9. *trac.* 5. *res.* 15. Berlich. *par.* 2. *conclus.* 66. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 43. & 44. & probatur ex *L. a Tutore ff. de rei vindic.* qui citat Fran. Aretin. Cagnol. & alios. Socin. *cons.* 48. *n.* 3. *vol.* 4. Bursat. *cons.* 209. *num.* 6. Hotoman. *cons.* 23. *n.* 17. alii ex æquitate volunt esse dividendum inter emptorem, & venditorem. Bart. *in L. quod ff. de eden.* & alii apud Bonac. *de restit. disp.* 1. *quæst.* 3. *p.* 6.

8 Thesaurus inventus in fundo feudali, vel emphyteutico, si fuit inventus ab emphyteuta, vel feudatario, totus est illius sine controversia, si vero fuit inventus a tertio, secundum multos inter inventorem, & emphyteutam est dividendus. Fatin. q. 104. Bursat. *cons.* 209. *lib.* 2. Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *conclus.* 93. Sixtin. *de Regal. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 48. quia qui habet incommoda, commoda quoque sentire debet. *L. secundum naturam. ff. de R. J.* secundum alios pro medietate pertinet ad Dominum directum, & nihil ad emphyteutam. Berlich. *loc. cit.* Harprecht. *in Instit. to.* 2. §. 39. quia thesaurus inventus, tanquam pars illius cedit Domino fundi. *L. si is. ff. de acquir. rer. domin.* Diana. *l. c. res.* 5. putat medietatem thesauri spectare ad Inventorem, & aliam medietatem esse dividendam inter Dominum Directum, & Vasallum. Navar. *l. c.* Molina. *de Just. to.* 1. *disp.* 53. Card. de Lugo *de Just. disp.* 9. *sect.* 11.

9 Thesaurus inventus in fundo dotali secundum dimidiam partem, quæ pertinet ad Dominum, est uxoris quoad proprietatem, & mariti quoad usumfructum. Secundum aliam medietatem est Inventoris. DD. cit. & Diana *l. c. res.* 6. Bonac. & Fatin. *ll. cc.* Navar. *l. c. n.* 173. Sixtin. *de regal. l. c. n.* 49.

10 Inventus a filiofam. de Jure Digestorum est patris. *L. is, qui. ff. de acquir. rer. domin.* ubi gl. & DD. De Jure vero Codicis, quoad proprietatem est filii sicut peculium adventitium. Guidius. *de mineral. lib.* 3. *tit.* 10. *quæst.* 32. Florian. *in L. statuo. ff. de usufr.* & DD. apud Dianam. *l. c. res.* 7.

11 Inventus in fundo majoratus pertinet ad possessorem majoratus, quia illius est Dominus totalis. Gutierrez. *de tutel. par.* 3. *cap.* 26. *ex L. un. C. de thesaur.* Garz. *de expensis. cap.* 22. Diana. *l. c. res.* 10. & Bonac. *l. c.*

12 Thesaurus inventus ab usufructuario in fundo usufructus est dividendus, ac si esset inventus ab alio externo. Garz. *de expens. cap.* 22. *L. fructus. ff. sol. matrim.* Boer. *dec.* 224. Berlich. *par.* 2. *conclus.* 2. Diana *par.* 9. *trac.* 5. *res.* 9. neque refert, quod secundum *L. usufructuarium. ff. de usufruct.* usufructuarius acquirat feras, quæ nullius sunt, si in fundo usufructus illas cœperit, quia hæ fundo non cohærent, sicut thesaurus. Bonac. *loc. cit.* Farin. *quæst.* 107. & thesaurus res a fundo omnino separata est, neque pro fructu naturali, aut industriali, neque pro parte fundi haberi potest. Isern. *in cap. un. n.* 93. *vers. Idem videtur de usufructuario.* Angel. Aret. *in d.* §. *thesauros. num.* 2. *vers. quid si ille.* Sixtin. *l. c. num.* 50.

13 Thesaurus absconditus cum possessione domus non censetur traditus, quia a nemine possidetur. Bich. *dec.* 365. *n.* 4. Purpur. *cons.* 498. *n.* 54. Gomez. *in L. Tauri.* 45. *sub. n.* 60. Socin. *in L.* 3. §. *Neratius. sub n.* 5. *ff. de acquir. possess.*

14 Hactenus dicta procedunt de Jure, sed quid dicendum de consuetudine? Respondetur de consuetudine ferme universali thesaurum inventum esse Principis. Covar. *in reg. peccatum. par.* 3. §. 2. Farin. *quæst.* 104. *n.* 32. Contra quam tamen consuetudinem non immerito invehitur Sylvest. *in summa verb. Inventum.* §. 6. & defendit hanc consuetudinem non obligare in conscientia, quia non fuit introducta per modum Legis, sed violentiæ, nec fuit unquam moribus utentium approbata, nisi violenter, & est contra SS. Canones, qui volunt bona incerta, si restituenda sunt, esse pauperum, & contra Jura civilia, & contra naturalem æquitatem, juxta d. §. *thesauros.* & contra æquitatem naturalem consuetudo nihil potest; cui favent Sotus *de Just. lib.* 5. *quæst.* 3. *art.* 3. Medina *de Just. lib.* 1. *cap.* 4. P. Bardi *in select. moral. lib.* 2. *quæst.* 16. *n.* 6. P. Bannez. apud Dicastillo. *lib.* 2. *de just. trac.* 2. *disp.* 6. *dub.* 15. *a n.* 410. Less. *lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 17. *n.* 66 Trulench. *in explic. Cruciatæ. lib.* 33. *cap.* 14. *n.* 10. qui alios citat. P. Tho. Tamburin. *in præcept. Decal. lib.* 8. *trac.* 3. *cap.* 1. *n.* 34.

TITULUS.

Praxis Titularis, & Tituli.

Titularis pluribus in casibus non tenetur solvere pensionem. Primo quando pensio fuit reservata intuitu oneris injuncti, & pensionarius recusat subire onus *L. alumni ff. de adim. leg.* Bald. *in L. dictum. C. de con. dict. ob caus.* Aym. *cons.* 179. Rota apud Marcs. *lib.* 2. *var. res. cap.* 18. Secundo, quando titularis fecit omnem diligentiam pro habenda possessione Beneficii, & non obtinuit; tunc enim non tenetur solvere, quamvis per plures annos solverit. Marescot. *loc. cit.* Tertio, cum pensio fuit reservata super fructibus Beneficii, qui non potuerunt percipi propter sterilitatem, bellum, vel alium casum fortuitum, licet reservatio fuerit facta cum clausula, ut non possit peti remissio ob casus fortuitos. Felin. *in cap. ad audientiam. de rescript.* Gig. *de pens. quæst.* 62. Rota apud Marescot. *l. c. n.* 8. quia tunc non veniunt casus inexcogitati, & insoliti. Bart. *in L. sed & si quis. ff. si quis caut.* Bald. *cons.* 119. & 145. Alex. *cons.* 28. Rol. *cons.* 45. *lib.* 3. Gail. *lib.* 2. *obs.* 23. Quarto, cum Pensionarius non est Clericus. Quinto, cum pensio fuit extincta per obitum pensionarii. Sexto, cum pensionarius fuit promotus ad Episcopatum; nisi Papa dederit ei Indultum retentionis omnium incompatibilium. Septimo, cum impositio pensionis nullius est valoris. Marescot. *loc. cit.* 1

Titularis solvens pensionem exemptam a Decimis, tenetur reficere, vel sublevare pensionarium solventem Decimam ob derogationem Papæ in impositione Decimæ, quia per illam non favetur Titulari, sed Cameræ Apostolicæ, vide *Pensionarius.* Ob pensionem non solutam, quando incidat in pœnas Bullæ Reservationis. vide *Pensio.* Titulum suæ possessionis allegans, & in eo se fundans, tenetur probare, & aliis pluribus in casibus. Cyriac *controv.* 10. *n.* 1. 2. & 3. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 61. *n.* 16. 2

Titularis potest intentare judicium super nullitate pensionis, sive pro illius reductione agere, quoties fructus Beneficii non sufficiunt pro congrua sua sustentatione. Bich. *dec.* 375. *n.* 14. Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 5. *sub n.* 424. Lotterh. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 42. *n.* 57. 3

Titulus non dicitur justus, imo habetur pro non titulo, quando contractus est nullus. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 76. *cap.* 2. & *quæst.* 78. *cap.* 8. Ciarlin. *controv. for. cap.* 105. *n.* 94. Post *de manut. obs.* 46. Rota apud illum. *dec.* 151. 178. & 182. Ad obtinendam manutentionem necessarius non est. Gonzal. *super reg.* 8. *Canc. gl.* 67. *n.* 41. Lotther. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 8. *n.* 77. Cavaller. *dec.* 8. *nu.* 4. Rota apud Bich. *decis.* 203. *n.* 18. Ad præscribendum vero est omnino necessarius. *L. penult. C. de evict.* Natta *cons.* 14. *num.* 9. & *cons.* 38. *n.* 4. Surd. *cons.* 73. *n.* 52. Bich. *dec.* 30. *n.* 3. 4

Titulus vitiosus elidit probationem immemorabilis, si fuit productus ab eo, qui se fundat in immemorabili, secus si ab Adversario. Bich. *dec.* 285. *n.* 34. 5

Titulus requiritur coloratus in regula de subrogando, sicut in regula de triennali. Bich. *dec.* 198. *n.* 34. & sufficit præsumptus, qui deducitur ex possessione decennali. Cassad. *dec.* 8. *num.* 1. *super reg. Cancell.* Paris. *de resign. lib.* 3. *quæst.* 6. *n.* 74. qui id admittit, quando allegatur ab eo, pro quo dispensatio præsumitur, secus si ab eo negatur. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 62. *n.* 30. Sarnen. *in reg. de subrogandis. quæst.* 16. *n.* 1. 6

Titulus Resignantis non est a Resignatario justificandus, si Resignans fuit possessor triennalis. Achill. de 7

Grass.

Griff. *dec.* 14. *nu.* 3. *de prob.* Seraphin. *dec.* 316. *nu.* 2. Rota apud Bich. *dec.* 286. *num.* 8.

8 Titulorum multiplicatio admittitur in Beneficialibus, adeo ut provisus possit unum titulum obtinere ab Ordinario, alium a Pontifice. *cap. post electionem*. ubi Abb. *de concess. preb.* Lapus *alleg.* 132. Crescent. *dec.* 7. Verall. *dec.* 339. Farin. *dec.* 117. Coccin. *dec.* 47. *num.* 20. Ciarlin. *controv. for. cap.* 41. ubi DD. ad abundantem cautelam, & dubitans de validitate sui tituli, non videtur illi renunciare impetrando alium titulum a superiore. Abb. *in cap. cum olim. de privil.* ut pluribus titulis se possit defendere. Selva. *de Benef. par.* 3. *quæst.* 19. Rota apud Marescot. *l. c.* Felin. tamen id negat, si habens titulum a superiore recurrat ad inferiorem ob ingratitudinem, cui tamen contrarius est Marescot. loco quo supra.

9 Titulus nullus legitimum contradictorem non efficit. Rol. *cons.* 48. *nu.* 12. *lib.* 1. Seraph. *dec.* 256. *nu.* 1. Duran. *dec.* 430. *nu.* 11. cum aliis allegatis. *in Romana Domus.* 4. *Maii.* 1648. §. *quia objectum. coram Bichio.* & idem Bich. *dec.* 559. *num.* 6. suffragatur tamen ad evitandam intrusionem. Rota apud Seraph. *dec.* 1238. *num.* 10. *&* *dec.* 344. *num.* 16. *par.* 5. *recent.* gl. *in cap. fin. ver. inanes. de elect. num.* 6. quam sequitur Aym. *cons.* 18. *num.* 9. Bich. *dec.* 455. *nu.* 29.

10 Titulus, quando est nullus ipso jure, ex illo non probatur bona fides. Surd. *dec.* 45. *num.* 17. *&* *dec.* 179. *num.* 20. *caus.* 115. *sub. nu.* 16. Alex. *cons.* 54. *num.* 10. *lib.* 6. Osasc. *dec.* 160. *num.* 2. *&* 14. Bich. *dec.* 256. *num.* 14. nisi habeat implicitum statum validitatis, donec nullitas declaretur. Rota *dec.* 206. *nu.* 5. *&* 7. impressa apud Cenc. *de censib.*

11 Titulus par facit aliquem legitimum contradictorem, donec exceptio invaliditatis tituli requirens altiorem indaginem examinetur. Argell. *de legit. contradict. quæst.* 2. *num.* 56. *&* 71. *&* *quæst.* 15. *num.* 138. & Menoch. *de adipisc. remed.* 1. *sub. num.* 42. apud quem DD. Bich. *dec.* 667. *num.* 37.

12 Titulus præsumitur ex possessione decennali pacifica. Bich. *dec.* 198. *num.* 31. & triennali subsecuta, & sufficit titulus præsumptus ad effectum regulæ de triennali. Cassad. *dec.* 8. *num.* 1. *&* *per tot. super reg. Cancell.* Sanch. *moral. lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 30. *num.* 4. Bich. *l. c. num.* 36.

TORNEAMENTA.

Praxis Torneamentorum.

1 Torneamentum, quid sit, vide Abb. *in cap.* 1. *de torneam.* sunt prohibita ob mortes, & pericula animarum, quæ ex illis sæpe proveniunt, & quidem sub pœna excommunicationis. Abb. *l. c.* Sylvest. *verb. Torneamentum*, & qui moritur in torneamento, privatur sepultura Ecclesiastica. Samuel. *de sepult. trac.* 2. *disp.* 1. *controv.* 8. *conclus.* 2. *&* 6. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. & *de off. Parochi par.* 3. *cap.* 26. Gratian. *disc. for. cap.* 410. Ventriglia *in praxi rer. notabilium. annot.* 52. *num.* 21. Lim. si moriatur extra locum torneamenti, licet ex vulnere accepto in torneamento, quia cum lex sit pœnalis, est restringenda ad casus expressos tantum, quamvis militet eadem ratio. Lim. 2. quod licet ille, qui moritur, careat Ecclesiastica sepultura, pœnitentia tamen illi non denegetur cum Viatico. Lim. 3. quod illi, qui non pugnandi animo, sed aliis legitimis ex causis ad torneamenta accedit, & in eis occiditur non pugnans, non privatur sepultura Ecclesiastica. Barb. *in cap. ad audientiam. de torneamentis. lib.* 5. *tit.* 13. Covat. *lib.* 2. *var. res. cap.* 1. *num.* 11. Azor. *to.* 3. *Instit. lib.* 2. *cap.* 15. Murga *to.* 2. *trac.* 1. *disp.* 9. *per totum.* & multi alii apud Gonzal. *in lib.* 5. *Decret. tit.* 13. *cap. ad audientiam.* 2. *num.* P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 13. *num.* 2. Nisi tamen fiant cum tali moderamine, ut cesset periculum mortis, quamvis forte raro, & per accidens aliquando sequatur mors, aut grave vulnus infligatur; quia tunc non sunt prohibita. Pirhing. *l. c.* Navar. *in man. cap.* 15. *num.* 9. Azor. *par.* 3. *Instit. lib.* 2. *cap.* 15. *not.* 1. Rodriquez. *to.* 3. *quæst.* 6. *art.* 1. §. 10. occidens vero in torneamentis punitur eadem pœna, qua homicidæ. Hostien. *in sum. de torneam. nu.* 3. Pirhing. *l. c.*

TORTURA.

Praxis Torturæ.

Tortura non potest infligi, nisi constet de corpore 1
delicti. *L.* 1. *ff. ad Syllan.* Clarus *in* §. *fin. quæst.* 64. *num.* 3. Lim. in crimine falsi, hæresis, furti, & adulterii, quæ sunt difficilis probationis. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. Gabr. *lib.* 7. *de malef. conclus.* 17. Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 324. multo minus potest infligi Clerico. Diana *par.* 9. *trac.* 4. *res.* 30. alias torquentes sunt excommunicati. Archid. Genuen. Butr. Anchar. & Abb. *in cap. super eo de sent. excom.* Maran. *de ord. Judic. par.* 4. *dist.* 11. quamvis consuetudo contraria excuset.

Tortura inferri non potest, nisi præcedentibus legi- 2
timis indiciis. *L. unius ff. de quæst.* Abb. *in cap. cum in contemplatione. de R. J.* Clarus. *in* §. *fi. quæst.* 64. *num.* 9. Menoch. *de arb. quæst.* 84. etiam in criminibus exceptis, læsæ Majestatis Divinæ & humanæ. Brun. *de Indic. & tort. quæst.* 5. *par.* 2. Mascard. *de prob. conclus.* 1385. *vol.* 3. Honded. *cons.* 100. *num.* 5. *lib.* 1. Cartar. *in pract. interr. reo. lib* 4. *cap.* 1. *num.* 51. Farin. *de Indic. & tort. quæst.* 37. *num.* 1. *& cons.* 16. *num.* 21. Guazin. *def.* 30. *cap.* 4. *num.* 3. quamvis Judex propriis oculis vidisset aliquem delinquere. Carena *de off. S. Inquisit. par.* 3. *tit.* 10. *a num.* 10. Conciol. *alleg. for.* 84. *num.* 1. *& alleg.* 90. *num.* 2. *& res. crim. ver. Tortura res.* 9. Indicia vero ut sint legitima, & sufficientia ad torturam, debent esse gravia, verisimilia, urgentia, clara, & probabilia, & non sufficiunt levia, dubia, æquivoca, cum agatur de vita hominis. Conciol. *l. c.* & quænam sint sufficientia, & legitima, cum in jure non fuerit expressum, & determinatum, relinquitur arbitrio Judicis. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 13. *sub num.* 3. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 20. *&* *quæst.* 64. *num.* 13. Menoch. *de arb. cas.* 270. *num.* 3. Farin. *de Indic. & tort. quæst.* 37. *a num.* 191. Guaz. *l. c. nu.* 10. Ambrosin. *in proces. inform. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 15. & DD. cit. Et unum indicium non sufficit, sed debent esse plura: de quo vide Conciol. *res. crim. ver. Indicium ad torturam res.* 1. *num.* 3. & ut sufficientia sint, & legitima, debent esse plene, & concludenter probata in suo genere per duos testes, alias tortura esset injusta, & confessio inde extorta nullius valoris. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 22. Cabal. *res. crim. cas.* 193. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. Quæ procedunt etiam in tortura levi. Mascard. *de prob. conclus.* 353. *num.* 14. Farin. *de Indic. d. quæst.* 37. *a num.* 96. aut territione reali, secus in verbali, quæ Judici, qui habet vehementem opinionem, non est prohibita.

Imo tortura neque in atrocissimis inferri potest, nisi 3
præcedant legitima indicia. Rol. *cons.* 12. *num.* 33. *&* 79. *lib.* 1. Clar. *l. c. d. quæst.* 64. Cartar. *l. c. lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 52. Farin. *l. c. num.* 79. & *de hæresi. quæst.* 185. *num.* 121. Honded. *cons.* 107. *nu.* 7. *lib.* 1. Guaz. *l. c. num.* 8. Carena. *d. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 11. *& num.* 118. P. Del Rio. *disquis. mag. lib.* 5. *in* 2. *append. quæst.* 21. quamvis contrarium sentiat Menoch. *de arb. lib.* 1. *quæst.* 84. *num.* 9. & ita practicari Mediolani, ut in atrocissimis irrogetur tortura, etiam legitimis indiciis non præcedentibus, testatur Clar. *in* §. *fin. l. c.* Mascard. *de prob. conclus.* 1385. *nu.* 13. *lib.* 3. & alii apud Conciol. *l. c. nu.* 10. Imo neque Princeps potest jubere, quod Reus torqueatur non præcedentibus indiciis, etsi mandet, Judex illi non teneatur obedire. Gram. *vot.* 32. *num.* 6. Clar. *d. quæst.* 64. Cartar. *l. c. nu.* 53. Farin. *l. c. num.* 74. Tusc. *litt. T. conclus.* 329. Guaz. *l. c. num.* 4. *vers. imo nec etiam.* Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 97. *sub num.* 88. Neque posset Judex inferre torturam non præcedentibus indiciis, quamvis a lege, vel ab homine haberet amplum seu liberum arbitrium in procedendo, & puniendo delicta. DD. supra cit. & Conciol. *l. c. num.* 11. & Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 88.

Lim. primo, quod Reus potest etiam non præceden- 4
tibus indiciis torqueri, si recusat Judici respondere affirmative, vel negative. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 12. *sub nu.* 5. Clarus. *in* §. *fin. quæst.* 45. *vers. sed pone.* ubi Bajard. *num.* 5. Menoch. *de præs. lib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 142. Farin. *l. c. num.* 176. Guazin. *def.* 20. *cap.* 16. *num.*

n. 1. *& cap.* 17. Ambrosin. *in process. inform. lib.* 2. *cap.* 7. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 49. Carena *l. c. n.* 119. Conciol. *l. c. res.* 6. Etiamsi Reus petat dilationem ad deliberandum, an velit respondere affirmative, vel negative, quia dilatio illi concedi non debet. Item licet Reus recuset respondere super circumstantiis, & qualitatibus substantialibus, & concernentibus delictum principale, de quibus verisimiliter debet recordari Judicis arbitrio, quamvis secus videatur dicendum, quando qualitates sunt remotæ a delicto. Clar. *d. quæst.* 45. *vers. sed pone* Cartar. *l. c. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 17. Farin. *l. c. n.* 180. Scaccia. *l. c. n.* 46. *vers. & hæc conclusio.* Guaz. *l. c.* Ambros. *l. c. n.* 12. Lim. 1. in casibus, in quibus Reus pro ipso delicto torqueri non potest, quia tunc si Reus recusat respondere, potest cogi indicta mulcta, aut captis pignoribus. Farin. *loc. cit. nu.* 190. Cartar. *loc. cit. cap.* 2. *n.* 2. Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 49. Guazin. *l. c. defens.* 20. *cap.* 19. Imo etiam sub pœna confessati criminis præcedente tamen monitione, quia contumax habetur pro confesso. DD. cit. contra Scacciam, & Guazin. *ll. cc.* Dummodo tamen adsint indicia sufficientia ad interrogandum Reum.

5 A decreto vero de torquendo pro habenda præcisa responsione admittitur appellatio. Guaz. *def.* 30. *cap.* 1. *num.* 4. Farin. *de Indic. & tort. quæst.* 38. *num.* 12. Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 97. *num.* 83. & *de appellat. quæst.* 17. *limit.* 47. *memb.* 1. *n.* 146. Conciol. *l. c. num.* 15.

6 Lim. 2. ut non habeat locum in custode bonorum, Caupone, & aliis, qui si sunt viles personæ, & malæ famæ, possunt torqueri super furto facto in caupona, seu de bonis, quorum est custos. Farin. *de indic. & tort. d. quæst.* 37. *n.* 16. Carena *de par.* 3. *tit.* 10. *n.* 119. *vers. prout idem.* Conciol. *d. res.* 9. *n.* 17.

7 Lim. 3. in eo, qui simulat furorem, qui potest torqueri. Fab. *in C. lib.* 9. *tit.* 21. *defin.* 1. Carena, & Conciol. *ll. cc.* Item in eo, qui occidit, vel vulneravit aliquem sine ulla causa, quia cum nemo præsumatur delinquere sine causa, oritur verisimilis præsumptio contra eum, quod id fecerit ex mandato alterius, ita ut possit per Judicem interrogari in genere, & etiam torqueri, ut dicat, cujus mandato occiderit. DD. apud Conciol. *loc. cit. num.* 19. *& in verb. mandatum. res.* 4. *num.* 1.

8 Lim. 4. in bannito in contumaciam, qui si compareat ad se defendendum, & purgandum, potest torqueri sine aliis indiciis, ex præsumptione ex banno, & contumacia nota. DD. cit.

9 Torturam inferens indebite, & non præcedentibus indiciis tenetur in syndicatu, & quam pœnam incurrat, præsertim si id fecit de mandato Principis, vide Farin. *l. c. n.* 74. *&* 111. Guazin. *def.* 30. *cap.* 42. Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 97. *sub num.* 181.

Tortura potest inferri etiam ex indiciis levioribus in delictis occultis, & difficilis probationis, cujusmodi sunt furtum, sodomia, falsum, adulterium, venenatio, falsa moneta, delictum nocturnum. Bald. *in L. quicunque* 4. *n.* 25. *C. de serv. fugit. & in L.* 3. *C. de Episcop. aud.* Brun. *de indic. & tort. par.* 2. *quæst.* 5. *num.* 6. Rol. *cons.* 7. *nu.* 5. *lib.* 1. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. *vers.* & ideo Farin. *l. c. a n.* 150. Giurba *cons.* 42. *n.* 16. *& cons.* 87. *n.* 11. Cabal. *res. crim. cas.* 200. *n.* 140. Guaz. *def.* 30. *cap.* 4. *n.* 9. Rota apud Merlin. *dec.* 446. *num.* 8. *to.* 1. Conciol. *l. c. res.* 3. quia in his, quæ sunt difficilis probationis, receditur a regulis Juris ordinariis, & rigorosis, & accipiuntur probationes eo modo, quo haberi possunt. Socin. jun. *cons.* 60. *n.* 5. *lib.* 2. Andreol. *controv.* 6. *n.* 3. P. Grasset. *de nece prodit.* §. 29. *n.* 250. Farin. Clarus, & Giurba *ll. cc.* Et quamvis sufficiant indicia leviora, debent tamen esse legitima. Ofasc. *dec. Pedem.* 79. *num.* 55. Cabal. *l. c. n.* 141. Farin. *d. quæst.* 37. *& cons.* 37. *n.* 15. *lib.* 1. & proxime tangentia delictum. Farin. *cons.* 10. *num.* 31.

§. I.

Alii casus, in quibus Tortura locum non habet.

10 Primo quando veritas per testes, confessionem; vel aliunde haberi potest, tortura non habet locum. Covar. *lib.* 4. *var. res. cap.* 23. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 13. *num.* 20. Clar. *in* §. *fi. quæst.* 64. *num.* 5. Biusfeld. *de confess. malef. fol. mihi* 657. quia tortura est remedium subsidiarium, neque in omni delicto, sed gravi, pro quo pœna mortis, aut corporalis infligitur. DD. cit. Et tunc debet adhiberi cum moderamine pro qualitate delicti, & personæ, indiciorum, & temporis, nec debet esse insolita, sed consueta.

Non potest secundo infligi pro delictis levibus, nisi pro illis sit irroganda pœna corporalis. Clarus *in ff. fi. quæst.* 64. Grillandus *de quæst. & tortura. quæst.* 7. Cabal. *res. crim. cas.* 28. secus in pecuniaria; ne major pœna detur Reo non convicto, dum proceditur ad inquirendam veritatem, quam convicto habita veritate Farin. *de indic. & tort. quæst.* 38. *n.* 6. & *quæst.* 42. *n.* 3. Cartar. *l. c. lib.* 4. *cap.* 1. *a n.* 17. Guaz. *d. def.* 30. *cap.* 3. *n.* 2. Ambros. *de process. inform. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 9. Giurba *cons.* 37. *n.* 110. & *cons.* 14. *n.* 14. Conciol. *l. c. res.* 11. quamvis non desint, qui velint etiam in delictis, in quibus imponitur pœna pecuniaria gravis, aut cum Reus est persona levis magis timens pœnam pecuniariam, quam corporalem, posse inferri torturam. ita Peguer. Foller. & alii apud Conciol. *l. c. num.* 2. & apud Cabal. *res. crim. cas.* 170. Priori tamen sententiæ adhærent Farin. *lib.* 2. *qq. crim. quæst.* 38. Crav. *cons.* 41. vide etiam Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. *n.* 4. 11

Tertio tortura inferri non potest, nisi assignatis prius Reo defensionibus cum termino competente ad illas faciendum cum copia indiciorum &c. *L. unius.* ubi Bart. *ff. de quæst.* Diana *par.* 4. *trac.* 6. *res.* 28. Antonell. *l. c.* Farin. *de indic. & tort. quæst.* 38. *n.* 3. *& quæst.* 39. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 13. *num.* 21. Clar. *in* §. *fi. quæst.* 49. *vers. & hoc adeo.* Guaz. *def.* 30. *cap.* 4. *num.* 16. Antonell. *de tempore legali. lib.* 4. *cap.* 19. *n.* 4 quia defensiones non solum debentur Jure civili, & Canonico, sed etiam de Jure naturali, imo etiam lege Evangelica. Farin. *cons.* 103. *n.* 1. *lib.* 1. Ambros. *l. c. cap.* 1. *n.* 9. Et post decretum torturæ debet ita, ut pendente termino ad appellandum nihil possit innovari. Riccius *in collect. dec.* 1777. *par.* 5. *& dec.* 2263. *part.* 6. Antonell. *de reg. Eccles. l. c.* nisi habuerit terminum cum copia indiciorum ad se defendendum; quia tunc non posset appellari a decreto torturæ, sed ea non obstante poterit torqueri, nisi indicia purgaverit. DD. apud Locatell. *de quæst. Jud. inspect.* 5. Antonell. *l. c.* quæ procedunt etiam in delictis atrocissimis. DD. apud Farin. *de ind. & tort. quæst.* 39. *n.* 41. Conciol. *l. c. n.* 7. contra Bajard. ad Clar. *quæst.* 64. *n.* 87. Merlin. *controv. for. cent.* 2. *cap.* 33. *n.* 11. Etiamsi Judex haberet plenum, & liberum arbitrium procedendi absque alia solemnitate, quia talis facultas repugnat juri naturali. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 77. *num.* 1. *& quæst.* 18. *num.* 5. Cartar. *d. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 167. Bursat. *cons.* 201. *n.* 95. *lib.* 2. Farin. *l. c. quæst.* 39. *n.* 15. *& de testib. quæst.* 72. *n.* 98. *&* 99. Guaz. *def.* 21. *cap.* 1. *nu.* 4. Ambros. *de process. inform. lib.* 3. *cap.* 1. *a num.* 10. Nisi ageretur contra notorios delinquentes diffamatos, grassatores, assassinos facinellos, & alios scelestissimos homines. Grammat. *cons. crim.* 64. *nu.* 4. *& voto* 3. *num.* 24. Rol. *cons.* 12. *n.* 88. *lib.* 4. Ofasc. *dec. Pedem.* 79. *num.* 19. Bursat. *l. c. num.* 101. Farin. *de testib. quæst.* 71. *n.* 99. Guazin. *d. def.* 21. *cap.* 1. *n.* 6. Bajard. ad Clar. *quæst.* 49. *in* §. *fin. num.* 54. Ambros. & Conciol. *ll. cc. n.* 9. Et confessio extorta per torturam non assignatis defensionibus illatam, non valet cum omnibus inde secutis. Clem. *Pastoralis* 2. ubi gl. & DD. communiter. *de re jud.* Vulpel. *cons.* 21. *n.* 6. Farin. *de Ind. & tort. quæst.* 39. *n.* 84. Guaz. *def.* 24. *cap.* 3. *in fi. & def.* 29. *cap.* 4. *n.* 3. 12

Lim. conclusio in teste, qui ob mendacium, variationem, & similia etiam defensionibus non assignatis, nec data indiciorum copia torqueri potest. Angel. *de malef. in ver. fama publica num.* 40. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 25. *vers. solet dubitari. num.* 10. ubi Bajard. *n.* 6. Guaz. *def.* 19. *cap.* 13. *n.* 4. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 100. *num.* 16. Giurba *cons.* 23. *n.* 14. Carena *d. par.* 3. *tit.* 10. *n.* 159. quod tamen procedit tantum, quando testis torquetur propter mendacium, aut variationem, de quo testis convincitur ex suo proprio dicto, & ex propria confessione, contra quam probabiliter nihil deduci potest. Secus vero si de mendacio 13 testis

testis constaret aliunde, uti per testes deponentes, illum fuisse præsente delicto, & ipse id negaret, quia tunc testi denegari non debet defensio, si contra testes, aut eorum personas excipere velit. Farin. *l. c. n.* 148. Guazzin. *l. c.* & alii apud Conciol. *l. c. ref.* 5. *n.* 2. contra Scacciam *lib.* 1. *cap.* 100. *a n.* 16. & alios.

14 Si vero Judex vult torquere testem, quia est vilis, criminosus, infamis &c. debet prius negotium discutere cum Procuratoribus, & Advocatis, an resultet talis nota & infamia. Farin. *l. c. num.* 150. Guaz. *def.* 19. *cap.* 15. *num.* 6. & alii apud Conciol. *l. c. num.* 4. nisi de tali qualitate constaret Judici ex confessione ejusdem testis, aut constaret notorie ex actis.

15 Tortura tamen testis debet esse levis, & non est repetenda. Bald. *in L. fi. nu.* 1. *C. de quæst.* Cartar. *d. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 45. Cabal. *ref. crim. cas.* 170. *n.* 22. Farin. *de Ind. & tort. quæst.* 42. *n.* 20. & *cons.* 83. *n.* 57. *lib.* 1. Giurba *cons.* 23. *nu.* 14. Guaz. *def.* 19. *cap.* 13. *num.* 1. *& seq* & alii apud Conciol. *l. c. num.* 6. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 86. *n.* 57. sicut etiam Rei, cum interrogatur de complice. Et ex processu inform. tantum semel est inserenda. Cartar. *l. c.* Farin. *l. c.* Guazzin. *d. def.* 30. Ciarlin. *controv. for. cap.* 181.

§. II.

Quibus Personis possit, vel non possit inferri Tortura?

16 Dicendum, quod omnibus potest inferri exceptis illis, qui expresse a jure prohibentur. Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 13. *n.* 3. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. *vers. ubi subsint.* Cartar. *d. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 47. Fachin. *de Indic. & tort. quæst.* 41. Ambros. *l. c. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 11. Carena *d. par.* 3. *tit.* 10. *num.* 125. & alii apud Conciol. *ref. crim. verb. Tortura. ref.* 1. Prohibentur vero torqueri

17 Primo minores quatuordecim annis, juxta *L. de minore* 10. *ff. de quæst.* & *in L.* 1. §. *Impuberi. ff. ad Syllan.* Gomez. *l. c. num.* 3. Clar. *l. c. num.* 25. Cartar. *l. c. n.* 49. Farin. *l. c.* Guazzin. *defens.* 30. *cap.* 11. *num.* 1. & minoris confessio extorta per torturam non valet, quamvis fuerit ratificata. Carena *l. c. num.* 138. quod tamen non procedit in causa hæresis. Carena *l. c.* Del Rio *disquis. magic. lib.* 5. *sect.* 9. *vers. quoad personas.* & Diana apud Conciol. *l. c. numer.* 2. qui tamen minor, si est proximus pubertati, potest terreri, ferula cædi, & alio genere tormentorum, uti sibillorum torqueri. Gomez *d. to.* 3. *cap.* 1. *num.* 67. *& cap.* 13. *num.* 4. Clar. & Cartar. *ll. cc.* Infans vero neque potest terreri, aut ferula cædi. DD. supra cit. & Conciol. *l. c. num.* 4.

18 Secundo mulier prægnans torqueri non potest, propter partus periculum. *L. prægnantis.* 3. *ff. de pœn.* Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 13. *num.* 3. *&* 37. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. *num.* 22. ubi Bajard. *num.* 76. Pacian. *de prob. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. Farin. *de Indic. & tort. quæst.* 41. *num.* 78. Guaz. *def.* 30. *cap.* 14. *n.* 1. quamvis fætus non esset animatus, & si mulier ita indebite torta delictum confiteretur, confessio illi nihil noceret. Et asserens se gravidam, debet visitari per peritos. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *numer.* 144. Giurba *cons.* 8. *n.* 10. Conciol. *ref. crim. in verb. Tortura. ref.* 1. *num.* 5. & non tantum non potest torqueri, sed neque terreri territatione reali ob periculum abortus. Gomez. *l. c. num.* 4. Farin. *l. c. n.* 84. *&* 108. Guaz. *def.* 30. *cap.* 14. *vers. nec etiam.* Carena & Conciol. *ll. cc.* Imo neque post partum torqueri potest nisi elapsis quadraginta diebus, ne ob debilitatem moriatur. Gomez *l. c. n.* 3. Clar. *l. c. n.* 22. Farin. *l. c. num.* 79. Pacian. & Guazin. *ll. cc.*

19 Tertio torqueri non possunt Advocati & Doctores ratione Dignitatis. Boss. *in pract. tit. de Indic. n.* 111. Clarus *l. c. vers. quæro an Doctores.* Gomez *l. c. nu.* 3. Farin. *l. c. n.* 37. Cartar. *in pract. interr. reo. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 49. Guaz. *def.* 30. *cap.* 17. *n.* 6. Carena *l. c. n.* 126. quod tamen de consuetudine non servatur, secundum quam Doctores præcedentibus legitimis indiciis indistincte torquentur. Decian. *crim. lib.* 7. *cap.* 46. *nu.* 2. Cartar. *l. c.* Bajard. Clar. *quæst.* 64. *n.* 62. præsertim in delictis gravibus. Farin. *loc. cit. d. quæst.* 41. *n.* 54. *&* 56. secundum quem etiam præcisa consuetudine in gravioribus Doctores torquentur, dummodo indicia sint aliquanto graviora, quam in aliis Reis. Guaz. *l. c.* Imo hanc consuetudinem non valere defendunt non pauci apud Farin. *quæst.* 41. *num.* 55. *&* 56.

Quarto obsessi a Dæmone torqueri non possunt. Gomez. *l. c. num.* 13. Clarus *in* §. *fi. l. cit. vers. non etiam.* Farin. *d. quæst.* 41. *n.* 22. Carena *l. c. n.* 146. Ruginell. *pract. quæst. cap.* 38. Conciol. *l. c. num.* 11. 20
Neque senes decrepiti torqueri possunt, aliter confessio eis non noceret. DD. cit. Calvin. *de æquit. lib.* 1. *cap.* 93. *num.* 13. Cyriac. *controv.* 106. *num.* 17. Diana & alii apud Conciol. *l. c. n.* 12. dummodo sit decrepitus puta, septuaginta annorum, quo tempore incipit decrepitas, non autem senes minores septuaginta annis, si sunt robusti, & non valetudinarii, aut debilis complexionis. DD. cit. & Conciol. *l. c. n.* 14. Porro decrepitus quamvis torqueri non possit, potest tamen terreri instar Impuberum. Clar. Gomez. Grillan. & Farin. *ll. cc.* apud Conciol. *l. c. num.* 15. contra Bertazol. *cons.* 102. *num.* 5. *&* 6. & ibi Adden. Farin. sibi contrarius. *d. quæst.* 41. *num.* 29. *in fi.* Guaz. *def.* 30. *cap* 12. *num.* 5. *vers. quod tamen.* Fab. *in C. lib.* 2. *tit* 21. *defin.* 6. Caren. *l. c. num.* 43.

Quinto Clerici torqueri non possunt juxta Angel. *de malef. in verb. quod fama publica. num.* 102. *vers. Item Clericus.* Carter. *in pract.* 2. *trac. de Indic. & tort.* §. *circa tertium. num.* 26. Cæval. *commun. contra comm. quæst.* 619. *num.* 2. Contrarium tamen defendunt Alciat. *in cap.* 1. *sub numer.* 43. *de off. ordin.* Boss. *in pract. tit. de indic. num.* 103. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. *vers. sed an Clerici.* præsertim in criminibus gravioribus. Decian. *crim. lib.* 7. *cap.* 46. *num.* 3. Farin. *l. c. d. quæst.* 41. *a num.* 2. Dummodo contra illos graviora præcedant indicia, quam contra alios. Guazzin. *def.* 30. *cap.* 10. Cabal. *ref. crim. cas.* 84. Sperel. *dec.* 18. *n.* 11. *par.* 1. Conciol. *l. c. nu.* 18. Tusc. *litt. I. conclus.* 328. *nu.* 23. Cyriac. *controv.* 605. *n.* 29. & hæc videtur verior, & communior. Add. & Conciol. *n.* 19. 21

Sexto infirmi, & valetudinarii torqueri non possunt, si morbus est talis, quod Reus torturam pati non possit sine periculo vitæ, & corporis. Ludovic. *de. Lucun.* 13. *num.* 52. Farin. *de indic. & tortur. quæst.* 41. *n.* 39. in quo standum est dicto peritorum, & Medicorum. *& cons.* 99. *n.* 24. *lib.* 1. Guaz. *l. c. cap.* 16. uti patiens exsudationem venæ, laborans morbo gallico, patiens defectum anhelitus, habens febrim tertianam, aut quartanam: Giurba *cons.* 8. *a n.* 5. Cyriac. *d. controv.* 106. *n.* 17. 22

Septimo Nobiles magna nobilitate, Decuriones, & officiales durante officio Clar. *l. c. quæst.* 64. Guaz. *l. c. cap.* 10. *a num.* 11. Farin. *de Ind. & tor. d. quæst.* 41. Tusc. *litt. T. conclus.* 328. Carena *l. c. n.* 126. qui torqueri non possunt nisi consulto Principe, aut in crim. læsæ Majestatis Divinæ, vel humanæ, & in crimin. exceptis. Pegna *in direct. par.* 3. *commu.* 110. Farin. *l. c. n.* 100. *& de hæresi quæst.* 185. *n.* 125. Guazzin. *l. c. cap.* 18. *n.* 4. Vulpel. *cons.* 141. *n.* 11. Carena *l. c. num.* 136. Cyriac. *controv.* 435. *n.* 59. 23

In casibus vero, in quibus Reus, vel propter dignitatem personæ, ætatem, aut aliud impedimentum torqueri non potest, contra quem adsunt indicia legitima ad torquendum, potest condemnari in pœnam extraordinariam, vel exilii, ne remaneat impunitus. Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 12. Farin. *d. quæst.* 41. Cabal. *ref. crim. cas.* 288. *num.* 19. Guazzin. *def.* 20. *cap.* 18. *num.* 6. Bajard. ad Clar. *d. quæst.* 64. *num.* 72. Fachin. *controv. Jur. lib.* 1. *cap.* 29. & *cons.* 63. *num.* 13. *lib.* 2. Conciol. *l. c. ref.* 8. *num.* 1. 24

§. III.

Quo tempore infligenda tortura, & quibus suffragetur?

Tortura non potest inferri diebus feriatis in honorem Dei etiam stantibus legitimis indiciis, juxta *L. dies festos.* 10. *& L. Provinciarum* 9. *L. quadraginta* 6. *& L. actus.* 8. *C. de fer. & L. nemo* 3. *C. de Episc. aud.* Clar. *in* §. *fi. quæst.* 64. *vers. quæro an tortura.* Farin. *de indic.* 25

indic. & tort. quæst. 38. *num.* 107. Guaz. *def.* 30. *cap.* 4. *in fi.* Cabal. *res. crim. cas.* 227. *num.* 16. Danza *de pugna Doctorum. to.* 2. *de off. deleg. cap.* 3. *num.* 2. quia in diebus ferialibus in honorem Dei debent silere omnes actus judiciales. Jura, & DD. cit. non obstante consuetudine contraria, quam approbat Cabal. *l. c. nu.* 11. sed improbant Clar. *in d. quæst.* 64. Farin. *d. quæst.* 38. *num.* 107. Guazzin. *d. cap.* 4. & Conciol. *l. c. res.* 21. *num.* 3.

26 Lim. 1. in delictis enormibus, & gravibus, in quibus Judex potest Reum torquere etiam diebus feriatis in honorem Dei juxta Farin. Clar. & Guazzin. *ll. cc.* apud Conciol. *l. c. num.* 4. Imo ratione gravitatis criminis potest Reus suspendi, vel capitali supplicio affici in die feriato in honorem Dei veluti insignis latro. Cabal. *res. crim. cas.* 227. *a nu.* 28. qui hoc extendit etiam ad delicta leviora. Guaz. *def.* 38. *cap.* 5. *num.* 1. Bald. Castr. & alii *in d. L. Provinciarum.* 9. *C. de fer.* Conciol. *l. c. num.* 4. *vers. amplia.* Brun. *de indic. & tor. par.* 2. *quæst.* 5. Clar. *l. c.* Boer. *dec.* 259.

27 Tortura illata principali, qui fuit negativus, suffragatur etiam illis, qui sunt imputati de auxilio, ope, vel favore, ita ut purgatis indiciis contra principalem, intelligantur etiam purgata indicia circa accessoria ad favorem aliorum. Decian. *cons.* 93. *num.* 117. *lib.* 2. Sim. de Præt. *cons.* 64. *num.* 13. Menoch *de arbitr. cas.* 351. *num.* 12. Bajard. ad Clar. *quæst.* 88. *num.* 6. Guaz. *def.* 10. *cap.* 18. *& def.* 30. *cap.* 40. *num.* 1. *vers. quæ opinio.* Giurba *cons.* 87. *num.* 4. ubi enim non peccavit principalis, non potest dici peccasse accessorium. Barr. *cons.* 199. *par.* 1. Crav. *cons.* 319. *numer.* 12. Farin. *de inquis. quæst.* 4. *num.* 3. *&* 4. Mar. Anton. *res.* 26. *nu.* 10. *lib* 3. Giurba *l. c.* Conciol. *l. c. res.* 10. Et tortura illata socio criminis, qui in illa permansit negativus, purgat indicia non solum contra ipsum, sed etiam contra complices illius. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 43. *num.* 10. *& cons.* 161. *lib.* 2. Giurba *d. cons.* 87. *numer.* 4. & ita tortura illata mandatariis, prodest etiam mandanti, si illi in tortura fuerunt negativi. *L.* 1. §. *si quis ultro. ff. de quæst.* Farin. *cons.* 130. *numer.* 14. *lib.* 2. Giurba *l. c. num.* 4. Vermigl. *cons.* 35. *num.* 4. Conciol. *l. c. num.* 4.

28 Tortura cum est infligenda Patri, & filio pro eodem delicto, debet inchoari a filio in conspectu patris. Gandin. *de quæst.* 11. Bajard. ad Clar. *d. quæst.* 64. *num.* 91. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 1. *numer.* 18.

§. IV.

De Torturæ effectibus.

29 Tortura est theriaca infamiæ, & sanat omnes illius defectus, secus si tortus patitur alios defectus. Cravetta *cons.* 6. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 81. *numer.* 7. Cephal. *cons.* 540. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44.

30 Tortura secundum aliquos purgat legitimas probationes, etiam confessionem secundum Boss. Marsil. & alios apud Fachin. *lib.* 9. *controv. Juris. cap.* 6. qui tamen contrarium tenet, quoad pœnam extraordinariam. Antonell. *l. c.* contrarium est communius. Conciol. *res.* 14.

31 Non purgat perjurium. Dec. *cons.* 189. Rol. *cons.* 16. Farin. *cons.* 99. Ciarlin. *controv. for. lib.* 2. *cap.* 181. *num.* 14. neque plures defectus, & inhabilitates. Bursat. *cons.* 201. Farin. & Ciarlin. *ll. cc. numer.* 26. Purgat omnia indicia etiam indubitata. Clar. *in §. fi. d. quæst.* 64. Farin. *in prax quæst.* 4. *&* 40. Guaz. *ad Defens. Reorum par.* 2. *defens.* 1. Ciarlin. *controv. for. lib.* 2. *cap.* 181. *num.* 71.

32 Non potest purgare nisi unum defectum testis, & ideo si plures fuerint defectus in teste eodem, nihil probabit. Farin. *l. c. quæst.* 43. Ciarlin. *cap.* 10. *num.* 122. Rol. *cons.* 3. *num.* 48. *lib.* 3. Honded. *cons.* 100. *num.* 37. *lib.* 1. Cravetta *cons.* 6. *num.* 54. Farin. *cons.* 10. *num.* 12. *& cons.* 11. *num.* 12. *& de indic. & tort. quæst.* 43. *num.* 178. & *de test. quæst.* 62. *num.* 382. Guaz. *def.* 30. *cap.* 40. *nu.* 13. Vermigl. *cons.* 36. *nu.* 17. *& cons.* 33. *nu.* 19. Conciol. *l. cit. res.* 15. Bursat. *cons.* 239. *n.* 42. *lib.* 2. & DD. cit. contra Bajard. ad Clar. *quæst.* 24. *num.* 128. qui dicit contrarium servari de consuetudine, quam tamen consuetudinem negat Farin.

Tortura non purgat defectum perjurii in criminalibus 33
ita ut quamvis perjuri testes fuerint torti, non faciant indicium neque ad inquirendum, quia tortura non purgat infamiam testis. Rol. *cons.* 16. *num.* 10. *lib.* 1. Tob. Non. *cons.* 99. *a num.* 5. Mascard. *de prob. conclus.* 1108. *num.* 7. *lib.* 3. Honded. *cons.* 100. *num.* 38. *lib.* 1. Farin. *de testib. quæst.* 62. *num.* 193. Guaz. *def.* 19. *cap.* 16. *num.* 15. & *def.* 30. *cap.* 40. *num.* 15. Conciol. *l. c. res.* 15. quamvis Boss. *in pract. tit. de indic. num.* 156. & Farin. *cons.* 10. *num.* 10. *lib.* 1. dicant contrarium servari de consuetudine apud Conciol. *l. c. num.* 6.

§. V.

Torturæ Miscellanea.

Quæres 1. quanto tempore Reus indiciatus possit de- 34
tineri in tortura? Dicendum non posset detineri ultra horam, quamvis crimen sit gravissimum. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 38. *num.* 54. Adden. *ad Ambros. in proces. inform. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 4. Cartar. *in pract. interr. reo. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 113. Ambros. *in proces. infor. lib.* 4. *cap.* 3. Guaz. *def.* 21. *cap.* 1. *num.* 5. *& def.* 30. *cap.* 22. *num.* 6. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 20. *num.* 171. Conciol. *l. c. res.* 16. Conclusio stero procedit in tortura, quæ infertur Reo cum corda, non vero in tormento vigiliæ, equi, vel capræ, in quo Reus detinetur per quinque, vel etiam decem horas Jud. arbitrio etiam per longius tempus. Ferin. *d. quæst.* 38. *num.* 17. quæ tamen tortura, seu potius tormentum non adhibetur nisi in atrocissimis. DD. cit. ut supra, & Conciol. *l. c. num.* 2.

ad sciendum vero Complices aut Receptatores, Reus 35
non debet torqueri ultra mediam horam. Farin. *cons.* 10. *num.* 21. Cartar. *l. c.* Guaz. *def.* 21. *cap.* 1. *nu.* 4. Conciol. *ut supra nu.* 3.

Rei non sunt omnes æqualiter torquendi, quamvis 36
adsint legitima indicia, sed aliqui levius, aliqui gravius, juxta qualitatem personarum, delicti, & indiciorum, ex processu resultantium, in quo non adest certa regula, sed totum relinquatur Jud. arbitrio. *L. quæstionis modum.* 7. ubi DD. *ff. de quæst.* Menoch. *de arb. cas.* 271. Clar. *in §. fi. quæst.* 65. *vers. nunc de grad.* Cartar. *l. c. num.* 112. Farin. *d. quæst.* 38. *num.* 33. Guaz. *def.* 30. *cap.* 4. *num.* 24. *& cap.* 20. *nu.* 2.

Neque est inferenda nisi post octo, vel decem ho- 37
ras a sumpto cibo. Cartar. *l. c. num.* 78. Farin. *l. c. n.* 32. Ambros. *in process. inform. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 30. Guaz. *def.* 30. *cap.* 4. *num.* 20. alias si evenirent accidentia non prævisa in tortura, Judex teneretur in syndicatu. Conciol. *l. c. num.* 5. Neque debet adhibere novum genus tormenti, sed consuetum secundum consuetudinem loci. Cartar. *l. c. num.* 7. Farin. *d. quæst.* 38. *num.* 56. Guaz. *def.* 30. *cap.* 21. *num.* 1. Carena *l. c. num.* 164.

Quæres 2. si homicidium fuit commissum a pluri- 38
bus in rixa, & ignoretur, quis vulneraverit, aut occiderit, an possint omnes rixantes torqueri ad eruendam veritatem? Respondetur affirmative. Ita Menoch. *de arbitr. cas.* 362. *sub num.* 20. Bajard. ad Clar. *in §. homicidium. num.* 122. Cartar. *de execut. sententiæ capto bannito. cap. fi. num.* 246. Farin. *de pœnis temper. quæst.* 96. *num.* 89. Cabal. *res. crim. cas.* 192. *a num.* 13. Calvin. *de æquit. lib.* 6. *cap.* 130. *num.* 25. *&* 26. Conciol. *res.* 7. Et tunc Judex debet incipere torturam a magis suspecto, nempe ab illo, qui est malæ vitæ, & solitus committere similia. Boss. *in pract. tit. de homicid. num.* 28. Cartar. *l. c. num.* 248. Bajard. ad Clar. *in §. Homicidium.* Cabal. *res. crim. cas.* 292. *num.* 14. si vero homicidium fuit commissum in domo, an omnes de domo torqueri possint ad eruendam veritatem, late disputat Farin. *de ind. & tort. quæst.* 52. *num.* 68. & *de pœn. temper. quæst.* 96. *a num.* 82.

Quæres 3. an Tortura possit inferri in pœnam? Re- 39
spondetur affirmative. ita Riccius *in prax. pœnar. res.* 320. Honded. *cons.* 100. Natta *cons.* 298. Clar. *in §. fi. quæst.* 28. & hæc irrogat infamiam; non vero illa, quæ infertur ad eruendam veritatem. Vide *Socius Criminis.*

Quæres 4. an tortura habeat etiam locum in delictis 40
Ecclesiasticis in quibus imponitur pœna excommunica-
tionis,

tionis, aut depositionis? Respondetur affirmative, quia æquiparantur pœnæ mortis, & relegationis. Riccius *in prax. for. Eccles. par.* 2. *res.* 414. Antonell. *de reg. Eccles. lib* 6. *cap.* 44. *num.* 5. apud quem vide Vulp. *in prax. Jud. cap.* 46. *num.* 13. Locatel. *quæst. Jud. inspec.* 5. *num* 19.

41 Quæres 5. An tortura habet locum, quando unicum dumtaxat exstat indicium? Respondetur cum distinctione, quod si hoc indicium sit proximum veluti unus testis de visu, confessio extrajudicialis, Res reperta apud Reum præsumptum, posse inferri torturam; Clar. *in* §. *fin. quæst.* 84. Binsfel. *de confes. Malef. memb.* 2. *fol. mihi* 296. ita si adsint duo indicia levia, quæ faciunt indicium sufficiens. Idem *l. c.* Quando tamen ex dicto unius testis omni exceptione majoris deponentis de delicto non potest Reo inferri tortura, si est bonæ famæ, sed requiruntur etiam alia indicia. Diana *par.* 4. *trac.* 6. *res.* 6. Antonell. *l. c.*

42 Quæres 6. Coram quo fieri debeat tortura? Respondetur debere fieri coram judice, & Notario. Diana *par.* 4. *trac.* 6. *res.* 17. Locatell. *de quæst. Jud. inspect.* 5. *n.* 104. Menoch. *de arb. cap.* 340. *n.* 13. Farin. *de Judic. & tort. quæst.* 37. *n.* 145. Antonell. *de reg. Eccl. lib.* 6. *cap.* 44. *n.* 10.

43 Quando vero dubitatur, an sit locus Torturæ, Judex debet pronuntiare, non esse locum torturæ, quia semper debet inclinare in mitiorem partem. Cabal. *res. crim. cas.* 200. *num.* 145. Guaz. *def.* 29. *cap.* 2. *nu.* 4. Giurba *cons.* 42. *n.* 8. Cyriac. *controv.* 106. *n.* 55. Carena *de off. S. Inquis. par.* 3. *tit.* 10. *n.* 24. Conciol. *l. l. verb. Judicium. res.* 10. *n.* 3. & *verb. Tortura. res.* 18. Et idem est dicendum de repetitione torturæ. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. *vers. hac autem omnia.* Farin. *de indic. & tort.* 9. *quæst.* 38. *n.* 89. Cartar. *d. lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 128. Guaz. *def.* 30. *cap.* 23. *num.* 2.

44 Quæres 7. an tortura semel illata possit. Amplius repeti? Conclusio est negativa. Decian. *cons.* 93. *n.* 135. *lib.* 2. Farin. *d. quæst.* 38. *n.* 72. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 13. *sub num.* 26. Cartar, *l. c. num.* 123. Cæval. *comm. contra com. quæst.* 618. *num.* 6. Guaz. *d. defens.* 30. *cap.* 23. Rota apud Merlin. *dec.* 446. *numer.* 9. *to* 1. Conciol. *res.* 12. *in verb. Tortura.* & confessio extorta ex repetitione torturæ, quæ repeti non debebat, non valet, nec confitenti præjudicat. Gomez. *l. c. num.* 25. *vers. tertio infero.* Farin. *l. c. num.* 78. Guaz. *l. c.* Conciol. *l. c. num.* 2. Conclusio procedit etiam in testibus, contra quas tortura non est repetenda, nisi gravia supervenerint indicia. Bursat. *cons.* 216. *num.* 115. *lib.* 2. Bajard. ad Clar. *in* §. *fin. quæst.* 25. *num.* 33. Guaz. *def.* 19. *cap.* 13. *num.* 7. Giurba *cons.* 23. *num.* 23. *n.* 14. Lim. 1. si post illatam torturam supervenerunt nova indicia, re tamen, & substantia a primis differentia. *L. unius.* §. 1. *ff. de quæst.* Locatel. *de quæst. jud. inspect.* 5. *num.* 70. Antonell. *de reg. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. §. 2. *num.* 21. Menoch. *de arb. cas.* 272. *n.* 7. Clar. *l. c. num.* 65. Cabal. *res. crim. cas.* 93. *nu.* 43. Gomez *d. cap.* 13. *n.* 26. Farin. *d. quæst.* 38. *nu.* 90. Guaz. *l. c. n.* 8. *cap.* 23. Caren. Ambros. Diana, & alii apud Conciol. *l. c. num.* 4. quia priora indicia, uti purgata per torturam, non sunt amplius consideranda. Vinc. de Franch. *dec.* 577. & dummodo indicia supervenientia sunt pariter urgentia, imo urgentiora primis. DD. apud Clar. *in d.* §. *fin. quæst.* 64. *vers. ultimo videndum.* Cartar. *l. c.* Farin. *l. c.* Guaz. ut supra. Conciol. *num.* 7. Antonell. *l. c. d. n.* 21. Lim. 2. si Reus vigore primorum indiciorum non fuit sufficienter tortus, sed tantum leviter, quia tunc potest repeti tortura. Farin. *l. c. num.* 79. Clarus *l. c.* Ambros. *in process. inform. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 5. Guaz. *d. def.* 30. *cap.* 23. *num.* 9. Carena *l. c. num.* 154. Conciol. *l. c. num.* 8. Antonell. *l. c. num.* 21. *vers. potest similiter.* qui citat Locatell. *d. inspect.* 5. *num.* 54. Riccium *in collect.* 574. *par.* 3. quando vero Reus dicatur leviter tortus, & ideo non purgasse omnia indicia, remittitur Judicis arbitrio, quia non est in jure definitum, qui debebit considerare qualitatem delicti, & indiciorum, fortitudinem, & debilitatem Rei torti. Farin. *l. c. num.* 77. Menoch. *de arbitr. cas.* 273. *num.* 6. Cartar. *l. c. num.* 119. Ambros. *l. c. num.* 2. Adden. ad Guazzin. *def.* 30. *cap.* 23. *nu.* 2. & alii apud Conciol. *l. c. num.* 9. Lim. 3. quia repetitio torturæ fieri non debet eadem die, sed separatis, & interpolatis diebus. Farin. *l. c. num.* 103. ubi dicitur, quod Judex in decreto depositionis Rei a priori tortura debet apponere clausulam. *Animo continuandi torturam.* Carena *l. c. n.* 154. Antonell. *de temp. leg. lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 30. Et advertendum, quod tortura non sit repetenda, nisi per secundam vicem, & non ulterius. Bursat. *cons.* 201. *n.* 87. *lib.* 2. & *cons.* 326. *num.* 8. *vol.* 3. Rim. jun. *cons.* 395. *num.* 42. *lib.* 4. Farin. *l. c. n.* 106. Guaz. *l. c. n.* 2. Conciol. *l. c. num.* 11. contra Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. *n.* 21. *vers. potest similiter.* & *n.* 22. qui citat Boss. Riccium, & Ambros. volens posse repeti etiam tertia vice, quod etiam concedit Conciol. *l. c. n.* 11. quando indicia sunt urgentissima cum Farin. & aliis; & ita possunt conciliari DD. in specie contrarii. Lim. 4. conclusio, quando indicia sunt urgentissima, & gravissima; quia tunc cum per primam torturam non censeantur purgata, potest repeti, etiam aliis indiciis non supervenientibus. Bart. *in L. unius.* 18. §. 1. *num.* 2. *ff. de quæst.* Clar. *loc. cit. vers. debet igitur.* Farin. *loc. cit. numer.* Guazzin. *l. cit. numer.* 2. Carena *l. c. num.* 154. Rota apud Merlin. *dec.* 446. *numer.* 9. *par.* 1. Lim. 5. conclusio, ut non habeat locum, quando Reus confessus est in tortura, & ductus ad ratificandum die sequenti recusat ratificare; quia tunc potest uti varius ex præcedenti confessione iterum torqueri. Conciol. *res. crim. in Verb. Confessio. res.* 1. & *in Verb. Tortura. res.* 12. *n.* 15.

Tortura repetita indebito modo, non servato juris ordine, & tempore, est injusta, & confessionem reddit nullam. Farin. *de ind. & tort. quæst.* 39. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. Ciarlin. *controv. for. cap.* 181. *cit.* 45

Tortus sufficienter non potest iterum torqueri. Ciarlin. *controv. for. cap.* 10. Cartar. & Guazzin. *ll. cc.* Et si fuit tortus prima, & secunda vice, ac constanter negat, non est amplius torquendus, quia per primam, & secundam torturam fuerunt purgata omnia indicia etiam gravissima. Simanca *de viol. Relig. tit.* 52. Cartar. *l. c. n.* 17. Farin. *quæst.* 38. *n.* 106. Ciarlin. *l. c.* secus si Reus modo negavit delictum, modo fassus est. Binsfeld. *de confess. malef. fol. mihi* 666. Gomez. *to.* 3. *var. res. cap.* 3. *n.* 26. Antonell. *de reg. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. §. 2. *a n.* 23. 46

Tortus leniter, & insufficienter, potest iterum torqueri, ut sufficienter torqueatur. Bald. *in L.* 2. *C. quor. appell. non recip.* Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. Menoch. *de arb. cas.* 272. & hæc tortura non dicitur nova tortura, sed potius continuatio torturæ, quia plures sunt gradus torturæ, & a levioribus ad majores, & graviores est procedendum. Binsfeld. *loc. cit. fol.* 664. 47

Tortus, si in tortura fuit confessus delictum, & dein ductus ad ratificandum negat, potest repeti tortura, quamvis nova indicia non supervenerint. Bart. *in L. unius. ff. de quæst.* Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 13. *n.* 25. *& seqq.* Blancus *in indic. num.* 219. Clar. *in* §. *fi. lib.* 5. *quæst.* 21. in infinitum tamen non est procedendum, sed tertio ad summum secundum aliquos juxta superius dicta, confessus, & revocans non potest amplius torqueri. Put. *de syndic. in verb. Tortura.* Carrer. *in pract. crim. n.* 194. Binsfeld. *fol.* 672. Et si indicia fuerunt multum urgentia, & indubitata, potest Reus condemnari in aliquam pœnam extraordinariam. Boss. *in pract. de inquis. n.* 30. Clar. *l. c.* Binsfeld. *fol.* 684. si vero non sunt multum urgentia, absolute dimitti debet, vel juxta Antonell. *de reg. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. *n.* 23. judex debet Accusatori dare terminum ad probandum delictum, & illo non probante est Reus absolvendus, aut relaxandus cum cautione de se præsentanda. Clar. *in* §. *fi. quæst.* 21. *vers. ulterius quæro.* Locatell. *d. inspect.* 5. *n.* 100. Ambros. *de process. inform. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 9. 48

Tortus, & confessus de se potest repeti in tortura ad detegendos socios delicti extantibus indiciis. DD. cit. 49

Porro, si Reus confessus fuit in tortura, confessio illi non nocet, nisi fuerit ratificata extra torturam. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. *vers. cæterum.* Farin. *de Reo confes. & convic. quæst.* 83. *num.* 67. Cartar. *l. c. nu.* 139. Guazzin. *def.* 30. *cap.* 35. *n.* 2. Ambros. *l. c. lib.* 4. *cap.* 5. Carena *l. c. num.* 174. Conciol. *l. c. res.* 19. quia remedium torturæ est valde fallax, & periculosum; 50

Iosum; quia aliqui ex impatientia doloris potius mentiuntur confitendo delicta non commissa. *L.* 1. §. *in causa tributorum. ff. de quæst.* Farin. *de indic. & tort. quæst.* 45. *num.* 22. & *de Reo confes. & convic. quæst.* 83. *num.* 68. Cartar. *l. c. num.* 129. Guazzin. *l. c. cap.* 35. *num.* 2. Cyriac. *controv.* 150. *nu.* 91. & 92. Conciol. *l. c. num.* 2. Neque refert, si confessio sit adminiculata, quia adhuc debet ratificari extra tormenta, ut valeat. DD. cit. Imo quamvis confessio fuerit facta extra torturam, sed metu tormentorum, non valet; quia facta metu tormentorum æquiparatur confessioni factæ in tormentis. Brun. *de indic. & tort. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 22. Bajard. ad Clar. *d. quæst.* 64. *num.* 129. Farin. *de Reo confes. & convic. quæst.* 83. *nu.* 70. Guaz. *def.* 30. *cap.* 35. *num.* 2. Et quando dicatur facta metu tormentorum, remittitur Judicis arbitrio pro qualitate personæ confitentis, an sit fortis, aut debilis, vel timida, seu sit audax, & ferox. Farin. *l. c. num.* 61. Guaz. *l. c. cap.* 37. Facta ad solam comminationem verbalem Torturæ, non dicitur. facta metu tormentorum; quia talis metus est remotus a tortura, & levis, secus si metus fuit proximus torturæ, uti si comminatio fuit facta in loco torturæ. Minus refert, quod præcesserit confessio extrajudicialis, quia adhuc requiritur ratificatio extra torturam. Gomez *var. res. to.* 3. *cap.* 13. *a num.* 8. Cartar. *l. c. num.* 153. Bajard. ad Clar. *quæst.* 61. *num.* 136. Cabal. *res. crim. cas.* 81. *num.* 6. Farin. *de Reo confes. & convic. quæst.* 83. *nu.* 81. Guaz. *cap.* 35. Carena. *l. c. num.* 177. Diana *par.* 4. *trac.* 6. *res.* 22. *vers. nota secundo.* Conciol. *l. c. num.* 7. contra Fabrum *in C. lib.* 9. *tit.* 21. *de quæst. defin.* 22. & Mascardum *de prob. conclus.* 353. *num.* 24. *lib.* 1. Lim. in confessione spontanea, quæ non est ratificanda, & sola sufficit ad condemnandum Reum. Gomez *var. res. to.* 3. *cap.* 12. *num.* 3. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 65. *vers. sed quæro nunquid.* Mascard. *de prob. conclus.* 353. *num.* 34. *lib.* 1. Farin. & Cartar. *ll. cc.* Guaz. *def.* 30. *cap.* 35. Lim. 2. in Reo reperto in flagranti, qui si in tortura confitetur delictum, non est amplius necessaria ratificatio. Gram. *dec.* 36. *num.* 60. Bajard. ad Clar. *d. quæst.* 64. *num.* 139. Guaz. *def.* 30. *cap.* 36. *num.* 9. Ambros. & alii apud Conciol. *l. c. nu.* 11. Neque depositio testis in tortura indiget ratificatione, quia testis non potest dictum suum revocare. Bald. *in L. fin. nu.* 2. *C. de quæst.* Cabal. *res. crim. cas.* 33. Farin. *de indic. & tort. quæst.* 39. *num.* 139. Carena *l. c. num.* 179. contra Gomez *var. res. to.* 3. *cap.* 13. *num.* 29. est autem notandum, quod depositio testis facta in tortura illata ad eruendam veritatem, debeat ratificari extra illam, secus si fuit tantum illata ad tollendam maculam, quia talis tortura infertur per breve spatium, uti per unum Credo: ad eruendam vero veritatem durat per majus spatium, ita ut depositio dicatur extorta per cruciatum corporis, & dubitari possit de illius veritate. Guaz. *def.* 19. *cap.* 14. *num.* 2.

51 Ratio vero confessionis non debet fieri statim post torturam durante adhuc dolore torturæ, sed ex intervallo ad minus unius diei, & unius noctis, nimirum post horas viginti quatuor. Gomez *d. cap.* 13. *sub nu.* 24. Menoch. *de arbitr. cas.* 38. *num.* 2. Clar. *d. quæst.* 64. Mascard. *l. c. num.* 2. & 13. Farin. *de Reo confes. & convic. quæst.* 83. *num.* 74. & Guaz. *def.* 30. *cap.* 35. *num.* 3. *vers. sed ut verum.* & plures alii DD. apud Conciol. *l. c. num.* 16. & *seq.*

52 Quæres 8. quando testis torquetur uti varius, & contraria deponens, cui illius dicto stetur? Concludendum, regulariter stari ultimo illius dicto in tortura. Boss. *de tort. test. num.* 20. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 29. *num.* 13. & 14. Clar. *in* §. *fi. quæst.* 53. *vers. quartus est casus.* Gabr. *de test. lib.* 7. *conclus.* 26. *num.* 1. & 9. Locatell. *d. inspect.* 5. *num.* 271. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 44. §. 3. *num.* 40. Lim. si testis illo medio tempore fuit allocutus, vel potius loqui cum parte, quia tunc magis attenditur primum dictum extra torturam, quam secundum in tortura, propter metum subornationis. Alciat. *l. c.* Gabr. *l. c. num.* 7. Locatel. *inspect.* 3. *num.* 48. Antonell. *num.* 41. ex qua ratione attenditur etiam primum dictum, si testis post publicationem processus dicit contrarium. Boss. *in pract. tit. de oppos. contra test. num.* 1. Alciat. *l. c. num.* 10. Riccius *in collect. dec.* 569. *par.* 3. Antonell. *l. c. nu.* 41. Lim. quia statur primo dicto, quando testis non fuit formiter examinatus in secundo dicto. Item si primum dictum sit magis verisimile, quod an sit magis verisimile, remittitur arbitrio Judicis. Gabr. & Boss. *l. c.* Antonell. *num.* 32. & 33. Item si ex primo dicto fuit jus quæsitum tertio seu parti. Alciat. *l. c. num.* 6. Locatel. *l. c. num.* 271. Rota *in una Parmen.* 23. *Mart.* 1601. *coram Card. Millino.* Item si testis deposuit in se uti pars, & in alium uti testis, quia etiam hoc casu attenditur magis primum dictum etiam sine tortura. Bart. *in L.* 1. §. *quæstioni. ff. de quæst.* Boss. *l. c. num.* 1. Antonell. *num.* 45. Item si primum dictum extra torturam fuit receptum in articulo mortis, quia secundum dictum in tormentis non tolleret primum. Gabr. *d. conclus.* 26. *num.* 11.

Tortura testi inferri non potest ad eruendam veritatem, nisi ab uno saltem teste digniore convincatur, secus si a minus digno. Bart. *in L. unius.* §. *testes. ff. de quæst.* Riccius *in prax. for. Eccles. par.* 1. *res.* 405. & *in collect. dec.* 2630. *par.* 7. Antonell. *l. c. num.* 48. 53

Clerici, nobiles, & alii in dignitate constituti torqueri non debent, etiamsi essent verisimiliter informati, præsertim si veritas ab aliis haberi potest, sed loco torturæ mulctis pecuniariis juxta locorum consuetudinem plectendi sunt. Boss. *in tit. de tort. test. num.* 7. Locatel. *inspect.* 5. *num.* 283. & 309. Antonell. *numer.* 49. quinque sunt torturæ gradus. Primus sunt minæ de torquendo. Secundus conductio ad locum torturæ. Tertius spoliatio, & ligatura. Quartus, elevatio in equuleo. Quintus quassatio. Primus, & secundus cum tertio quamvis proprie non sint tortura, tamen metus, & suspicio torturæ æquiparatur, juxta Bald. *in L. interpositas prope fin. C. de transact.* Mascard. *in L.* 1. *num.* 15. *ff. de quæst.* Et de jure paria sunt confiteri per tormenta, vel metu tormentorum, quamvis in praxi contrarium observetur, quia licet Judex minetur hos primos gradus, nisi confiteatur veritatem, tamen confessio dicitur sponte facta, & non metu tormentorum. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. *a nu.* 31. Et pro qualitate tormentorum, hi quinque torturæ gradus adhiberi debent. Unde si indicia sint levia uti si adsit unus testis de visu, qui non sit integræ fidei, aut duo testes singulares de indiciis remotis, poterit veniri ad primum gradum, aut ad secundum, aut etiam ad tertium, non tamen ad plenam torturam, ad quam procedi non debet, nisi procedat saltem unum indicium sufficiens ad torturam legitime probatum. 54

TRACTATUS.

Praxis Tractatus.

Tractatus de delinquendo non præsumitur, sed est probandus ab allegante, & a fisco. Juxta *L.* 2. §. *homines. ff. de vi bon. rapt.* Mascard. *de prob. conclus.* 1393. Farin. *de pœn. temper. quæst.* 96. *num.* 75. Guaz. *defens.* 4. *cap.* 14. *num.* 3. & *def.* 33. *cap.* 10. *nu.* 14. Giurb. *cons.* 2. *num.* 14. & *cons.* 87. *num.* 13. Cyriac. *controv.* 106. *num.* 24. Sperel. *dec.* 168. *num.* 33. Conciol. *res. crim. in verb. Tractatus res. un.* ratio est, quia delicta in dubio non præsumuntur. *L. merito.* 51. ubi gl. *ff. pro soc.* Vulpel. *cons.* 38. *num.* 2. Farin. *de Reo conf. & convic. quæst.* 85. *num.* 1. Capyc. Latro *dec.* 13. *num.* 4. *par.* 1. Rub. *de valid. legal. cap.* 16. *nu.* 44. neque probatur per confessionem Rei, sed de illo constare debet aliunde juxta *L.* 1. §. *Item illud. ff. ad Syllan.* Guaz. *def.* 4. *cap.* 14. *in princ.* & 7. qui tamen, cum sit difficilis probationis, eo quod soleat fieri in occulto, potest probari per indicia, & conjecturas, non solum ad effectum torquendi, sed etiam condemnandi. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 20. *vers. scias tamen.* Menoch. *de arbitr. cas.* 116. *num.* 15. Mascard. *de prob. conclus.* 1393. *num.* 4. Farin. *de Reo confes. & convic. quæst.* 86. *num.* 36. & *de pœn. temper. quæst.* 96. *num.* 78. & *cons.* 16. *num.* 32. Guaz. *l. c. num.* 1. & 4. quæ procedunt, quando agitur de ipso tractatu probando, secus si agitur de probandis illius indiciis, uti inimicitia, litteris missivis. Giurba *cons.* 2. *num.* 30. Sperel. *d. dec.* 108. *num.* 34. Conciol. *l. c. num.* 3. 1

Tractatus potest etiam probari per testes inhabiles, & præcipue per socios, & complices ejusdem criminis, Mascard. *l. c.* Boer. *de sedit. quæst.* 7. *num.* 5. Magon. *dec. Lucen.* 30. *numer.* 26. Guaz. *l. c. numer.* 1. & 9. Giur- 2

9. Giuiba *conf.* 2. *n.* 45. Decian. *conf.* 24. *n.* 1. *lib.* 2.
3 Tractatus non probatur tamen, nisi per indicia, & conjecturas indubitatas. Rimin. jun. *conf.* 704. *numer.* 28. *lib.* 6. Mascard. *de prob. conclus.* 812. *num.* 14. *lib.* 2. Farin. *l. c. quæst.* 86. *num.* 37. Guaz. *l. c. numer.* 5. Conciol. *l. c. num.* 6. neque probatur per indicia, & conjecturas in ordine ad pœnam ordinariam, sed tantum ad extraordinariam, quia nemo ex præsumptionibus patitur pœnam ordinariam, sed tunc ad pœnam ordinariam requiritur plena probatio. Clar. *in* §. *Homicidium. vers. alia etiam, & in* §. *fi. quæst.* 20. *vers. scias tamen.* Farin. *de Reo conf. & convic. l. c. num.* 37. Mascard. *de prob. conclus.* 822. *num.* 14. Guaz. *l. c.* Sperel. *l. c. num.* 34. sed quod etiam ad pœnam ordinariam tractatus probetur indiciis, defendit Giurba *conf.* 2. *num.* 60.
4 Tractatus non probatur a testibus, nisi isti deponant de illius conclusione, quia multa tractantur, quæ non perficiuntur, & tota vis tractatus consistit in conclusione. Rimin. jun. *conf.* 299. *num.* 24. *lib.* 2. Guaz. *def.* 4. *cap.* 14. *num.* 10. Farin. *conf.* 112. *num.* 9. *lib.* 2. Capyc. Latro *dec.* 140. *num.* 5. *par.* 2. Rota apud Ludovis. *dec.* 168. *numer.* 2. ubi Beltramin. *num.* 7. Conciol. *l. c. numer.* 9. apud quem plura tractatus indicia reperies, & apud Mascard. *de prob. conclus.* 1393. *lib.* 3. Guaz. *l. c. a num.* 11. Giurba *l. c. nu.* 47.
5 Tractatus de homicidio punitur eadem pœna, qua homicidium. Farin. *de consult. & mand. quæst.* 129. *nu.* 36. Dummodo habuerit effectum. Farin. *de homicid. q.* 124. *num.* 47. Conciol. *l. c. nu.* 11.
6 Tractatus de renovanda investitura non obligat Dominum directum, sed locus est pœnitentiæ, quia multa tractantur, quæ non perficiuntur. Bich. *dec.* 411. *num.* 7. & 8. *L. Jurisgent.* §. *adeo autem. ff. de pact. L. contractus circa fin. C. de fid. instrum.* Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 10. Cyriac. *controv.* 452. *numer.* 16. Alex. *conf.* 18. *num.* 2. & *conf.* 28. *num.* 3. *lib.* 1. Gail. *lib.* 1. *obs.* 140. *num.* 9.
7 Tractatus inter contrahentes iniri possunt sine aliqua simulatione, quod unus vendat domum, & alter censum emat ab emptore domus. ita Bich. *dec.* 584. *num.* 14. apud quem Rota *dec.* 641. *num.* 11. & 12. *par.* 4. *to.* 1. *recent.*
8 Tractatus probat, quid fuerit conclusum, vel qualis fuerit conclusio. gl. *in L.* 1. *ff. de Jud. & in L. eleganter. ff. de cond. indeb.* Innoc. *in cap. instruit. de arbitr.* Rom. *conclus.* 91. nisi tractatus sit vagus, & rudis, aut conclusio sit ei contraria. Ciarlin. *controv. for. cap.* 82. In alienatione bonorum Ecclesiæ non probatur ex verbis enuntiativis instrumenti alienationis, sed debet constare per instrumentum ad hoc specialiter tendens. Alex. *conf.* 17. *lib.* 4. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 28. Anchar. jun. *conf.* 52. Ciarlin. *controv. for. cap.* 105. *num.* 64.
9 Est autem tractatus collatio mutua de necessitate, & utilitate. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 13. *sect.* 2. *numer.* 27. Ante electionem, an & qualis sit licitus. vide *Electio.* De occidendo, vel committendo crimen, an puniatur effectu non secuto. Vide *Conatus.* Quando probet contractum. Vide *Contractus.* Non facit conjecturam contractus, nisi probetur fuisse mox secutam conclusionem. Vide *Contractus.*

TRADITIO.

Praxis Traditionis.

1 Traditio præsumitur ex patientia vendentis permittentis emptori usum rei alienatæ. *L.* 2. *ubi DD. ff. de acquir. possess.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 43. *nu.* 32.
2 Traditio pecuniæ alicui simpliciter facta an faciat præsumi mutuum, vel donationem. Vide *mutuum, & donatio.*
3 Traditio ficta an transferat dominium rei donatæ. Vide Fachin. *lib.* 15. *controv. Jur. cap.* 79. apud quem multi affirmant, multi negant; ficta vero resultat ex clausula *constituti.* Alex. *conf.* 28. *num.* 7. *lib.* 2. Surd. *conf.* 13. *num.* 12. Rota apud Bich. *dec.* 379. *nu.* 34.
4 Traditio clavium dat possessionem, circa quod varios casus vide apud Riccium *in praxi var. res. par.* 3. *res.* 513.
5 Traditio si non est libera, potest agi contra promittentem ad rem traditam liberandam, vel ad interesse. *L. ex his prædictis.* ubi gl. *C. de evict.* Salas. *de contrac. tit. de empt. & vendit. dub.* 46. *nu.* 7. Rota apud Bich. *decis.* 541. *num.* 17. nam per traditionem rei non liberam non dicitur implevisse suam promissionem. Surd. *conf.* 36. *num.* 9. argumento tex. *in L. si in emptione* §. *vacuam.* §. *fi. ff. de act. empt. L. si Pater. C. eod.* Berous. *conf.* 158. *num.* 31. *lib.* 1. Dec. *conf.* 483. *nu.* 18. Rota apud Bich. *l. c. num.* 18. Non dicitur libera, si continet in ventre clausulam *sine præjudicio jurium.* quia hæc conditionem, & modificationem importat. Peregr. *de fideic. art.* 47. *num.* 29. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 138. *num.* 2. Gratian. *discept. for cap.* 980. *num.* 8. Pennia *dec.* 496. *num.* 7. Bich. *dec.* 541. *num.* 10. Idem si continet facultatem addendi, & minuendi Bald. *in auth. sed cum testator. num.* 18. *C. ad L. Falc.* Durand. *dec.* 387. *num.* 7.
Traditio rei donatæ probatur eo ipso, quod donatarius de re donata disposuit. Coccin. *dec.* 31. *nu.* 5. Burat. *dec.* 217. *num.* 2. Bich. *dec.* 131. *num.* 18. 6
Traditio, aut consignatio præsumitur in causam debitam ad formam obligationis, dum nihil aliud fuit expressum. Bich. *dec.* 423. *num.* 8. Menoch. *conf.* 215. *num.* 69. Surd. *conf.* 554. *num.* 6. Rota apud Ludovis. *dec.* 62. *num.* 9. & *dec.* 434. *numer.* 6. & traditio, vel consignatio bonorum mobilium probatur ex verbis instrumenti. *Tradidit, & consignavit.* Item ex illis verbis. *Confessus fuit se habuisse & recepisse.* Mascard. *de probat. conclus.* 301. *num.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 873. *num.* 3. Cenc. *de censib. quæst.* 87. *num.* 11. præsertim post lapsum triginta dierum. *L. contractibus.* ubi Barb. *num.* 30. *C. de non nu. pecun.* Bich. *dec.* 636. *nu.* 7. 7
Promissio de tradendo intelligitur de traditione libera, & interpretanda est juxta finem, ad quem illa dirigitur. *L.* 2. §. *quod diximus. ff. si quis caution. L. in conventionalibus.* 52. *ff. de V. O.* Signorol. *conf.* 149. *n.* 6. Salgad. *in labyrintho Credit. par.* 3. *cap.* 12. *nu.* 12. Bich. *decis.* 541. *num.* 9. 8

TRANSACTIO.

Praxis Transactionis.

§. I.

Definitio, & Divisio Transactionis.

Transactio proprie sumpta est rei dubiæ, & litis incertæ, nec finitæ conventa decisio aliquo dato, vel accepto. *L.* 1. *ff. de transact.* Castillo *de alimen. cap.* 36. §. 2. Et quamvis lis mota non sit, sufficit, quod moveri possit. *L. in summa.* 65. *ff. de condict. indeb. L.* 2. *L. fideicommisso* 11. *C. de transact.* Ludovis. *dec.* 140. Martha *dec.* 465. Vinnius *de transact. cap.* 4. Gonzal. *in cap. sicut grave de transact. num.* 11. Alia est realis, quæ ad successores rei, super qua transactum fuit, transmittitur, alia est personalis, quæ durat, dum transigens vivit, & cum eo extinguitur; juxta *cap. de cætero* 5. *de transact.* ubi transactio fuit personalis. P. Pirhing *lib.* 1. *tit.* 36. §. 1. *num.* 7. 1
Transactio est contractus innominatus. *facio ut des, do ut facias.* abstineo a lite ut des. Do ut abstineas a lite. *L.* 1. §. *Conventionis. ff. de pact.* gl. *in L. sive apud acta. C. de transact.* ubi Bart. §. *quæro secundo,* & Jas. *num.* 8. Et quamvis sit contractus onerosus, cum sit pactio non gratuita, ut patet ex definitione; tamen est admodum favorabilis, cum sit remedium finiendarum litium. *DD. in L. in fratris. C. de transact.* ita ut pro ea in dubio sit judicandum. *L. cum te. L. quamvis. C. de transact.* Vinc. de Franch. *dec.* 159. & ita interpretari debet, ut sustineatur. *cap. constitutis. de procurat. cap. venerabilis. de dolo, & contum.* & per illam quæcunque causa incidens debet decidi. *cap. si quando. de off. deleg. cap. causam de testib.* quia cum propter pacem, & concordiam fuerit inita, nihil est utilius partibus, quam illam observare. *L. congruentius. C. de patr. pot. L. si id quod* §. *si quas vir. ff. de donat. inter vir & uxor.* 2
Transactio habet vim sententiæ, & judicati. *L. non minorem. ff. de transact.* & paratam habet executionem. Gratian. *disc. for. cap.* 665. Barb. *voto* 76. *numer.* 52. Bich. *dec.* 55. *num.* 1. Merlin. *dec.* 854. nec potest rescin- 3

scindi rescripto Principis, si fuit legitime celebrata. *L. causas.* 16. *C. de transact.* etiam prætextu adversæ valetudinis. *L. sanum.* 27. *C. de transact.* nec prætextu metus falsi. *L. transactione* 35. *C. eod.* etiam prætextu noviter repetti. *L. sub prætextu* 19. *C. de transact.* Fab. *in C. sub tit. de transact. defin.* 13. nisi ex novis instrumentis dolus præteritus arguatur. ita Trentacinq. *lib.* 3. *var. controv.* 37. *num.* 21. Barb. *voto.* 76. *nu.* 47. Valeron. *de transact. tit.* 6. *quæst.* 3. *num.* 14. Gonzal. *l. c. nu.* 13. *circa medium.* Neque ex eo, quod fuerit amissa scriptura, ubi continebatur, si alio modo probari potest. *L. pactum.* 17. *C. de pact. L. cum te* 5. *L. sive.* 28. *C. de pact.* neque ob pœnitentiam, quia in transactione pœnitentiæ locus non est. *L. quamvis. C. de transact.* tollit omnes actiones, & obligationes in judicio deductas, & non deductas. Mant. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 6. *nu.* 8. Ludov. *dec.* 354.

4 Et ex definitione transactionis apparet, quod, ut valeat transactio, debeat dubius esse litis eventus. Ciarlin. *controv. for. cap.* 219. & requirit præexistentiam litis, aut quod timeatur. Bich. *dec.* 490. *L.* 1. *ff. de transact.* Fab. *in C. lib.* 2. *tit.* 4. *defin.* 15. *nu.* 3. Rota coram Otthobono apud Bich. *l. c.* & in causa, in qua lis non cadit, non afficit transigentes nisi in vim pacti, & conventionis. Bich. *dec.* 488. *num.* 30. Alex. *cons.* 11. *num.* 8. & 14. *lib.* 2. Hond. *cons.* 49. *n.* 34. Rota apud Ludovis. *dec.* 286. *num.* 7. & Beltramin. ad eundem. *dec.* 158. *num.* 7. & apud Bich. *loc. cit.*

5 Transactio comprehendit connexa, accessoria, & dependentia. Ludovis. *dec.* 354. Larrea *decis. Granat.* 76. & extenditur etiam ad non cogitata, juxta Surd. *dec.* 217.

§. II.

De iis, qui possunt transigere, aut non possunt.

6 Transigere possunt omnes, qui non sunt prohibiti, & liberam bonorum suorum habent administrationem, & res suas donare, vel alienare possunt. *L. in re* 21. *C. mandati.* Sylvest. *in verb. Transactio. dict.* 1. Molina *de Just. tract.* 2. *disp.* 557. *num.* 1. P. Pirhing *l. c.* §. 2. *num.* 1. Fusar. *de substit. quæst.* 562. *num.* 15. & 708. Ciarlin. *controv. for. cap.* 219. *nu.* 104.

7 Hinc est primo, quod hæres gravatus fideicommisso hæreditatem alteri restituere non potest, circa illam transigere, & transactio non nocet fideicommissariis, nisi illi præsentes affirmassent, rem esse liberam, tunc enim in pœnam mendacii valeret, & fideicommissariis noceret. *L. si sine. C. ad Velleian.* Fusar. *de substit. quæst.* 560. Noal. *de transmiss. cas.* 34. & 74. & non impedit fideicommissarium agere possessorio. Merlin. *dec.* 767.

8 Secundo Vasallus non potest sine consensu Domini Directi super feudo transigere, nec nocet comprehensis in investitura. Noal. *l. c.* licet illi habeant notitiam transactionis, & non contradicant, quia potest Vasallus sibi præjudicare, non aliis. Lim. in feudo novo.

9 Tertio Tutor, & Curator sicut non potest bona immobilia, vel mobilia pretiosa, quæ servando servari possunt, alienare sine Judicis decreto, ita non potest super illis transigere. *L. non solum.* 4. *C. de præd. minor.* Molina *l. c.* Pirhing *l. c. d.* §. 2.

10 Quarto Procurator, quamvis habeat generale mandatum ad agendum, si caret speciali mandato ad transigendum, transigere non potest. *L. transactionis* 7. *C. de transact. L. nulli* 13. *ff. eod. L. mandato.* 60. *ff. de procur.* quia non potest alienare sine speciali mandato. *L. Procurator.* 63. *ff. de procurat.* Nisi haberet mandatum generale cum libera administratione. *L. procurator.* 58. *ff. de procurat. cap. qui ad agendum.* 4. *de Procurat. in* 6. Vel nisi sit Procurator in rem suam datus. *L. Jusjurandum.* 17. §. *fin. de Jurejur.* Molina *l. c. disp.* 557. *num. ult. in fi.* Pirhing *l. c.*

11 Quinto pupillus, aut minor, habens Curatorem, non potest transigere; quia caret libera rerum suarum administratione, si vero caret Curatore, potest quidem transigere sicut etiam alienare, sed læsus debet restitui in integrum. Cyriac. *controv.* 562. Ita toto *tit. C. si adversus transact.* sic etiam prodigus, cui bonis est interdictum, alienare, & transigere non potest. *L. is cui.* 6. *ff. de V. O.* Molina & Pirhing *ll. cc.*

12 Sexto, Prælatus Ecclesiæ, quamvis liberam habeat rerum administrationem, & in Judicio convenire, & conveniri possit, non potest super bonis Ecclesiæ immobilibus, vel mobilibus pretiosis, quæ servando servari possunt, transigere absque consensu Capituli. *cap. contingit.* 3. *de transact.* ubi gl. *verb. litteras.* & Host. *ver. de ratihabitione. & in sum. de transact. num.* 2. sicut nec potest illas alienare non servatis solemnitatibus *cap. veniens. de transact.* Extrav. *ambitiosæ. de reb. Eccles. non alien.* DD. *in L.* 1. *C. si adversus transact.* Dec. *cons.* 37. Rol. *cons.* 15. & alii apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 8. *num.* 9. & *seqq.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 2. *cap.* 1. Leo *in thes. for. Eccles. cap.* 15. *par.* 1. Peregrin. *de fideic. art.* 40. *num.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 846. Riccius *in prax. par.* 1. *res.* 43. quia alias fieret fraus legi; nam esset facile lites suscitare, & dein transigere. Ciarlin. *l. c.* & *cap.* 135. *num.* 14. Et si Prælatus nomine Ecclesiæ transegit, non potest nomine proprio illi contravenire. Buratt. *dec.* 152. Bich. *dec.* 290. *num.* 15. nisi fuerit nulla ob defectum consensus Apostolici. Bald. *in L. jubemus.* 14. *num.* 5. *C. de SS. Eccles.* Seraph. *dec.* 1417. *num.* 3. Rota apud Bich. *dec. cit. num.* 18. Non ligat successores. Abb. *cons.* 56. *num.* 2. *lib.* 1. Feder. de Sen. *cons.* 94. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 152. *num.* 3. ubi, quod sufficiat præsumpta confirmatio deducta ex lapsu triginta annorum juncta observantia, ut censeatur realis, & afficiat successores, Rota *dec.* 159. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* Gratian. *disc. for. cap.* 674. *num.* 1.

Porro transactio a Prælato facta sine consensu Capituli valet, si ita fuit facta super immobilibus, & mobilibus pretiosis; non ut ea perdat, aut alienet, sed ut illa, aliqua data pecunia, v. g. litis terminandæ causa recuperet, ut permaneant apud Ecclesiam, quia tunc valet transactio, sine consensu Capituli, & alia requisita solemnitate, utpote Ecclesiæ utilis. *L. nulli.* 13. *verb. transigere. ff. de transact.* Abb. *in cap. contingit.* 3. *de transact.* Molina *de Just. & Jur. tract.* 2. *disp.* 557. *n.* 8. Pirhing *l. c. num.* 10. 13

Quæres, an Capitulum transactionem a Prælato factam revocare possit? Respondetur, quod si Prælatus, quando transegit, ultra mandatum procuratorium habuit litteras a Capitulo de ratihabitione, in quibus fuit expressum, quod quidquid Prælatus in causa egerit, Capitulum ratum habebit, non potest revocare, dummodo legitimus superior etiam consenserit. Præsertim, si aliquot annis transactio fuit servata. vide Gonzal. *in cap. contingit.* 3. *de transact.* 14

§. III.

Super quibus possit transigi?

Transactio super Decimis cum Ecclesiastica persona, & superioris authoritate sustinetur. *cap. Decimas.* 16. *quæst.* 7. *cap. veniens. de transact. cap. Venerab. de confirm. util. cap. suscitata. de in integr. restit. cap. fin. de rer. permut. cap. ex multiplici. de Decim.* Barb. *in cap. statuimus.* 2. *de transact.* & *de Jur. Eccl. lib.* 3. *cap.* 26. §. 4. *num.* 24. Leo *in thes. for. Eccles. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 2. Moneta *de Decimis. cap.* 5. *num.* 113. Rebuff. *de Decim. quæst.* 13. *num.* 36. Azor. *par.* 1. *Instit. mor. lib.* 7. *cap.* 26. *quæst.* 5. Valeron. *de transact. tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 55. Trullench. *de Decimis. cap.* 3. *dub.* 11. *num.* 14. & alii apud Gonzal. *in cap. statuimus.* 2. *de transact. num.* 2. quia cum jus decimandi minui, & mutari possit per consuetudinem, præscriptionem, & privilegium, etiam per transactionem rite factam minui, & mutari valebit; nam cum hoc jus sit positivum spectans ad privatam utilitatem, poterit per transactionem remitti, dummodo cognitio causæ procedat, an Ecclesiæ expediat, & utilitas, & causa a superiore fuerit approbata. *cap. quisquis.* 12. *quæst.* 2. *cap. in venditionibus.* 22. *quæst.* 4. & si talis transactio celebratur inter duas Ecclesias, ut uni parochiæ Decimæ persolvantur, consensus Episcopi requiritur. *cap. Dilecti. de Decim.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 121. *num.* 13. Valenzuela *cons.* 88. *num.* 35. Valeron. *de transact. tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 54. Gonzal. *l. c. num.* 6. si vero in transactione agitur de Decimis Laico solvendis, requiritur consensus Pontificius. Barb. & Valeron. *ll. cc. numer.* 7. nisi transactio fiat inter duas Ecclesias, quia tunc valet sine beneplacito 15

Apo-

Apostolico, quod tunc necessarium non est, cum agitur de re modici momenti, & præjudicii, & transactio continet honesta, & licita, *cap. fin. de pact. in* 6. Rota apud Seraphin. *dec.* 36. *num.* 1. præsertim si transactio alienationem non continet. Gratian. *disc. for. cap.* 476. *nu.* 16. Surd. *cons.* 451. *num.* 7. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 418. *nu.* 17. Coccin. *dec.* 101, *num.* 1. Bich. *dec.* 525. *num.* 18. ut dicatur utilis Ecclesiæ, sufficit constare de dubio litis eventu. Merlin. *dec.* 790.

16 Transactio super Decimis futuris non recipiendis a Laicis, quamdiu vivit Curatus præsens, valet; sed eo mortuo extinguitur. *cap. veniens. de transact. cap. contingit. eod.* Rebuff. *l. c. num.* 35. Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 197. apud quem vide.

17 Super Decimis præteritis, quamvis pro illis detur aliquid temporale, valet; quia fructus Decimæ sunt quid temporale. *cap. cum vestra. de locat.* Dominic. *in cap. fin. de foro comp. in* 6. Dec. *in cap. Venerab. de confirm. util.* Rebuff. *l. c. num.* 33.

18 Transactio super Beneficio Ecclesiastico, re spirituali, aut spiritualibus annexa non valet, & non admittitur. *cap.* 2. *cap. quam pio.* 1. *quæst.* 2. *cap. si quis præbendas.* 1. *quæst.* 3. *cap. cum pridem. de pactis. cap. cum inter.* 16. *de elect. cap. nisi essent. de preb. cap. cum venissent. de restit. spol. cap. dilectus filius.* 28. *de simon. & cap. veniens. de transact.* Barb. *in cap. preterea. de transact. & voto.* 76. *num.* 42. Navar. *cons.* 46. *de simon.* Tusc. *litt.* C. *conclus.* 50. *& litt. T. concl.* 358. Canis. *in cap. constitutus.* 4. *de transact.* Azor. *moral. par.* 2. *lib.* 8. *cap.* 6. *quæst.* 1. Lotther. *de re benef. lib.* 1. *cap.* 35. *num.* 25. *& quæst.* 36. *nu.* 10. Garz. *de Benef. par.* 1. *cap* 5. *num.* 300. Giballin. *de simon. quæst.* 20. *conject.* 15. Valeron. *de transact. tit.* 3. *quæst.* 6. *num.* 2. & alii apud Gonzal. *in d. cap. preterea.* 10. *num.* 3. *de transact.* Ratio est: quia vel transactio fit retenta aliqua pensione, aut alio Beneficio ad invicem cesso; si retenta aliqua pensione, quia novus census, aut novum gravamen inscio Episcopo a possessore Beneficio imponi non potest, ideo transactio non admittitur, & quia transactio celebratur aliquo dato, vel retento, si illud temporale est, ex capite simoniæ transactio rejicitur. *cap. constitutus. cap. super eo. de transact.* si vero Beneficium pro Beneficio cedatur, quia sine institutione Canonica obtineri non potest, ideo transactio effectum non sortitur. Giballin. *l. c.* & Valeron. *d. q.* 6. *num.* 4. Gonzal. *l. c. numer.* 6. videri etiam potest P. Pirhing *lib.* 1. *tit.* 36. §. 3. *per totum.* Ansald. *de Jurisdict. par.* 2. *tit.* 5. *cap.* 2. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *quæst.* 9. *art.* 2. Vivian. *eod. tract. par.* 2. *lib.* 9. *cap.* 3. Ciarlin. *controv. for. cap.* 107. *numer.* 83. Sermo est de transactione facta authoritate privata. Transactio vero facta super distributionibus præteritis, aut futuris cum absente a Choro est licita, dummodo fiat sine præjudicio aliorum Canonicorum, & non afficiat successorem. Bonac. *de Horis Canon. disp.* 2. *q.* 6. *par.* 1.

19 Transactio, in qua remittitur jus spirituale, aut retinetur pro temporali, est simoniaca. *cap. jam pridem. de pact. cap. ult. de rer. permut. cap. preterea de transact.* Bonac. *de simon. disp.* 1. *quæst.* 4. §. 15. *& cap.* 2. *de arbitr.* gl. Abb. & Innoc. *in cap. super eo. de transact.* Ita facta super re sacra, & litigiosa, est simoniaca. *cap. super. de transact.* Rebuff. *de Decimis. quæst.* 13. *nu.* 33. vide *Pactum*.

20 Transactio facta super crimine non impedit, quo minus Reus possit accusari, & puniri pœna sanguinis. Ita communior contra Bart. apud Fachin. *lib.* 1. *controv. Jur. cap.* 9. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 58. Gomez *var. res. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 54. *& seqq.* Farin. *lib.* 1. *quæst.* 4. & probatur ex *L. qui latus. ff. ad L. Jul. de vi publ.* quia transactio cum uno facta non impedit actionem alii competentem. DD. mox cit.

21 Transactio inita inter Canonicos, & Beneficiatos in actibus voluntariis, si non intervenit consensus omnium, non valet. *cap. humilis.* ubi Innoc. *num.* 2. *de major. & obed.* Bursat. *cons.* 159. *lib.* 2. *num.* 8. Seraph. *dec.* 708. *num.* 3. Rota apud Bich. *dec.* 256. *nu.* 12.

22 Transactio quamvis sit licita super crimine capitali, juxta *L. transigere.* 18. ubi gl. *ver. Capituli. C. de transact.* quia cuilibet est licitum sanguinem suum redimere. *L.* 1. *ff. de bon. eor. qui ante sententiam.* dando pecuniam Adversario, aut simile quid, ut ab actione desistat, nec pro confesso Reus transigens habetur, quia id facere præsumitur potius ad vitandam pœnam, quam conscientia commissi criminis. *L. fi. ff. de prævaricat.* tamen super aliis publicis criminibus licita de jure non est juxta *L. transigere. C. de transact.* ne crimina maneant impunita in præjudicium boni communis, & contra utilitatem publicam. Clar. *l. c. num.* 15. & transigentes excusationem non merentur, sed Reus Adversarium pecunia corrumpere videtur, & Actor vendens judicium publicum prævaricari, & calumniari. *L. fi. ff. de prævarication.* & Reus transigens habetur pro confesso. *L. ult. ff. eod. L. Athletas.* 4. §. *ult. & L. seq. ff. de his, qui not. infam.* & punitur pœna ordinaria, nisi probet, quod pecuniam dederit ad redimendam vexam, & quod sit innocens. *L. servi.* 23. *C. ad L. Jut. de Adult. L. si ab eo.* 8. *ff. de calumn.* Molina *de Just. & Jur. disp.* 46. *num.* 13. Pirhing *l. c. nu.* 31. de quo plura Fachin. *lib.* 1. *controv. Jur. cap.* 8.

Transactio in causis civilibus de iis, quæ in testamento, vel Codicillo relicta fuerunt sine Judice non valet, nisi inspectis, & cognitis verbis testamenti, juxta *L.* 1. §. *ratio. ff. de testam. quemadmodum. oper. L. de his.* 6. *& L. non est.* 12. *ff. de transact.* ne quid fiat contra voluntatem testatoris, & talis transactio captiosa, & improba videtur, quæ procedunt de controversiis ortis ex testamento in scriptis, & non de nuncupativo. Pirhing *l. c. num.* 34. & sufficit inspectio testamenti per oculos mentis, scilicet per scientiam. Bart. *in L. de his. num.* 6. quam communem sententiam dicit Angel. *in L. qui Romæ.* §. *duo fratres. col.* 9. *vers. extra gl. ff. de V. O.* Ripa *respons.* 23. *num.* 36. *de Jure emphyt. vol.* 2. Alex. *cons.* 11. *nu.* 16. *vers. restat. lib.* 2. Dec. *cons.* 630. *nu.* 9. Paris. *cons.* 15. *num.* 77. Cæs. de Graff. *dec.* 2. *num.* 1. *&* 2. *de transact.* Mant. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 2. *num.* 3. Merlin. *dec.* 226. *nu.* 4. 23

Transactio ex causa falsa, & per errorem facta est nullius valoris. Andreol. *controv.* 246. Mant. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 1. *num.* 29. Rota apud Seraph. *dec.* 1190. & apud Ludovis. *dec.* 81. *&* 149. & apud Merlin. *dec.* 799. & Conciol. *alleg.* 29. quia error resistit origini obligationis ex contractu, vel quasi, cum excludat consensum. *L. si per errorem. ff. de jurisd. omn. Jud. L. cum testamentum. C. de Jur. & fact. ignor.* Socin. jun. *cons.* 3. *num.* 28. Rota apud Seraph. *l. c.* & Bich. *dec.* 192. *num.* 4. In dubio tamen valida præsumi debet. *cap. finem litib. de dolo & contum.* Surd. *cons.* 451. *num.* 18. Berous *cons.* 176. *nu.* 15. *vol.* 1. Merlin. *dec.* 163. Non obstante errore calculi sustinetur ad effectum, ut deducto, & detracto errore per exceptionem doli secundum aliquod in aliis teneat. 24

Transactio super alimentis futuris, quamvis ultima voluntate relictis absque decreto Prætoris, & causæ cognitione inita non valet, nisi juramento fuerit vallata. Fachin. *lib.* 3. *controv. Jur. cap.* 21. *ex L. cum hi. ff. de transact.* Covar. *in cap. quamvis. de pact. in* 6. *par.* 2. §. 6. Seraph. *de privil. juram. privil.* 101. Imol. *in cap. cum contingat. de jurejur.* sed quod etiam jurata non valeat, tenet Ciarlin. *controv. for. cap.* 202. qui citat Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 56. nisi deberentur alio jure, quam naturali. Gig. *de pens. quæst.* 45. sed quod jurata omnino valeat, ultra citatos defendit Laym. *lib.* 3. *moral. tract.* 4. *cap.* 31. *numer.* 6. quem citat, & sequitur Pirhing. *l. c. num.* 34. quia ejusmodi transactio non est per se, & intrinsece mala, sed duntaxat prohibetur, ne homines pro modico præsenti remittant jus futurum. *L. cum hi ff. de transact.* contra utilitatem publicam. 25

De alimentis vero præteritis potest fieri transactio, si super illis lis, & quæstio oriatur etiam sine decreto Prætoris, nec causa cognita. *L. de alim. C. de transact.* ubi gl. *ver. transigi potest.* quia in illis cessat periculum egestatis, nec a præteritis alimentis vita hominis dependet, sicut etiam de futuris alimentis transigi potest, si per talem transactionem conditio alimentarii melioretur. P. Pirhing. *l. c. vers. de alimentis.* 26

Etiam super causa matrimoniali transactio non valet. *cap. causa.* 11. *de in integr. restit.* Covar. Sanchez, & Gutierrez, apud Barb. *in cap. ult. de transact.* ubi etiam Canisius, Vinnius *de transact. cap.* 4. *nu.* 12. Gutierrez *lib.* 1. *Can. quæst. cap.* 17. *num.* 18. Valeron. *de transact. tit.* 3. *q.* 2. *nu.* 58. & alii apud Gonzal. *in cap. ult. de transact. nu.* 17. quia matrimonium jure naturali indis- 27

indissolubile est Matthæi *cap.* 19. *quos Deus conjunxit homo non separet*, nec a voluntate transigentium matrimonii vinculum pendet, & causæ matrimoniales debent per suos legitimos Judices terminari. *cap. accedentibus. de excess. Prælat.* quare non possunt partes compromittere in arbitros super causa matrimoniali. *cap. causa. de in integr. restit. lib.* 24. *tit.* 4. *par.* 3. secus tamen dicendum foret, si pro matrimonio, & illius favore fieret transactio. Abb. *in cap. ult. numer.* 8. *de transact.* Gonzal. *l. c. num.* 21. sicut etiam in sponsalibus de futuro fieri potest transactio, quia hæc dependent a contrahentium voluntate, juxta *cap.* 1. *de reg. Jur.* P. Reiffenstuel *lib.* 1. *tit.* 36. §. 2. *num.* 21. videri etiam potest Ansald. *de Jurisdict. par.* 2. *cap.* 1. *tit.* 3.

28 Transactio facta in causa præcedentiarum a particularibus in præjudicium Ordinis Clericalis non valet. Sperell. *dec.* 180. *ex L. Jus publicum. ff. de pact. L. nempe. pignus. ff. de R. J. cap. si diligenti. de foro compet.* quamvis inter eosdem fuerit jurata.

§. IV.

De transactionis transmissione.

29 Transactio transit ad hæredes active & passive, nisi facta sit super his, quæ competunt hæredibus ex jure suo proprio. Berous *cons.* 176. *nu.* 74. *vol.* 1. Rimin. sen. *cons.* 107. *num.* 6. Rota apud Ludovis. *dec.* 354. *num.* 3. & 418. *num.* 5. Seraph. *dec.* 711. *nu.* 4. Noal. *de transmiss. cas.* 34. *num.* 1. qui probat ex *L. si pactum. ff. de pact. & L. cum a matre. C. de rei vendic. & num.* 2. qui exemplificat in casu fideicommissi, emphyteusis, feudi &c.

30 Transactio non præjudicat successori in Beneficio. *cap. veniens. cap. de cætero. de transact. cap. præterea. de censib.* quia est stricti juris, & non egreditur personas in transactione expressas. *L. Imperatores. ff. de transact.* & res inter alios acta tertio non præjudicat. *L.* 2. & 3. *C. inter alios acta. L. si unus.* §. *ante omnia. ff. de pact.* Mant. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 4. Noal. *de transmiss. l. c. num.* 3. & 4. Et quod dicitur de successoribus in Beneficio, extenditur etiam ad alios successores in Administratione, quia transactio facta ab administratore non præjudicat successori in administratione, nisi quando facta est de re dubia, & bona fine. *L. Præses. C. de transact.* & intervenerit etiam decretum Judicis, si res, super qua fuit transactum, non erat alienabilis sine Judicis decreto: quamvis Prælatus transigeret dimittendo rem litigiosam penes possessorem, quia adhuc transactio non præjudicaret successoribus, quia hoc casu sunt necessariæ eædem solemnitates, quæ in alienatione rerum Ecclesiæ. Lim. in Fratribus Prædicatoribus, Minoribus, ac aliis Mendicantibus; quia transactio facta a Conventualibus ipsorum Fratrum, sive e Prioribus, & Guardianis de consilio, & consensu suorum Conventuum, transit ad successores, & illos obligat, quamvis non intervenerit auctoritas superioris. *cap. fin. de pact. in* 6. Natta *cons.* 441. *nu.* 91. quia non possunt possidere nisi parva, & modica eis reservata ex dispositione. *Clem. dudum. & Clem. exivi. de V. S.* in quibus nulla requiritur solemnitas, si alienentur. *cap. terrulas.* 12. *quæst.* 2. Anchar. *in cap. fin.* ubi Butr. *nu.* 8. *de pact. in* 6. Noal. *l. c. numer.* 13. nisi transactio redderet Ecclesiam meliorem.

31 Et sicut transactio Vasalli non præjudicat agnatis vocatis in investitura, quibus postea feudum apertum est, juxta Isern. *in cap.* 1. §. *si Vasallus de feudo num.* 11. *in tit. si de feud. defunct. controv. fuer.* ubi Afflict. *n.* 14. Curt. *de feud. par.* 4. *numer.* 97. Rol. *cons.* 100. *num.* 110. *vol.* 4. Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 9. Menoch. *cons.* 442. *num.* 30. Schrœder. *de feud. par.* 8. *cap.* 6. *num.* 2. & Rosental. *de feud. cap.* 9. *memb.* 1. *concl.* 21. *num.* 4. Rota apud Ludov. *dec.* 418. *numer.* 11. quia alteri per alterum præjudicari non potest, item nec Pater filio. *L. si fundum. C. de reb. alien. L. si Patri tuo. C. de Donat.* quamvis agnati habuissent notitiam transactionis; quod declarat Noal. *l. c. numer.* 15. & 16. Cyriac. *controv.* 3. Ita transactio emphyteutæ non præjudicat illis, qui sunt comprehensi in investitura. Nisi transigeret dimittendo rem emphyteuticam contentiosam penes possessorem, aut retinendo penes se, circa quod tamen diversæ sunt Doctorum sententiæ apud Noal. *l. c. numer.* 16. & 21.

Transactio personalis accedente beneplacito Apostolico fit realis, & transitoria in hæredes, vel successores. *cap. veniens. de transact.* Rota *dec.* 2. & 44. *par.* 4. *recent.* Turricell. *de reb. Eccles. non alienan. cap.* 9. 32

Transactio personalis super emphyteusi Ecclesiæ ligat Prælatum in vita. Ciarlin. *controv. for. cap.* 135. ubi Redoan. & alii. 33

Transactio facta ab hærede putativo super re hæreditaria, prodest etiam hæredi vero; super re vero non hæreditaria, prodest tantum hæredi putativo, non tamen nocet, quia alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet. Castren. *in L. si quod possess. ff. de pet. hered.* Rota apud Matescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 17. 34

Transactio inita inter vocatos constituit novum fideicommissum, si adsint illa verba, aut clausula. *Et quatenus opus sit de novo constituerunt.* Bich. *dec.* 488. *num.* 21. Cassad. *dec.* 1. *de confirm. util.* & Rota apud Bich. *l. c.* 35

§. V.

De extensione, & rescissione transactionis.

Transactio specialis facta de certa aliqua re una, vel pluribus in particulari, non debet extendi ad res alias, quam ad expressas, nisi sint accessoriæ, & connexæ. *L. si unus.* 27. §. *ante omnia. ff. de pact.* ubi gl. *ver. noceat.* si vero transactio sit generalis, aut indefinita, quæ æquivalet universali v. g. super tota hæreditate, aut omnibus juribus Episcopalibus, extenditur ad omnia particularia sub eo genere contenta, quamvis in specie non fuerint cognita. *L. tres fratres.* 35. *ff. de pact. L. sub prætextu.* 29. *L. si de certa.* 31. *C. de transact.* quia sufficit, quod in genere cognita fuerint, & in confuso, nisi dolo alicujus ex transigentibus, res aliquæ occultatæ fuerint, aut nisi transactio universalis facta fuerit super relictis in ultima voluntate, de quibus non valet transactio nisi inspecto testamento, ut supra dictum fuit. Abb. *in cap.* 1. *de transact. num.* 6. Molina *tract.* 2. *de Just. disp.* 558. *num.* 2. 36

Transactio ob ejusdem læsionem est invalida, quamvis fuerit facta servandis servatis. Dec. *cons.* 142. Menoch. *cons.* 115. Riccius *in prax. par.* 1. *res.* 13. Rota apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 8. 37

Transactio potest rescindi propter læsionem ultra dimidium, & non tantum enormissimam, sed etiam enormem. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 26. ubi DD. Fab. a Monte *de empt. & vend. quæst.* 8. Gabr. *de empt. & vend. conclus.* 1. quia nihil æque repugnat bonæ fidei, quam dolus, qui ex læsione ultra dimidium re ipsa apparet. Cravetta *cons.* 132. Rota apud Merlin. *dec.* 284. & 496. Covar. *in cap. quamvis. par.* 3. §. 5. *de pact. in* 6. Gail. *lib.* 2. *obs.* 147. *num.* 8. Ciarlin. *controv. for. cap.* 219. *num.* 112. quamvis litis eventus esset dubius. Fusar. *de substit. quæst.* 562. Bich. *dec.* 367. *num.* 1. Conciol. *alleg.* 29. *nu.* 20. contrarium tenent alii apud Tranchedin. *consult.* 50. & 66. Afflict. *decis.* 220. Fab. *in C. tit.* 4. *lib.* 2. *defin.* 10. Gratian. *disc. for. cap.* 881. Gail. *lib.* 2. *obs.* 70. Pratus ad Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 2. *ad numer.* 4. ubi multi alii, & *cap.* 8. præsertim si fuit jurata, quæ non potest rescindi ex capite læsionis. Thes. *dec.* 165. Osasc. *dec.* 41. & alii apud Tranched. *l. c.* 38

Præterea transactio rescindi potest, si ex metu injusto cadente in constantem virum fuit inita. *L. interpositis.* 13. *C. de transact.* Item si dolo fuit exorta, quia per replicationem doli, aut actionem de dolo rescinditur. *L. sub prætextu* 19. & *L. penult. C. de transact.* Item si intervenit error substantialis. *L. sub prætextu.* 29. *C. eod.* quia error tollit consensum. *L. si per errorem.* 15. *ff. de Jurisd.* Item mutuo partium consensu. *L. si diversa.* 14. *C. transact.* quia naturale est eodem modo aliquid dissolvi, quo ligatum est. 5. per errorem calculi, nisi fuerit transactum etiam super ipso errore. *L. un. C. de errore calc.* P. Pirhing. *lib.* 1. *tit.* 36. §. 5. *num.* 38. 39

§. VI.

De effectu Transactionis.

40 Primus effectus, & principalis transactionis est, quod finem litibus motis, & movendis ponat. *L. fratris,* 10. *C. de transact.* aut ne oriantur, impedit. Hinc transiens non potest sub prætextu inobservantiæ alterius partis intentare primævam actionem, quia actio semel extincta amplius non reviviscit. *L. qui res. ff. de solut.* DD. apud Pajatel. *exped.* 7. præsertim quia in tali transactione supervenit novatio ratione renuntiationis veteris juris. Medic. *de novat. quæst.* 8. Gabr. *de novat. concl.* 1. neque potest agere condictione ob caus. sed tantum debet agere ex stipul. Pajatel. *l. c.* Bich. *dec.* 500. *nu.* 16. & agere ad implementum. *L. actionem & L. si pro fundo.* 33. *L. quamvis.* 39. *& L. ubi pactum.* 40. *C. de transact.* ubi Curt. jun. notat esse speciale in hoc contractu, qui fuit inventus ad dirimendas lites. Cyriac. *controv.* 130. *a num.* 4. Natta *cons.* 333. *num.* 88. Honded. *cons.* 447. *num.* 39. *& cons.* 480. *num.* 18. Rota *dec.* 131. *num.* 4. *in fi. par.* 3. *recent. & dec.* 136. *num.* 1. *& 2. par.* 5. *rec.* quod tamen tres patitur, & recipit declarationes, ut nimirum procedat, quando transactio fuit inita mediante stipulatione, vel acceptilatione, vel munita juramento, secus si pacto nudo, & absque juramento, quia primo casu transactio parit actionem, & secundo casu tantum parit exceptionom, & Reo excipienti de transactione replicatur de dolo ob non impletam transactionem, nec fidem esse servandam illi, qui eam non observavit, & unius promissionem habere tacitam conditionem, quatenus adimpleat. Ita *in L. ut responsum.* 15. *L. cum proponas cap.* 2. *L. sive apud acta.* 28. *C. de transact.* ubi Bart. *numer.* 14. *&* 15. nam primo casu est vestita, sed in secundo casu oportet, quod vestiatur interventu rei, hoc est implemento. Rimin. *cons.* 102. *numer.* 26. Bursat. *cons.* 101. *a num.* 13. Surd. *cons.* 359. *numer.* 9. Mant. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 7. *num.* 14. *&* 15. *vers. Reus autem.* Cancer. *var. res. to.* 1. *cap.* 18. *sub num.* 44. *vers. & idem.* Jos. Ludovis. *dec. Perus.* 101. *num.* 19. & plures alii apud Bich. *dec. cit. num.* 19. *&* 20.

41 Unde transactio semel inita, & legitime celebrata, invita altera parte transigente revocari, aut rescindi non potest. *L. cum te.* 5. *C. de transact. L. postquam liti.* 4. *C. de pact.* ne quidem rescripto Principis. *L. causas* 16. *de transact.* neque pretextu instrumentorum noviter repertorum ad litem extinctam pertinentium. *L. sub pretextu.* 19. *&* 29. *C. de transact.* Et in transactione quamvis res integra sit, non licet pœnitere. *L. quamvis* 39. *C. eod.* Et per transactionem omnia instrumenta, & partium jura cessantur. *cap. cum inter.* 16. *de elect. cap. penult. de confirm. inut. cap. constitutus de relig. dom. L. Imperatores.* 3. §. 1. *L. non est* 12. *ff. de transact.* Barb. *voto.* 76. *num.* 42. Fontanel. *dec.* 174. *num.* 13. Canif. *in cap.* 1. *de trrnsact.* Vinnius *de transact. cap.* 8. & alii apud Gonzal. *in cap.* 1. *de transact. tit.* 36. *num.* 9. est enim exceptio litis finitæ. *cap.* 1. *de litis contest. in* 6. Surd. *cons.* 451. *numer.* 16. nec ex causa sopita debet jurgium suscitari. Ludovis. *dec.* 354. *num.* 2.

42 Transactio omnis novat, adeo ut ad pristinam litem non detur recursus. *L. cum mota. L. fratris* 10. *L. transactiones* 30. *L. si pro fundo* 33. *L. si major.* 36. *C. de transact.* Merlin. *de pignor. lib.* 5. *quæst.* 31. *numer.* 4. Guzman. *de evict. quæst.* 30. *num.* 7. Camer. *lib.* 1. *var. res. cap.* 38. *num.* 43. Gratian. *disc. for. cap.* 557. *num.* 24. & habet authoritatem rei judicatæ. *L. non minorem. C. de transact.* Rodriguez *de execut. cap.* 1. *art.* 5. Gonzal. *l. c. num.* 14. Barb. *in cap. inter Monasterium. de re jud.* quæ tamen procedunt inter transigentes tantum. *L.* 1. *C. de transact.* quia res inter alios acta tertio præjudicare non potest.

§. VII.

Transactio quomodo probetur?

43 Transactio probetur ex decreto Judicis, si in eo continetur illius tenor integer. Bich. *dec.* 91. *numer.* 11. Item ex attestatione Cardinalium, quorum authoritate fuit inita, sicut etiam ex observantia subsecuta. Et effectuata in parte, dicitur in observantia, quoad omnia capita. Rota apud Bich. *dec.* 316. *num.* 5. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 557. *num.* 9. & ex quibus probetur effectuata, vide Bicch. *l. c. n.* 9. quod autem habuerit effectum, debet probari ab allegante, cum sit quid facti. Bich. *dec.* 188. *nu.* 10. *& dec.* 144. *num.* 12. *&* 13. Capuaq. *dec.* 11. *num.* 5. *par.* 1. ex tex. *in L. in bello.* §. *facta. ff. de captiv. & postlim. revers.* Rota *in Perusina Beneficii.* 4. *Jul.* 1608. *coram Pennia. & in Fulginat. Salviani. prima Julii* 1645. *coram Bich.*

Transactio potest probari per testes non secus ac per scripturas. Decian. *respons.* 64. *num.* 8. *ex tex. in L. in exercendis. C. de fide instrum. cap. cum Joannes. de fide instrum.* Afflict. *dec.* 398. *num.* 2. Rota *in Romana affictus Casalis.* 29. *Novembris* 1627. *coram Card. Ubaldo. & dec.* 136. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 316. *nu.* 2. 44

Transactio in dubio an sit valida, vel non, præsumi debet valida. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. ubi Pratus *annot. ad num.* 4. Rota post Pajatell. *dec.* 41. Jo. Bapt. Magon. *de recta patrocin. ratione cap.* 20. *num.* 3. 45

§. Ultimus.

Transactionis Miscellanea.

Transactio jurata ita ligat transigentem, ut non possit contra eam venire, neque sententiam obtinere, quamvis fuerit absolutus. *cap. veniens.* ubi Abb. *num.* 1. *vers. item nota. de transact.* Cæs. de Graff. *dec.* 1. *num.* 6. *& dec.* 2. *nu.* 2. *de jurejur.* & Rota coram Buratt. *dec.* 152. *nu.* 1. apud Bich. *decis.* 290. *nu.* 13. *&* 14. 46

Transactio ut valeat, duo substantialia requisita necessario concurrere debent, alterum quod lis aliqua præexistat, aut probabiliter timeatur, alterum vero, quod hinc inde aliquid detur, aut promittatur. *L.* 1. *ff. de transact. L. transactio nulla data. L. si causa cognita. C. eod.* Cephal. *cons.* 562. *nu.* 23. Cæsar Manento *cons.* 140. *num.* 1. Rota *dec.* 271. *numer.* 21. *par.* 6. *recent.* Bich. *dec.* 192. *numer.* 12. sine quibus requisitis non sufficit, quod partes contractum denominent transactionem. Dec. *cons.* 351. *sub num.* 2. Ruin. *cons.* 71. *sub num.* 4. *vers. nec obstat. lib.* 4. Socin. *cons.* 129. *num.* 41. *lib.* 1. Aym. *cons.* 851. *num.* 12. 47

Transactio ne rescindatur pretextu erroris ac juris dubii saltem in summarissimo, sufficit, quod pro parte adsit opinio unius Doctoris, quamvis contraria opinio esset verior, & communior. Rota *dec.* 263. *n.* 2. *&* 3. *par.* 3. *recent. & in Romana Donationis* 20. *Jan.* 1645. § *sufficit. coram Otthobono.* apud Bich. *dec.* 390. *nu.* 15. 48

Transactio continens plura capita separata, per non adimplementum unius capitis, non retardatur executio alterius. Surd. *cons.* 101. *num.* 107. Mant. *dec.* 238. *num.* 2. Buratt. *dec.* 571. *num.* 2. Bich. *dec.* 391. *num.* 16. & continens clausulas prægnantissimas, & geminatas comprehendit nedum causas in lite deductas, & expressas, sed etiam alias ultra expressas tam cognitas, quam cogitatas. Honded. *cons.* 49. *nu.* 30. *lib.* 1. Lud. Moronus *cons.* 43. *a num.* 19. Surd. *cons.* 267. *nu.* 12. *&* 13. Cyriac. *contro.* 128. *nu.* 50. Bich. *dec.* 488. *n.* 25. 49

Transactio si fuit inita ex causa necessaria inter gravatum, & fideicommissarium, nomine tantum fideicommissario, tunc non includit jura fideicommissaria ex propria persona competentia. Rimin. sen. *cons.* 71. *num.* 26. *lib.* 1. Bursat. *cons.* 32. *num.* 39. Surd. *cons.* 365. *num.* 21. Rota *dec.* 235. *a num.* 6. *par.* 6. *recent.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 9. *num.* 141. Gabr. *de rer. alien. conclus.* 2. *num.* 1. Surd. *dec.* 153. *num.* 17. Bich. *dec.* 492. *num.* 17. & quod transactio fuerit facta ex necessitate, & fideicommissario tantum nomine potest probari ex proœmio, a quo tota transactio regulatur, & restringitur. Bart. *in L. si. lib.* 2. *ff. de hæred. instit.* Decian. *cons.* 79. *numer.* 49. *lib.* 2. Buratt. *dec.* 543. *numer.* 11. Ludovis. *dec.* 152. *numer.* 2. & a controversia, quæ causam dedit transactioni. *L. si de certa. C. de transact.* Menoch. *cons.* 319. *num.* 20. Surd. *cons.* 418. *numer.* 14. Rota *dec.* 29. *numer.* 4. *par.* 1. *recent. & in Recanat. prædii.* 14. *Aprilis* 1614. quamvis in transactione adsint clausulæ universales *pro omni, & toto eo, & ex quacunque causa.* Mant. *dec.* 235. *nu.* 13. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 158. *nu.* 8. quæ restringuntur ad titulum fideicommissi & le- 50

& legitimæ, si illarum contemplatione transactio inita fuit. Rota *dec.* 114. *n.* 4. *par.* 1. *recent.* & *in Romano legati de Marescotis.* 22. *Martii* 1627. *coram Merlin.* Surd. *conf.* 418. *sub n.* 14. Cyriac. *controv.* 213. *num.* 7. Rota *dec.* 428. *num.* 6. *par.* 5. *recent.*

51 Transactio quando non est restricta ad causas in lite deductas, sed in ea causæ non cogitatæ fuerunt etiam expressæ, quæcunque alia jura non expressa, & in litem non deducta comprehendit. Bich. *dec.* 516. *n.* 11. & super re, quæ in litem non cadebat, sustinetur saltem in vim pacti. Idem. *l. c. n.* 13. Salyc. *in L. si de certa. n.* 2. *C. de transact.*

52 Transactio super Jure eligendi Vicarium Capitularem, quod libere, & absque Ministerio alterius competit Capitulo Ecclesiæ Cathedralis, cum sapiat alienationem juris jurisdictionalis absque beneplacito Apostolico non tenet etiam inter personas Ecclesiasticas. Rota *in Marsicen. Jurisdictionis.* 18. *Febr.* 1647. §. *nam perjurii.* apud Bich. *dec.* 525. *num.* 20.

53 Transactio super commutatione decimæ, vel quotæ non nocet successoribus. *cap. de cætero. cap. veniens. de transact.* Castropal. *to.* 2. *moral. tit. de decim. disp. un. p.* 5. *sub num.* 4. Rota *dec.* 20. *num.* 8. *par.* 6. *recent.* & *in Beneventana decimarum* 8. *Mart.* 1649. §. *fin. coram Archiep. Tarraconen.* Bich. *decis.* 563. *num.* 4. adeo ut præsumptio, quæ deducebatur ex lapsu triginta annorum, cum observantia sublata fuerit per Constitutionem Urbani VIII. juxta quam respondit Rota *in Leodien. dominiorum.* 25. *Jun.* 1649. *coram Card. Corrado.* & *in Romana devolutionis. Domus.* 4. *Decembr.* 1651. *coram Bichio.*

54 Transactio non comprehendit nisi expressa. *L. si certa. ff. de transact.* Abb. *conf.* 10. *num.* 1. *lib.* 1. Surd. *conf.* 418. *num.* 10. Rota *dec.* 232. *num.* 12. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 637. *num.* 1. & quando est litigiosa, allegari nequit lite super ea pendente. Bald. *in L. Item quia in* 2. *lect. sub n.* 3. *vers. nec. potest. dici. ff. de pact.* Mant. *dec.* 221. *num.* 9. Rota *in Neapolit. pensionis.* 30. *Aprilis* 1640. §. *fin. coram Bich.*

55 Transactio sicut non potest initi, ita nec ratificari sine speciali mandato. gl. *in cap. nonnulli. vers. sine speciali. de rescript.* Jas. *in L. licet. n.* 10. *lim.* 4. *C. de procur.* Gabr. *conf.* 194. *num.* 6. *lib.* 1. Cephal. *conf.* 442. *num.* 83. Honded. *conf.* 28. *num.* 27. *lib.* 1. Bich. *dec.* 500. *num.* 41.

TRANSLATIO.

Praxis Translationis.

1 Translatio ab uno Episcopatu ad alium, ut primus vacet, dicitur perfecta secundum aliquos, quando S. Pontifex in Consistorio translatum liberat a vinculo primæ Ecclesiæ. Jo. And. *in cap. quod gratiam. de R. J. in* 6. Abb. *in cap. fin. de postul. Prælat.* & *conf.* 101. *par.* 7. Rota *in una Placentina coram Lancelloto. dec.* 475. *par.* 1. Garz. *de Benef. par.* 11. *cap.* 6. *nu.* 39. Carolus de Matta *de consistor. caus. sect.* 13. *n.* 15. Paris. *de resign. lib.* 3. *quæst.* 18. *n.* 14.

2 Translatio Episcopi ad alium Episcopatum facta a Papa propter necessitatem, & utilitatem Ecclesiæ, illico inducit solutionem prioris vinculi absque illius consensu; quando vero fit propter merita personæ, est necessaria illius acceptatio. Bich. *dec.* 221. *n.* 12. Abb. *in cap. ult. n.* 13. *de postul. prał.* Calder. *conf.* 1. *de translat. Prel.* Lotther. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 28. *nu.* 77. & 79. Rota apud Bich. *l. c.* Mandos. *super reg. Cancell.* 1. *quæst.* 8. *n.* 4. Simonera *de reserv. quæst.* 100. *n.* 8. & 9. Carolus de Matta *l. c.*

3 Translatio Episcopi ab una ad aliam Ecclesiam an fieri possit, quando Episcopus transferendus est invitus, & quibus ex causis, tradit Paris. *l. c.* & videtur, quod non possit, quia matrimonii spiritualis vinculum fortius ligat, quando est ratum, & consummatum, quam matrimonii carnalis, sed hoc dissolvi nequit invitis conjugibus, imo etiam ipsis volentibus: ergo nec illud. Major patet ex *cap. inter corporalia. de translatione Episc.* Ita contra Franc. Marc. *dec.* 1100. *n.* 6. Matta *l. c. nu.* 22. & 23. nisi opportunis Juris remediis cogeretur ad præstandum consensum.

4 Translatio Episcopi ab una Ecclesia ad aliam fieri ab alio non potest, quam a Romano Pontifice *cap.* 2. *cap. fin. de translat. Episc. cap. in causis.* 30. *dilect.* Matta *l. c.* Anton. Augustin. *in Epit. Juris antiq. lib.* 1. *tit.* 12. Valenzuela *conf.* 190. *n.* 7. Solorzan. *de Jure Ind. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 75. *to.* 2. Diana *par.* 11. *tract.* 4. *ref.* 4. Menoch. *de arbitr. caf.* 423. Petr. Greg. *lib.* 15. *syntag. cap.* 12. *num.* 42. & *de resig. pr. cap.* 3. *num.* 12. & alii apud Gonzal. *in cap.* 1. *de translat. Episcopi. tit.* 7. *lib.* 1. Et si Episcopus propria authoritate se transferat ad alium Episcopatum, utraque privatur. *cap. non oportet.* 19. *cap. Episcopus* 25. *cap. propter.* 26. 7. *quæst.* 1. Barb. *in cap.* 1. *de translat. Episc.* & *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 28. & *de pot. Episc. alleg.* 119. *num.* 4. Petr. Greg. *lib. syntag. cap.* 12. Solorzan. *de Jure Ind. cap.* 13. *num.* 103. & alii apud Gonzal. *l. c. in cap.* 3. *de translatione Epis.* P. Pirhing. *lib. tit.* 7. §. 2. Ratio est, quia sicut in matrimonio carnali non potest conjux. ab alio se separare, & discedere propria authoritate, quando matrimonium fuit ratum, aut consummatum, ita nec in spirituali, cujus vinculum, ut supra diximus, magis ligat, quia Episcopus cum sua Ecclesia matrimonium contrahit, & sicut in matrimonio carnali triplex tempus considerari debet, videlicet matrimonii sperati, quando sponsalia contrahuntur, rati, cum matrimonium in facie Ecclesiæ celebratur, & consummati, ita contingit in matrimonio spirituali, nam speratur, cum Episcopus eligitur, ratum habetur, cum a superiore confirmatur, consummatur per consecrationem. *cap. sicut.* 3. 7. *quæst.* 1. *cap. inter* 2. *de translat. Episc.*

Translatio pensionis excedentis medietatem fructuum Beneficii gravati non sustinetur attenta Constitutione Urbani VIII. revocatoria facultatis transferendi pensiones excedentes medietatem fructuum. Bich. *dec.* 213. *num.* 1. talis vero excessus est plene probandum. *num.* 2. & an valor sit excessivus, debet attendi tempus translationis. ibidem *num.* 20. Rota *in Camerin. pensionis.* 1. Jul. 1643. *coram Rojas.* 5

Translatio possessionis per clausulam *Constituti* fit per modum fictum, & adhuc potest constitutarius agere ad conservationem possessionis per modum verum, & actum facti. Bich. *dec.* 156. *n.* 14. 6

TRANSMISSIO.

Praxis Transmissionis.

§. I.

Definitio Transmissionis, & quomodo differat ab aliis vocationibus?

Transmissio est quædam successionis prorogatio ejusdem formæ, & naturæ. Bald. *in L. crim. proponas. n.* 5. *vers. secunda. C. he hered. instit.* Gomez. *var. ref. to.* 1. *cap.* 9. *num.* 46. & 50. Crass. *in* §. *transmissio. quæst.* 17. *num.* 2. & *quæst.* 25. *num.* 3. Noal. *de transmiss. præter. num.* 2. & ita transmissio dicitur, qua quis ad successionem, substitutionem, vel actionem, venit non vocatus a jure, aut testatore, & ita non ex persona sua, utpote quæ non fuit vocata, sed ex persona hæredis, legatarii, vel fideicommissarii, tanquam illius hæres, quia succedens ex transmissione debet esse hæres transmittentis, & propterea debet satisfacere legatariis, & creditoribus, & rem transmissam in inventario describere. *L. qui se patris. C. unde liber.* Castr. *in L. si quis* 2. *num.* 3. *vers. sed dubium.* & ubi Jas. *num.* 3. *vers. sexto lim. C. de inoff. testam.* Ruin. *conf.* 22. *num.* 16. *lib.* 3. Socin. sen. *conf.* 61. *num.* 13. *lib.* 1. si tamen vult succedere jure successionis, & non jure accrescendi, aut successorio edicto, quo casu repudiata hæreditate transmissa succedere posset ex propria persona. *L.* 1. §. *sed videndum. ff. de success. edic.* 1

Transmissio differt a vocatione, quia vocatio dicitur, cum quis ad aliquam successionem, vel substitutionem, vocatur a jure, vel a Testatore, & ita venit ex propria persona, & non ex persona hæredis, vel legatarii. Transmissio vero est quædam successionis prorogatio juxta dicta, & quia quis venit non ex propria persona, sed hæredis, vel legatarii. Noal. *l. c.* 2

§. II.

§. II.

Transmissio fideicommissi, & legatorum.

3 Transmissio fideicommissi conditionalis, seu legati non habet locum, adeo ut fideicommissum conditionale, si fideicommissarius, vel Legatarius moriatur ante impletam conditionem, non transmittatur. *L. un.* §. *sin autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollen. L. si ita legatum.* §. *illi si volet. L. si cui legetur.* §. *hoc autem de leg.* 1. Rol. *cons.* 38. 11. *lib.* 4. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. gl. 2. *num.* 25. Rom. *cons.* 17. & 162. Surd. *cons.* 123. *a num.* 6. *vol.* 1. Gabr. *de hared. instit. conclus.* 2. *num.* 1. & 2. Gail. *lib.* 2. *obs.* 132. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 28. Peregr. *de fideic. art.* 31. *num.* 6. ratio est, quia substitutio, quæ nondum competit, non est in bonis nostris. *L. substit. ff. de acquir. rer. domin.* Ita Institutio hæredis conditionalis, si hæres pendente conditione decedat, facit, quod hæreditatem ad hæredem suum non transmittat. *d. L. un. C. de caduc. toll. L. unum ex familia.* §. *rogo L. cum pater.* §. *hereditatem. ff. de leg.* 2. *L. si in personam. ff. de fideic.* ubi Castr. *num.* 7. Bald. *cons.* 84. *vol.* 4. Crav. *cons.* 258. *num.* 15. Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 9. *num.* 49. Gabr. *l. c. d. conclus.* 2. *num.* 1. Noal. *de transmiss. cap.* 5. & 6. sermo non est de conditione, quæ tacite inest ex natura ipsi legato, vel fideicommisso, quia hæc non facit legatum conditionale in ordine ad impediendam transmissionem, nisi conditio exprimeretur alio modo, quam tacite inest, uti si diceret testator. *lego Titio centum si volet;* tunc enim fieret legatum conditionale, & non transmissibile. *L. si ita legatum.* §. *illi si volet. ff. de leg.* 1. quia dum conditio exprimitur sub alia forma, quam tacite inest a jure, censetur recessum a provisione juris, quia expressum facit cessare tacitum. *L. cum ex filio.* §. *filio ff. de vulgar. & pupill. L. maritus. C. de procurat.* Crav. *cons.* 92. *nu.* 3. Dicitur autem conditio inesse tacite ex natura rei legatæ, si legentur fructus, qui ex aliquo fundo nascentur. *L.* 1. *ff. de cond. & demonst.* Et ex dispositione legis dicitur tacite inesse, si fuit relictum legatum, si hæres hæreditatem adjecit. *L.* 3. *ubi gl. ult. ff. de leg.* 1. quia hæc conditio fuit a lege inducta, quia legatum non debetur, nisi hæreditate adita. *L. si nemo. ff. de R. J. si nemo. ff. de testam.*

4 Transmissio in fideicommissis particularibus, & legatis fit a die mortis testatoris, ita ut si legatarius, seu fideicommissarius post mortem testatoris quocunque tempore decedat, legatum, & fideicommissum, & petitio ipsius legati, ad ejus hæredes transmittatur. *L. si post diem. & L.* 1. *ff. quando dies legat. ced. L. unica.* §. *cum igitur,* & §. *in novissimo. C. de caduc. toll. L. si ita legatum.* §. *illi si volet. ff. de leg.* 1. ubi Bart. *n.* 1. Bald. *num.* 6. Castr. *num.* 7. quia legata, & fideicommissa particularia etiam ignoranti quæruntur. *L. cum pater.* §. *surdo. ff. de leg.* 2. *L. fin. C. quando dies. leg. ced.* neque dicas, quod legata possunt repudiari, uti etiam fideicommissa particularia possunt repudiari, juxta *L. si tibi homo.* §. *cum servus. ff. de leg.* 1. & ideo nisi fuerint agnita, & acceptata, non transmittantur, quia quamvis irrevocabiliter tantum acquirantur post agnitionem, & acceptationem, tamen acquiruntur legatariis, & fideicommissariis revocabiliter statim mortuo ipso testatore. gl. *in L. ei qui ita in verb. acquir. ff. de cond. instit.* ubi Bart. & DD. Surd. *cons.* 253. *n.* 24. *vol.* 2. Petra *de fideic. quæst.* 11. *numer.* 593. quo vero ab obligationem cedunt a die aditæ hæreditatis, & non ante, quia obligatio oritur ex quasi contractu, qui resultat ex aditione. *L. apud Julianum. ff. quib. ex caus. in possess.* eatur. & §. *heres. Instit. de oblig. quæ ex quas. contr. nasc.* Gomez. *var. res. to.* 1. *cap.* 5. *n.* 14. *vers. si vero heres sponte,* & quoad dominium quamvis transeat vere a die aditæ hæreditatis. *d. L. si tibi.* homo tamen ficte transit a die mortis testatoris, juxta *L. un.* §. *cum igitur. in fine,* & §. *in novissimo. C. de caduc. tollen.* Noal. *l. c. cas.* 2.

5 Transmissio in fideicommissis universalibus prius fit tempore mortis testatoris, ita ut si fideicommissarius decedat post mortem testatoris, fideicommissum purum etiam non agnitum ad hæredes transmittatur. Bart. *in L. cum filiofam. num.* 13. *ff. de leg.* 1. ubi etiam Jas. *num.* 118. Ripa *num.* 76. Ratio est, quia fideicommissario universali statim secuta morte testatoris competit officium nobile ad cogendum hæredem invitum adire, & sibi restituere hæreditatem. *L. quia poterat. ff. ad Trebell.* Dec. *cons.* 478. *num.* 7. *vers. sed breviter.* sed officium nobile subrogatum loco actionis de sui natura est transmissibile ad hæredes. *L. non solum. ff. de in integr. restit.* Noal. *l. c. cas.* 2.

Transmissio fideicommissi conditionalis non habet 6 locum, si fuerunt vocati superviventes, nisi urgentes conjecturæ aliter suadeant. Bald. *in L. quidem. numer.* 23. *C. de jure delib.* Alex. *cons.* 252. *lib.* 6. *numer.* 1. Socin. jun. *cons.* 30. *numer.* 7. *lib.* 4. Natta *cons.* 551. *num.* 15. Menoch. *cons.* 200. *num.* 102. Mant. *de conject. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 28. Rota apud Bich. *dec.* 279. *num.* 30. & 31. Buratt. *dec.* 568. *num.* 6. Fusar. *de substit. quæst.* 490. *nu.* 99. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 551. *num.* 16.

§. III.

Transmissio Juris non agniti, & hæreditatis, & contractuum.

Transmissio juris non agniti habet locum tribus tantum in casibus, nempe in jure suitatis, jure sanguinis, & ex cap. juris deliberandi. Angel. *cons.* 83. *nu.* 1. Crass. *in* §. *transmissio. quæst.* 17. *nu.* 2. Cancer. *var. res. lib.* 3. *cap.* 21. *a num.* 4. Rota apud Bich. *dec.* 320. *nu.* 7. Jure suitatis tantum procedit in filiis erga Patrem, in cujus potestate existunt. *L. Cornelia. ff. de testam.* Jure vero sanguinis non fit, nisi in descendentes ipsius transmittentis. *L. un. C. de his, qui ante aper. tab.* Bich. *l. c. nu.* 13. 7

Transmissio juris non agniti, & conditionalis non fit per filiam ad ejus hæredes, quando est exclusa a statuto ab hæreditate patris, & dos non succedit loco legitimæ. *L. is cui. ff. de act. & oblig. L. substitutio.* 42. *ff. de acquir. rer. domin.* non enim potest transmitti jus, quod transmittens non habet tempore mortis. *L.* 1. §. *sin autem. C. de caduc. toll.* Rota *coram Dunozeto in Romana fideicommissi de Marianis.* 16. *Mart.* 1643. Angel. *cons.* 349. Bich. *dec.* 320. *nu.* 1. & 2. Paris. *cons.* 110. *nu.* 8. *lib.* 4. Gram. *cons. civil.* 57. *nu.* 15. 8

Transmissio hæreditatis non aditæ non habet locum, præsertim quando non agitur inter suos hæredes, vel descendentes. Bich. *dec.* 258. *num.* 19. *ex L. un.* §. *in novis. C. de caduc. toll. L. quoniam sororem. C. de jure delib.* Bart. *in L. cum filiof. num.* 12. ubi Jas. *nu.* 107. *ff. de leg.* 1. Gomez. *to.* 1. *var. res. cap.* 9. *nu.* 1. Alex. *cons.* 150. *nu.* 7. *lib.* 2. Noal. *de transmiss. cap.* 8. *nu.* 1. 9

Transmissio dotis ad hæredes locum habet non obstante onere, seu conditione. Bich. *dec.* 320. *num.* 6. etiam non secutis nuptiis. Ladereh. *cons.* 25. *num.* 8. Menoch. *cons.* 251. *num.* 33. Anchar. *quæst.* 51. *num.* 3. *par.* 2. Noal. *de transmiss. cas.* 17. *nu.* 16. 10

Transmissio, an habeat locum in donatione a Donatario nondum acceptata. vide *hæres.* & quid, si extat substitutus. vide *substitutio.* 11

Transmissio legitimæ non agnitæ, eo quod beneficio Legis statim a morte patris acquiratur filio sine aliqua agnitione habet locum. Crass. *in* §. *legitima. quæst.* 37. Alex. *cons.* 150. *num.* 8. *lib.* 2. Rol. *cons.* 78. *nu.* 6. *lib.* 1. & Rota apud Bich. *dec.* 320. *num.* 37. Thes. jun. *quæst.* 78. *num.* 10. *vers. sicut etiam. lib.* 4. Gratian. *disc. for. cap.* 447. *a numer.* 23. Merlin. *de legit. lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 8. *num.* 4. sicut etiam legati dotis, quod filiæ relictum fuit sub conditione, si nubet, fit ad hæredes, si jure legitimæ fuit relictum. Gratian. *l. c.* Peregr. *de fideic. art.* 3. *num.* 4. & DD. mox supra cit. Bich. *l. c. num.* 28. & 29. 12

Transmissio legati etiam puri non habet locum, si legatarius moritur ante testatorem; quia tunc legatum fit caducum, & ad hæredes universales pleno jure spectat, non secus, ac hæreditas spectat ad illos, qui veniunt ab intestato, si hæres scriptus præmoriatur testatori. *L. unica.* §. *& cum triplici. C. de caduc. toll.* Castr. *in L. inter virum. n.* 5. *& in L. quod pariter. num.* 4. *ff. de reb. dub.* Socin. sen. *in L. sed & in illo. n.* 2. *vers. tertio not. ff. eod.* quia utrobique militat eadem ratio, eo quod tam ad validitatem legati fit necessaria superexistentia legatarii, quam ad validitatem, & confirmationem hæreditatis est necessaria superexistentia hæ- 13

redis, & supervivencia, qui hæreditatem adire possit. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 7. *num.* 7. *vers. tertio principaliter. & num.* 8. *ver. quarto deducitur.* Botta *cons.* 80. *num.* 16. Mant. *de conject. lib.* 5. *tit.* 9. *num.* 12. & 13. Ofasc. *dec.* 108. *a nu.* 5. Bich. *dec.* 445. *num.* 3. & 4. secundum quos tali casu legatum ad hæredes legatarii non transmittitur, quamvis sit purum. Surd. *dec.* 463. *num.* 7. Cyriac. *controv.* 352. *numer.* 11. Lim. si legatario fuit datus substitutus per vulgarem, & non fideicommissariam, quia tunc legatum per prædecessum legatarii non fit caducum; quia prædecessus Legatarii faciens, ne legatum acceptare possit, aperit viam substitutioni vulgari, quæ purificatur, sive Legatarius acceptare non velit, sive non possit ex quacunque causa. Fideicommissaria vero supponit emolumentum fuisse primo vocato quæsitum. Bart. *in L.* 1. *num.* 13. *ff. de vulg.* Bald. *in L. humanitatis. num.* 33. *C. de Impub. & al. substit.* Aym. *cons.* 283. *col.* 2. *vers. sed in casu.* Surd. *cons.* 347. *num.* 16. & *dec.* 37. *nu.* 10. Pennia *dec.* 465. *a num.* 1. Fusar. *de substit. quæst.* 237. *num.* 10. & 15. Bich. *l. c. num.* 8.

14 Transmissio habet locum etiam in jure deliberandi. *L. cum in antiquioribus. C. de jure delib.* quia licet hæres decedat non adita hæreditate, tamen si decedat intra annum, illum pro residuo temporis transmittit ad quoscunque hæredes, sive hæreditas fuerit delata ex testamento, sive ab intestato. Noal. *de transmiss. cas.* 8. *num.* 129. *L. cum in antiquioribus. C. de jure deliber. L. un.* §. *in novissimo. C. de caduc. toll.* Crass. *in* §. *transmissio. quæst.* 19. *num.* 4. Gomez *var. res. to.* 1. *num.* 14. & *cap.* 9. *numer.* 46. contra Vasquez *de success. progress.* §. 8. *num.* 13. dummodo hæres sciverit hæreditatem sibi delatam; quia ignorans non potest deliberare. *L. fin. C. de cond. indeb.* transmittitur tamen tunc jus restitutionis in integrum. Bich. *dec.* 320. *num.* 15. Noal. *de transmiss. d. cas.* 8. *num.* 119. & 120. Alex. *cons.* 86. *num.* 1. *vers. nec minus. lib.* 3. Surd. *cons.* 232. *num.* 40. Cancer. *var. res. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 17. & 18. Martha *de success. leg. par.* 1. *quæst.* 24. *art.* 1. *nu.* 7. Fontanell. *dec.* 484. *nu.* 8. & 9.

15 Transmissio habet etiam locum in contractibus conditionatis pendente conditione. §. *ex. conditionali. Instit. de V. O. L. necessario.* §. 1. *ff. de peric. & commo. com. vend.* Gomez. *var. res. to.* 2. *cap.* 11. *a num.* 36. Ruin. *cons.* 98. *num.* 16. Bald. *in L.* 2. *num.* 10. *C. de Jure dot.* Alex. *cons.* 14. *num.* 3. *lib.* 1. & *cons.* 78. *nu.* 4. *lib.* 4. Rol. *cons.* 77. *num.* 12. *lib.* 1. & Rota apud Bich. *dec.* 136. *num.* 31. Habet etiam locum post hæreditatem agnitam, non ante, quia tunc intrat jus accrescendi. Vide *Jus accrescendi.*

16 Transmissio hæreditatis est favorabilis, si fit in Descendentes, secus si in extraneos. *L. un. C. de his, qui ante aper. tab.* Item quando constat de voluntate Testatoris, quia tunc agitur de servanda ejus voluntate, quæ pro lege servari debet. *L.* 1. *C. de SS. Eccles.* Noal. *de transmiss. in proœm. num.* 18. Sermo est de transmissione legati, vel fideicommissi, si vero de ejus voluntate non constat, est odiosa, quia ipsum etiam fideicommissum est odiosum. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 67. *num.* 26. Peregr. *de fideic. art.* 1. *nu.* 23. Sim. de Præt. *de interpret. ult. vol.* 210. *nu.* 1.

§. IV.

Transmissio Juris petendi supplementum legitimæ, dicendi nullum testamentuum, & illud querelandi.

17 Transmittitur jus petendi supplementum legitimæ, etiam antequam fuerit agnita, vel agnitum. *L. quamquam. C. ad L. Falc.* Bald. *cons.* 432. *a. numer.* 1. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 107. *num.* 12. *vol.* 3. Alex. *cons.* 55. *num.* 6. Crass. *in* §. *legitima. quæst.* 37. Peregr. *de fideic. art.* 42. *num.* 42. quia quæ deferuntur, seu competunt ex Beneficio legis, vel titulo singulari, & non jure hæreditario, transferuntur etiam sine agnitione, ac transmittuntur. *L. si arrogator. ff. de adopt.* ubi Bart. *num.* 8. & 9. Bald. *num.* 5. Jas. *num.* 14. Rol. *de lucro dot. quæst.* 47. *per tot.* Surd. *dec.* 138. *num.* 15. Pinell. *in L.* 1. *num.* 36. *C. de bon. mat.* sed legitima competit ex beneficio Legis, & titulo singulari. *L. cum ratio. ff. de bon. damnat. L. omni modo. L. quoniam in prioribus.* & *scimus.* §. *cum autem. ff. de inoff. test.* Idem dic de Jure petendi Falcidiam, & Trebellianicam. Dummodo filius moriatur post testatorem, vel post patrem. Noal. *l. c. toto cas.* 10.

18 Ita jus dicendi nullum testamentum patris trasmittitur per filium, licet illud agnitum, vel intentatum non fuerit in ejus vita, & non solum in descendentes, Beneficio *L. un. C. de his, qui ante aper. tab.* & juxta Bald. *in L. filio prater.to. ff. de injust. rupt. testam.* & ibi Imol. Alex. *in L. emancipata. num.* 7. *C. qui admitti.* Jas. *in L. si a primo. num.* 7. *ff. de liber. & posthum.* & *in L. cum mora. numer.* 16. *C. de transact.* sed etiam in quoscunque etiam extraneos hæredes jure suitatis. *L. uxoris abortu. C. de posthum. hæred. inst.* & *L. si a primo. ff. de liber. & posthum.* Bald. *in d. L. filio praterito.* & *in cap. sciscitatus. num.* 9. *vers. porro. de rescript.* Jas. *in d. L. si a primo.* Noal. *de transmiss. cas.* 11. *num.* 7. quamvis contrariam teneant Bertrand. *cons.* 213. *vers. pratera. vol.* 3. Borgnin. *de tutel. & Curat. num.* 70. Guiliel. de Bened. *in cap. Raynutius. num.* 149. *de testam.* Tunc autem jus dicendi testamentum nullum transmittitur, quando testamentum est nullum ipso jure, uti ob præteritionem filii in potestate patria existentis, secus si non est nullum ipso jure, sed opus est contratabulare, puta ob præteritionem filii emancipati cum causæ expressione. Alex. *in L. emancipata. num.* 7. *C. qui admitt.* Bened. *in d. cap. Raynut. num.* 158. *de testamen.* In fiscum tamen jus dicendi nullum testamentum non transmittitur.

Jus querelandi testamentum, quod competit hæredi 19 nominatim exhæredato. *L.* 1. & 2. *ff. de inoff. testam.* si querela fuit præparata, transmittitur, secus non præparata. *L. posthumus.* §. *si quis instituta. ff. de inoff. testam. L. si pater.* 1. & *L. scimus.* §. *fin. C. eod.* intellige, quod ad extraneos non præparata, non transmittatur, quia injuria tollitur per dissimulationem. §. *fin. Instit. de injur.* Ergo si defunctus non præparavit querelam faciendo actum, ex quo constet, quod habuerit animum, & propositum querelandi, censetur hanc injuriam per dissimulationem remisisse, quia animi declaratio non transit ad hæredes. Gl. *in* L. *Pomponius.* §. *fi.* ubi Bart. & Bald. *ff. de rei vendic.* Gabr. *de R. J. conclus.* 3. *num.* 74. Imo quamvis querela fuerit præparata per litem motam. *L. quemadmodum. ff. eod.* & ideo facta transmissibilis etiam ad extraneos, tamen si per litem sopitam, aut renuntiationem illi factam fuit recessum a præparatione, non habet amplius locum querelæ transmissio. *L. nam & si.* §. *heredi.* ubi Bart. *ff. de inoff. testam.* Bald. *in L. cum mora. num.* 2. & ibi Jas. *numer.* 14. *C. de transact.* Dicitur autem querela præparata non tantum per litis contestationem, sed etiam per libelli oblationem, aut denuntiationem. *L. quemadmodum. ff. de inoff. testam.* vel quando venit ad movendam querelam, aut quando accusationem solummodo fuit comminatus, aut habuit propositum movendi querelam, & processit ad aliquem actum exteriorem, ex quo idem propositum probari potest. *L. si pater.* 1. *C. de inoff. testam.* & sufficit protestatio coram vicinis facta de querelando. Querela tamen non præparata transmittitur ad liberos. *L. si quis filium. L. scimus.* §. *fin. C. de inoff. test.* etiamsi liberi non sint sui. Noal. *l. c. numer.* 5. 6. & 7. etiam ad Nepotem Avi nondum natum. Querela tamen non competit ascendentibus exhæredatis.

Jus querelandi ex *L. hac edictali.* transmittitur ad 20 liberos liberorum prioris matrimonii, non vero ad hæredes extraneos, neque per viam cessionis in alios quam in filios, & descendentes suos. Noal. *de transmiss. cas.* 13. Gabr. *de secund. nuptiis. conclus.* 4. & plures DD. apud eosdem.

§. V.

Transmissio prohibitionis alienationis, Juris accrescendi, & Juris declarandi.

Prohibitio alienandi facta hæredi transit ad hæredes 21 ipsius hæredis; quia isti veniunt nomine hæredis, tam in dispositione Juris, quam hominis etiam in materia odiosa, nisi prohibitio fuerit personalis, uti si fuit facta expresso nomine hæredis proprio, dummodo tamen causa

pro-

prohibitionis non duret etiam in hærede hæredis. Noal. *l. c. caf.* 14. *per totum.* Tiraquell. *de retrac. convent.* §. 1. *gl.* 6. Dec. *in L. qui per successionem.* 6. *ff. de R. J.* Socin. sen. *conf.* 116. *nu.* 3. *vers. ad secundum. vol.* 3. Alex. *conf.* 36. *nu.* 4. *vol.* 3. Crass. *in* §. *hæreditas. quæst.* 10. *num.* 3. Cephal. *conf.* 392. *n.* 57. *lib.* 3. Petra *de fideic. quæst.* 2. & 5. *nu.* 37. Surd. *dec.* 125. *nu.* 2. & 67. *num.* 23. Menoch. *conf.* 200. *nu.* 98. Osasc. *dec.* 49. *nu.* 5.

22 Jus accrescendi, quod est tacita quædam substitutio, & fuit introductum, ne quis decedat pro parte testatus, pro parte intestatus, transit ad hæredes, etiam antequam veniat casus juris accrescendi, & conjunctum cum substitutione directa facit illam transmissibilem, sicut etiam conjunctum cum fideicommisso conditionali. Noal. *caf.* 15. Crass. *in* §. *Jus accrescendi. quæst.* 2. Gomez. *to.* 1. *var. ref. cap.* 1. *num.* 8. Vasquez *de success. progress. lib.* 3. *in præfat. num.* 1. Bart. *in L. un.* §. *sciscit. nu.* 3. *C. de caduc. tolll.* & *in L. re conjuncti:* 25. *num.* 59. *ff. de leg.* 3. sed

23 Quæres, an Jus accrescendi in hæreditate, quoad proprietatem transeat ad successorem singularem, veluti ad Emptorem hæreditatis? Affirmant Bart. *in L. re conjuncti. num.* 26. *ff. de leg.* 3. Duaren. *de jure accresc. lib.* 2. *cap.* 6. Manr. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 11. quia in emptorem hæreditatis transeunt omnia jura utilia ejusdem hæreditatis, & succedit in omnibus, ac habetur loco hæredis. *L.* 2. §. *non tantum.* & §. *cum quis. de hæred. vel act. vend.* Negant Salyc. *in L. un* ubi Jas. *n.* 20. *C. quando non petit. part.* Vasquez *de success. progress.* §. 21. *nu.* 65. Gomez. *to.* 1. *var. ref. cap.* 10. *nu.* 44. Fachin. *controv. Jur. lib.* 5. *cap.* 101. & *lib.* 10. *cap.* 3. priori sententiæ videtur accedere Noal. *l. c. num.* 12. & *seq.*

24 Transmissio juris declarandi voluntatem defuncti non habet locum. *L. Pomponius.* §. *fin. verb. appareat. ff. de rei vendic.* Innoc. *in cap. cum dilectus. vers. hoc autem. de successión. ab intest.* Bart. *in d. L. Idem Pomponius.* ubi etiam Bald. *nu.* 1. Felin. *in cap. cum venissent. nu.* 2. ubi Dec. *num.* 6. *de Jud.* Gabr. *de Reg. Jur. conclus.* 3. *nu.* 74. Noal. *de transmiss. caf.* 16. apud quem alii; quia secretum voluntatis soli Deo cognitum est, qui solus est scrutator cordium. gl. *in L.* 2. *ff. de interrog. act.* & ideo libellus non potest declarari, nisi ab ipso libellante. Fel. *in cap.* 2. *num.* 16. *de libell. oblat.* Dec. *in cap. cum venissent. num.* 6. *de Jud.* Surd. *conf.* 167. *num.* 17. *vol.* 2. Rol. *conf.* 66. *nu.* 12. *vol.* 4. Noal. *l. c. nu.* 3. Hinc uxor, cui maritus reliquit fundum, si voluerit morari cum filiis, si moriatur ante declarationem, quod velit morari cum filiis, non transmittit legatum, uti etiam legatarius, cui fuit relictum legatum, si ei placuerit, decedens ante hanc declarationem non trasmittit legatum. Bald. *in L. si ita expressum. ff. de condit. & demonstrat.* Ang. *conf.* 293. Noal. *l. c. nu.* 3. Declaratio ergo voluntatis defuncti debet fieri per Judicem. *L. voluntatis. C. de fideicom.* Bart. *in L. si quis a filio.* §. *si quis plures. ff. de leg.* 1. mediantibus conjecturis, de quibus gl. ult. *in L. si servus plurium.* §. *ult. ff. de leg.* 1. & auditis Advocatis, quibus testator voluntatem suam manifestavit consulendo eos super confectione testamenti, de quibus plura apud cit. Noal. *l. c. num.* 7. & Gabr. *d. conclus.* 3. *num.* 85.

§. VI.

Transmissio Dotis.

25 Transmissio dotis fieri non potest, si filia decessit ante contractum matrimonium, sed soluta restitui debet, nisi animo donandi promissa, vel soluta fuerit. Noal. *l. c. caf.* 17. *a num.* 1. *usque ad* 4. quia dos non potest esse sine matrimonio. *L. si. C. de donat. ante nupt. L.* 3. *ff. de Jure dot.* Animus vero donandi deduci potest, si dos fuit promissa, aut soluta ex causa debiti præteriti ab illo, qui scit se non esse debitorem. *L. qui se debere.* §. *sed si cum sciret. ff. de cond. ob caus.* ubi Jas. *num.* 11. vide Menoch. *de arb. caf.* 88. Si vero dos, seu dotis legatum fuit relictum ab extraneo, qui nec tenebatur dotare, nec legitimam relinquere, legatum est conditionale. & non transmittitur ad hæredes, nisi secuto matrimonio; quamvis fuerit relictum, ut nubat, aut simpliciter non habito respectu ad matrimonium contrahendum cum certa persona, aut fuerit relictum puellæ pauperi, aut fuerit relictum pro ingressu Religionis; præsertim, si legans tenebatur dotare, aut sua intererat illam nubere. Noal. *caf.* 17. *nu.* 4. Gabr. *conf.* 150. *nu.* 4. *lib.* 2. Bart. *in L. Titio centum. vers. ante nuptias. ff. de cond. & demonst. nu.* 1. & 2. Castr. *ibidem. nu.* 7. & *conf.* 322. *nu.* 1. *lib.* 1. Bald. Novell. *de dote. par.* 6. *privil.* 76. Tiraquell. *de retr. convent.* §. 2. *gl.* 1. *num.* 54. Menoch. *conf.* 60. *num.* 37. Covar. *in cap.* 3. *nu.* 11. *de testam.* Idem dic, si legatum dotis fuit relictum a patre naturali tantum, qui filiæ non tenetur relinquere legitimam. *L. uxorem.* §. *Pater. ff. de leg.* 3. Peregr. *de fideicom. art.* 36. *num.* 40. Imo hoc legatum relictum a patre naturali filiæ non transmittitur etiam secuto matrimonio, quia data filiæ naturali succedit loco alimentorum. Boer. *dec.* 127. *nu.* 4. Craveta *conf.* 186. *num.* 16. Menoch. *conf.* 60. *num.* 43. legatum vero alimentorum non transmittitur ad hæredes, sed finitur cum vita alimentarii. *L. Dominus. ff. de usufr.* Bald. *in L. eam quam. nu.* 41. *C. de fideic.* Dec. *conf.* 311. *num.* 3. Crav. *l. c.* Noal. *num.* 17. & dos ad consanguineos dotantis revertitur. Palæot. *de not. & spur. cap.* 51. *num.* 5. Abb. *conf.* 50. Surd. *conf.* 310. *a nu.* 2. *vol.* 3. & *de alim. tit.* 5. *tota quæst.* 7. Noal. *num.* 17. *prope fin.* Quando vero legatum dotis fuit relictum a patre legitimo, & naturali, seu legitimo tantum, aut ab Avo paterno, qui legitimam relinquere tenetur, de jure communi, tunc legatum est purum, & transmittitur etiam matrimonio non secuto, aut non contracto, si dotata alias integram legitimam non habuit, quia tunc dos pure debetur rejecta omni conditione, utpote legitimæ subrogata. Socin. jun. *conf.* 134. *nu.* 17. *lib.* 1. Alex. *conf.* 55. *num.* 6. *vers. tamen istis. lib.* 2. Menoch. *conf.* 251. *num.* 33. & *de præs. lib.* 4. *præs.* 146. *nu.* 31. Bald. *conf.* 248. *lib.* 4. Sim. de Præt. *de interpret. ult. vol. lib.* 3. *fol.* 213. *num.* 31. Noal. *l. c. nu.* 18. *vers. nam si*, nisi contrarium evincant conjecturæ, quas dat Noal. &c. Si autem Legatum fuit relictum sub modo. *ubi Lego Bertæ centum, ut nubat*, legatum est purum, & statim debetur, etiam antequam nubat, dummodo caveat de nubendo. *L. quibus diebus.* §. *termilius. ff. de cond. & demonstr.* Bald. *in L. generaliter. nu.* 9. *C. de Episc. & Cler.* & si interim moriatur, transmittit ad hæredem, quia legatum sub modo debetur, quamvis modus casu deficiat. *L. si Titio. ff. de leg.* 1. *L. Pater.* §. *Tusculanus. ff. de leg.* 3. Bald. Novell. *tract. de dot. par.* 6. *privil.* 76.

Si vero legatum fuit relictum puellæ, ad hoc, ut 26
nubere possit, est purum, & transmittitur ad hæredes illius, etiamsi non nupserit. Bald. *conf.* 249. *lib.* 4. per *L. si mulier dotem. C. de Jur. dot.* quia hæc non est conditio, sed causa impulsiva, quæ non requiritur necessario ad hoc, ut legatum debeatur. Covar. *in cap.* 3. *nu.* 11. *vers. secundo. de testam.* Craveta *conf.* 101. *nu.* 1. *vers. secundo.* Grammat. *conf. civil.* 146. *nu.* 3. Noal. *l. c. n.* 43. apud quem plures alii casus in hac materia.

Sicut Jus petendi legitimam transmittitur ad hæredes. 27
Noal. *de transmiss. caf.* 10. Ita jus petendi dotem, aut illius supplementum transmittitur; quia dos succedit loco legitimæ. *L. quoniam Novella. C. de inoff. testam.* Bald. *in auth. res quæ. nu.* 18. *C. commun. de leg.* Tiraquell. *in L. si unquam. verb. susceperit liberos. nu.* 112. *C. de revoc. donat.* & subrogatum induit naturam illius, cui subrogatur. *L. eum, qui.* §. *injuriarum. ff. si quis caut.* §. *si quis. Instit. de act.* Noal. *l. c. caf.* 18.

Transmissio habet etiam locum in lucro dotis, quia 28
stante statuto, quod moriente uxore in matrimonio maritus lucretur dotem, vel partem illius, mortua uxore, si maritus moriatur, antequam lucrum dotis acceptaverit, vel agnoverit, lucrum transit ad hæredes illius. ita Gutierrez *pract. quæst. lib.* 5. *quæst.* 78. *nu.* 10. Noal. *de transmiss. caf.* 20 qui citant alios. Bened. *in cap. Raynut. vers. mortuo itaque Testatore.* 2. *num.* 115. *de testam.* Pinell. *in L.* 1. *par.* 1. *num.* 36. *C. de bon. mat.* Brun. *de stat. fœmin. exclus. art.* 11. *nu.* 85. & *art.* 13. *nu.* 95. Surd. *conf.* 253. *num.* 33. *vol.* 2. Ruin. *conf.* 26. *nu.* 16. *vol.* 3. Cravetta *conf.* 185. *nu.* 3. quia illud lucrum defertur marito titulo singulari, & non ut hæreditas, aut pars hæreditatis, & ideo transmittitur etiam absque agnitione. *L. si arrogator. ff. de adopt.* Alex. *conf.* 150. *num.* 7. & 8. *lib.* 2. Jas. *in d. L. si arrogator.* & DD. cit.

§. VII.

§. VII.

Transmissio Privilegiorum.

29 Transmissio in privilegiis personalibus non habet locum, quamvis sint personalia ex parte concedentis tantum, & fuerit concessum in remunerationem meritorum. *L. in omnibus causis.* 2. *& L. privilegia. ff. de R. J. L. sordidorum. C. de excus. mun. lib.* 10. *cap. privilegium. de R. J. in* 6. *cap. si gratiose. de rescript. in* 6. Dicitur autem personale, si persona est proxima, & immediata causa privilegii, alias non esset personale, sed reale. Ita quamvis restitutio in integrum sit beneficium personale Dyn. *in reg. privilegium.* quia tamen persona minoris non est causa proxima, & immediata ipsius beneficii, sed læsio; ideo ad hæredes transit. *L. non solum. ff. de in integr. rest. L. minor autem.* §. *non solum. ff. de min.* ita Jo. Andr. & Franc. *in d. cap. privil. nu.* 3. Crav. *consi.* 590. *n.* 1. Excipe primo in privilegio tacitæ hypothecæ, quod habet pupillus in bonis Tutoris. Gutierez. *in trac. de tutel. par.* 2. *cap.* 16. *num.* 19. quia istud est privilegium ut præferatur in personalibus anterioribus creditoribus. Realia vero privilegia transmittuntur, & ad effectum transmissionis dicuntur realia, quæ concessa sunt rebus, juxta *L. ætatem. ff. de cens. L.* 1. §. *permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiva.* & concessa causæ, ut in causa depositi, mutui, & similibus. *L. tempus.* ubi Jas. *n.* 2. *ff. de re jud. L. privilegio. ff. de R. J.* & concessa ob causam. Crav. *consi.* 929. *n.* 1. & actioni. *L. in omnibus causis.* 2. ubi gl. *ff. de R. J.* Item loco, & Civitati. *L. forma.* §. *quamquam. ff. de censib. cap. hinc. est.* 16. *quæst.* 1. *cap.* 1. *&* 2. 25. *quæst.* 2. *cap. cum venissent. de Instit.* gl. ult. *in cap. mandata de præsumpt.* Bart. *in L. Pater. num.* 5. *ff. de servit. leg.* Natta *consi.* 627. *n.* 13. Surd. *consi.* 262. *nu.* 43. *vol.* 2. Ratio est; quia idem populus semper esse videtur, & tunc in dubio concessio videtur facta personæ propter locum. Noal. *de transmiss. cas.* 23. & quando dubitatur, an privilegium sit personale, aut reale, recurri debet ad intentionem concedentis. *L. Neratius. ff. de R. J. cap. cum venissent, de Jud.* §. *ex his omnibus.* 11. *quæst.* 1. & si intentio concedentis deprehendi non potest, privilegium judicatur esse reale, nisi contrarium probetur. *L. Beneficium. ff. de constit. Princ. cap. cum dilecti. de empt. & vend. cap. ad audientiam. de rescript.* Jo. Andr. & Franc. *in cap. privilegium. nu.* 4. *de R. J. in* 6. Anchar. *consi.* 327. *num.* 3. Bart. *in d. L. Pater. n.* 6. *ff. de servit. leg.* Bald. *consi.* 159. *num.* 5. *vers. Item quia. lib.* 3. Dec. *consi.* 262. *n.* 5. quamvis multi in contrarium velint judicandum esse personale, quia favorabilis est interpretatio, ut res revertatur ad suam pristinam naturam. gl. *in cap. cum venissent. de instit.* & gl. *in cap. tua. de Instit.* Alex. *consi.* 86. *n.* 1. *vol.* 1. quia privilegia sunt stricti Juris, & non debent extendi ultra rem, & personam in eis nominatam. *cap. sane. de privil.* Jas. *in L. si sic stipulatus. n.* 13. *ff. de V. O. & consi.* 217. *n.* 1. *vol.* 2. de quo vide Noal. *l. c. cas.* 23. *n.* 25.

§. VIII.

Transmissio Actionum, & Nobilitatis.

30 Transmissio non habet locum in actionibus personalibus. *L.* 3. §. *si heres. ff. de usufr.* quia actiones personales non egrediuntur personam obligati, nisi actio personalis sit in rem scripta, quia licet hæc sit origine, & natura sua personalis, quia tamen semper concommitatur possessorem rei, dicitur in rem scripta, & transit in singularem successorem, uti actio, *quod metus causa*, quæ active transmittitur non tantum ad hæredes, juxta *L. quod diximus.* §. *hæc actio. ff. quod metus caus. L. si vi. C. eod.* sed etiam contra hæredes, & ad singularem successorem, ac contra eum. *L. metum autem præsentem.* §. *fin. ff. eod.* quod idem videre est in actione de dolo, & aliis apud Noal. *de transmiss. cas.* 24. *n.* 3. aut nisi consuetudo, aut statutum permitterent transmissionem actionis personalis. Lim. quia actio personalis transit in hæredem, aut successorem universalem. Idem *cas.* 25. Et idem proportionaliter dicitur de exceptionibus personalibus, & realibus.

Transmissio non habet locum in actionibus pœnalibus, & criminalibus, quæ non transeunt ad successores, quia delicta cum eorum pœna morte delinquentium extinguuntur. Farin. *quæst.* 10. *a num.* 36. *usque ad numer.* 83. apud Noal. *l. c. cas.* 27. & non solum non transit in successores active, sed nec passive contra illos. *L. in honoratis.* §. *honorariæ. ff. de act. & oblig. L.* 2. §. *fin. ff. de vi bonor. raptor.* & conclusio procedit etiam in fidejussore pro maleficio, quia sicut delicta non transeunt in successores, neque ad hæredes aut contra illos, ita fidejussio simpliciter facta, pro furto extinguitur morte fidejussoris gl. *in* §. *fidejussor.* 1. *Instit. de fidejuss.* ubi Mynsing. *n.* 4. Boss. *in tit. de carcer. fidejussor. comit. n.* 64. Rol. *consi.* 58. *numer.* 5. *lib.* 1. quia quando non transit actio contra hæredem principalis, neque transit contra hæredem fidejussoris, quia exceptiones competentes Reo principali competunt etiam fidejussori. *L. omnes L. exceptiones.* §. *rei. ff. de except.* Lim. si fidejussio non fuit facta simpliciter pro maleficio, sed pro pœna pecuniaria, quia hæc non extinguitur morte fidejussoris, sed transit ad hæredes. Rol. *l. c.* Mynsing. *in d.* §. *fidejussor.* Lim. secundo conclusio, quod procedat tantum in pœna ad vindictam publicam, secus quoad pœnam privatam damnorum passorum ex delictis, quia quoad istam pœnam actio pœnalis transmittitur ad hæredes illorum, qui damnum sunt passi. Noal. *loc. cit. num.* 8. ad hæredes vero damnum dantis non transit, nisi in quantum ad illos pervenit. Lim. 3. in pœna conventionali, quæ transit ad & contra hæredes. Gabr. *de malef. conclus.* 34. *n.* 12. 31

32 Transmissio procedit in contractibus, pactis, promissionibus, & obligationibus. Noal. *loc. cit. cas.* 28. *per totum.* Peregr. *de fideic. art.* 52. *n.* 69. Tiraquel. *de retr. convent.* §. 1. *gl.* 6. *num.* 4. Crass. *in* §. *hæreditas num.* 11. *dec. consi.* 281. *num.* 8. Alex. *consi.* 18. *nu.* 15. *lib.* 5. quia factum hæredis reputatur factum defuncti, & ideo factum nomine defuncti ad hæredes transitorium ratificari potest per ipsos hæredes. Vide Noal. *l. c.* ampliationes, & limitationes.

33 Transmissio datur etiam in nobilitate majorum, quæ transit in liberos. *L.* 1. *& L. si senator C. de dignit. lib.* 12. Abb. *in cap. licet. n.* 5. *de cens.* Bened. *in cap. Raynut. par.* 2. *n.* 105. *de testam.* Bald. *in L. fin. C. de serv. fugit.* & transit etiam in filios furiosos, quia nobilitas non est in actu intellectus, aut voluntatis, non transmittitur tamen ultra pronepotes, loquendo de nobilitate accidentali, quæ provenit per dignitatem. gl. *in L.* 1. *C. de dignit. lib.* 12. nam nobilitas generis, & originis progreditur in infinitum. Mart. Laur. *in trac. de dignit. vers.* 44. Tiraquel. *de nobilit. cap.* 15. *n.* 3. nisi dignitas, quæ est causa nobilitatis, transiret ad posteros, ubi Regnum, Marchionatus, Comitatus &c. quia durante causa durat effectus. DD. cit. & Noal. *loc. cit. cas.* 29. *per totum.* Porro nobilitas adventitia, & accidentalis non transit in filios adoptivos cum non sint proprie filii, sed per fictionem. Et quamvis pater, qui nobilitatem amisit, non transmittat illam in filios. Tiraq. *de nobilit. a cap.* 241. nisi fuissent filii jam concepti ante amissam nobilitatem; tamen nobilitas a Principe alicui, & suis filiis concessa, non ammittitur a filiis ob demerita, & amissionem patris, quia illam non habent filii a patre, vel ex illius meritis, sed ex Beneficio Principis, & providentia ac liberalitate, uti accidit in feudo ex pacto, & providentia, sicut nec antiqua & avita nobilitas per patris demerita amittitur filiis, quibus est acquisitum jus ex eorum avis, & illam non habeant a patre, sed ab Avis. *L.* 3. *ff. de interd. & releg. & L. emancipatum* §. *sed si quis. ff. de senator.* Tiraquel. *l. c. cap.* 35. *num.* 4. Dummodo tamen filii per suum delictum aut demerita non fuerint facti incapaces nobilitatis. Bart. *in L.* 1. *num.* 49. *C. de dignit. lib.* 12. aut non sint naturales tantum, nothi, vel bastardi, quia in istos non transit nobilitas. *L. cum legitimæ. ff. de stat. hom.* Anchar. *consi.* 349. *n.* 2. Tiraq. *l. c. cap.* 15. *n.* 10. qui bastardi non sunt de domo, vel familia nobilium, non enim habent agnationem §. *vulgo. Instit. de succes. cognat.* Bened. *in cap. Raynutius. num.* 32. gl. *in Clem.* 1. *verb. Liberi de baptis.* Palleot. *de not. & spur. cap.* 59. *&*

59. & 60. Alex. *in L. ex facto* §. *si quis rogatus. n.* 56. *ff. ad Trebell.* Tiraquel. *l. c.* & alii apud plures apud Noal. *l. c. n.* 34. nisi tamen isti fuerint legitimati saltem per rescriptum Principis. Palleot. *l. c. cap.* 62. contra Bald. & alios, quia legitimatus acquirit omnia jure legitimorum nihil differentes ab illis. §. *quapropter. authen. quib. mod. nat. offic. sui.* Noal. *n.* 43. Idem porportionaliter dic de civilitate acquisita a patre. Noal. *l. c. cap.* 32.

§. IX.

Transmissio vitiorum, & transactionum.

34 Transmissio non fit quoad pœnam spiritualem vitiorum, delictorum, & opprobriorum patris ad filios. *cap. undecunque.* ubi gl. *vers. sic mali. & cap. nasci. de adult. cap. jam itaque, & cap. non imputantur.* 1. *quæst.* 4. & ideo unus pro altero, & alterius culpa excommunicari non debet. *cap. Romana.* §. *fin. de sent. excom. in* 6. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 8 *num.* 1. *vers. quinta.* Menoch. *cons.* 99. *a num.* 207. Alphon. de Castro. *de just. hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 11. neque fit transmissio in hoc casu regulariter etiam quoad pœnam temporalem, quia pœna debet tenere suos authores. *L. Sancimus. C. de pœn. cap. quæsivit. de his quæ fiunt a major. par. Cap.* exceptis criminibus læsæ Majest. *L. quisquis* §. *filii. C. ad L. Jul. majest.* Item hæresis *cap. vergentis. de hæret. cap.* 2. §. *hæretici. de hæret. in* 6. Item quoad Ordines, quia illegitimus arcetur ab Ordinibus *cap.* 1. *de fil. presbyt.* Conc. Trid. *sess.* 23. *cap.* 5. *de ref.* Item quoad Beneficia. *cap.* 1. *de fil. presbyt. in* 6. *de cap.* 2. §. *hæretici. de hæret. in* 6. Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 1. *de ref. & sess.* 22. *cap.* 2. *de reform. & sess.* 24. *cap.* 1. *de ref.* Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 2. *n.* 1. Transmittitur etiam in filios infamia parentum procedens ex eorum vitiis, & delictis, ut probat Noal. *l. c. n.* 6. & *seq.* & plures citans, & infamia proveniens ex adulterio non transit in agnationem quoad honorem. *cap. nunquam de vitiis.* 56. *dist.* ut tenet communior apud Noal. *loc. cit. toto cap.* 31.

35 Transmissio habet etiam locum in transactione, quæ transit ad hæredes active, & passive, eis nocet, & præjudicat. Berous. *cons.* 176. *numer.* 74. *vol.* 1. Ruin. sen. *cons.* 107. *n.* 6. Rota apud Ludovis. *dec.* 354. *num.* 3. *& dec.* 418. *n.* 5. Seraph. *dec.* 711. *n.* 4. quod probatur *ex L. si pactum. ff. de pact. L. cum a matre. C. de rei vend. L. si ab eo. C. de lib. caus. L. ex qua persona. ff. de R. J.* Lim. 1. nisi transactio fuerit facta super his, quæ hæredibus competunt jure suo proprio, & de propria sua vocatione, ut in causa fideic. feudi, emphyt. &c. Lim. 2. quia transactio non transmittitur in successores in Beneficio, nec illis præjudicat. *cap. veniens. cap. de cætero. de transact. & cap. præterea. de cens.* quia transactio est stricti juris, & non egreditur personas in ea expressas. *L. Imperatores ff. de transact. L.* 2. *&* 3. *C. res inter alios acta. L. si unus.* §. *ante omnia. ff. de pact.* Mant. *de tacit. lib.* 26. *tit.* 4. & est species alienationis. *L.* 1. *ff. de off. procon.* Bald. *in L.* 1. *C. si advers. transact.* Alex. *cons.* 129. *nu.* 2. *lib.* 1. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. gl. 14. *a n.* 65. Surd. *cons.* 501. *n.* 9. *vol.* 4. quod idem dic de successore in quacunque alia administratione, de quibus plura in praxi *transactionis.*

36 Transmissio non procedit in compromisso, quod non transit ad hæredes, nec illos obligat. *L. diem proferre* §. *si hæredis L. sed & interpellatur.* §. *fin. de arbitr. cap. fin. eod. tit.* quia arbitria sunt stricti Juris, & arbiter extra compromissum nihil facere potest. *L. non distinguemus.* §. *fi. ff. de arbitr.* & compromissum exspirat non tantum morte utriusque compromittentis, sed etiam morte alterius tantum ex compromittentibus. *d. L. sed & interpellatur.* Lanfranc. *de arbitr. par.* 4. *memb.* 5. *n.* 7. Item quamvis ex una parte plures fuerint compromittentes, quia morte unius illorum exspirat compromissum quoad omnes, si causa non erat dividua, sed individua, quia quando causa est dividua, tot intelliguntur esse compromissa, quot sunt compromittentes. *L. ad officium. C. comm. divid. L. scire debemus. ff. de V. O. L. si plures. ff. de injur.* Porro conclusio procedit, quamvis mors succedat post conclusionem in causa, imo etiam post præfixionem termini ad audiendam sententiam. Noal. *de transmiss. cas.* 35. qui ampliat, & declarat. *cap. ex parte.* ubi Abb. *n.* 2. *de arbitr.*

Quæres, quid dicendum de Jure, & facultate arbitrandi data in eodem compromisso, transitne ad hæredes, vel successores ejusdem arbitri, aut arbitratoris, vel ad alios. Conclusio est negativa. *L. quis arbitratu. ff. de V. O.* Bart. *in L. si stipulatus. fuerim. n.* 5. *ff. de V. O.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 68. *n.* 29. Bologn. *cons.* 6. *col.* 5. *vers. quoad secundum caput.* quia arbitrium utpote insertum personæ, est personale. *L. in compromissis. ff. de arbitr.* & videtur electa fides, probitas, ac industria personæ *L. non distinguemus.* §. *quæsitum. ff. de arbitr.* Bald. *in L. un.* §. *ne autem n.* 7. *vers. in arbitrariis. C. de caduc. toll.* Noal. *cas.* 36. *per tot.* 37

§. X.

Transmissio electionis in alternativis, & meliorationum.

Transmissio non procedit in jure eligendi in alternativis, quia vivente stipulatore est personale, nec transmitti potest, nisi fiat ex necessitate. DD. apud Noal. *l. c. cas.* 37. 38

Transmissio habet locum in melioramentis factis in feudo a Vasallo, si sunt separata, ac per se subsistentia transeunt ad hæredes Vasalli, sive feudum fuerit apertum ex delicto, sive sine delicto. Rosenthal. *de feud. cap.* 10. *conclus.* 43. *n.* 6. *&* 7. Uti si Princeps habens castrum sine jurisdictione illud dedit in feudum, postmodum vero Vasallus acquirit jurisdictionem ab altero, jurisdictio hæc utpote separata a castro, & per se subsistens pertinet ad Vasallum, & illius hæredes. Clarus *in* §. *feud. quæst.* 88. *nu.* 5. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 5. *ex quo.* Fachin. *controv. Jur. lib.* 7. *cap.* 89. Ruin. *cons.* 14. *lib.* 1. Bald. *in* §. *e contrario. n.* 4. ubi Afflict. *n.* 1. *de Investit. de re alien. fac.* Noal. *cas.* 18. In aliis vero melioramentis, si feudum fuit apertum sine delicto, industrialia, ut sunt ædificia, & alia apud Rosenthal. *d. cap.* 10. *conclus.* 43. *n.* 50. transmittuntur ad hæredes. *cap.* 1. §. *Vasallus* ubi gl. *in vers. solvat pretium.* Ruinus *cons.* 24. *num.* 10. *lib.* 1. Menoch. *de recuper. poss. rem.* 15. *n.* 508. quamvis feudum non devolvatur ad Dominum, sed ad agnatos. ita Rol. *cons.* 28. *num.* 30. *vol.* 1. Curt. jun. *cons.* 41. *num.* 10. Ruin. *cons.* 14. *num.* 10. *lib.* 1. Brun. *cons.* 105. *num.* 7. Noal. *de transmis. l. c. n.* 3. sive melioramenta fuerint facta a primo investito, sive a sequentibus, aut ab ultimis. Gabr. *cons.* 80. *n.* 38. *&* 39. *lib.* 2. Imo licet non fuerint facta a Vasallo, sed ab Amico contemplatione illius. Ita Menoch. *l. cit. num.* 509. si vero ab alio fuerunt facta non contemplatione illius, tunc non spectarent ad Vasallum, nec ad hæredes illius, sed cederent solo, & feudo. *L. is contra quem. C. de ædif. priv.* §. *ex diverso. Instit. de rer. divis.* Rosenthal *d. cap.* 10. *conclus.* 43. *num.* 42. *&* 43. Noal. *l. c. n.* 6. Etiamsi ligna, lapides &c. eidem Vasalllo donata fuissent, quia spectant ad Vasallum, & illius hæredes. Schrœder. *de feud. par.* 9. *princ. sect.* 2. *num.* 41. Rosent. *l. c. n.* 41. Noal. *n.* 7. & non tantum transeunt in masculos, sed etiam in fœminas, quamvis feudum fuerit datum expresse ad meliorandum, vel in investitura fuerit specificatum, quod Vasallus faciat has, vel illas impensas in re feudali, propterea Vasallus non excluditur a repetitione illarum. DD. cit. Bart. *L. si aurum ff. de solut.* Bald. *in L. generaliter. in* 4. *oppos. C. de non numer. pec.* Afflict. *dec.* 44. *n.* 24. Menoch. *de arb. cas.* 88. & alii apud Noal. *n.* 13. transeunt autem ejusmodi melioramenta ad hæredes, & successorem universalem, non autem ad singularem sine cessione, quia actio personalis non transit ad singularem successorem. Rosent. & Schrœder. *ll. cc.* & Noal. *n.* 14. qui tamen contrariam defendit sententiam, quod imo transeant etiam ad singularem successorem, quia licet actio sit personalis, est tamen in rem scripta. *L.* 1. *ff. in quib. caus. pign. vel hypotheca tacit contrab. L. interdum. ff. qui potior. in pign. hab.* actio vero personalis in rem scripta transit ad singularem successorem juxta superius dicta.

Ita

Ita melioramenta naturalia, vel casualia, ut est insula nata in flumine publico juxta feudum, & ea, quæ accrescunt per alluvionem, præscriptionem, condemnationem, & similes modos, transeunt ad hæredes Vasali, de quibus Rosent. *d. cap.* 10, *conclus.* 44.

40 Si vero feudum fuit apertum ex delicto, uti ob feloniam, aut non petitam investituram, Vasallus amittit omnia melioramenta, & illa non transmittit ad hæredes. Bald. *in cap.* 1. §. *si Vasallus. nu.* 1. *in tit. hic finit. lex.* Ruin. *cons.* 24. *num.* 10. *lib.* 1. Rosent. *de feud. d. cap.* 10. *conclus.* 43. *gl.* 1. *propter. L.* 2. *C. de Jure emphyt.* quia amittens principale amittit etiam accessorium, quod etiam procedit, quando feudum non fuit apertum Domino, sed agnato. Rosent. *l. c.* Bursat. Capic. Brun. Blanc. & alii apud Noal. *l. c. num.* 17. quamvis impensæ melioramentorum essent maximæ. Lim. in impensis necessariis factis a Vasallo post devolutionem feudi, quas Vasallus, & ejus hæredes repetere possunt, quamvis ex delicto feudum amiserint; quia etiam malæ fidei possessor eas deducit. *L. Domum. C. de rei vendic.* Bart. *in L. in fundo. num.* 11. *ff. eod.* Boer. *dec.* 44. *num.* 6. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *num.* 514. Rosent. *l. c. conclus.* 43. *nu.* 12. *& seq.* Et hæc procedunt etiam in meliorамentis factis in emphyteusi, qui ex eadem causa ac Vasallus amittit meliotamenta. Ita etiam conductor ad longum tempus. Noal. *l. c. nu.* 21. Garz. *de expen. & melior. cap.* 6. *num.* 20. Pinell. *in L.* 2. *par.* 2. *num.* 7. & melioramenta ac impensæ modicæ, quas ex natura contractus Emphyteuta tenetur facere, uti deductio rivorum, lucus plantatus, vinea insita, & similia, quæ non transmittuntur. Garz. *l. c.* Noal. *l. c. n.* 26. Dec. *cons.* 518. Etiam melioramenta facta a Prælatis seu Beneficiatis in bonis Ecclesiasticis non repetuntur a Prælatis, aut eorum hæredibus, neque ex testamento, neque ab intestato, quia præsumuntur facta ex redditibus Ecclesiæ, cujus erant Administratores. *L. Nesennius.* ubi DD. *ff. de neg. gest.* Crav. *cons.* 129. *nu.* 3. Rota *dec.* 761. *par.* 1. *divers.* & tanquam acquisita ex bonis, vel pecunia Ecclesiæ efficiuntur Ecclesiæ, nec transmittuntur ad hæredes. *cap.* 1. *&* 3. *de pecul. Cleric. cap.* 1. *& cap. cum in officiis de testamentis*, quia utilitas annexa rebus Ecclesiasticis cedit Ecclesiæ. Anchar. *in d. cap. fin. num.* 2. & Imola *num.* 3. Surd. *cons.* 333. *num.* 40. *vol.* 3. secus si melioramenta fuerunt facta a Prælatis de bonis patrimonialibus, aut propriis. Ita contra Surd. *l. c.* communis apud Noal. *l. c. n.* 33. Abb. *in cap. multa. num.* 14. *de præb.* & *in cap. fin. num.* 2. *de pecul. Cler.* Jas. *in L. si non sortem.* §. *si centum. num.* 10. *ff. de cond. indeb.* Boer. *dec.* 44. *nu.* 14. Garz. *l. c.* Peregr. *de fideic. art.* 50. *num.* 43. Redoan. *de spol. quæst.* 9. §. *quid dicendum. nu.* 24. Menoch. *de arbitr. cas.* 195.

41 Melioramenta facta ab hærede in bonis fideicommissariis, si sunt utilia, aut necessaria, ad hæredes hæredum transeunt. *L. domos hæreditarias. ff. de leg.* 1. *L. mulier.* §. *sed enim. L. ubi pure.* §. *qui in distrahendis. ff. ad Trebell.* Ruin. *cons.* 38. *nu.* 25. *lib.* 1. Rol. *cons.* 28. *num.* 1. *lib.* 1. Vinc. de Franc. *dec.* 109. Menoch. *de recuper. rem.* 15. *num.* 507. Peregr. *de fideic. art.* 50. *num.* 39. Noal. *num.* 35. Et facta a marito in bonis dotalibus inæstimatis, si necessaria sunt, ab eodem repeti possunt. *L. quod dicitur.* 1. *ff. de impens. in reb. dotal.* & utilia si fuerunt voluntate uxoris, repetuntur actione mandati. *L. un. C. de rei uxor. act.* si vero fecit sine voluntate uxoris, repetuntur per actionem negotiorum gestorum, & actio ad hæredes, & contra hæredes transmittitur. *L. si autem. ff. de negot. gest.* nisi expensæ sint modicæ.

§. XI.

Transmissio possessionis.

42 Transmissio non procedit in possessione mobilium, sive immobilium, quæ non transit ad hæredes sine apprehensione. *L. cum. hæredes. L. qui universas. ff. de acquir. possess.* Gail. *lib.* 2. *pract. obs.* 129. *nu.* 7. quia possessio amittitur solo animo. *L.* 3. *in amittenda.* ubi Jas. *nu.* 1. *ff. de acquir. possess.* Tiraquell. *de retrac. lignag.* §. 26. *gl.* 2. *num.* 13. Surd. *cons.* 160. *nu.* 31. *vol.* 2. sed per mortem animus exspirat. *cap. si gratiose de rescript. in* 6. ideo cum possessio maneat extincta per mortem possidentis, non potest transire ad hæredes, & ideo necessaria est nova apprehensio per hæredes capienda, quæ non potest acquiri absque corpore, & animo simul. *L.* 3. *& L. quemadmodum de acquir. possess.* Lim. 1. conclusio, ut non habeat locum quoad effectum complendi usucapionem, & præscriptionem, quia si defunctus cœpit usucapere, & præscribere, hæres sine nova apprehensione dicitur continuare præscriptionem, aut usucapionem. *L. miles. ff. ex quib. caus. major.* Castr. Alex. & Bart. *in L. cum hæredes. ff. de acquir. possess.* Sic etiam hæreditas jacens, quæ non dicitur possidere. *L.* 1. §. *Scævola. ff. si quis test. lib. esse jus. fue.* tamen complet præscriptionem inchoatam per defunctum sine nova possessione. *L. nunquam.* §. *vacuam. L. cœptam. ff. de usucap.* Balb. *de præscript.* 3. *par.* 6. *par. princ. num.* 12. Rol. *cons.* 46. *num.* 27. *lib.* 2. quia per aditionem hæreditatis transeunt in hæredem omnia, quæ reperiuntur in hæreditates. *L. omnia. ff. de R. J.* sed in hæreditate datur qualis qualis possessio. *L. gerit. ff. de acquir. hæred.* ideo ad præscribendum etiam in hærede continuatur possessionis defectus. Ita DD. mox cit. & Noal. *de transmis. cas.* 29. *num.* 27. *&* 28. Lim. 2. conclusionem non procedere, si defunctus possidebat animo proprio, & corpore alieno, uti per colonum, juxta *L.* 3. §. *saltus. ff. de acquir. possess.* quia si colonus defuncto possessore retineat possessionem nomine hæredis, ejusmodi continuatio, & retentio coloni nomine hæredis operatur transmissionem possessionis in hæredem absque alia apprehensione. Ang. *in L. qui universas.* §. *quod per colonum. nu.* 1. & ibi Alex. *ff. de acquir. possess.* Afflict. *dec.* 167. *nu.* 5. & *dec.* 325. *num.* 3. Socin. *cons.* 54. *nu.* 11. *vol.* 3. Maran. *in prax. par.* 4. *dist.* 7. *num.* 3. Caroc. *de Locat. in tit. de succes. quæst.* 7. *nu.* 6. Dummodo colonus ab hærede habeat mandatum continuandi, aut ipse ratificet. *L. si communis servus.* §. *fin. ff. de acquir. possess. L. si ego. ff. de negot. gest.* Ruin. *cons.* 163. *num.* 2. *vol.* 5. Alex. *cons.* 110. *nu.* 2. *lib.* 2. Noal. *l. c. nu.* 30. sufficit tamen mandatum, seu ratificatio tacita, uti resultans ex solutione, & perceptione affictus.

Transmissio habet etiam locum in possessorio retinendæ, quod est transmissibile ad hæredes, & successores universales, sed per cessionem etiam ad successorem singularem. Bald. *in cap. licet. causam. n.* 34. *vers. item. interdictam. de prob.* Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 26. *gl.* 3. *num.* 17. Idem Bald. *cons.* 436. *nu.* 4. *lib.* 3. Castr. *in L.* 1. §. *fin. nu.* 5. *ff. de nov. oper. nunt.* Natta *cons.* 399. *num.* 5. *lib.* 2. Rol. *cons.* 28. *num.* 22. *lib.* 2. Noal. *l. c. cas.* 41. Ut ergo hæres possit agere isto remedio retinendæ, duo concurrere debent. Primo, quod illud competierit defuncto ante ejus mortem, vel cedenti, quod scilicet defunctus ante mortem fuerit turbatus in sua possessione. Secundo, quod hæres seu cessionarius agat jure transmisso, vel cesso ex persona ipsius defuncti transmittentis, seu cedentis turbati. Menoch. *de retin. rem.* 3. *nu.* 265. *&* 266. Natta *cons.* 399. *n.* 5. *lib.* 2. Guido Pap. *dec.* 552. *n.* 3. 43

Transmissio fit etiam in possessorio reintegrandæ etiam ad successores singulares, & sine cessione, quia omnia interdicta sunt in rem scripta. Menoch. *de adipisc. rem.* 2. *num.* 16. Gratian. *dec.* 211. *num.* 1. Surd. *cons.* 189. *nu.* 13. *vol.* 2. Socin. jun. *cons.* 34. *n.* 13. *vers. vera est. vol.* 3. & Noal. *cas.* 42. *per totum.* qui plures alios citat, ampliat, & limitat. 44

§. XII.

Transmissio nuntiationis novi operis, restitutionis in integrum.

Transmissio habet etiam locum in nuntiatione novi operis ex parte ejus, cui nuntiatur, quæ non extinguitur morte nec alienatione, sed transit contra successorem etiam singularem, quod patientiam destruendi operis, non vero quoad pœnas, aut expensas, ex parte autem nuntiantis non transmittitur nuntiatio, sed per mortem illius ac etiam rei alienatione extinguitur, ita ut hæredes illius non possint agere hoc interdicto demolitorio. *L. non solum.* §. *morte. ff. de nov. oper. nunt.* quia ex parte nuntiantis est personale, quia dependet a mera voluntate nuntiantis, quæ voluntas morte finitur, 45

tur, & non transit ad hæredes. *L.* 4. *ff. locat.* Noal. *caf.* 43. *per totum*.

Item in remedio restitutionis in integrum, quod transit ad hæredes, & hæredes hæredum, sive sint hæredes ex testamento, sive ab intestato quamvis læsio proveniat a contraventione conditionis ordinatæ a testatore, aut læsio contingat hæreditate jacente, & transmittitur etiam contra hæredes Adversarii, & transmittitur ex quocumque capite competat, tam ad majores, quam ad minores. Imo transit etiam in substitutum vulgarem, quando agitur de læsione testatoris, secus si agitur de læsione hæredis instituti, etiam ad fideicommissarium, & ad pupillarem indistincte. *L. non solum. ff. de restit. in integr.* DD. apud Noal. *l. c. caf.* 44. *per tot.*

§. XIII.

Transmissio accusationis adulterii.

46 Transmissio non habet locum in jure, quod habuit maritus ad effectum lucrandi dotem, accusandi uxorem de adulterio, si maritus habuit notitiam adulterii, & non fuit conquestus, quia tunc videtur remisisse. Castr. *in L. quod si in patris.* §. *Item si voluntate. num.* 3. *in fin. sol. matrim.* & *in L. cum mulier. num.* 6. *ff. eod.* & DD. *in cap. plerumque de donat. inter vir. & uxor.* Bald. *conf.* 303. *lib.* 3. Alex. *conf.* 189. *num.* 1. *verf. praterea lib.* 6. Farin. *de delict. carn. quaest.* 142. *nu.* 121. Rota *dec.* 606. *num.* 4. *par.* 1. *divers.* & tunc jus accusandi non trasmittitur contra Uxorem nec contra illius hæredes. Gabr. *de malef.* 35. *nu.* 12. & Noal. *de transmis. caf.* 47. *num.* 5. & 6. apud quos DD. nisi statutum disponat, quod Uxor amittat dotem propter adulterium ipso jure, quia tunc hæredes mariti dotem apud se retinentes audiendi sunt excipiendo contra Uxorem, vel ejus hæredes dotem repetentes, quamvis maritus in vita sua conquestus non fuerit. Farin. *l. c. quaest.* 142. *nu.* 132. si vero maritus habuit notitiam adulterii Uxoris, ac de illo fuit conquestus, tunc jus opponendi contra adulterium transmittit. Alex. *in L. rei judicata n.* 5. *verf. limita tamen. ff. sol. matrim.* Boer. *dec.* 338. *num.* 8. Menoch. *conf.* 31. *num.* 33. & alii apud Noal. *l. c. num.* 9. & tale jus transit ad hæredes, sive sint hæredes sui, sive extranei. *L.* 3. *C. si pend. appell. mors. interven.* Vinc. de Franch. *dec.* 184. *a num.* 8. Imo transit etiam ad singularem successorem habentem causam a marito. Bald. *conf.* 221. *nu.* 1. *lib.* 2. quod tamen verum non est, juxta Noal. *num.* 11. Boer. *dec.* 338. *nu.* 8. Gabr. *de malef. conclus.* 35. *n.* 13. Dummodo querimonia fuerit facta judicialiter; non enim sufficit extrajudicialis, quia licet aliqui existiment, quod sufficiat extrajudicialis, uti si maritus uxorem expulit de domo, aut alio simili modo adulterium improbet, uti tenuit Vinc. de Franch. *dec.* 184. *nu.* 6. & 10. Rosent. *de feud. cap.* 10. *concl.* 40. *num.* 37. tamen veritas videtur esse pro priori, quod requiratur judicialis, quod enim maritus lucretur dotem propter adulterium uxoris, non pendet a sola animi sui voluntate, sed pendet quoque a Judice, quia non potest lucrari dotem, nisi adulterio ipso judicialiter probato. *L. consensu* §. *si vero C. de repud.* etiam querimonia ad hoc ordinata regulati debet via judicii, quia ordinata ad unum finem regulari debent secundum finem, ad quem ordinata sunt. Bald. *conf.* 105. *verf. illud etiam lib.* 1. Cravetta *conf.* 223. *num.* 9. si vero maritus scivit adulterium Uxoris, sed repente decessit, vel alia legitima causa fuit impeditus, quominus conqueri, vel accusare potuerit, tunc jus accusandi ad hæredes transmittit, ac si in vita conquestus fuisset, & accusasset. Alex. *in L. rei judicata num.* 3. *ff. sol. matrim.* Menoch. *conf.* 31. *n.* 33. Boer. *dec.* 338. *n.* 8. Farin. *de delict. carn. quaest.* 142. *num.* 120. & Noal. *loc. cit. num.* 15. Idem dic, si uxor tam cito mortua fuerit, quod maritus illam accusare non potuerit. Si vero maritus ignoravit adulterium, prout ignorasse præsumitur. *L. verius, ff. de prob.* Alex. *conf.* 189. *n.* 5. *l.* 6. & tunc omnino hoc jus accusandi transmittitur ad hæredes. Ruin. *conf.* 155. *num.* 1. *lib.* 3. Menoch. *d. conf.* 31. *num.* 13. Abb. *conf.* 3. *num.* 7. *lib.* 2. Cravetta *conf.* 59. Surd. *de alim. tit.* 7. *quaest.* 24. *num.* 15. Farin. *l. c. quaest.* 142. *num.* 115. Noal. *l. c. n.* 16. & 17. quia ignorans non dicitur renuntiare juri suo. *L. mater decedens.* §. *caeterum. ff. de inoff. testam.* nisi ignorantia esset supina, quæ scientiæ æquiparatur. *L. nec supina. L. regula.* §. *sed facti ff. de jure. & fact. ignor.*

§. XIV.

Transmissio Donationis.

Transmissio donationis non habet locum, si donatarius ex donatione causa mortis præmoritur donanti, 47
sed tunc donata redunt ad donantem. Sicut legatarius præmoriens testatori legatum non transmittit. DD. communiter apud Noal. *de transmis. caf.* 45. *nu.* 1. & 2. secus est dicendum in donatione inter vivos, quæ, licet donatarius præmoriatur donanti, non evanescit, sed bona donata, & actio ad illa consequenda transmittuntur ad hæredes. *L. illam. L. si quis argent.* §. *fin. C. de donat.* Rol *conf.* 77. *nu.* 12. *lib.* 1. Bald. *conf.* 195. *lib.* 4. quia hæc donatio est irrevocabilis. *L. perfecta. C. de donat.* quæ etiam procedunt in donatione inter maritum, & uxorem, si fuit jurata, quia donatio jurata inter virum, & uxorem est valida. Clarus *in* §. *Donatio. quaest.* 9. *num.* 3. Bald. novel. *in trac. de dote par.* 10. *num.* 10. Gabr. *de donat. conclus.* 3. *num.* 21. Crass. *in* §. *Donatio. quaest.* 6. *num.* 3. *verf. & nota.* Covar. *de testam. par.* 2. *num.* 10. Rol. *conf.* 77. *nu.* 9. *lib.* 1. & DD. apud. Noal. *l. c. nu.* 4. & 5. sic etiam donatio facta inter patrem, & filium jurata transmittitur, si donatarius fuit præmortuus donanti. Uti etiam donatio remuneratoria etiam non jurata, quia est irrevocabilis. Noal. *nu.* 9.

Quæres, an donatio causa mortis, quam donans promisit non revocare, dicatur donatio inter vivos, vel 48
causa mortis? quod sit donatio inter vivos, probat tex. *in L. ubi ita donatur. ff. de donat. caus. mort.* Ang. *conf.* 179. *nu.* 6. Alex. *conf.* 14. *nu.* 1. *lib.* 1. Jas. *in L. quae dotis. num.* 30. *ff. sol. matrim.* & ita tenent Natta *conf.* 104. *nu.* 6. Boer. *dec.* 353. *a num.* 10. Covar. *in rubr. de testam. par.* 2. *num.* 14. *verf. quarta conclusio.* Clarus *in* §. *Donatio. quaest.* 4. *num.* 5. Gabr. *de Jurejuran. conclus.* 9. *num.* 2. & 7. Crass. *in* §. *Donatio. quaest.* 1. *num.* 4. Mant. *de conject. lib.* 1. *tit.* 13. quod autem Donatio maneat causa mortis, defendunt Bald. *in L. cum quis verf. sed quid. ff. de condict. ob. caus.* Dec. *conf.* 305. *nu.* 2. Gabr. *conf.* 96. *nu.* 8. *lib.* 2. Bened. *in cap. Raynut. verb. testamentum il.* 4. *nu.* 28. & 29. quia verba intelliguntur secundum naturam contractus *L. si uno. ff. locat. L. si stipulatus. ff. de usur.* & ideo promissio de non revocando est revocabilis. §. 1. *Instit. de donat. L. qui mortis causa. ff. de donat. mort. caus.* Noal. vero *l. c. nu.* 10. putat a priore sententia non esse recedendum propter *L. ubi ita donatur. ff. de donat. caus. mort.* præsertim si promissio de non revocando fuisset jurata. Dummodo promissio de non revocando fuerit posita in dispositione principali, secus si in fine instrumenti, vel in clausulis accessoriis respicientibus executionem donationis, quales clausulæ ut plurimum censentur appositæ de stylo Notariorum: præterea promissio de non revocando non transmutat denotationem in donationem inter vivos, si illa tanquam donatio inter vivos non valeret. Uti si fuit facta donatio de omnibus bonis præsentibus, & futuris, quo casu licet ut donatio causa mortis valeat. *L. fin. C. de pact.* tamen ut donatio inter vivos non valet, quia aufert liberam testandi facultatem. *L. stipulatio. ff. de V. O.* Clar. *in* §. *Donatio. quaest.* 19.

Transmissio habet etiam locum in facultate revocandi donationem ob ingratitudinem, si hæc provenit ob 49
pacta non servata. Vivius *Commun. opin. in verb. donatio. num.* 5. Bald. *in L. fin. nu.* 2. *ubi* Salyc. & Ang. *C. de revoc. donat.* Barbat. *in cap. fin. de donat.* Noal. *l. c. caf.* 46. *num.* 4. ubi DD. Et licet ex alia ingratitudine non transmittatur, tamen si opponitur ab hæredibus Donatoris via exceptionis, uti si res donata nunquam fuit tradita a Donatore, & Donatarius, aut ejus hæredes illam petunt, & hæredes Donantis per viam exceptionis opponunt ingratitudinem, audiri debent. *L. filio.* §. *Seia de adim. leg.* Anchar. Imol. & Barbar. *in cap. fin. de donat.* Curt. jun. *de feud. par.* 4. *n.* 157. Rosent. *l. c. cap.* 10. *conclus.* 40. quia pœna pro

pro qua competit exceptio, transit ad hæredes. Ang. *in L.* 3. §. *quod autem.* ubi Castr. *num.* 3. Jas. *num.* 8. & Dec. *ff. quod quisque Jur.* Gabr. *de malef. conclus.* 35. *num.* 19. & alii apud Noal. *l. c.* 6. Et si Donator potuit in vita agere ad revocationem donationis, & litem saltem inchoare, & non fecit, videtur remisisse, & non transmittit. Si autem judicialiter egit saltem litem incohoando, aut agere non potuit, quia non habuit notitiam ingratitudinis, aut alias fuit a morte præventus, aut aliter legitime impeditus, jus revocandi donationem ex titulo ingratitudinis ad hæredes transmittit. Querimonia tamen debet esse judicialis per *L. fin. vers. ex his.* Corn. *cons.* 15. *num.* 12. *lib.* 1. ut fuit dictum de facultate accusandi adulterium.

50 Quamvis hæredes non possint privare Vasallum feudo ob feloniam commissam vivente Domino, qui habuit notitiam, & non fuit conquestus, tamen si allegatur felonia, & ingratitudo per viam exceptionis, tunc istud jus contra, & ad hæredes transmittitur. DD. apud Noal. *de transmiss. cas.* 48. *per totum.*

51 Transmissio non procedit in jure declarandi, quod habet Pensionarius, an velit uti regressu, quod non trasmittitur contra successorem ejusdem titularis in Beneficio. Rota apud Cassad. *dec.* 4. *n.* 3. *in fin. de locat.* Pur. *dec.* 341. *lib.* 1. Verall. *dec.* 8. *par.* 3. Paris. *de resignat. lib.* 3. *quæst.* 3. *a nu.* 9. Gig. *de pens. quæst.* 77. *num.* 24. & alii apud Noal. *l. c. cas.* 50. sive Titularis moriatur, sive renuntiet Beneficio, quia per taciturnitatem videtur idem jus remissum fuisse. *cap. fin. de donat.* Nisi successor in beneficio, & ipse in solvenda pensione deficeret. Veral. & Paris. *ll. cc.*

§. XV.

Transmissio juris privandi Vasallum: Declarandi jus regressus, & Delegationis.

52 Transmissio Delegationis causarum procedit, quando Delegatio facta fuit alicui sub nomine Dignitatis non expresso nomine proprio. *cap. quoniam Abbas.* ubi gl. *in verb. substitutum de off. deleg.* Abb. ibi *nu.* 4. Dec. *num.* 4. Bart. *in L. qui liberis.* §. *hæc verba. num.* 4. *ff. de Vulgar. & pupillar.* Jas. & Dec. *in L. more. ff. de Jurisd. omn. Jud.* quia Dignitas non moritur. *cap. si gratiose. de rescript. in 6.* & ideo perdurat in utraque persona, & non videtur variata *L. meminisse. ff. de off. Procur. & legat.* & non tantum cum negorium jam inceptum fuit coram primo delegato Innoc. *in d. cap. quoniam Abbas.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 68. *num.* 22. sed etiam quando res est integra. Innoc. *loc. cit.* ubi Abb. *num.* 4. & 7. Gemin. & Archid. *in cap. si is cui num.* 4. *de off. deleg. in 6.* & DD. cit. Idem dic de mero executore. Nisi fuerit commissum nudum factum, juxta aliquos, quamvis indistincte alii loquantur apud Noal. *l. c. cas.* 51. *num.* 3. Idem dic in delegatione facta Vicario generali. De quo plura videri possunt in praxi *Delegati.*

53 Concessio facta ad Beneplacitum concedentis finitur morte ipsius, nec transit ad ejus successores, vel hæredes. *L.* 4. *ff. locat. cap. si gratiose. de rescript. in 6.* Socin. jun. *cons.* 63. *num.* 10. *lib.* 2. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 15. *num.* 4. Dec. *cons.* 108. *nu.* 2. Menoch. *cons.* 1. *nu.* 74. quod beneplacitum etiam cum officio, & dignitate concedentis etiam morte non secuta. Bart. *in d. L. more.* Franc. *in cap. si gratiose. nu.* 11. *de rescript. in 6.* nisi beneplacitum fuerit relatum non ad personam concedentis, sed ad officium, aut dignitatem illius. Noal. *l. c. num.* 4. *cas.* 54. & *n.* 6.

§. XVI.

Transmissio Juramenti, Instantiæ, & Pacti redimendi &c.

54 Transmissio non habet locum in juramento in ordine ad pœnam perjurii, secus in ordine ad observantiam contractus. Noal. *l. c. cas.* 55, ubi DD. si contractus recepit robur a juramento, secus si robur ab illo non recepit. Et jurandi facultas concessa a Lege, statuto, aut legis ministro tranmittitur ad hæredes, & successores ejus, qui jurare poterant etiam super facto defunti, quamvis ageretur criminaliter, & procedit etiam in successoribus Ecclesiasticis, etiam in hæredibus pupilli, non tamen contra hæredes Tutoris. Concessa vero ab homine, ad hæredes, vel successores non transit. *L. generaliter. C. de Jurejur.* Rom. & Jas. *in L. si per alium.* §. *hoc judicium.* ubi Jas. *nu.* 5. Alex. *nu.* 7. Socin. *nu.* 7. *ff. ne quis eum.* Tiraquell. *de præscript.* §. 2. *gl. un. num.* 6. & *de retrac. lignag.* §. 2. *gl.* 2. *num.* 7. Noal. *de transmiss. cas.* 56. *per totum.* Covar. *in cap. quamvis. par.* 1. §. 5. *nu.* 7. *de pact. in 6.* Plor. *de in lit. jur.* §. 29. *nu.* 1.

Transmissio procedit etiam in instantia cœpta cum aliquo litigarore, quæ ad illius hæredes transit active & passive, ita ut instantia sit prosequenda ex eisdem actis in statu, ac terminis, in quibus reperiebatur cum defuncto. *cap. fin. ut lite pend. in 6.* Rota *dec.* 1. *ut lite pend. in antiquis. & dec.* 652. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.* Lancellot. *de attent. par.* 2. *cap.* 20. *lim.* 24. *num.* 18. Noal. *l. c. cas.* 57. Ad quem effectum instantia dicitur cœpta non solum per contestationem litis, sed etiam per præstationem satisfationis de judicatum solvendo. *L. si defunctus. ff. de procur. cap. gratum. de officio Deleg. & cap. proposuisti. de foro compet.* & transit etiam in successorem universalem, etiam in fideicommissarium. 55

Ita pactum redimendi transmittitur ad hæredes Venditoris. Tiraquell. *de retrat. conventionali.* §. 1. *gl.* 6. Bart. *in L. commissa. nu.* 3. *ff. de publican.* Bald. *cons.* 38. *nu.* 1. *lib.* 3. Castr. *cons.* 249. *nu.* 2. *lib.* 2. Dec. *cons.* 614. *nu.* 11. Noal. *l. c. cas.* 58. quia omnia pacta, & omnes promissiones ad hæredes transmittuntur. *L. si necessarias.* §. *de vendendo. ff. de pignor. act. L. qui Romæ.* §. *Flavius. ff. de V. O.* quamvis nulla hæredum fuerit facta mentio. gl. *in L.* 2. *vers. sive hæredes. C. de pact. inter empt. & vendit.* Tiraquell. *l. c.* Rol. *cons.* 28. *num.* 2. *lib.* 2. quamvis pactum fuerit reservatum cum dictione taxativa *tantum*, & transit non tantum ad hæredes masculos, sed etiam fœminas. Idem dic de pacto retrovendendi, quod etiam transit ad hæredes emptoris. DD. cit. & Noal. *cas.* 59. *per totum.* 56

§. XVII.

Transmissio juris sepulchrorum, Jurispatronatus, oneris reddendi rationes Administrationis, & usufructus.

Ita etiam sepulchra familiaria transeunt ad eos, qui sunt de familia ad hæredes, & sepulchra hæreditaria transeunt ad hæredes directos, ac fideicommissarios. Item in successorem ex titulo universalis, non autem ex titulo singulari. DD. apud Noal. *cas.* 61. quod etiam cum proportione procedit in Jurepatron. Ecclesiastico. Noal. *cas.* 62. 57

Quemadmodum vero Jus sepulchrorum, nec Juspatronatus non transit in fideicommissarium. Ita nec feudum, nisi fideicommissarius fuerit comprehensus in investitura. Menoch. *de pres. lib.* 4. *præs.* 197. *num.* 8. & 9. & 10. Benedic. *in cap. Raynut. par.* 2. *de compend. substit. num.* 26. Crass. *in* §. *fideicom. quæst.* 50. Idem est dicendum de emphyt. DD. mox. cit. & Noal. *l. c. cas.* 64. 58

Transmissio habet etiam locum in jure petendi, & onere reddendi rationes administrationis, quæ transeunt in hæredes, in foro defuncti, & durat usque ad triginta annos, & hæredes non tantum tenentur reddere rationem administrationis, sed etiam exhibere libros rationum. *L.* 3. §. *hæc actio. ff. de negot. gest. L. Curationis. ff. eod.* Alex. *con.* 110. *num.* 21. *lib.* 3. Castr. *cons.* 370. *num.* 1. *lib.* 1. Dec. *cons.* 110. *nu.* 7. Rol. *cons.* 49. *nu.* 14. *lib.* 1. Boer. *dec.* 59. Borgnin. *de tutel. & Curat. num.* 202. Veral. *dec.* 157. *n.* 1. *par.* 2. 59

Secus in usufructu, qui de sui natura ad hæredes non transmittitur. *L. stipulatio ista.* §. *si quis ita stipulatus fuerit uti furi. ff. de V. O. L. usufructu.* §. *si cum haberet. ff. sol. matrim.* quia usufructus morte finitur. *L. sicut in annos.* §. *morte. ff. quib. mod. usufr. L. ambiguitatem. C. de usufr.* sicut & in usu. Noal. *l. c. cas.* 66. & 67. Et in societate, quæ dissolvitur mortem socii, & ad hæredes non transit, licet pactum fuerit juramento confirmatum. Noal. *l. c. cas.* 60. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 24. *nu.* 13. Itam nec in servitutibus mere personalibus. Noal. *cas.* 68.

Ita

60 Ita nec habet locum in acquisitis per Clericos ex bonis, & pecunia Ecclesiæ, quamvis non fuerint acquisita nomine proprio, sed alieno, vel per interpositam personam, nisi aliter habeat consuetudo, uti habet in Hispania, Gallia, & Germania, ubi possunt transmitti ex testamento, & ab intestato. Covar. *in cap. cum in officiis. nu. 9. de testam.* Vasquez *de success. progress.* §. 1. *nu.* 123. Garz. *de Benef. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 12. Garz. *de meliorat. cap.* 11. *num.* 71. Noal. *de transmiss. cas.* 69. *nu.* 7. *vers. præterea consuetudo.*

§. XVIII.

Transmissio Fructuum Beneficialium, Pensionum.

61 Fructus Beneficiorum non exacti an & quomodo transeant in hæredes, vel successores, attendi debet consuetudo, dummodo hæc sit præscripta saltem spatio quadraginta annorum, quia hoc tempus requiritur ad inducendam consuetudinem contra jus Canonicum. Abb. *in cap. fin. num.* 11. *de consuet.* & ubi non adest consuetudo præscripta, recurrendum est ad Constitutiones Synodales, vel Conciliares, sive statuta confirmata a Papa cum speciali derogatione, aut saltem ex certa scientia, seu cum clausula *non obstante*, quia ejusmodi clausulæ habent vim specialis derogationis. Gabr. *de claus. conclus.* 1. *num.* 21. Siaphil. *de vi, & efficacia claus. num.* 15. si vero nec Constitutio aliqua existat, si Beneficium vacat per obitum, servari debet Constitutio Julii III. ut nimirum fructus, qui incorporati, & commixti sunt cum aliis bonis Beneficiati tempore obitus illius, spectent ad hæredes Beneficiati, & ad illos transmittantur; illi vero, qui tempore obitus exacti, & ita incorporati, ac commixti non sunt, quamvis a solo sint sperati, & advenerit dies solutionis, transmittuntur ad successorem in Beneficio, ut decidit Rota apud Marches. *de commiss. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 85. Seraph. *dec.* 623. *num.* 3. Ubi vero nec Constitutio Julii fuit usu recepta in vacatione per obitum, recurritur ad jus commune. De jure communi vero super modo transmissionis disceptatur inter Doctores. Aliqui volunt fructus collectos transmitti ad hæredes, pendentes vero spectare ad successores in Beneficiis. *per L. si usufructuarius. ff. quib. mod. usufruct. amitt.* gl. *in cap. si propter.* ubi DD. *de rescript. in* 6. Tiraquell. *de retrac. convent.* §. 5. *gl.* 4. *num.* 2. Caccialup. *de pens. quæst.* 25. *num.* 1. Jos. Ludovic. *dec. Perus.* 33. *num.* 1. & alii apud Garz. *de Benef. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 94. & 95. quo casu fructus dicuntur collecti, quando sunt separati a solo, a quocunque etiam per casum separati fuerint. Bart. & Bald. *in d. L. si usufructuarius.* Zerolla *in prax. Episc. par.* 1. *verb. Beneficium. vers. ad sextum.* Tiraquell. *l. c. gl.* 4. *nu.* 1. Honded. *cons.* 85. *num.* 7. *vol.* 2. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 15. *nu.* 2. *vers. verius tamen est.* Et idem dicendum est de affictibus debitis ratione fructuum, qui pro rata fructuum separatorum a solo per affictuarium, aut conductorem ante mortem prædecessoris spectant ad hæredes, juxta *L. defuncta. ff. de usufructu*, pro alia vero parte fructuum non separatorum spectant ad successorem in Beneficio. Idem dic, si tempore prædecessoris non venisset tempus solutionis ipsorum affictuum, quia adhuc deberent dividi pro rata fructuum separatorum a solo. Alex. *cons.* 28. *num.* 2. *lib.* 1. Rota *dec.* 240. *num.* 5. *par.* 1. & *dec.* 278. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* Honded. *cons.* 85. *nu.* 20. *lib.* 2. Caccialup. *l. c.* Gig. *de pens. quæst.* 53. *num.* 1. & 2. Surd. *cons.* 333. *n.* 3. & 4. *vol.* 3. Alii vero tenent, omnes fructus illius anni, quo vacat Beneficium per obitum, esse dividendos inter hæredes Beneficiati defuncti, & successorem in Beneficio pro rata temporis, quod defunctus vixit, intra illum annum facta numeratione temporis a die, quam fuit provisus de Beneficio sine ulla differentia fructuum naturalium, & civilium. Covar. *l. c. nu.* 12. *qui hanc vocat veriorem.* Molina *de primogeni. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 4. Paris. *de confir. quæst.* 35. *num.* 48. & 49. Gutierrez *Can. quæst. lib.* 1. *cap.* 33. *nu.* 4. Garz. *de Benef. par.* 2. *cap.* 1. *nu.* 96. Noal *de transmiss. cas.* 70. *nu.* 6. & *seq.* qui pariter istam vocat veriorem ob supportationem onerum a Beneficiato factam, cum Beneficium detur propter officium, *cap. fin. de rescript. in* 6. & fructus Beneficii sint deputati pro oneribus totius anni. *cap. videntes.* 12. *quæst.* 1. Gemin. *in cap. fin.* §. *porro. nu.* 4. & Franc. *nu.* 2. *de officio Ordin. in* 6.

Si vero Beneficium vacat per resignationem, eodem modo debent dividi secundum ratam temporis. Covar. *l. c.* Paris. *de resign. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 79. & 80. Zerolla *in prax. Episc. par.* 2. *verb. Renuntiatio. vers. si quis Beneficiatus.* Genuen. *in prax. Archiep. cap.* 53. *num.* 11. Garz. *l. c.* Rota vero in vacatione per resignationem distinguit inter fructus civiles, naturales, & industriales. Civiles dicuntur census, pensiones domorum, responsiones &c. & hos, si tempus solutionis non venit tempore resignationis, vult spectare ad successorem in Beneficio, ad quem etiam spectant fructus pendentes. gl. *in cap. præsenti. de offi. Ordinar. in* 6. Card. *in cap. ult. de pecul. Cleric.* Covar. *l. c. nu.* 2. quia eo ipso, quod resignans simpliciter dimisit Beneficium, abdicavit a se omne jus, & possessionem, ita Rota *dec.* 1. *de renunt. in novis.* Cassad. *dec.* 4. *num.* 3. *de restit. spol.* Achil. *dec.* 10. *eod. tit.* Paris. *l. c.* Put. *dec.* 158. *nu.* 4. *lib.* 3. Sarnen. *super reg. de annal. quæst.* 57. *n.* 3. *vers. pro quo est diligenter.* & ita decidit Rota *dec.* 240. *n.* 3. *par.* 1. & *dec.* 278. *nu.* 3. & 4. *par.* 2. *recent.* Noal. *l. c. nu.* 7. *per totum.* quia per resignationem simpliciter factam sine reservatione fructuum præteritorum iidem censentur remissi, & sufficit, quod Resignans de eis cogitaverit saltem in genere. DD. cit. & Noal. *l. c. n.* 8. quo vero ad fructus naturales, & industriales Rota secuta est regulam Juris communis, traditam in vacatione per obitum secundum primam opinionem. 62

Pensiones maturatæ in vita pensionarii transmittuntur ad hæredes in totum, non maturatæ vero pro rata fructuum. Gig. *de pens. quæst.* 52. Redoan. *de spol. quæst.* 3. *n.* 27. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 15. *n.* 13. Molina *l. c.* Peregr. *de fideicom. art.* 49. *n.* 101. Garz. *de Benefi. par.* 2. *cap.* 1. *n.* 120. Noal. *l. c. cas.* 71. qui multipliciter limitat.

§. XIX.

Transmissio Confessionis, Renuntiationis defuncti, & sententiæ.

Transmissio habet etiam locum in confessione judiciali Antecessoris, quæ transit in successorem, si ille, qui fuit confessus, erat legitimus Administrator. *cap. fin. ac confess. cap. suborta. de re jud.* quia confessio, & sententia æquiparantur. *L. post rem judicatam. ff. de re jud.* & cui nocet sententia, nocent etiam acta. *L. sed etsi possessori.* §. *fin. ff. de jurejur.* Innoc. *in cap. causam. quæ.* 1. ubi Abb. *nu.* 3. & Dec. *nu.* 5. *de test.* Bart. *in L. superatus. nu.* 4. *ff. de pignor.* & *in L. sæpe. nu.* 12. *ff. de re jud.* Alex. *cons.* 126. *nu.* 2. *vers. nec. obstat.* sed sententia lata contra Prælatum nocet successoribus. *cap. cum inter.* §. *quamvis. de re jud.* Craverta *cons.* 10. *nu.* 8. Pinell. *in L.* 1. *par.* 3. *nu.* 48. *vers. pro hac sententia. C. de bon. mater.* Rota *dec.* 3. *nu.* 1. *de confes. in nov.* & *dec.* 141. *nu.* 4. & *dec.* 266. *num.* 5. *par.* 2. *divers.* Bellam. *dec.* 695. *num.* 1. Mascard. *de prob. conclus.* 367. *num.* 22. Ad quem effectum legitimi Administratores dicuntur Prælati suarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Congregationum. *cap. edoceri. de rescript. cap. cum deputati. de Jud.* Rota *dec.* 3. *nu.* 2. *de confess. in nov.* Bellam. *l. c.* & Noal. *l. c. n.* 2. *cas.* 72. *vers. legitimi.* si vero confessio non fuit facta per modum contentiosæ, sed per modum voluntariæ jurisdictionis, successoribus non nocet, nec præjudicat, nec contra illos transit. gl. *in cap.* 2. *in verb. Conventum.* 2. *de testib. in* 6. Castr. *cons.* 337. *nu.* 3. *lib.* 1. Rota *dec.* 334. *nu.* 1. & 2. & *dec.* 480. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.* Menoch. *cons.* 39. *nu.* 26. videri potest Fel. *in cap. fin. nu.* 11. *de præscript.* Mascard. *l. c.* Tusc. *litt. C. conclus.* 669. qui hoc diversimode limitant. Lim. in summarissimo judicio manutentionis. Rot. *dec.* 573. *nu.* 5. *par.* 2. *recent.* Præterea Confessio nocet Hæredibus, & successoribus universalibus. Bald. *cons.* 89. *nu.* 3. *vol.* 1. Socin. sen. *cons.* 13. *nu.* 5. *lib.* 3. Dec. *cons.* 184. *in fin.* Ruin. *cons.* 32. *num.* 6. *vol.* 1. Rol. *cons.* 71. *nu.* 45. Cephal. *cons.* 276. *nu.* 75. Menoch. *cons.* 1. *nu.* 67. & Noal. *l. c. nu.* 5. 63

64 Renuntiatio, & consensus defuncti in sui præjudicium non præjudicat filiis, aut aliis ejus hæredibus in jure proprio ipsorum filiorum, vel hæredum, quia simplex consensus non extenditur ad jus futurum, nec jus

jus futurum absorbet, quamvis illiud cumpetat ex causa de præsenti. *L.* 1. §. *quod ait Prætor.* 2. *ff. quor. legator.* Bart. & Bald. *in L.* 1. *C. de pact.* Tiraquell. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 9. *n.* 234. Noal. *l. c. cas.* 73. *n.* 1. & 2. vide in praxi *renuntiationis.* si vero defunctus renuntians, vel consentiens ulterius promisit, quod non veniat contra consensum, vel renuntiationem, & pro se tantum, filiis non præjudicat, si autem promittit pro se, filiis, & hæredibus, & isti non confecerunt inventarium, illis præjudicat.

66 Sententia prodest, & nocet hæredibus, aut aliis successoribus universalibus, etiam non citatis, & ignorantibus. Innoc. *in cap. quamvis. n.* 2. *in fin. de re jud.* quia præsumitur, Antecessorem ob interesse proprium fideliter, ac diligenter litigasse. Socin. *in L. Gallus.* §. & *quid si tantum. num.* 30. *vers. considera. ff. de liber.* & *posthum.* Pinell. *in L.* 1. *par.* 3. *n.* 50. *C. de bon. mat.* & probatur ex *cap. cum inter.* §. *quamvis. de re jud.* & DD. quos citat Noal. *l. c. cas.* 74. *n.* 4. & *seq.* & plura videri possunt in praxi *Sententiæ.*

TRANSPORTATIO.

Praxis Transportationis.

1 Transportatio actorum debet fieri ab appellante. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 20. *vers. præterea. de ref.* & non sufficit transportatio de loco ad locum, sed insuper requiritur exhibitio in actis, quia ejusmodi transportatio fit, ut gestorum meritis bene consideratis possit Judex pro singulorum fortuna sententiam ferre, juxta *L. eos.* §. *super iis.* & *L. Judicibus. L. præcipimus.* §. *in his autem. C. de appell.* Vestrius *in prax. lib.* 8. *cap.* 20. *n.* 1. *cum aliis.* quidquid sit secundum Jus commune, secundum quod, qui causam prosequi intendit, acta transportare tenetur, sive sit appellans, sive appellatus. Vestr. *l. c.* Bart. *in L. his, qui ad similia. n.* 4. *vers. quando quæritur.* C. *de appell.* Gabr. *de appell. conclus.* 5. *n.* 15. Merlin. *dec.* 58. *n.* 6. & 7. Et transportatio præsumitur integra. Cavaller. *dec.* 335. *n.* 1. & *dec.* 572. *nu.* 7. Buratt. *dec.* 313. *n.* 1. Beltram ad Ludovis. *dec.* 59. *n.* 5. Bich. *dec.* 169. *n.* 27.

2 Transportatio actorum in causa diversa necessaria non est, quamvis multum conferat ad causam, de qua agitur. Bich. *dec.* 468. *n.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 122. *n.* 16. Ludovis. *dec.* 55. ex quibus autem excludantur causarum diversitas ad effectum transportationis actorum, vide Rotam apud Bich. *dec.* 529. *n.* 15. & 16. uti si causæ cœptæ fuerunt unico monitorio, & in omnibus Commissarius unica deputatione deputatus. Rota *dec.* 637. *sub n.* 10. *vers. similiter.* & *n.* 11. apud Post. *de manut.* nec potest de diversitate apparere, nisi mediante transportatione actorum. Rota *dec.* 184. *nu.* 5. & 6. *par.* 7. *recent.*

3 Transportatio actorum integra in causis profanis non est necessaria, sed sufficit actorum relevantium, secus in causis Ecclesiasticis, de quibus Concilium Tridentinum loquitur. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 405. *nu.* 18. & 19. & Rota *in Romana subhastationis.* 7. *Jun.* 1651. *coram Bicch.* ipse Bich. *dec.* 634. *num.* 44.

4 Transportatio actorum primæ instantiæ, debet esse integra, & integre fieri ab appellante. *cap. cordi. de appell. in* 6. Gratian. *dis. for. cap.* 121. *nu.* 9. Rota *dec.* 485. *num.* 10. *coram Ludovis.* & *coram Cerro.* apud Bich. *dec.* 529. *num.* 1. & probatur integra ex attestatione Actuarii, cui de hoc fides adhibetur. Rota *dec.* 604. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* & *in Toletana Canonicatus Pœnitentiarii.* 10. *Mart.* 1645. *coram Ottobono.* Bich. *dec.* 466. *nu.* 7. nisi ex actis simul junctis appareat contrarium. Rota *in Milevitana Territorii* 3. *Decembris.* 1638. *coram Card. Panzirolo.* apud Bich. *l. c. nu.* 13.

5 Transportatio actorum verbaliter productorum necessaria non est. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 59. *n.* 10. Rota *in Romana societatis lignorum.* 22. *Junii.* 1650. *coram Bichio.* Et productio dicitur verbalis, si deest verbum *hujus Tenoris, vel facto produxit.* Gratian. *disc. for. cap.* 121. *nu.* 33. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 59. *n.* 11. Rota *in Vercellen. Decimarum.* 13. *Novembris.* 1645. *coram Cerro.* & *in Romana locorum Montium.* 3. *Jun.* 1650. *coram Meltio.* apud Bich. *dec.* 466. *nu.* 6. Porro, ut transportatio dicatur realiter facta, & jura dicantur realiter producta, necesse est, quod parte citata fuerint producta dimissa copia, vel originali in actis, alias productio diceretur verbalis, & non realis. Rota *in Placentina devolutionis.* 11. *Maii.* 1602. *coram Pennia.* quam citat Ludovis. *dec.* 59. *nu.* 11.

TREBELLIANICA.

Praxis Trebellianicæ.

Trebellianica est quarta pars omnium bonorum debita hæredi quando hæreditas fuit gravata fideicommisso universali. §. *sed quia. Instit. de fideicommiss. hæredit.* Non detrahitur a Legatis piis, sicut nec Falcidiæ, nec ex fideicommissis particularibus. *L. mulier.* §. *fin. ff. ad Trebell.* Rota post Pajatell. *dec.* 49. Neque a primogenitura. Ciarlin. *controv. for. cap.* 152. *nu.* 4. Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 17. *a nu.* 26. Neque a Majoratu. DD. cit. & Ciarlin. *l. c. num.* 5. 1

Si hæres fuit pure gravatus, debet detrahi de tota massa hæreditatis, quia æs alienum, aut legata solvi debent a fideicommissario. Lim. si fideicommissum est purum, sed tamen legata sunt præstanda a gravato, si vero hæres fuit gravatus sub conditione, Trebellianica tantum detrahitur de fideicommissis. DD. apud Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 8. 2

Potest a Testatore prohiberi. Gabr. *lib.* 4. *ad Trebel. conclus.* 1. *num.* 4. Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 11. Mascard. *de prob. conclus.* 1396. Petra *de fideicom. quæst.* 15. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 15. Crass. *in* §. *Trebellian. quæst.* 8. & alii apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 152. *nu.* 5. Altograd. jun. *controv.* 71. & sen. *cons.* 69. sed Ciarlin. *l. c. nu.* 3. id limitat in filiis primi gradus, qui citat pro se Cyriac. *contrbv.* 11. *nu.* 15. & alios, qui testantur de communiori. conjectura. prohibitionis, vide apud Altograd. jun. *l. c. a num.* 5. Rota post Pajatell. *dec.* 49. Conciol. *alleg. for.* 43. 44. & 45. & quod etiam filiis primi gradus possit a Testatore prohiberi, vide Bich. *dec.* 559. *num.* 8. & 9. Molin. *de primogen. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 12. *vers. contrariam.* Beltram. ad Ludovis. *dec.* 421. *num.* 16. Seraph. *dec.* 570. *num.* 1. Rota *dec.* 313. *num.* 1. *par.* 2. *divers.* & *dec.* 693. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.* Covar. Gabr. & Gail. apud Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 4. qui tamen tenet non posse prohiberi a testatore, & citat Bart. *in L. nemo potest. ff. de Leg.* 1. Alex. *in L. Marcellus. ff. ad Trebell.* ea ratione, quod testator non possit facere in suo testamento, quod LL. non habeant suum vigorem. Potest a Testatore prohiberi tacite, vel expresse, & quidem tacite prohibendo alienationem in extraneos. Mangil. *de Imputat. quæst.* 115. apud quem DD. & censetur prohibita, si bona debent integre restitui. Petra *de fideic. quæst.* 15. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 198. Ciarlin. *d. cap.* 152. Item si testator unum substituit in dimidia, & hæredem jussit approbare testamentum. Cyriac. *controv.* 11. *nu.* 15. 3

Trebellianicæ detractio potest prohiberi etiam in Codicillis, secundum aliquos contra Fachin. *l. c.* 4

Trebellianica non detrahitur ab eo, cui tanquam indigno aufertur hæreditas. Vide *Quarta. Hæreditas.* & *Legittima.* 5

¶ TREGUA.

§. *unicus.*

Tregua quid sit?

Tregua † proprie est securitas rebus, & per sonis tempore guerræ ad tempus præstita, discordia nondum finita, quam lex vocat fœdus, vel fiduciam. Calder. *cons.* 366. alias 37. *de Testament.* † Differt. a pace, quia pax est discordiæ finis, ideo appellatione pacis proprie non venit tregua. Calder *cons.* 566. alias 37. *de Testam.* ubi, quod legatum factum fratribus servorum, si Mutinæ haberent Ecclesiam post pacem intra annum pacis, quod illis debetur, si habuerunt Ecclesiam post annum treugæ, quia treuga non est pax. † Improprie tamen treuga quandoque pax dicitur, *c. si ille*, 23. *q.* 4. Calder. *d. cons.* 366. *v. licet pax interdum*, alias 37. *de Testam.* 1 2 3

TRIBUTUM.

Praxis Tributi.

1 Quæres, an Episcopus possit Clericis novam Collectam, seu Tributum imponere. Negativam aliqui probant ex Concil. Lateran. *in cap. prohibemus. de censib.* sed non ad rem, quia ibi tantum prohibetur Ecclesiæ censum imponi, & nihil loquitur de Clericis, quod idem procedit. *in cap.* 1. 2. *& seqq.* Ratio ergo vera est, quia tributa sunt juris publici, & nonnisi a Principe superiorem non cognoscente imponi possunt, nisi consuetudo immemorialis esset in contrarium. *cap.* 1. *quæ sint regalia vers. vectigalia.* Menoch. *cons.* 302. *n.* 27. *vers.* 5. Molina *de Just. tract.* 2. *disp.* 666. Tusc. *litt. S. conclus.* 1. *num.* 7. Trentacinq. *var. res. lib.* 1. *tit. de jure fisci. res.* 6. *a n.* 1. & alii apud Barb. *de potest. Episc. alleg.* 85. *n.* 15. quia etiam ad relevandas omnes necessitates Episcopi non possunt Ecclesiis, neque Ecclesiasticis personis tallias, vel collectas indicere, nisi prius S. Pontifex consulatur. *cap. adversus.* 7. *vers. propter. de immun.* ergo multo minus poterunt in propriam utilitatem.

TURBATIVA & TURNUS.

Praxis Turbativæ, & Turbationis, & Turni.

1 Turbativa ut probetur, duo sunt probanda. 1. Possessio turbati. 2. Actio turbativa. Menoch. *de rem. retin. memb.* 3. Pajatell. *exped. & annot.* 20. Excusatur autem a pœna turbativa, qui non facit dolo, sed suorum jurium defendendorum gratia, & dolus non præsumitur, sed est probandus. Pajatell. *l. c.* Menoch. *l. c. n.* 626.

2 Turbans Judicis jurisdictionem potest criminaliter puniri. *cap.* 1. *de offic. Deleg.* ubi Host. Jo. Andr. Anchar. & alii. Honded. *cons.* 95. *lib.* 2. Dicitur autem turbare, qui quoquo modo impedit. Farin. *quæst.* 114. *& de crim. læsæ. quæst.* 10. uti etiam contumax in judicio. Farin. *l. c. n.* 58. quamvis alias non sit subditus Judicis, cujus jurisdictio turbatur, sive Judex sit ordinarius, sive Delegatus.

3 Turbans jurisdictionem Judicis Ecclesiastici potest excommunicari. *cap.* 1. *de off. Deleg.* ubi Abb. Dec. & Can. apud Farin. *loc. cit.* Item interdici, & suspendi, item pœna pecuniaria mulctari, item privari Beneficio. ita Innoc. *in cap. quoniam sicut. de conceff. præb.* Fel. *in cap.* 1. *de off. Deleg.* Imo turbans jurisdictionem Ecclesiasticam potest declarari excommunicatus. Sperell. *dec.* 160. Hinc trahens Ecclesiasticum ad forum Laicale est excommunicatus per Bullam Greg. XIII. Riccius *in prax. Novit. par.* 4. *res.* 251. Et trahens suum Adversarium ad Judicem incompetentem, licet non puniatur criminaliter, tamen amittit causam, & si est Reus, habetur pro condemnato. Farin. *de crim. læsæ quæst.* 114. *Inspect.* 10.

4 Turbatur jurisdictio minis, metu, & terrore incusso, si minans sit solitus exequi minas, & metus sit gravis, & cadens in constantem virum. Abb. *in cap.* 1. *de off. Deleg.* & alii, quos citat, & sequitur Farin. *l. c. n.* 54. Item dolo, & violentia. Item contumacia vocati in jus. Item si verberibus, & ex odio tantum inflictis citatus fuit impeditus adire Judicem maxime carcerando. Item eximendo citatum e manibus familiæ, secus si fuit citatus ab arbitrio, & injuste. DD. *l. c.* aut citatio fuit invalida. DD. apud Farin. *l. c. n.* 128.

5 Turnus ex instituto Ecclesiæ in materia canendi non cadit, nisi inter Canonicos, qui per se ipsos canere debent. Garz. *de Benef. par.* 3. *cap.* 2. *n.* 495. Bich. *dec.* 522. *n.* 9. & Turni divisio non efficit, quin Juspatronatus, & jus præsentandi penes quemlibet Patronum in solidum resideat, sed tantum dividit usum, & exercitium. Innoc. *in cap.* 1. *n.* 1. *de Jurepatr.* Vital. *in Clem. plures. §. & ut facilius. n.* 3. *eod. tit.* Lotther. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 10. *n.* 99. Bich. *dec.* 106. *num.* 10.

TUTOR.

Praxis Tutorum.

Tutor esse non potest, qui est debitor pupillorum. 1
L. min. C. qui Tut. dar. poss. Rota apud Rubeum. *dec.* 573. *tom.* 3. *par.* 5. *recent. vers.* in hanc sententiam, & legitimus in bonis pupilli præfertur fisco. Oinot. *de success. ab intest.* Factus creditor pupilli, aut cum illo habens litem, non removetur in totum, sed datur illi Coadjunctus. Cyriac. *controv.* 93. per totam, citans Galganet. *de tutel. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 19. Montan. *eodem tract. cap.* 9. *n.* 56.

Tutor testamentarius non potest administrare tutelam, 2
nisi administratio fuerit decreta a Judice. *L. fin. C. de arb. tut. L. & si pluribus. ff. de auth. Tut.* Bart. *in L. legitimos. ff. de legit. tutel.* Galganet. *de tutel. lib.* 2. *tit.* 2. Honded. *cons.* 51. contrarium tenet Seraph. *dec.* 104. Testamentarius recusans onus tutelæ amittit legatum sibi in testamento relictum. *L. Nesennius. ff. de excus. Tut.* quia præsumitur relictum contemplatione tutelæ, secus legitimus, vel Dativus ob rationem contrariam. Surd. *dec.* 38. Molfes. *tract.* 13. *cap.* 10. Molina *de Just. to.* 1. *disp.* 248. & Bonac. *de contract. dis.* 3. *quæst.* 19. *p.* 4.

Tutor testamentarius præfertur omnibus aliis credito- 3
ribus. Surd. *dec.* 207. Capon. *disc. for.* 119. non potest dari in testamento a matre; quia caret patria potestate. Idem *l. c.* nisi illum faciat hæredem, secus si filius habet hæreditatem etiam a patre. Idem *l. c. n.* 3.

Tutores testamentarii cum sunt plures, ille debet ad- 4
ministrare, in quem major pars Contutorum consentit. *L.* 3. ubi Bart. *ff. de administr. tut.* Guttierrez. *de tutel. par.* 1. *cap.* 14. Rota apud Rub. *dec.* 573. *cit.* nisi alius legitime probet, se esse in possessione administrandi, vel nisi certum sit, quod ille, qui administrat, fuerit deputatus a Testatore.

Tutor tenetur subministrare pupillo secum litiganti 5
expensas litis officio Judicis, dum litigat pro alimentis. *L.* 1. *ff. de alim. pupill. præstan.* Surd. *de alim. tit.* 3. *quæst.* 3. *n.* 27. Ecclesia *obs. for.* 10. *n.* 20.

Tutor in rebus pupilli debet agere nomine pupilli, 6
hoc est, tutorio nomine. Maran. *in spec. par.* 6. *memb.* 3. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 50. *n.* 20. sicut non est conveniendus, nisi nomine ipsius pupilli etiam sine mandato, dummodo se probet Tutorem parte instante, & se fecisse solemnia. Maran. *in spec. par.* 4. *dist.* 16. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 101. *n.* 57. Tenetur conficere librum Administrationis, & illius rationem fideliter reddere. *L.* 1. *ubi DD. ff. de tutel. & ration.* Dec. *cons.* 178. Menoch. *de arb. lib.* 2. *cas.* 209. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 9. aliter præsumitur in dolo, & contra eum juratur in litem. Afflict. *dec.* 360. Imo etiam, quando fecit librum rationum, sed inordinatum. Talis autem liber debet continere annum, mensem, locum, & diem, a quo recepit, & cui dedit, & qui fructus ex quolibet fundo, & a quo colono percepti sunt. Rol. & Menoch. *ll. cc.* Escobar. *de ratiocin. cap.* 10. *n.* 47. Præterea debet conficere legitimum inventarium, juxta *L. Tut. ff. de administr. Tut.* & tenetur ea facere statim, ac administrationem incipit, non expectato tempore trium mensium hæredibus concesso, quæ omnia sunt exhibenda tempore redditionis rationum. Menoch. *loc. cit.* neque obstat, quod a testatore fuerit liberatus a reddendis rationibus, nisi Testator esset pater respectu filii. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 14. *§. postremo opportune. n.* 1. Menoch. *l. c.* vel Socer, aut patronus: & tali casu, quamvis Tutor liberetur a levi, vel levissima culpa, non tamen liberatur a dolo, quia dolus futurus remitti non potest. *L. convenire. ff. de pact. dotal.* ubi DD. & jus reddendi rationes fuit introductum favore publico, cui privatorum pactionibus renunciari non potest, sermo est de dolo vero, qui consistit in facto, & non de præsumpto, qui consistit in omittendo. Paschal. *l. c.* Et cui a Testatore fuit prohibita inventarii confectio, non tenetur illud conficere, sed potest sine illo administrare. Rol. *de Invent. par.* 3. *quæst.* 66. Clarus *in §. testamentum. quæst.* 66. Item licet fuerit duntaxat facta remissio, & non prohibitio. Maran. & Scaccia *ll. cc.*

Potest administrare ante confectum inventarium bona 7
pupil-

pupilli, quando negotium exigit celeritatem. Dec. *in cap. ex parte de appell.* Ruinus *conf.* 108. Pajatell, *annot.* 78. Regulariter vero, administrans ante inventarii confessionem, quamvis a testatore fuerit remissum, nulliter administrat secundum multos. Bart. *in L. Tut. ff. de amninistr. Tut.* Honded. *conf.* 51. Rol. *conf.* 72. & alii, apud Galganet. *de tutel. lib.* 2. *tit.* 2. nisi aliter servaret consuetudo. Alii vero negant hanc nullitatem, sed tantum concedunt incursum pœnarum. *L. fin. C. de arbitr. tutel.* Seraph. *dec.* 1004. *num.* 6. Ludov. *dec.* 31. *num.* 4. Et admistrans præsumitur habuisse licentiam a Judice. Verall. *dec.* 323. Ciarlin. *controv. for. cap.* 217. *num.* 37. de generali consuetudine vendens bona pupilli pro majore summa, quam importet æs alienum, valide alienat. Vide in prax. *venditionis.* Valide vendit bona immobilia pupilli ob causam necessariam æris alieni solvendi cum decreto Judicis, & præmissa tamen causæ cognitione. Ciarlin. *l. c.* dummodo Creditores urgeant. Bich. *dec.* 58. *num.* 1. *L. ob as. C. de pred. min. L.* 1. *L. si pupillorum.* §. *si Prator. ff. de reb. eor.* Abb. *conf.* 205. *num.* 23. *&* *conf.* 226. *num.* 18. *&* 19. Cyriac. *controv.* 29. *num.* 56. Afflict. *dec.* 87. *nu.* 5. præsertim si plus debeat solvi pro censibus, quam percipi possit ex fructibus fundorum. gl. *auth. preterea verb. justa. C. de SS. Eccles.* Cagnol. *in tr.* 2. *num.* 233. *vers. verum quia. C. de rescind. vendit.* Caval. *dec.* 358. *nu.* 2. *&* *dec.* 387. *nu.* 4. Duran. *dec.* 192. *nu.* 1. quamvis de existentia æris alieni non credatur assertioni contrahentium. Dec. *conf.* 403. *nu.* 12. Paris. *conf.* 85. *num.* 29. *lib.* 3. Rol. *conf.* 33. *nu.* 3. *lib.* 1. Rimin. jun. *conf.* 247. *nu.* 37. & ulterius requiratur, quod Creditores urgeant actualiter pro solutione. *L. magis puto.* §. *non possim. ff. de reb. eor. L. Tutor urgentibus. ff. de minor.* Menoch. *de arbitr. cas.* 171. *nu.* 6. Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 6. *nu.* 6. *&* 8. Mastrill. *dec.* 121. *num.* 2. Castrill. *dec.* 18. *num.* 35. *lib.* 1. Rota *in Romana Salviani* 27. *Jan.* 1640. *coram Dunozeto.* Et quod ex pecuniis, seu mobilibus, seu bonis minoris momenti solvi æs alienum non possit. *d. L. magis puto.* Parif. *conf.* 100. *nu.* 2. *&* 4. *lib.* 1. Rimin. jun. *conf.* 247. *num.* 36. Menoch. *cas.* 171. *num.* 11. Mant. *l. c. num.* 8. Capye. *dec.* 113. *nu.* 6. Buratt. *dec.* 410. *num.* 7. quæ tamen Creditorum urgentia non est necessaria, quando ad favorem Creditorum currunt usuræ, ut decidit Rota *dec.* 255. *num.* 4. *par.* 5. *recent.* apud Bich. *l. c. num.* 7.

8 Tutor pro pupillo potest fidelitatem jurare, si velit. Rosent. *de feud. cap.* 6. *concl.* 41. quod si tamen pupillus cum Tutore, si est doli capax, juravit, juramentum adveniente pubertate exspirat cum tutela, & renovatione opus est. Rosent. *l. c.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 58.

9 Tutor tenetur reddere rationem administrationis, & reliquatum restituere. Rota apud Merlin. *dec.* 185. secus de non exactis, si non fuit in dolo, aut lata culpa. Rota apud eundem. *dec.* 240. & periti sunt deputandi ex utraque parte, qui rationes videant, & calculent. *L.* 1. §. *ex officio. ff. de tutel. & rat. distrah.* Alex. *conf.* 108. *nu.* 6. *vers. sicut quando. lib.* 1. Paris. *conf.* 21. *nu.* 55. *lib.* 2. Dec. *conf.* 110. *n.* 7. Borgnin. *de tutel. & curat. nu.* 202. Seraph. *dec.* 1408. *nu.* 1. Crav. *conf.* 238. *nu.* 2. Sim. de Præt. *conf.* 155. *nu.* 4. Afflict. *conf.* 153. Benintend. *dec.* 77. *num.* 5. Castr. *in L. si cui libertas. n.* 3. *ff. he cond. & demonstr.* Anchar. *conf.* 330. *num.* 6. Socin. sen. *conf.* 149. *num.* 9. Pract. Papien. *in forma libel. de redden. rationem tutel. in verb. debitam num.* 6. Rota *dec.* 184. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* Neque per deputationem Administratoris eximitur ab obligatione reddendi rationes tutelæ. Merlin. *dec.* 857. *L.* 2. *C. si mater indemn. promiss. L. Tutorem.* 9. *C. de arbitr. tutel.* Montan. *de Tutor. & Curat. cap.* 39. *num.* 213. Decian. *conf.* 27. *nu.* 5. *vol.* 5.

10 Tutor relictus in testamento solemni tenetur statim suscipere tutelam, alias tenebitur de neglectis, si vero fuit relictus in testamento non solemni, non tenetur petere se confirmari, nec sic subjacet periculo administrationis non gestæ. *L. Impuberi. ff. de administrat. Tut.* Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 34. nisi Tutor esset unus de liberis testatoris, quia tunc valet deputatio etiam sine confirmatione. Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 32. *&* 35. *par.* 3. *cap.* 9. si non fecit librum rationum, & in ea non scripsit percepta, & exposita, tenetur ad interesse. Dec. *conf.* 274. Pajatell. *exped. & annot.* 33.

Tenetur pecunias pupilli, vel ad honestum lucrum ponere, vel in emptione fundorum investire. Barr. *in L. Tutor. ff. de administr. Tut.* Anchar. *in cap. conquestus. de usur.* Escobar. *de ratiocin. cap.* 14. Sperell. *dec.* 90. *num.* 10. Idem dic de fructibus, quos debet vendere cum utilitate pupilli. Afflict. *decis.* 316. Pajatell. *l. c.* Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 25. Valide obligat pupillum, ubi constat de versione pecuniæ in utilitatem pupilli. Pajatell. *exped. & annot.* 78. 11

Tutor utens palam pecuniis pupilli non punitur, si eas ponit ad librum rationum. *L. pupill. ff. de auth. Tut.* Escobar *de ratiocin. cap.* 13. Sperell. *dec.* 90. secus si clam, & mala fide utitur, & in proprios usus convertit, tunc enim tanquam prædo esset puniendus. Crav. *conf.* 286. Cavalc. *de Tutor. & Curat. num.* 114. Rol. *conf.* 49. & alii apud Sperell. *l. c.* ad usuras pupillares restituendas non tenetur, nisi probetur, quod adfuerint prædia venialia, aut annui census, in quibus pecunia investiri posset, quod quidem probari debet a pupillo tanquam fundamentum suæ intentionis. Barr. *l. c.* Cravetta *conf.* 32. Ludovis. *dec.* 67. Menoch. *de arb. cas.* 49. Sperell. *l. c.* 12

Pecunias, quas ex pupillaribus pecuniis, quibus negotiatur, lucratur, sibi lucratur. Barr. *in L. Titium. ff. de administr. Tut.* Bald. Castr. Salyc. & alii *in L. si patruus.* apud Sperell. *l. c.* nisi fuerit negotiatus nomine pupilli, præsumitur autem nomine proprio negotiari, tenetur tamen pupillo restituere, quod ille ex antuo redditu, aut ex prædiis, quæ Tutor emere omisit, percepturus fuisset. Barr. *in L. Titium.* §. *altero. ff. de administr. tutor.* Gabr. *conf.* 29. *num.* 10. *lib.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 24. *num.* 13. Escobar. *de ratiocin. cap.* 14. *num.* 26. Sperell. *l. c. nu.* 24. Non potest sibi ipsi mutuare pecuniam pupillarem, nisi palam, & bona fide coram Contutoribus, & Consanguineis, vel Judicis decreto hoc faciat. Fachin. *lib.* 11. *controv. Jur. cap.* 45. potest tamen sibimet etiam non palam solvere pecuniam, quam mutuavit patri pupilli, quamvis etiam hoc multi negent. Fachin. *l. c.* 13

Non potest debitoribus pupilli prorogare tempus ad solvendum, quia tenetur facere utilia. *L. ult. C. de Curat. furios.* & quia talis prorogatio sapit naturam donationis. Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 56. præsumitur pupillo dare alimenta de bonis pupilli, nisi fructus perceptos ex bonis pupilli bonificet pupillo. Pajatell. *exped.* & *annot.* 33. 14

Qui pecuniam pupilli deposuit apud Campsorem publicum, qui communi æstimatione reputabatur idoneus, eo decocto, ad nihil tenetur. *L. si res pupilli. ff. de administr. Tutor.* Escobar. *de ratiocin. cap.* 14. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 9. *nu.* 27. 15

Non præsumitur negligens in exigendo, sed ejus negligentia est probanda ab eo, qui in illa se fundat. Barr. *in L. periculum. ff. si cert. pet.* ubi Bald. Menoch. *de recuper. rem.* 7. *num.* 18. Mascard. *de prob. conclus.* 183. Escobar. *de ratiocin. cap.* 19. Tusc. *litt. N. conclus.* 31. apud quos vide, qualiter probetur. Et qui ante susceptam tutelam erat pauper, & postmodum factus est dives, non præsumitur ex dolo, sed ex sua industria ditatus. Mascard. *de prob. conclus.* 1044. Escobar. *de ratiocin. cap.* 42. *num.* 17. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 9. *nu.* 35. 16

Tutor, qui pecunias pupillares convertit in proprios usus, dicitur prædo, & non tantum tenetur ad duplum, sed debet etiam extraordinarie puniri propter dolum, & fraudum. Cravetta *conf.* 286. Escobar. *d. cap.* 14. *num.* 22. nisi publice, & palam id faceret, scribendo hoc in libro rationum; tunc enim teneretur tantum ad interesse. Escobar. *l. c.* Paschal. *l. c. nu.* 33. Illius vero dolus ex quibus probetur, & præsumatur, vide Mascard. *de prob. conclus.* 1397. Rol. *conf.* 49. & alii apud Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 23. 17

Tutor non potest emere a suo pupillo, etiam cum est major infante, etiam per interpositam personam. *L. pupillus. ff. de auth. Tut. L. si in empt. ff. de contrah. empt.* Surd. *conf.* 9. Menoch. *de arbitr. cas.* 359. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 8. nisi palam, & bona fide contrahat, uti in præsentia Consanguineorum, vel Affinium, aut cum alterius Contutoris consensu. Menoch. *l. c.* Gutierrez *de tutel. par.* 2. *cap.* 15. aut si emit res pupilli sub hasta. Dec. *conf.* 410. Item dicitur contractus fieri publice, quando publicum desuper sit instrumentum. 18

Barr.

Bart. *in L. fraudem. C. de his, quib. ut indign.* Cacheran. *dec.* 144. *nu.* 14. Item si sit in loco publico. Prat. ad Paschal. *l. c. fol.* 57. *ad nu.* 7. Covar. *in quarto. par.* 2. *cap.* 6.

19 Tutoris contumacia, aut dolus pupillo non nocet, sicut nec Curatoris minori. *L.* 1. *ff. si quis jus dicenti non obtemp.* Scaccia *de Jud. lib.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 23. nisi quando Procuratoris contumacia Domino nocet, vide *Procuratoris.* secus non jurando de calumnia; tunc enim præjudicat pupillo, quia Tutor, & Curator tenentur ipsi jurare de calumnia, non pupilli, aut minores. Scaccia *l. c.* contra Speculat. sine præsentia pupilli, qui infantiam jam superavit, non potest respondere interrogatoriis, an pupillus sit hæres, quia sine pupilli consensu non potest adire hæreditatem. *L. pupillus.* ubi Bart. & DD. *C. de jure deliber.* neque sufficit, quod id faciat coram Judice, aut cum ejus authoritate. Eccles. *obs. for.* 155. Rol. *cons.* 70. *lib.* 1. si vero pupillus, est minor infante, solus Tutor potest respondere, sicut etiam adire hæreditatem. *L. si infanti. C. de jure deliber.* Borgnin. *de tut. nu.* 68. sicut etiam si fuit datus Curator liti, aut bonis absentis. Thes. *dec.* 17. secus si talis pupillus careret Tutore; tunc enim Curator nocere non posset. Ecclesia *l. c. n.* 6. Fab. *in C. tit. de jure delib. defin.* 39. Potest etiam Tutor solus agnoscere bonorum possessionem, quamvis pupillus sit major infante. Ecclesia *l. c. nu.* 14. Potest sicut etiam Curator confirmare obligationem defuncti etiam sine solemnitatibus. Pajatell. *exped. & annot.* 78. *num.* 14. *&* 23.

20 Tutor non potest inire societatem cum pupillo, vel minore, quia non potest authorizare in causa propria, & in societate debet inter contrahentes esse personarum distinctio. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 56. *num.* 6. Mascard. *de prob. conclus* 31. *num.* 11. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 9. Surd. *cons.* 9. *num.* 36. Felin *de societ. cap.* 4. *a num.* 1. quamvis Capon. *disc. for.* 1394. *num.* 17. teneat contrarium cum Castr. *cons.* 366. Gratian. *disc. for. cap.* 360. etiam sine contutore, dummodo sit utilis pupillo.

21 Tutor datur personæ non rei, alias tutela non valet. Pajatel. *exped. & annot.* 78. potest tamen dari ex gratia ad hæreditatem adeundam, & si non est tutor legitimus, quidquid agit, nulliter agit. Pajatell. *l. c.* finita tutela tenetur petere Curatorem minori. DD. apud Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 49. & legatum sibi relictum tantum lucratur pro tempore administratæ tutelæ. Costa *de port. rata. quæst.* 39. Datus in casum mortis, censetur etiam datus in casum remotionis. Surd. *dec.* 205. Riccius *in prax. for. Eccles. par.* 2. *res.* 68.

22 Tutor licet teneatur de levi culpa, tamen in exigendis nominibus debitorum tantum tenetur de lata culpa, & dolo, si dicta nomina ob non factam executionem fuerunt facta minus idonea. *L.* 1. *C. de arbitr. Tut.* Socin. *cons.* 122. *&* 132. *lib.* 1. Montan. *de tutel. cap.* 39. quia Tutor agit officium ex necessitate, & ideo mitius cum illo est procedendum. *L. fidejuss. ff. qui satisdar. cog.* Non potest condemnari ad restituendum pecuniam pupillo, vel minori ante redditam rationem administrationis. Anchar. *cons.* 235. Cravetta *cons.* 275. Fachin. *lib.* 8. *controv. Jur. cap.* 58. & ante redditam rationem non potest dici Creditor. Rota *dec.* 210. *num.* 2. *par.* 3. *recent. & dec.* 547. *n.* 17. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 380. *n.* 16.

23 Si bona pupilli administravit, donec rationem reddiderit, præsumitur de credito satisfactus, vel cum bonis administratis creditoribus pupilli satisfecisse. *L. Nesennius.* ubi Bart. *n.* 5. *ff. de negot. gest.* Aym. *cons.* 129. *n.* 3. Rota apud Bich. *dec.* 380. *n.* 15. Et administrans tanquam Tutor, licet talis non sit, tenetur de Administratione rationem reddere ac si Tutor fuisset. Rol. *cons.* 49. *n.* 17. *lib.* 1. Gutierez *de tutel. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 10. Seraph. *dec.* 1473. *n.* 3. ne sit melioris conditionis ac verus Tutor. Rota apud Bich. *l. c. n.* 18. & *dec.* 220. *num.* 3. coram Ludovis.

24 Tutor acquirens cum bonis pupilli acquirit ipsi pupillo, quamvis contraxit proprio nomine. *L. Lucius.* 47. §. *tutorem. ff. de administr. Tutor.* Larrea *dec.* 92. *n.* 9. Rota coram Ottobono apud Bich. *dec.* 574. *n.* 3.

25 Tutor, aut Curator tantum post litem contestatam potest Procuratorem constituere, non ante. Bich. *dec.* 604. *n.* 6. *&* 7. tex. *in L. Tutores.* §. *ipsi etiam C. de procur.* Abb. *in cap. veniens. n.* 11. *in fi. de accus.* Angel. *in L.* 2. *n.* 4. *ff. de procur.* ratio est, quia ante litis contestationem non Curator, vel Tutor, sed Pupillus est Dominus, procurator vero tantum a Domino constitui potest. Harprecher. *in* §. *fin. num.* 5. *Instit. de Curat.* per litis vero contestationem factam Curator, vel Tutor sit litis Dominus. *L. post litem. L. si defunctus. ff. de procur. L. procuratoribus. C. eod. cap. quamvis. de procur. in* 6. Burat. *dec.* 440.

Tutor non tenetur de iis, quæ ad ejus manus non pervenerunt. Rota apud Merlin. *dec.* 289. *num* 1. *&* 2. sed debet probari saltem per testes, quod ea, super quibus rationem reddere debet, ad ejus manus pervenerint.

Tutor cognoscens carnaliter suam pupillam, deportatur, & illius bona confiscantur. Clarus *in* §. *fornicatio. num.* 23. Puteus *de syndic. verb. adulterium. cap.* 1. Farin. *de carcer. & carcer. quæst.* 31. *num.* 115. Boer. *dec.* 317. Cabal. *res. crim. cas.* 283. quia datur loco patris ad educandum, & custodiendum, quamvis illam cognoverit primum finita tutela, quæ procedunt etiam in Curatore. Aliquid recipiens a sponso pro desponsanda pupilla, quamvis puella pene nupserit, tenetur ad restitutionem tanquam quam turpiter acceptum, & an restituere debeat fisco, aut danti, aut puellæ, vide Mastrill. *dec.* 63. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. 26

Tutor, qui in principio Administrationis non petiit salarium, nec a Judice fuit decretum, illud non potest petere in fine secundum Franc. *dec.* 29. propter tex. *in L. a Tutoribus. ff. de administr. Tut.* ubi Bart. Bald. *cons.* 256. *vol.* 4. quia Tutor gerit munus personale sine detrimento. Sed contrarium tenent Pratus ad Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 3. *fol.* 41. Cravetta *cons.* 135. *n.* 18. Rel. *cons.* 6. *n.* 1. 27

Tutores cum sunt plures constituti cum clausula, *ut unus sine altero administrare non possit*, tunc si unus moritur, cessat tutela testamentaria in omnibus. Costa *de port. ratæ. quæst.* 215. juxta *cap. fin. de testam. in* 6. Et pro communi administratione sicut etiam Curatores plures pro reddenda ratione conveniuntur in solidum, habent tamen beneficium, ut actio inter illos dividatur pro virili, quia sunt solvendo, quando administratio non fuit divisa per testatorem, vel Judicem, sed per ipsos Tutores, quia tunc habet locum beneficium divisionis, alias cum administratio fuit divisa per testatorem, vel Judicem, conveniuntur in solidum. Costa *de portione rata. quæst.* 57. Surd. *cons.* 170. Rota apud Merlin. *dec.* 500. *num.* 10. *&* 11. de rigore Juris, secus de æquitate. Merlin. *dec.* 519. ex qua pro rata quilibet excutiendus est, si omnes sunt solvendo. *L.* 1. §. *pupilli. ff. de tutel. & ratio. distrah.* Bart. *in L.* 1. *n.* 2. *&* 6. ubi Castr. *n.* 3. Purpur. *n.* 53. *C. de transact.* Guttierez. *de tutel. par.* 1. *cap.* 15. *n.* 16. Montan. *de tutel. & Curat. cap.* 39. *n.* 149. *&* 150. Surd. *cons.* 170. *n.* 10. 28

Tutoris bona sunt hypothecata pupillo. Vide *Pupillus*. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 20. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 44. Sperell. *dec.* 90. ubi DD. 29

Tutor, aut Tutrix dotando pupillam præsumitur dotare animo repetendi super bonis testatoris. Pajatell. *exped. & annot.* 90. Non potest accusare matrem pupilli de adulterio, sed accusatio reservatur pupillo. Cyriac. *controv.* 104. 30

Tutela quando sit apud Matrem. Vide *Mater.* An tutela datio competat magistratui, & ita possit delegari. Vide Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 40. 31

Tutoris confessio emissa in instrumento tutelæ non nocet tertio a confitente causam non habente, neque pupillo, nisi sit adminiculata. gl. *in L. cum precibus. C. de prob.* Cyn. *in L. fin. n.* 6. *C. de arbitr. tutel.* Bich. *dec.* 506. *n.* 6. *&* 22. 32

Tutor non potest renuntiare fideicommisso, quo fuit relictum pupillo, seu minori, sine Judicis decreto. Vide *Minor.* An possit irritare votum pupili, vide *Votum.* 33

¶ TUTUS.

§. I.

Tutus si non patet accessus, non proceditur contra absentem citatum ad locum non tutum.

1 Non † tutus dicitur locus, in quo habitant notorii
inimici. Oldr. *cons.* 43. *v. hoc præmisso*, Vide plene,
quæ inimicitia reddat, vel non reddat locum non tu-
tum, per Mascard. *concl.* 19. *Accessus non tutus an pro-*
2 *betur probando inimicitias.* † Extende, quia ubi guer-
ra imminet, non est tutus locus. Castr. *cons.* 37. *circa*
3 *med. lib.* 1. † Extende, si comparere debens esset ban-
nitus a loco; quia non dicitur tutus. Gem. *cons.* 144.
4 *num.* 3. *v. sed ita est.* Extende, quando pestis esset in
loco, ad quem citatur, probatur non tutus accessus,
Corn. *cons.* 131. *In hac consultatione*, *lib.* 4. *num.* 5.
& seq. vide plenius per Mascard. *concl.* 10. *Accessus*
non tutus an eo ipso censeatur probatus, *quod probatur*
5 *pestis in eo loco*. † Limita, quia non potest dici locus
non tutus, neque judex suspectus, quando procurator
ejusdem consensit in judicem loci, qui allegatur non
tutus, quia præjudicat domino. Anch. *cons.* 158. *num.*
6 28. *& seq.* † Probatio non tuti accessus, tanquam su-
per incidenti, & non super principali negotio, sufficit
si fiat semiplena. Gem. *cons.* 57. *num.* 2. *ver. imo quod*
7 *plus est*. † Et qui dicit locum non tutum, probare
debet, & quando secus, plene Mascard. *concl.* 17. *Ac-*
cessum non tutum, ubi, quod si constat, quod non est
8 tutus, non debet probari neque allegari. † Et an te-
stes singulares probent non tutum accessum; vid. eun-
dem Mascard. *concl.* 18. ubi, quod non, & qualiter
deponere debeant, ut probent. vide Tusc. *Litt. C. ver.*
Citatio indiscreta, *& nulla ad locum non tutum*, *&c.*
Concl. 236. vide eund. *Litt. P. ver. Probatio semi-*
plena quid sit, *& quando sufficiat*, *vel non. Concl.*
794.

§. II.

Tutus si non patet accessus, non proceditur contra absentem citatum ad locum non tutum.

1 Tutus † debet patere accessus citato ad locum, in
quo debet comparere, ad hoc, ut sententia contra eum
lata valeat, alias est revocanda, seu annullanda con-
stito de non tuto accessu. Gem. *cons.* 57. *num.* 2. *v.*
& non est mirum, Ang. *cons.* 378. *Dominus Raymun-*
2 *dus*, *in pr.* † Extende, ut imo sententia sit ipso jure
nulla lata contra absentem legitime impeditum, quan-
do impedimentum erat notum judici, ut quia non
3 erat tutus accessus. Gem. *cons.* 144. *per tot.* † Et con-
sideratur locus judicii, in quo debet comparere citatus,
an sit tutus, vel non, & consideratur locus rei sitæ,
vel domicilii ejus, ad cujus instantiam fit citatio.
4 Gem. *d. cons.* 57. *in fi. ver. tertio. respondetur.* † Am-
plia, quia si in loco non patet tutus accessus ex jussu
superioris, is, qui promisit stare, vel sistere certo lo-
co, in quo tuto non potest ex casu supervenienti, non
obligatur, nempe incurrit pœnam promissam. Ang. *d.*
5 *cons.* 378. *Dominus Raymundus*, *& cons.* 379. † Ex-
tende, quia obligatus solvere certo loco, si ibi non
est tutus accessus, excusatur, Rom. *cons.* 352. *Quæri-*
tur primo, *num.* 19. ubi ponit plura similia, & ibi
apost. *in v. commodo*, dat concor. † Declara tamen, 6
quia si locus efficitur non tutus culpa solvere debentis,
ut quia bannitus sit, non excusatur; apost. ad Rom.
d. cons. 352. *num.* 19. *in v. commodo*, ubi citat pro
utraque, & hanc tuetur. † Amplia; quia citatus, & 7
vocatus ad locum non tutum, non tenetur obedire,
imo potest resistere Potestati tanquam præcipienti inju-
stum. Castr. *cons.* 37. *Antonius non tenebatur*, *lib.* 1.
ubi apost. dat concord. † Amplia; quia valet obliga- 8
tio superioris versus non habentem locum tutum,
quod erit tutus, & ideo tenetur ad interesse, si non
certioravit, neque implevit promissa. Castr. *cons.* 37.
lib. 1. † Extende, ut procedat, etiamsi alteri commisis- 9
set, qui non implevit; quia mala electio est in cul-
pa, neque excusat eligentem. Castr. *d. cons.* 37. *in*
fin. lib. 1. † Amplia; quia si tutus non est locus, 10
in quo debet fieri electio, vel delegatus judicare,
vel debitor solvere, fit mutatio ad alium locum, quan-
do non est culpa dicentis locum non tutum. Rom.
cons. 352. *numer.* 19. ubi apost. *in v. commodo*,
dat concord. Vide Tusch. *Litt. C. ver. Citatio in-*
discreta, *& nulla ad locum &c. Concl.* 236. vide
eund. *Litt. P. ver. Probatio semiplena*, *&c. Concl.*
794. ¶

TYRANNUS.

Praxis Tyranni.

Tyrannus titulo dicitur, qui nullum jus habet ad suc- 1
cessionem, sed injusto bello in Regnum se intrudit.
Beccanus. *in* 2. 2. *quæst.* 64. *de homicid. quæst.* 4. Tho-
los. *de Republ. tit.* 26. & plures apud Dianam *par.* 10.
tract. 1. *res.* 10. Farin. *de crim. læsæ Majest. quæst.*
112. *inspect.* 1. *n.* 31. Tyrannus vero exercitio est, qui
malitiose, hostiliter, data opera, & consulto Rempu-
blicam, & Ecclesiam vastat, cultum Dei profanat,
quando totis viribus in statum Reipublicæ, & Regni
leges fundamentales mutandas, vel evertendas, quan-
tum in ipso est, incumbit. Oenonimus *in disp. polit.*
disp. 49. & ex Lipsio *lib.* 6. *polit. cap.* 7. Bodin. *de*
Rep. lib. 2. *cap.* 4. est violentum unius imperium præ-
ter mores, & Leges. Farin. *loc. cit.* An possit deponi.
Vide *Rex*.

Tyrannus exercitio non potest licite ab homine pri- 2
vato occidi. Molina *de Just. & Jur. to.* 4. *tract.* 3. *di-*
sput. 6. Suarez. *de fidei defens. lib.* 6. *cap.* 4. Bonac. *de*
restit. disp. 2. *quæst. ult. p.* 3. ubi alii DD. quia ita
definitum fuit in Concil. Constant. *sess.* 15. tum quia
tyranus non desinit esse superior, & pastor: ergo re-
manet erga illum obligatio reverentiæ, & obedientiæ
in subditis. Ampliatur; quamvis tyrannus injuste spo-
liet subditos suos in suis bonis. Invadens tamen inju-
ste vitam subditi potest via defensionis cum modera-
mine inculpatæ tutelæ occidi, quæ procedunt in foro
poli; nam in foro fori privatus illum non potest occi-
dere ob privatam, sed tantum publicam utilitatem. Bart.
in trac. de Guelfis, *& Gibellinis. n.* 9. *vers. secundum.*
Gig. *de crim. læsæ Majest. lib.* 1. *rubr. qualiter & a quib.*
crim. læsæ Majest. committ. quæst. 65. *num.* 4. *vers.*
hoc tamen. Farin. *de crimine læsæ Majest. quæst.* 112.
inspect. 1. *num.* 27.



VACATIO.

Praxis Vacationis.

1 VACATIO Beneficii pluribus modis inducitur. Vide praxin. *Beneficiorum*, ut impetratio valeat, an & quando debeat specificari. vide *Beneficii Vacatio.* Beneficii ob resignationem, quæ est nulla, non inducitur ex solo actu resignationis, nisi accedat superioris admissio, quia non est in potestate Beneficiati se liberare ab Ecclesia, cui erat obligatus per quasi contractum acceptationis. Imol. *in cap. quod in dubiis.* ubi Compostella *n.* 2. *de renunt.* Bich. *dec.* 351. *num.* 12. Et facta in manibus non superioris tenet quoad renunciantem ita, ut privari Beneficio possit ob delictum commissum in resignando in manibus non superioris, sed renuntians antequam Beneficio privetur, non amittit illius proprietatem. Castropal. *oper. moral. to.* 2. *trac.* 13. *disp.* 6. *p.* 2. §. 2. *sub n.* 1. Lotther. *de re Benef. lib.* 3. *quæst.* 14. *n.* 24. Bisignet. *dec.* 4. *num.* 2. *vers. & licet de renunt.* Cassad. *dec.* 2. *sub n.* 3. *eod. tit.* Et donec resignatio a superiore acceptetur Beneficium est in pendenti, nec conferri potest. Burr. *in cap. quod in dubiis. sub num.* 9. *vers. est tamen verum.* & ibi Panorm. *nu.* 8. Imol. *n.* 13. Paris. *de resign. lib.* 7. *quæst.* 1. *num.* 28. *vers. ideo inquit.* Castropal. *l. c.* Mohed. *dec.* 22. *de renunt.* sufficit tamen ad convalidandam renuntiationem, quod ratificatio superioris superveniat. Paris. *l. c.* & diximus in prax. *Resignationis*, & facta in manibus Laici, etsi sit Princeps etiam superiorem non recognoscens, non valet. *d. cap. quod in dubiis. de renunt.* Paris. *loc. cit. quæst.* 9. *num.* 7. & 12. & quamvis esset Patronus. Barb. *in d. cap. quod in dubiis.* Fuscus *de visit. lib.* 2. *cap.* 28. *num.* 12.

2 Vacatio Beneficii ob dimissionem habitus Clericalis probatur ex attestationibus, multo magis ex confessione illius, qui Beneficium impetravit tanquam vacans ob matrimonium a priore Beneficiato contractum, quia ex hac confessione resultat implicita confessio, quod ille habitum Clericalem dimiserit, quæ sufficit. Ægid. *dec.* 683. *ante n.* 1. Rota *in Marsicensi jurisdictionis.* 28. *Jan.* 1644. §. *primum adminiculum. coram Bichio*, & Bich. *dec.* 388. *n.* 2.

3 Vacatio Beneficii per obitum probatur ex fide Archivistæ, sub cujus custodia libri mortuorum asservantur, item ex confessione Adversarii venientis ex eadem confessione. Rota *dec.* 15. *num.* 5. *par.* 5. *recent.* & *dec.* 145. *num.* 1. *coram Coccino.* Bich. *dec.* 106. *num.* 2. & 3. Pui. *dec.* 171. *num.* 1. *lib.* 3. Cavaler. *dec.* 55. *nu.* 3. Rota *dec.* 401. *num.* 4. *par.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 189. *n.* 2. Mant. *dec.* 132. *num.* 1. Buratt. *dec.* 255. *n.* 10.

4 Vacatio per obitum contingit in Beneficiis perpetuis. gl. *in Clem.* §. *quidam etiam de excess. Prel.* Gemin. *cons.* 86. *n.* 4. & 5. Rota *dec.* 646. *n* 2. *par.* 1. *recent.* Rota *in Floren. præceptoriæ.* 14. *Jun.* 1610. coram Pennia. Bich. *dec.* 461. *n.* 20.

5 Vacatio Beneficii de Jure sufficit, ut patronorum præsentatio admittatur. Gonzal. *super reg.* 8. *Cancell. gl.* 15 §. 1. *num.* 63. Rota *in Imolen. Capellaniæ* 26. *Febr.* 1638. *coram Card. Panzirolo.* apud Bich. *dec.* 420. *num.* 1. Et vacatio Beneficii saltem de facto sufficit, ut locus sit novæ provisioni. Bich. *dec.* 433. *n.* 24. Gonzal. *l. c.* Rota *dec.* 11. *num.* 3. *de præben. in nov. dec.* 4. *de rer. permut.* & *dec.* 8. *n.* 1. *de elect. in antiq.* & Vacatio de Jure ex sola sententia privationis in judicatum prolapsa inducitur etiam ante aliquam executionem facti. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 14. *nu.* 64. & 67. Lotther. *de re benef. lib.* 3. *quæst.* 64. Paris. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 4. *num.* 53. Gonzal. *l. cit.* Bich. *dec.* 472. *num.* 4. Et dicitur consumpta per provisionem, & possessionem habitam ab executore. Gomez *super reg. de triennali. quæst.* 30. *sub n.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gl.* 11. §. 2. *nu.* 31. Rota *dec.* 51. *n.* 4. *par.* 6. *recent.* non dicitur tamen consumpta per provisionem nullam, & subreptitiam, quamvis provisus Beneficii possessionem acceperit. Rota *dec.* 643. *n.* 17. & 18. apud Penn. & *dec.* 628. *num.* 7. *par.* 4. *recent. to.* 3. & *dec.* 566 *n.* 32. *par.* 5. apud Bich. *dec.* 558. *num.* 12.

VAGUS.

Praxis Vagorum.

Vagus, & vagabundus tenetur servare statuta locorum, in quibus reperitur. Ita Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 18. Suarez *de Relig. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 14. & DD. apud Dianam *par.* 1. *trac.* 10. *res.* 16. contra Lessium & alios apud eundem *l. c.* Potest ubique citari. Abb. *in cap. fin. de foro comp.* Clarus *in* §. *fi. quæst.* 21. & 39. *vers. sed quid si Reus.* Sylvat. *lib.* 1. *cons.* 44. Communicans tempore paschali apud Regulares an satisfaciat præcepto, vide *Regulares*. Vagus potest confiteri apud omnes Parochos, in quorum Parochiis divertit. Bonac. *de Sacram. disp.* 5. *quæst.* 6. *sect.* 5. *p.* 2. *nu.* 5. ubi DD. quia cum vagi careant determinato loco, & domicilio, ubique domicilium contrahunt. Delinquens an sit remittendus ad suum Judicem, vide Riccium *par.* 4. *in praxi Remissionis. res.* 16. negantem. Et vere vagus est sepeliendus in Parochia, in qua decedit. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 21. *p.* 3. vide *Mortuus*. 1

Vagus non est admittendus ad matrimonium contrahendum, nisi prius Episcopus ejus inquisiverit per denuntiationes factas in loco, unde venit, P. Thom. Tambur. *de matrim. lib.* 8. *trac.* 6. *cap.* 3. § 2. *num.* 3. 2

Vagitas non est præsumenda in dubio, cum agitur de contrahendo matrimonio, quia quilibet præsumitur suum habere domicilium, prout quodlibet animal suam habet animam, omnis Monachus suam cellam, est enim vagitas, & vagatio quid facti, & ideo non præsumenda, sed probanda. *L. in bello*, §. *facta. ff. de captiv. & postlim. rever. L. si emancipati.* ubi Jas. *C. de collat. L.* 1. *C. de prob.* 1. tanto magis, quia ly vagare sonat in delictum, quod in dubio præsumi non debet. Mascard. *de prob. conclus.* 495. & quilibet præsumitur habitare in loco, in quo natus fuit, adeoque vagitas cum habeat præsumptionem contra se, probari debet, *L. illud. C. de SS. Eccles. L. fin. C. de hered. instit.* Et ita banniti non dicuntur vagi in ordine ad contrahendum matrimonium, nisi eo banno sint banniti, quo similes sint deportatis, aut post bannum statim vagarentur per orbem, modo huc, modo illuc, nullum domicilium sibi eligendo. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 29. *num.* 8. Cæpolla *cons. crim.* 59. *vers. sed dubium.* & alii apud Riccium *par.* 4. *var. res. res.* 355. 3

Vagus autem est, & dicitur, qui nullum certum habet domicilium. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 39. Riccius *l. c. res.* 354. & illius matrimonio Parochus non potest interesse, nisi præmissa diligenti inquisitione, & re ad Ordinarium delata, ac ab Ordinario licentia obtenta. Riccius *in praxi matrim. vagorum par.* 4. *res.* 353. Con. Trid. *sess.* 24. 7. sed quid si unus sit vagus, alter Incola? Respondetur, tunc quemlibet Parochum posse illorum matrimonio assistere, quia ad valorem matrimonii sufficit quilibet contrahentium Parochus, at Vagorum quilibet est Parochus: ergo quilibet poterit assistere. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 25. *num.* 14. sed contrarium docet Ledesma *de matrim. disp.* 45. *art.* 5. *circa* 3. *punct. post. quartum dubium*, & videtur conforme Tridentino, quod polygamiis obviare intendit, quod non fieret, si quilibet Parochus vagi 4

ma-

matrimonio posset assistere. Cum priori tamen videtur sentiendum, dummodo semper fiat inquisitio, & res ad Ordinarium deferatur, ut tenet etiam Pontius *de matrim. lib.* 5. *cap.* 14. *n.* 4. Cenedus *pract. qq. lib.* 1. *quæst.* 30. *num.* 68. Gutierrez *pract. qq. & Canon. qq. lib.* 5. *de matrimonio. cap.* 65.

VALOR.

Praxis Valoris.

1 Valor justus rei qualiter sit probandus in re vendita, vide DD. *in L. pretia rerum. ff. ad L. Falc.* Camill. Borell. *cons.* 100. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 8. *n.* 51. ubi tractatur, ubi, & qualiter sit facienda rei æstimatio. Pajatell. *annot.* 6. per longum, & Rota apud Merlin. *dec.* 705. vere non probatur ex subhastatione, sed tantum præsumptive, quia licitationes aliquando sunt animosæ, & ultra solitæ æstimationis modum rem extollunt, aliquando ejusdem rei valorem verum extenuant. *L. licitatio. ff. de publicam.* Franc. *dec.* 54. *num.* 11. Jodoc. *de subhast. cap.* 3. *num.* 11. Merlin. *dec. cit. num.* 2.

Valor bonorum per æstimatores probari debet. Bart. *in L.* 2. *C. de rescind. vend. cap. cum causam.* 5. *de testib.* Pajatell. *exped.* 6. etiam a Judice si est peritus, etiam ex officio, aliter per estimatores Aret. *in d. cap. cum causam.* Pajatell. *l. c.* Item ex instrumentis, testibus, vel conjecturis. Idem. *l. c.*

2 Valor rei diminuitur ex circumstantiis, & oneribus in ea existentibus. *cap. in aliquibus.* ubi Abb. *de decimis.* Cravetta *cons.* 145. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 3. *& lib.* 3. *cap.* 10. uti ex obligatione solvendi annuum censum. Dec. *cons.* 167. Menoch. *cons.* 358. Item si fundus est obnoxius inundationibus. Rota apud Farin. *dec.* 648. Item si res est intricata litibus. Item ex pactis respicientibus commodum creditoris, quia talia pacta intelliguntur esse pars pretii. *L. fundi partem. ff. de contrah. empt.* uti pactum retrovendendi. Tiraquel. *de retrac. in præfat. n.* 20. Paris. *cons.* 65. Rol. *cons.* 96. *lib.* 2. & *cons.* 58. *lib.* 4. Menoch. *l. c.* plura vide apud Pajatel. *l. c. annot.* 6. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 114. Cyriac. *controv.* 421. Probatur etiam valor rei ex rebus vicinis, vide *pretium.* Item si ex pluribus pretiis medium sumatur, & est probandus ab allegante. Bellamer. *cons.* 33. Dec. *cons.* 140. Mascard. *de prob. conclus.* 74. Ciarlin. *controv. for. cap.* 40. *n.* 39. *&* 40.

3 Valor bonorum patris debet probari a filio petente supplementum legitimæ, ac etiam, quod habita in vita patris non sufficiant, vel adæquent legitimam de jure debitam, debet attendi de tempore mortis patris, licet ille postmodum creverit. Bart. *cons.* 17. *lib.* 1. Natta *cons.* 352. *n.* 10. Caball. *cons.* 28. *num.* 1. *&* 2. Mart. *de success. leg. par.* 4. *quæst.* 12. *art.* 5. *n.* 20. Bich. *dec.* 94. *n.* 4. *&* 5. Barz. *dec.* 104. *n.* 21.

4 Valor domus differt a valore materiæ, & cœmentorum, quibus fuit extructa domus. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 114. *n.* 13. contra Nattam *cons.* 332. *num.* 3. Cyriac. *contr.* 453. *num.* 72. *&* 80. Rota apud Bich. *dec.* 199. *n.* 16. In stabilibus per biennium non præsumitur mutatus, nisi doceatur de aliqua causa extrinseca. Surd. *cons.* 551. *n.* 7. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 553. *n.* 15. Bich. *dec.* 609. *n.* 7. *& dec.* 199. *n.* 16.

5 Valor monetæ debet calculari secundum tempus, in quo cadebat solutio, & effective soluta fuit Bich. *dec.* 151. *n.* 31. *ex cap. olim. de cens.* Rota coram Ludovis. *dec.* 42. *n.* 6.

6 Valor fructuum regulariter non attenditur de tempore messis, quia tunc fructus viliori pretio vendi solent, sed quanti communiter soleant vendi habita saltem ratione medii. Bich. *dec.* 86. *n.* 13. DD. *in L. pretia rerum. ff. ad L. Falc.* Boer. *dec.* 68. *n.* 6. Escobar. *de ratiocin. cap.* 17. *a n.* 21. Afflict. *dec.* 38. *a n.* 5.

7 Valor fructuum rei locatæ non probatur una tantum locatione, cum Conductor moveri potuerit ex aliqua affectione. Bich. *dec.* 575. *n.* 5. præsertim si adsunt testium depositiones in contrarium. Ludovis. *dec.* 702. *a n.* 53. Merlin. *dec.* 441. *n.* 7. Rota apud eundem *l. c. par.* 4. *to.* 2. *recent.*

9 Valor fructuum debetur spoliato secundum tempus, quo verisimiliter illos vendidisset, quia semper inspicitur, quid creditor verisimiliter erat facturus. Gratian. *disc. for. cap.* 42. *nu.* 51. Bich. *dec.* 580. *n.* 28. Ripa *in L. quod te. n.* 33. *ff. si cert. pet.* nec post fructuum consumptionem crescit eorum valor, & æstimatio. Bald. *in L.* 2. *n.* 13. *C. de fruct. & lit. expen.* & *in L. divortio §. ob donationes. n.* 5. *vers. dicit. ff. sol. matrim.* Mant. *dec.* 281. Rota *dec.* 337. *n.* 9. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* & *in Auxim. prædii* 23. *Martii* 1648. §. 1. *coram Bichio.*

Valor fructuum perceptorum ab Actore probari debet, & si aliqui testes indefinite deponant, declarantur ab aliis specifice deponentibus. Bich. *dec.* 344. *n.* 15. & *dec.* 213. *n.* 5. *&* 6. Cæs. de Graff. *dec.* 8. *num.* 10. *de caus. possess. & propriet.* Seraph. *decis.* 893. *n.* 22. Buratt. *dec.* 175. *numer.* 14. *& dec.* 631. *numer.* 12. Surd. *cons.* 352. *n.* 21. Socin. jun. *cons.* 69. *n.* 16. *lib.* 1. Ferentil. ad Buratt. *dec.* 430. *num.* 4. 9

Valor Beneficiorum Germaniæ solet exprimi juxta illius Concordata per non excessum ducatorum viginti quatuor auri de camera, quando provisiones fiunt in Curia ad effectum vitandi solutionem annatæ. ita Rota apud Card. Cerro *dec.* 400. *n.* 13. quidquid sit quoad alios effectus. Rota coram Merlin. *dec.* 576. *n.* 6. *par.* 8. 10

Et qualiter valor fructuum probetur, vide apud Merlin. *dec.* 281. ubi habetur, quod probatur per testes deponentes de publica voce & fama. Rota apud Seraph. *dec.* 962. *num.* 2. & apud Mant. *dec.* 132. *n.* 4. *& dec.* 298. *n.* 5. *par.* 2. *recent.* Præsertim si alius testis deponat non tantum de auditu, sed ut vicinus, & sic informatus. Farin. *de testibus. quæst.* 70. *n.* 164. quia tunc facerent plenam probationem. Rota apud Ludovis. *dec.* 273. *n.* 1. 11

Valor in Beneficiis narratus per non excessum debet justificari, quia est pars gratiæ, qui non probatur ex testibus deponentibus per ascensum, sufficit tamen semiplena probatio. Cassad. *dec.* 20. *n.* 4. *super reg.* Seraph. *dec.* 677. *n.* 5. Rota apud Bich. *dec.* 244. *n.* 18. *&* 54. ubi Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 3. *n.* 398. Seraph. *dec.* 677. *n.* 5. Ludovis. *dec.* 13. *nu.* 5. & Buratt. *dec.* 540. *n.* 15. Item ex testibus junctis aliis provisionibus Apostolicis cum simili valoris expressione, non exigitur tamen exactissima probatio. Garz. *l. c.* Cavaler. *dec.* 533. *n.* 6. Item ex testibus deponentibus de publica voce & fama junctis provisionibus Apostolicis effectum sortitis cum simili expressione. Rota coram Buratt. *dec.* 303. *n.* 6. ad quem etiam probandum admittuntur regulariter leviores probationes. Garz. *l. c.* nisi concurrant alii testes de majore valore deponentes. Sed non probatur ex fide extrajudicialis lite pendente, & absque juramento obtenta; quia licet valor non requirat exactissimas probationes, tamen illæ debent esse tales, quæ certum possint reddere animum Judicis. Bich. *dec.* 360. *&* 378. *n.* 1. & quamvis probetur levioribus probationibus, tamen istæ debent esse perfectæ in suo genere. Rota apud Ludovis. *dec.* 13. *n.* 6. & coram Buratt. *dec.* 769. *n.* 10. Bich. *dec.* 369. *n.* 12. *&* 13. Probatur etiam per unicum testem de publica voce, & fama, si fulcitur adminiculis, qualia videri possunt apud Bich. *dec.* 645. *a num.* 9. 12

Valor Beneficii æstimari debet, quantum illius fructus valent in loco Beneficii, non quantum valent in portatis deducto cambio; e valore tamen Beneficii deducendæ sunt expensæ necessariæ pro recollectione fructuum. Put. *dec.* 210. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 3. Rota apud Ludovis. *dec.* 444. *n.* 5. *par.* 2. *recent.* & apud Bich. *dec.* 325. *n.* 36. *&* 37. secus expensæ voluntariæ. Præterea in valore calculandi sunt fructus incerti funeralium, & oblationes, quando pensio fuit reservata super fructibus certis, & incertis. Debent ex illo detrahi fructus census, cujus debitrix est Ecclesia. Item sunt detrahenda onera Missarum a Beneficiato celebrandarum. Rota vero ad evitandam subreptionem solet detrahere sextam partem illorum. Bich. *dec.* 225. *a n.* 20. *usque ad* 30. *& dec.* 325. *n.* 37. *&* 420. *n.* 15. *& dec.* 325. *n.* 33. apud quem Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 13. *n.* 16. *& seq.* Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 18. *n.* 7. Gratian. *disc. for. cap.* 606. *n.* 71. Rota *dec.* 1. *n.* 2. *de loc. in novis.* & *dec.* 210. *n.* 6. post trac. Statil. *de salv. interd.* Rota *dec.* 273. *n.* 3. coram Ludovis. *dec.* 444. *n.* 5. *par.* 2. *recent.* 13

Valor per non excessum probatus ex confessione Adversarii emissa in litteris provisionis suæ, quam impugnare non valet. Buratt. *dec.* 481. *n.* 9. *dec.* 493. *n.* 1. Ægid. *dec.* 268. Put. *dec.* 171. *n.* 1. *lib.* 3. Bich. *dec.* 14

431. *n.* 4. & narratus in summa majore, verificatur etiam in minore. Rota coram Coccino *dec.* 145. *numer.* 1. *dec.* 164. *num.* 2. *coram Buratt.* & *in Bonon. Archipresbyteratus.* 23. *Mart.* 1648. §. *valor. coram Corrado.*

15 Valor per ascensum a pensionario narratus est plene, & concludenter probandus; quia valor sic narratus dicitur causa, & fundamentum gratiæ, secus quando narrativa est simpliciter pars gratiæ. Rota *dec.* 268. *n.* 3. & 4. *par.* 1. *divers.* & *dec.* 344. *num.* 2. & 3. *part.* 2. *recent. dec.* 526. *num.* 1. *par.* 3. *dec.* 287. *num.* 9. *par.* 5. apud Bich. *dec.* 255. *num.* 6. ubi Lotther. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 43. *a numer.* 1. præsertim, si pensio fuit reservata Beneficio pleno; quia tunc fit punctualis fructuum narratio, ut Papa certus sit, quantum gravare possit Beneficio, cum aliunde de hoc certificari non possit; quæ justificatio procedit duntaxat in judicio petitorio, non vero in possessorio, in quo ei sufficit docere de quasi possessorio exigendi. Bich. *dec.* 410. *n.* 3.

16 Valor verus Beneficii, ut probetur, requiritur probatio reddituum integri decennii, quia facile potest contingere, quod breviori tempore omnes anni fuerint, aut steriles, aut fertiles, quod est verum, quando valor deducitur impugnative ad gratiam alterius ob non expressionem veri valoris. Achil. *dec.* 2. *super reg. de valore.* Sarnen. *super eadem regula. quæst. ult.* Put. *dec.* 374. *num.* 3. *lib.* 3. *in corr.* Rota *dec.* 189. *nu.* 4. *par.* 1. & *dec.* 1627. *par.* 3. *divers.* Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 228. usque ad *num.* 239. Bich. *dec.* 213. *num.* 7. Etiam in terminis Constitutionis Urbani VIII, revocantis facultatem transferendi pensiones, quæ medietatem fructuum Beneficii gravati excedunt, deducitur valor impugnative ad gratiam translationis, & quamvis impugnatio tunc includat jus dantis, & ideo non sit proprie objectiva, sapit tamen aliquo modo objectum, & propter odibilitatem materiæ regulatur quoad probationes ad instar veri objectus, quamvis non ita reguletur, quoad observantiam. *cap.* 1. & *cap. ut circa. de elect. in* 6. Lotther. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 42. *nu.* 4. 7. & 21. Rota *dec.* 353. *num.* 7. & *seq.* coram Ludovis. ubi Beltram. *num.* 18. Sarnen. *in reg. de Infirm. quæst.* 36. *numer.* 1. Bich. *dec.* 213. *num.* 7. & *seq.* & quod impugnans gratiam pensionis ex capite valoris Beneficii teneatur probare valorem per decennium, tenuit Rota *in Pampilon. pensionis.* 22. *Jun.* 1579. *coram Rubeo.* Lotther. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 43. *num.* 23. & 31. & *lib.* 3. *quæst.* 20. *num.* 95. & 96. Et quando valor deducitur objective ad impugnandam expressionem valoris factam in provisione, requiruntur plenæ probationes valoris reddituum per decennium. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 3. *num.* 228. Achill. *dec.* 2. *super reg. de valor.* Put. *dec.* 374. *num.* 3. *lib.* 3. *in corr.* Bich. *dec.* 594. *num.* 13.

VARIATIO.

Praxis Variationis.

1 Variatio lite pendente non est licita, aut re amplius non integra, ut cum Beneficium fuit obtentum a Papa, præsertim cum clausula *preferri.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 1. *num.* 100. Lapus *alleg.* 79. Tusc. *litt. P. conclus.* 123. etiam post sententiam. Lim. in executivis. Rota apud Merlin. *dec.* 623.

2 Variatio, quæ versatur circa actionem Actori non tantum in prima instantia, sed etiam ulteriori, intentando quoque actionem contrariam priori, dummodo commissio causæ sit generalis, & non restricta ad certam actionem, permittitur. Rota apud Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 38. Afflict. *dec.* 146. *num.* 2. etiam in modo agendi variatio est permissa, uti transeundo a via ordinaria ad executivam. *cap. ut qui dicas. de elect. in* 6. *cap.* 1. *de postul. prel. auth. qui semel. C. quomodo,* & *quando Jud.* gl. *in L. perinde. ff. ad L. A.* Bald. *in L. diffamari. C. de ingen.* & *manumiss.* Rota apud Maresc. *l. c.* & apud Merlin. *dec.* 566.

3 Variatio concessa personis, seu patronis Laicis, intelligitur de cumulativa, non privativa, neque censetur recessum, quamvis non exprimatur, quod secunda præsentatio sit cumulative. *cap. cum autem.* ubi Abb. *num.* 2. *de Jurepatr.* Rochus *eod. trac. verb. honorificum. quæst.* 9. *num.* 30. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 9. *nu.* 214. Ferentill. ad Buratt. *dec.* 942. *num.* 6. Bich. *dec.* 512. *num.* 14.

Variatio in susceptione Ordinum non est licita, ita ut ordinatus ad Subdiaconatum ab Episcopo Domicilii non possit accipere Ordinem Diaconatus ab Episcopo originis. Riccius, Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 2. *cap.* 1. Piasec. apud eundem. Quaranta & alii. Bonac. *de Sacram. disp.* 8. *quæst. un. p.* 4. contra Dianam *par.* 9. *trac.* 9. *res.* 4. 4

Vasallus, vide *Subditus,* & *Feudatarius.* 5

VENDITIO.

Praxis Venditionis.

§. I.

Venditionis definitio.

Emptio, & Venditio est contractus bonæ fidei ultro citroque obligatorius, qui consensu, re, & pretio perficitur, sive in quo Venditor cum emptore de re, sive merce pro pretio paciscitur. Molina *de Just. trac.* 2. *disp.* 336. *num.* 5. Azor. *par.* 3. *moral. lib.* 8. *cap.* 1. *quæst.* 1. P. Tambur. *in Decal. lib.* 8. *trac.* 3. *cap.* 7. §. 1. *nu.* 1. P. Pirhing *in lib.* 3. *Decret. tit.* 17. §. 1. *nu.* 1. & differt ab alienatione, quia alienatio dici non potest, antequam res vendita fuerit tradita emptori, quia nec antea dominium transfertur in emptorem. *L. nunquam.* 31. *ff. de acquir. rer. domin. L. traditionibus.* 20. *C. de pact.* Unde fit, quod pœnæ statutæ in jure contra alienantes bona Ecclesiæ, non incurrantur ante traditionem; quia Leges maxime pœnales cum effectu intelligi debent. *cap. relatum.* 4. ubi DD. *de Cler. non resid. L.* 1. §. *hac autem verba. ff. quod quisque Juris.* 1

Ad venditionem ergo tria requiruntur pro substantia, consensus perfectus, verus, & liber. 2. merx certa. 3. certum, & determinatum pretium, ita DD. cit. & Card. de Luca *de empt.* & *vend. in summa. num.* 4. & quoad primum requisitum constat ex *L. in venditionibus. ff. de contrahen. empt.* & quoad secundum probatur ex *L.* 8. *ff. de contrah. empt.* ubi quod merx debet esse certa, & determinata, tertium patet ex §. *pretium. Instit. de empt.* & *vend.* & *L.* 2. *C. de contrah. empt.* Et si unum ex istis desit, non valet venditio, sicut non valet venditio, si Venditor dicat, tanti tibi vendo, quanti valet, aut vendo tibi hanc rem justo pretio, quia pretium non est determinatum, scriptura vero non est necessaria ad venditionem, & pro forma, nisi aliter inter partes fuerit conventum, quod scilicet scripturam velint haberi pro forma, taliter, quod sine illa contractus non valeat; In dubio tamen, quando expresse non fuit conventum, quod scriptura adhibeatur pro forma, & valore contractus, sed tantum dixerunt, quod super contractu conficiant scripturam; tunc præsumitur scriptura promissa majoris probationis causa. Tholosan. *syntag. lib.* 25. *cap.* 17. Castr. & alii apud Tusc. *litt. C. conclus.* 99. Venditionis contractus est ubique licitus, & necessarius. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 2. *p.* 3. Soto *de Just. lib.* 6. *quæst.* 1. Ciarlin. *cap.* 40. 2

§. II.

Quæ res vendi, vel non vendi possint?

Res Sacræ, & ad cultum Divinum specialiter deputatæ, & rite consecratæ vendi non possunt ad usum privatum, seu profanum. §. *Sacre res. Instit. de rer. divisione.* quia non sunt humani, sed divini juris, & ideo extra commercium hominum. §. *Idem Juris. Instit. de inutil. stipul.* §. *fin. Instit. de vend.* & quia quod est dicatum cultui Divino, ad humanos usus non est convertendum. *de reg. Jur. reg.* 51. *in* 6. P. Pirhing *lib.* 3. *tit.* 17. §. 2. *numer.* 4. Imo quando res sacræ sunt ita constitutæ, ut illarum materia non possit taliter separari, ut inter res profanas habeantur, tunc neque ad divinum ministerium, usum sacrum vendi possunt. *cap. si quis objecerit.* 17. 1. *quæst.* 3. Excipiuntur vasa sacra, quæ ob necessitatem redimendi captivos, aut aliud opus pium vendi possunt. *cap. sacrorum.* 14. & *cap. aurum.* 70. 10. *quæst.* 2. L. *sancimus.* 21. *C. de SS. Eccles.* Ideo vendere Agnos Dei illicitum est, juxta Azor. *to.* 1. *lib.* 3

1. *lib.* 9. *cap.* 9. Quaranta *in sum. Bullar. verb. Agnus.* Lavarius *de jubileo. cap.* 23. quamvis quod possint vendi ratione materiæ, laboris, & expensarum factarum in illorum trasportatione, teneant, & defendant Cherubin. *in comp. Bullar. tom.* 2. *constit.* 2. Homob. *de exam. Eccles. to.* 2. *par.* 2. *trac.* 9. *cap.* 5. *quæst.* 9. Suarez *de Relig. to.* 1. *trac.* 3. *lib.* 4. *cap.* 14. Bonac. *to.* 3. *disp.* 2. *sect.* 2. *par.* 29. Diana *par.* 3. *trac.* 6. *res.* 12. Ita rerum spiritualium est invalida. *L.* 1. *C. de SS. Eccles.* Gomez *de contrac. cap.* 2. si non adest beneplacitum Apostolicum. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 2. *p.* 2. Lim. in rebus mere spiritualibus, & procedentibus a potestate ordinis, quæ vendi non possunt sine simonia contra jus Divinum, & naturale. *cap. ult.* 1. *quæst.* 3.

4 Res temporales annexæ rei spirituali, uti causæ suæ, uti sunt Beneficia Ecclesiastica, Decimæ Clericales, etiam vendi non possunt, quia venditio esset simoniaca. *cap. penult. & ult. l. c.* quia licet fructus Beneficiales, seu Decimales sint temporales, & ideo pretio æstimabiles, tamen fundantur in jure spirituali, & ex natura sua ad jus spirituale consequuntur. Secundum se vero, & ut separati a titulo spirituali officii vendi possunt. Lim. quod cum universitate bonorum Juspatronatus, aut Decimæ vendi non prohibentur, uti venditione Castri, aut prædii, cui Juspatronatus inest, & competit. vide *Juspatr. de hac materia.* Ita bona Ecclesiastica vendi non possunt, nisi servatis solemnitatibus, ut dictum in praxi alienationis bonorum Ecclesiæ. Etiamsi fieret venditio a Pontifice de potestate ordinaria, quia etiam tunc deberet fieri cum causa, secus si vendit de plenitudine potestatis, quia tunc potest etiam sine causa alienare; causa tamen in venditionem, quamvis non fuerit expressa, semper præsumitur, & quidem legitima. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 44. Peregr. *de Jure fisci. lib.* 1. *tit.* 3. Merlin. *dec.* 775. *a numer.* 20. quamvis fuerit facta consanguineis. DD. cit. & Altograd. jun. *controv.* 91. *num.* 12. Menoch. *cons.* 39. de Luca *de feud. disc.* 5. *num.* 19.

§. III.

De venditione læsiva.

5 Venditio valet, licet venditor fuerit enormiter læsus; potest tamen Venditor agere ad rescissionem contractus, aut ad pretii supplementum. *cap. cum causa. de vend. & cap. dilecti. eod. L.* 2. *L. si voluntate.* 8. *L. ad rescindendum. L. dolus. C. de rescind. vend.* Barb. *in cap. cum dilecti.* 3. ubi etiam Canis Gonzal. *num.* 3. Ferro Manriquez *de differen. utriusque fori. quæst.* 57. Larrea *alleg.* 82. *&* 99. *& dec. Granat.* 68. *&* 69. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 16. Giballin. *to.* 2. *de negot. lib.* 4. *cap.* 6. *art.* 3. Besol. *in delibat. Jur. ad lib.* 18. *Pandect. quæst.* 10. Christineus *to.* 1. *dec.* 144. P. Pirhing *lib.* 3. *Decretal. tit.* 17. §. 5. *num.* 21. Ampliatur, quamvis venditio fuerit facta sub hasta. Pinell. *in d. L.* 2. *C. de rescind. vend. cap.* 2. *par.* 2. *numer.* 25. Fachin. *lib.* 2. *cit. cap.* 21. Fab. *in C. tit. de rescinden. vend. defin.* 4. Rota apud Farin. *in select. par.* 1. *dec.* 648. *nu.* 5. Mangil. *de subhastat. quæst.* 39. Post. *de subhast. inspec.* 59. Gabr. *de vend. conclus.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 7. *num.* 10. Leotar. *de Usur. quæst.* 40. *nu.* 49. Eccles. *obs. for.* 135. quamvis venditio fuerit facta cum decreto Judicis; quia hoc decretum non tollit Beneficium. *L.* 2. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 75. dummodo tamen læsio concludentissime probetur, & quidem de tempore distractionis, quia non sufficit, si læsio primum supervenerit. *L. si voluntate. C. de rescind. vend.* ubi gl. Bart. & Bald. Crav. *cons.* 114. *num.* 16. Menoch. *cons.* 358. *num.* 13. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 73. Fab. & Eccles. *ll. cc.* Panorm. & Imol. *in cap. cum causa. de empt. & vend.* Gonzal. *in cap. dilecti. de empt. & vend. n.* 6. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 20. qui citat Abb. Cagnol. Jas. Rebuff. & alios. Gomez *de contrac. cap.* 2. *post. nu.* 22. Læsio vero ultra dimidium in venditore contingit, si rem, quæ valet centum florenis, vendidit minoris, quam quinquaginta, uti quadraginta octo, secus si vendidit quinquaginta, aut pluris. In emptore vero discrepant DD. aliqui volunt læsionem contingere, si duplo plus solvit, quam solvere debuit, uti si res valebat centum florenis, solvit plus quam ducentos florenos. ita Abb. *in cap. cum dilecti. num.* 2. *de empt. & vend.* Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 73. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 16. apud quos alii. Alii vero contendunt, quod læsio ultra dimidium contingat, quando res vendita ad summum valuit quinquaginta florenis, & emptor solvit ultra centum. gl. *in L.* 2. *C. de rescinden. vend. & in cap. penult. verb. Dimidiam. de empt. & vend.* Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 3. *num.* 8. Molina *de Just. disp.* 389. *nu.* 21. Laym. *lib.* 3. *trac.* 4. *cap.* 17. §. 1. *num.* 7. & alii apud P. Pithing. *l. c. nu.* 25. *vers. contraria.* qui hanc dicit communiorem, co quod in contractu reciproco æqualitas servanda sit; ergo immerito exigitur in emptore major læsio, quam in venditore. Limit. conclusio, si vel emptor, vel venditor fuit dolo inductus ad contrahendum, alias non contracturus, quia tunc contractus esset ipso jure nullus sicut cæteri contractus bonæ fidei. *L. & eleganter.* 7. *ff. de dolo L. si dolo.* 5. *C. de rescind. vend.* In contractibus vero stricti Juris licet dolus det causam contractui, tenet quidem contractus ipso jure, sed agens per exceptionem doli potest repelli. *L. si quis.* 36. *ff. de V. O.* si vero deceptio, seu dolus non dat causam contractui, sed incidit, veluti, quia emptor emisset quidem, sed non tanti, tunc valet contractus, sed potest agi ad supplementum ejus, quod deest. *L. Julianus.* 13. §. *si venditor. ff. de act. empt.* Si vero dolu. nec dat causam contractui, nec incidit, sed error circa pretium fuit commissus ex ignorantia justæ æstimationis; tunc in pretio venditionis, & emptionis licet contrahentibus se circumvenire intra latitudinem justi pretii. Covar. *l. c. num.* 3. Si vero læsio in contractu contingat in foro externo in utroque Jure læso non succurritur, ne propter læsionem qualemcumque impediantur hominum commercia, & lites vitentur. Laym. *l. c. numer.* 5. *&* 6. Pirhing. *l. c. numer.* 26.

In foro vero interno si res vendatur extra limites justi pretii, venditio utpote contra justitiam commutativam est illicita, & ita contrahentes peccant mortaliter in gravi quantitate, & sufficiente ad peccatum mortale circumveniendo proximum. S. Tho. *quæst.* 77. *art.* 1. *ad* 1. apud Molin. *de Just. disp.* 350. *num.* 5. Pirhing. *l. c.* §. 5. *num.* 26. *vers. notand.* 2. 6

Venditio, in qua inter partes fuit conventum, ut si læsio ultra dimidium contigerit, justo pretio suppleatur, secundum multos non potest rescindi, quia provisio hominis facit cessare provisionem legis. Contrarium tamen placet pluribus apud Fachin. *l. c. controv. Jur. cap.* 20. quia provisio hominis facit tantum cessare provisionem legis specialem, & contra regulas Juris. DD. apud eundem.

Venditio, quam fecit infirmus Medico quamvis fuerit læsus tantum infra dimidium, potest rescindi. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 25. Panorm. *in cap. quia plerique. de Immun. Eccles. L. Medicus. ff. de var. & extraord. cogn.* 7

Venditio dum fuit rescissa ob remedium. *L.* 2. non debentur fructus percepti, quia emptor habuit titulum coloratum, & fuit possessor bonæ fidei. Fachin. *l. c cap.* 24. Gutierrez *pract. qq. lib.* 2. *quæst.* 134. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 73. Mastrill. *dec.* 33. *numer.* 4. Mangil. *de subhast. quæst.* 39. Post. *eod. tract. inspect.* 59. Ecclesia *obs. for.* 135. *num.* 8. Fab. a Monte *de empt. quæst.* 8. *num.* 24. *& seq.* secus si rescindatur ob læsionem enormissimam aut ultra dimidium in magno excessu. DD. cit. 8

Venditio si fuit rescissa propter læsionem, resolvitur quoque hypotheca medio tempore contracta. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 23. Et cum re vendita sunt quoque restituendi fructus percepti secundum multos apud Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 3. sed contrarium defendunt plures apud Fachin. *l. c. cap.* 24. Fab. a Monte *de empt. & vendit. quæst.* 8. Gomez *de contract. cap.* 1. Butr. & Imol. *in cap. ad nostram de empt. & vend.* tum quia *L.* 2. *nullam fructuum mentionem facit*, & emptor est in bona fide, ut supra diximus, tum quia est iniquum, quod quis habeat pretium, & fructus rei venditæ. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 2. *p.* 8. vide in praxi *Fructuum*. 9

§. IV.

De Pretio.

Pretium est duplex, aliud naturale, aliud legale. Seaccia *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *ampliat.* 10. *num.* 56. Giballin. *de usur. lib.* 4. *cap.* 6. *art.* 16. *& to.* 2. 10

de negot. lib. 4. *cap.* 4. *art.* 3. Gonzal. *in cap. cum dilecti. de empt. & vend. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 4. Naturale dicitur illud, quod quælibet res a natura habet absque taxatione hominis. Legale vero est, quod authoritate Principis, aut legitimi superioris rebus assignatum est. S. Tho. 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. Aristoteles *lib.* 5. *Ethic. cap.* 7. Sotus *de Just. lib.* 6. *quæst.* 2. *art.* 3. Less. *de Just. lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 2. Grot. *de jure belli lib.* 2. *cap.* 12. *&* 14. Naturale tres habet gradus, quia non consistit in indivisibili. Supremum, medium, & infimum, quia juxta circumstantias loci, temporis, & occasionis augeri, & diminui potest. ita Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 3. citatus a Gonzal. ut supra. Noguerol. *alleg.* 18. *num.* 16. Legale vero consistit in puncto indivisibili. Larrea *alleg.* 99. Gonzal. *l. c. num.* 4. circa medium, quod necessario servandum est, aliter peccatur, quia in hoc non licet contravenientibus se circumvenire etiam infra dimidium justi pretii.

11 Pretium vero naturale non potest licite augeri ex particulari affectione, quia pretia rerum non ex affectu, vel utilitate singulorum æstimari, seu taxari debent. *L. pretia rerum. ff. ad L. Falc.* nisi ob expensas in illis advehendis, acquirendis, conservandis, nutriendis &c. aut communem pluribus delectationem communiter afferant. Covar. *l. c.* uti fit apud Indos, qui vitra Europæ pluris æstimant, quam aurum, & gemmas. Covar. *l. c.*

12 Prætium, quod semel juste taxatum fuit, tenentur servare tam Clerici, quam Laici. Gutierrez *pract. qq. quæst.* 180. Azor. *to.* 1. *lib.* 5. *cap.* 12. *& quæst.* 4. P. Anaclet. Reiffenstuel *lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 132. apud quem alii *ex cap.* 1. *&* 2. *de nov. oper. nunt.* Et Clerici has leges transgressi tenentur ad restitutionem, quia quoad vim directivam obligant etiam quoscunque Religiosos, non vero quoad coercitivam, quoad quam conveniri debent coram Judice Ecclesiastico. Et non tantum cives obligant, sed etiam peregrinos, nisi eximantur. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 18. *nu.* 13.

13 Sunt tamen plures causæ augendi pretium naturale. Puta damnum emergens, lucrum cessans. S. Tho. 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. Molina *de Just. & Jur. disp.* 351. *num.* 2. Navar. *in man. cap.* 23. *num.* 84. *Can. precaria.* 4. §. 3. quia damnum emergens est pretio æstimabile, *& cap. fin. de usur.* sicut etiam lucrum est pretio æstimabile, dummodo lucrum cesset, aut damnum contingat ob ipsam venditionem, & non alia ex causa. Et emptor præmoneatur de damno, quod patitur venditor, vel de lucro quod illi cessat, & ideo pluris vendat. Etiam specialis venditoris affectus erga rem venditam dat causam augendi pretium; dummodo talis affectus sit magnus, ut propterea non esset venditurus, & non excedat summum pretium, & de hoc certioretur emptor. Molina *l. c. disp.* 351. Ita penuria seu raritas mercium est causa augendi pretium, & emptorum multitudo. Laym. *mor. lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 17. §. 1. *num.* 10. apud quem DD. quia quæ sunt rariora, & difficilius haberi possunt, pluris æstimari solent. *d. L. pretia rerum. ff. ad L. Falc.* Sed

14 Quæres, an venditio cariori pretio, quam sit justum, ob dilatam solutionem facta subsistat? Respondetur esse usurariam, juxta *cap. consuluit. & cap. vivente de usur.* Innoc. Abb. & Host. *in cap. ult. de usur.* Navar. *in man. cap.* 17. *num.* 10. Ciarlin. *controv. for. cap.* 29. *num.* 23. Lim. in negotiatore, ubi est consuetudo, quia tunc non committitur usura in foro externo punibilis, quia ubi plures sunt emptores, res crescit in pretio, sed habita fide pretii plures sunt emptores. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 3. Pinell. *in L.* 2. *do rescind. vend. par.* 3. Lupus *in cap. navigante. de usur. comment.* 3. §. 5. Sotus *de Just. & Jur. lib.* 8. *quæst.* 4. Molina *de contract. disp.* 358. Laym. *tract.* 4. *cap.* 17. Ciarlin. *d. cap.* 29. Scaccia *de commerc. & camb.* §. 1. *quæst.* 7. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 2. Diana *par.* 5. *tract.* 8. *res.* 21. *& par.* 10. *tract.* 12. *res.* 28. Lim. 2. si venditor incurrit aliquod periculum amittendi pretium ob dilatam solutionem, quia suscipere periculum gravis damni est pretio æstimabile. *L.* 5. *C. de naut. fœnor.* dummodo periculum sit verum, & non fictum. Neque obstat *cap. naviganti. de usur.* quia procedit, cum quis ad palliandam usuram mutuat alicui pecuniam, & illius periculum, quod alias ad mutuatorem spectat, eo suscipit fine, ut aliquid possit accipere supra sortem. Gonzal. *in cap. naviganti. ult. de usur. num.* 8. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 48. cum quo Laym. *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 16. *num.* 13. in illis verbis *cap. naviganti*. Jura juribus concordando, *Usurarius est censendus.* subintelligendam volunt particulam *Non*, & legendum esse. *Non usurarius est censendus*, uti ex toto contextu facillime convincitur.

Sed quid est dicendum de illo, qui vendidit pecunia credita pretio rigoroso justo tamen, & dein eandem rem emit pretio infimo justo tamen. Respondetur omnino licitam fuisse emptionem. Homob. *in exam. Eccles. par.* 2. *tract.* 9. *cap.* 3. Laym. *moral. lib.* 3. *tract.* 4. *sect.* 5. Diana *par.* 1. *tract.* 8. *res.* 20. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 2. *p.* 3. quia pecunia præsens facit vilescere pretium rei venditæ, ut credita illud augescit. 15

Venditio facta eo pretio, quod est in arca, est perfecta venditio, quia pretium jam est determinatum. Fab. de Monte *de vendit. quæst.* 4. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 1. Pinell. *L.* 11. *C. de rescind. vend.* sicut etiam valet facta pretio æstimando a peritis eligendis ab utraque parte. Bart. & Castr. *in L. si merces. ff. locat.* Dec. *cons.* 648. Bursat. *cons.* 149. Fachin. *l. c.* præsertim si pretium fuit commissum certæ, & determinatæ personæ. Secus si in genere fuit facta pro pretio justo; quia tunc erit contractus innominatus. Bald. *in L. ult. C. de contrah. empt* Rom. *in L. sciendum ff. de V. O.* Cravetta *cons.* 172. Gomez *de contract. cap.* 2. Fachin. *l. c.* quia in hoc casu pretium est incertum. vide Merlin. *dec.* 567. *nu.* 47. *& seqq.* 16

Venditio rei, vel fructuum meliorum cariori, seu majori pretio, quam fuit taxatum, & deteriorum pretio taxato, est injusta, & obligat ad restitutionem, quia pretium permixtim fuit pro omnibus fructibus taxatum. Diana *par.* 1. *tract.* 8. *res.* 35. 17

Venditio resolvitur, si periti electi ad determinandum pretium illud determinare noluerunt. Rota apud Merlin. *dec.* 605. 18

§. V.

De pactis intervenientibus in venditione.

Si Venditio fuit facta cum pacto redimendi soluto pretio intra certum tempus, puta intra mensem, & emptor intra mensem partem pretii solvit, & post mensem est paratus solvere residuum, est audiendus, quia est locus purgationi moræ. *L. si ita quis. ff. de V. O.* Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 4. Imol. *cons.* 26. Surd. *cons.* 52. secutus Cagnol. *in L.* 2. *C. de pact. inter emptor. & venditor.* 7. *quæst.* quæ procedunt, dummodo paulo post tempus elapsum residuum pretii offeratur, & emptoris non intersit. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 2. *p.* 3. Et pacto redimendi, vel retrovendendi non obstantibus, venditio dicitur perfecta. Ciarlin. *controv. for. cap.* 40. Fachin. *lib.* 2. *cap.* 6. & quando tale pactum fit suspectum usuræ, tradit Cyriac. *controv.* 255. Et talis venditio tribuit jus irrevocabile. Cephal. *cons.* 406. Cyriac. *controv.* 251. *num.* 25. Ciarlin. *l. c. cap.* 40. *& cap.* 79. Et qui vult redimere, non tenetur deponere pretium, sed sufficit, quod idem realiter offerat. Fachin. *l. c. cap.* 4. apud quem Jo. Andr. Speculat. Bald. Castr. & alii. Et si fuit elapsum tempus ad redimendum in contractu præscriptum, nec purgata mora juxta superius dicta, non potest amplius redimere rem venditam. Ang. *cons.* 199. Gram. *cons.* 19. Dec. *in L. petens. C. de pact.* Lupus *in L.* 2. *C. de pact. int. empt. & vendit.* Socin. *cons.* 141. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 1. *gl.* 2. Cravetta *cons.* 685. Surd. *cons.* 52. quia censetur conditionem tacite confirmasse. Ciarlin. *d. cap.* 40. *nu.* 3. 19

Quæres 1. an venditio celebrata cum pacto retrovendendi, & modicitate pretii sit judicandus usurarius? Affirmant multi apud Cened. *ad decret. collect.* 28. Gramma *dec.* 138. & centum alii, quos citat Castillo *to.* 2. *controv. lib.* 2. *cap.* 25. & probant *ex cap. ad nostram. de empt. & vendit. & ex cap.* 1. *vos. de pignor.* 2. quia data venditione cum modicitate pretii, accedente promissione, seu pacto de retrovendendo, non venditio, sed pignus celebratur, quod semper pro minore pretio solet contrahi. *cap. significante de pignor.* Negant alii numero plures, quos recensent Castillo *d. cap.* 25. *nu.* 50. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 12. Cevall. *quæst.* 20

224.

224. Leotard. *de usur. quaest.* 9. *num.* 13. quia pactum hoc de retrovendendo de se non est improbatum, imo approbatur *in d. L.* 2. Neque exiguitas pretii per se arguit contractum esse usurarium, tum quia, ut contractus dicatur usurarius, necessario requiritur, quod interveniat usura expressa, aut palliata. *cap. consuluit. de usuris.* Molina *de Just. disp.* 303. *vers. per hanc.* Sed in contractu venditionis cum modico pretio, & pacto de retrovendendo nulla nec expressa, nec tacita usura intervenit, non expressa, quia contractus emptionis valde differt a contractu mutui; non palliata, quia non datur ob dilationem debiti aliqua pecunia. Et tandem contractus talis est judicandus, qualis ex forma ipsius apparet. *L. cum precib. C. de prob. L. si tamen. ff. ad Maced.* ita Gonzal. *l. c. nu.* 3. circa medium, ubi solvit contraria, cui sententiae accedit etiam P. Pirhing *lib.* 3. *tit.* 17. §. 7. *nu.* 36. sed haec retulisse sufficiat.

21 Quaeres 1. quid si duo vendiderunt eandem rem cum pacto redimendi, potestne unus partem rei redimere oblata parte pretii? Respondetur non posse, posse tamen redimere totam rem oblato toto, & integro pretio. Fachin. *controv. Jur. lib.* 2. *cap.* 2. qui citat Fab. a Monte, Tiraquell. Socin. & alios.

22 Pactum Legis Commissoriae. vide *Pactum*.

§. VI.

Variae Venditiones.

23 Venditio, quae incipit a corpore, & in qua mensurae modus exprimitur, censetur facta ad corpus, & ita si major est mensura, quam fuit expressa, cedit utilitati emptoris. Ruin. *cons.* 83. Parif. *cons.* 64. Covar. *pract. qq. cap.* 3. Socin. *cons.* 42. *lib.* 2. & si sit minor, cedit damno emptoris. Fachin. *l. c. cap.* 27. *lib.* 2. ubi DD. in utramque partem. Bich. *dec.* 111. *num.* 20. *&* 21. quia tunc mensurae mentio videtur facta, & adjecta demonstrative, & non taxative. Oldrad. *cons.* 197. *num.* 3. Alex. *cons.* 133. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 85. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 337. *num.* 7. Bec. *cons.* 133. *num.* 40. Fachin. *l. c. vers. mihi videtur.* Afflict. *dec.* 68. *num.* 3. *&* 4. Surd. *dec.* 64. *a num.* 5. Seraph. *dec.* 264. *num.* 6. quia quod contractus fuerit celebratus ad corpus, constat ex eo, quod contrahentes conceptum mentis explicare coeperunt a corpore certis finibus designato. Barr. *in L. Julianus.* §. *Titius. n.* 1. *ff. de act. empt.* Cagnol. *in L.* 2. *nu.* 178. *C. de rescin. vend.* Corn. *cons.* 59. *nu.* 2. *lib.* 4. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 104. qui alios citat, quamvis contrarium sentire videantur Cyriac. *controv.* 53. *aut.* 55. Capyc. *dec.* 14. Covar. *pract. qq. cap.* 3. *num.* 7. Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 57. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 27. quod nimirum Venditor ad corpus, & non ad mensuram, expressa tamen certa quantitate, si haec deficit, debeat emptori refici, si vero crescit, cedat lucro emptoris, sed cum pro priori sententia decideri Rota apud Bich. *d. dec.* 111. ab illa non videtur recedendum, quae tamen loquitur, quando in venditione cum expressione quantitatis adest dictio *injur.* & defectus est modicus. *num.* 20. *&* 21.

24 Venditio bonorum pupilli facta a Tutore ex causa necessaria aeris alieni solvendi cum decreto Judicis, & cognitione causae praemissa valet, ut diximus in praxi *Tutorum*, quamvis pro pluribus fuerit facta, quam importet aes alienum. Ciarlin. *controv. for. cap.* 217. *num.* 15. Natta *cons.* 162. *ex L. ob aes. C. de praed. min.* Afflict. *dec.* 87. *&* *dec.* 249. Rol. *cons.* 7. *lib.* 3. Menoch. *de recuper. rem.* 15. apud Costam ut infra. Bursar. *cons.* 411. *vol.* 4. Costa *de port. rata. quaest.* 123. nisi venditio, vel pretium rei venditae superet aes alienum magno excessu; quia tunc non valet. Natta *cons.* 162. Decian. *cons.* 403. Costa *l. c.* Cyriac. *controv.* 308. *n.* 13. dummodo adessent alia bona, quae vendi possent pro concurrente quantitate, aut si non aderant, res vendita vendi poterat pro parte. Peregr. *de fideic. art.* 40. Surd. *dec.* 77. Costa *loc. cit* non dicitur vero venditio necessaria propter aes alienum, nisi creditores possint urgere, aut in effectu urgeant pro solutione. *L. magis puto.* ubi Bart. *ff. de reb. cor.* Rol. *cons.* 33. Mant. *de tac. lib.* 4. *tit.* 6. Sperel. *dec.* 154. & dictum fuit in praxi *Tutorum*.

25 Venditio inter patrem, & filium esse non potest exceptis castrensibus, & quasi, vide *Filius*. Bonorum a patre facta an possit revocari a filiis usque ad legitimam, vide *alienatio*, *&* *donatio*.

Venditio facta, contra juramentum de non vendendo, valet, sed vendens fit perjurus. Sperel. *dec.* 171. ubi Seraph. Covar. & alii. 26

Venditio rei emphyteuticae cum clausula geminata *non aliter*, *alias*, *nec alio modo*, valet Domino volente etiam secuta traditione, nec potest ab emptore impugnari, quia quoad illum venditio est perfecta, quamvis Dominus directus possit, si velit, in commissum illam accipere, & hoc quamvis licentia Domini non fuisset intra bimestre petita in vim clausulae; quia adhuc venditio quoad contrahentes valet, & est perfecta Domino volente. Abb. *cons.* 87. Dec. *cons.* 138. Rol. *cons.* 57. *lib.* 3. Corbul. *de caus. privat. ob alien. irrequis. Dom. ampl.* 31. Pajatell. *exped.* 10. *nu.* 47. neque potest emptor rescindere contractum nisi offerat simul rei emptae possessionem, ne locupletetur cum aliena jactura. Licentia vero Domini debet esse expressa, & non sufficit tacita. Pajatell. *l. c. &* *annot.* 10. *nu.* 62. 27

Bonorum emphyteuticorum sub uno pretio, & allodialium sub alio pretio salvo Domini consensu, & non aliter, alienatio, si Dominus nolit consentire, non resolvitur in totum, sed valet quoad allodialia, quia contractus est dividuus ob pretii distinctionem, & rerum diversitatem, nec Venditor quoad emphyteutica tenetur de evictione, quia per venditorem non stetit. *L. cum plures. ff. de evict.* Dec. *cons.* 421. Surd. *cons.* 101. Gamma *dec.* 349. Costa *de port. rata. quaest.* 210. 28

Facta in fraudem plurium creditorum, si unus tantum creditor agit, non revocatur in totum, sed tantum pro rata crediti actoris. Auth. *ei qui C. de bon. auth. Jud. possiden.* Costa *de port. rata. quaest.* 90. 29

Ejusdem rei duobus si fuit facta, illa praevalet, in qua adest obligatio, aut hypotheca, aut deficiente hypotheca, cui prius fuit tradita. *L. quoties. C. de rei vendic.* Gomez *var. res. to.* 2. *cap.* 2. *num.* 20. Gabr. *de empt. conclus.* 2. Menoch. *cons.* 1153. *&* Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quaest.* 30. Cyriac. *controv.* 339. 30

Venditio pignoris a creditore potest fieri non citato debitore in casibus, in quibus potest fieri illius distractio, secus si pignus fuit captum in executionem rei judicatae quando debet subhastari, & in bonis Ecclesiae, ac fisci. Merlin. *de pign. lib.* 4. *tit.* 3. *quaest.* 104. ubi Rota coram Bichio, sicut nec in bonis debitoris absentis. Neguf. *de pignor. par.* 6. *memb.* 1. 31

Venditio Universitatis, & Castri cum jurisdictione, nec plus, nec minus tribuit, quam quae in ipsa Universitate continentur, & quae competebant Venditori, & Juspatronatus, quod est in ipsa Universitate. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *cap.* 29. Abb. *in cap. ex litteris. de Jurepatr.* Dec. *cons.* 127. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 18. *nu.* 3. & DD. apud Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 55. quia Venditio Universitatis non resolvitur in singularitates. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 13. Venditio seu cessio etiam omnium bonorum, jurium, aut actionum verbis generalibus, vel universalibus Juspatronatus Ecclesiasticum non comprehendit, nisi in illis adsit castrum, villa &c. cui sit annexum Juspatr. quia tunc talis venditio solvitur in singularitates. Marescot. *l. c. num.* 11. Innoc. *in cap. ex litteris de jurepatr.* ubi Host. *num.* 5. Mil. *in repert. verb. patronus.* Lambert. *de jurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *quaest.* 5. 32

Venditio facta fundi cum reservatione fructuum, donec pretium solvatur, quod sit usuraria, tenent S. Antonin. Sylvest. & alii, eo quod res fructificet suo Domino, & videantur accipi fructus ob dilationem solutionis, quod est usurarium, sed contrarium est verius apud Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 4. *nu.* 4. *&* 5. & tenent alii apud Dianam *par.* 4. *trac.* 4. *res.* 139. nisi habita fuerit pretii fides, & dilatio data ad solvendum. 33

Venditio rei cum defectu occulto, quem si emptor sciret, rem non emeret, aut saltem non illo pretio valet, & est licita, dummodo vendat pretio adaequato rei vitiosae. Venditor tamen, si praevidet, emptorem alii venditurum pretio adaequato rei non vitiosae, tenetur illum monere, alias peccat contra justitiam, ratio est, quia adest in priori casu aequalitas inter contrahentes, nec talis occultatio est odiosa, cum res vendita sit utilis emptori. Diana *par.* 1. *trac.* 8. *res.* 39. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quaest.* 2. *p.* 6. Navar. *in man. cap.* 23. 34

Ven-

35 Venditio facta cum reservatione, facit, quod ante solutionem pretii contractus transeat in locationem. *L. cum manusata.* 80. §. *nemo potest. ff. de contrahen. empt.* Surd. *dec.* 157. *num.* 2. Magon. *dec. Floren.* 91. *num.* 8. Cyriac. *controv.* 164. *nu.* 8. Honded. *cons.* 30. *num.* 29. *lib.* 1. Rota apud Bich. *dec.* 157. *num.* 15.

36 Venditio quando fuit simulata, potest super re vendita fieri executio, quamvis Venditor non fuerit condemnatus in sententia, quia stante simulatione contractus res vendita nunquam desiit esse in dominio primi possessoris. Bald. *in L. executionem. num.* 29. C. *de execut. rei jud.* Bart. *in L. emptor. num.* 1. *ff. de aqua pluvia arcenda.* Rota apud Bich. *dec.* 69. *nu.* 5. Præsumitur vero simulata, si fuit facta ad evitandam executionem. Rota *l. c.* Item ex aliis conjecturis. Cyriac. *controv.* 219. *nu.* 36. Cavaler. *dec.* 406. Surd. *dec.* 23. *num.* 17. Bich. *l. c. nu.* 6. & 7. quales sunt continuatio possessionis, ut prius apud Venditorem, quamvis in instrumento adesset clausula *Constituti.* Bart. *in L. sicut. ff. quib. mod. pignus, & hypoth. solvatur.* Bald. *cons.* 70. *num.* 3. *lib.* 1. Dec. *cons.* 659. *num.* 3. Afflic. *dec.* 40. *num.* 18 Item modicitas notabilis pretii gl. *in cap. ad nostram vers. dimidiam. de empt. & vend.* Farin. *de simul. quæst.* 162. *nu.* 195. Gratian. *disc. for. cap.* 600. *num.* 1. & Rota apud Bich. *l. c. num.* 71. Item arcta sanguinis conjunctio inter Emptorem, & Venditorem. *in L. non solum num.* 1. *ff. de ritu nupt.* Bald. *in L. si quis. nu.* 2. *C. de bon. proscript.* Natta *cons.* 443. *num.* 10. Mant. *de tacit. lib.* 13. *tit.* 35. *num.* 20. Gratian. *disc. for. cap.* 255. *num.* 7. Cessat autem simulationis suspicio, si præextitit causa legitima venditionis. Farin. *d. quæst.* 164. *num.* 97. Caval. *dec.* 420. *num.* 5. Lud. *dec.* 195. *num.* 12. & tunc conjecturæ, quæ simulationem probarent, evanescunt. Cyriac. *controv.* 255. *num.* 38. Bich. *l. c. num.* 13. & 14. Dec. *cons.* 648. *num.* 5. Honded. *cons.* 33. *num.* 36. *lib.* 2.

§. VII.

De Venditione rei donatæ propter nuptias a viro Uxori, illa consentiente alteri facta.

37 Res donata propter nuptias uxori non potest a marito alienari etiam consentiente uxore, alias uxori competit in rem actio, & utilis rei vendicatio nisi post exactum biennium uxor iterum consentiat in scriptis, & maritus habeat alia bona pro assecuratione dotis. Et secundus consensus præsumitur, si per lapsum triginta annorum uxor alienationi non contradixit. auth. *sive a me C. ad S. C. Velleian. & auth. ut immobilia ante nuptialis donationis &c. & §. Sancimus collat.* 5. *Novella* 61. *cap.* 1. Barb. *in cap. pervenit.* 4. *de empt. & vend.* Acosta. *de privil. credit. reg.* 2. *ampl.* 6. *num.* 223. & alii apud Gonzal. *in d. cap. pervenit. lib.* 3. *tit.* 17. *n.* 2. Neque obstat tex. *in L. quibus.* 18. *de V. O.* ubi dicitur, quod geminatus consensus non plus operetur, quam simplex, quia ibi tantum est sermo de promissione geminata, quæ non est sufficiens ad hoc, ut quis bis solvat, quod promisit; sufficit autem repetitus consensus ad confirmationem contractus. Mascardus *de prob. conclus.* 426. Barb. *l. c.* P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 17. §. 8. *num.* 41. quæ quid præsumptio magis coadjuvaretur, si pretium in communes usus conversum fuisset, uti fuit in casu Cœlestino III. proposito *d. cap. pervenit.* ubi Abb. *num.* 7. Et tempus longum ad faciendam præsumptionem secundi consensus ab uxore præstiti, & aliarum solemnitatum extrinsecarum est triginta annorum. Abb. *l. c. & num.* 10. si res alienata est magni momenti, & præjudicii, secus si est modici præjudicii, quia tunc sufficerent decem anni. Rosent. *de feud. cap.* 4. *conclus.* 31. Gail. *lib.* 2. *obs.* 161. *num.* 7. Menoch. *de arbitr. Jud. cas.* 433. *num.* 29. Pirhing. *l. c. vers. ubi notandum. num.* 34. *tit.* 13. *sect.* 2. *lib.* 2.

38 Venditio facta inter conjuges valet, dummodo venditio sit realis, & non ficta tantum ad palliandam donationem inter conjuges, quæ tamen fictio non præsumitur, quando pretium fuit solutum. Rota apud Rub. *to.* 2. *decis.* 529. *par.* 5. *recent.*

§. VIII.

De Venditione rei alienæ, vel furtivæ.

Venditio rei alienæ non valet, nisi saltem emptor ignoret rem esse alienam, vel furtivam. *L.* 34. *ff. de contrah. empt. L. si fundum.* 27. *C. de eviction.* Emptor vero, qui ignorans rem alienam emit, tenetur restituere eandem Domino illam repetenti ante præscriptionem. *L. mater.* 3. & *L. adversus.* 4. *C. de rei vendicat. cap. si res aliena.* 14. *quæst.* 6. quamvis Dominus pretium ab emptore solutum non restituat. *d. L. mater. L.* 2. *C. de furtis.* nisi emptor scienter rem furtivam vili pretio emisset, ut illam vero Domino restitueret; qui eaudem sine majoribus expensis non recuperasset, qui tunc emptor refusionem pretii pro re expensi petere merito posset. Sylvest. *verb. Restitutio.* 3. *quæst.* 7. Ancharan. *in reg. peccatum.* Laym. *lib.* 3. *trac.* 4. *cap.* 17. §. 3. *nu.* 26. quia tunc emptor utiliter gessit negotium Domini. *L.* 2. *ff. de negot. gest.* 39

Quæres, an emptor teneatur restituere rem furtivam a se emptam Domino, vel possit illam Venditori reddere, a quo emit, uti si probabiliter prævideat, quod Domino restituens, nec ab illo, nec a Venditore pretium a se solutum recipiet, & quod si Venditori rem restituer, illam Dominus amplius non recuperabit. Sylvest. *verb. restitutio.* 3. *quæst.* 7. & alii non pauci tenent, posse emptorem rem emptam Venditori restituere, & pretium a se solutum repetere, eo motivo, quod Dominus in hoc non possit esse rationabiliter invitus. Alii e converso tenent, debere emptorem ex obligatione justitiæ rem Domino suo restituere, quamvis Dominus rem in foro externo quocunque ex capite evincere non possit. Covar. *in reg. peccatum. par.* 3. *num.* 3. Laym. *mor. lib.* 3. *trac.* 4. *cap.* 17. §. 3. *num.* 24. Molina. *disp.* 122. *num.* 7. & alii quos citat, & sequitur P. Reiffenstuel. *lib.* 3. *tit.* 17. §. 5. *num.* 105. & ad hoc a Judice compelli debet, quamvis Dominus pretium non restituat. *d. L. mater.* 3. *L. si mancipium.* 23. *C. de vendicat. L.* 2. *C. de furt.* quod ampliatur, licet Dominus ob ignorantiam non petat, aut ob aliud impedimentum. Aliud tamen esset dicendum, si emptor prudenter, & probabilius judicaret, nullum ex restitutione sua damnum Domino secuturum: quo casu Dominus rationabiliter invitus non esset. ita DD. mox cit. qui tamen casus metaphysicus videtur. 40

Quæres 2. quid dicendum de fraudante justa pondera, & mensura? Respondetur talem ex Juris Canonici dispositione debere viginti diebus in pane, & aqua pœnitere. *ob. cap. & Mensuræ.* 2. *de empt. & vendit. Levit. cap.* 19. Barb. *in d. cap. & mensura.* Anton. Augustin. *lib.* 35. *tit.* 7. Petr. Gregor. *lib.* 4. *part. tit.* 11. *cap. fin. & lib.* 47. *syntagmat. cap.* 31. *gl.* 2. *tit.* 5. *part.* 5. Bobadilla *lib.* 3. *polit. cap.* 4. *num.* 105. Giballin. *to.* 1. *de negot. lib.* 1. *cap.* 6. *art.* 8. & alii apud Gonzal. *in d. cap. & mensura. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 4. quia hoc falsitatis delictum omni jure damnatum est, & quidem naturali, quo quis prohibetur cum aliena jactura locupletari. *L. jure.* 206. *ff. de R. J.* Jure divino ob Osæam. *cap.* 12. & *Levit. l. c.* jure civili, & Canonico ex supra cit. & *L. annonam. ff. de extraordin. crim.* 41

§. IX.

An peregrinis possit carius vendi, quam indigenis?

Videtur, quod sic, quia nec ad emendum nec ad vendendum quis cogi potest. *L. dudum. C. de contrah. empt.* Bich. *dec.* 105. *num.* 21. ubi Rota *L. invitum. C. eod. L. invitus. C. locat. L. nec emere.* 16. *C. de jure delib.* nec etiam pretio justo. Gomez. *var. res. to.* 2. *cap.* 2. *num.* 51. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 14. Avendan. *lib.* 2. *de metu. cap.* 1. & in emptione, & venditione pretium constituendum est arbitrio Domini, juxta *L. Tutor.* ubi gl. *ff. de lit. jur.* & DD. plures apud Gonzal. *in cap. placuit. de empt. & vendit.* Contrarium tamen est tenendum *ex cap. placuit. cit. ex cap.* 2. *cap. nulli.* 42. *dist. cap. Canonum.* 3. 14. *quæst.* 4. *cap. si quis.* 23. *cap. illi.* 25. 24. *quæst.* 3. *L. animalia.* 18. *C. de curs. publ. lib.* 12. *L.* 1. *C. de Episc. aud.* Panzirola *lib.* 1. *var. res. cap.* 172. Barb. *in d. cap. placuit.* præsertim pauperibus. 42

peribus. Velasc. *de privil. pauper. par.* 1. *cap.* 24. Manriquez. *de different. utriusque fori. quæst.* 173. Ratio est, quia Reipublicæ interest pretia rebus imposita servare, nec Dominis permittere illa augere pro suo arbitrio, & pretium, ut plurimum a Principibus suis Legibus, & Constitutionibus taxatur, aut a populi consensu, & hoc dicitur justum pretium. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 14. *num.* 3. Bobadilla. *l. c.* Larrea *dec. Granat.* 11. *num.* 22. & alii apud Gonzal. *l. c. num.* 8. & quamvis ad vendendum, & ad emendum quis cogi non possit, tamen vendere volentes cogi possunt ad vendendum justo pretio, præsertim peregrinis, & pauperibus, & ubi intrat pia causa, uti probat etiam Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 17. §. 4. *nu.* 18. Et ad hoc cogi possunt etiam Laici, quia Episcopus habet jurisdictionem etiam in Laicos, ubi agitur de evitando peccato, & exercendo opere pietatis. *cap.* 1. *de off. Jud. Ordin. & cap. novit.* 13. *de Jud.* Conclusio vero limitatur, si per adventum multorum exterorum cresceret multitudo ementium; quia tunc augerentur etiam pretia rerum, & exteris possunt vendi merces pretio illo aucto, civibus vero minore, quod ante vigebat in illo loco, liberaliter illis remisso augmento pretii. Molina *de Just. trac.* 2. *disp.* 346. *num.* 2. Tho. Tambur. *in Decal. lib.* 8. *trac.* 3. *cap.* 4. §. 3. *nu.* 8. Pirhing. *l. c. nu.* 19.

§. X.

Quando cesset remedium rescindendi?

43 Quando res vendita casu fortuito periit, sive intervenerit læsio ultra dimidium, sive infra in foro externo, nec venditori, nec emptori datur rescissio, quia re perempta casu fortuito cessat jus, & optio rescindendi, cum res reddi non possit, neque supplendi pretio actio ulla competit *ex L.* 2. *C. de rescind. vend.* & læsus sibi debet imputare, quod hunc casum expectavit, & prius non egerit. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 4. *num.* 14. Molina *de Just. disp.* 49. *num.* 6. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 17. §. 6. *num.* 28. In foro vero interno, si venditor vendidit cum læsione ultra dimidium, aut emptor læsit mala fide, tenentur restituere, venditor quidem excessum justi pretii, & emptor defectum justi pretii, uti quia minus dedit, quam res valebat, ratio est, quia repugnat juri naturali aliquem locupletari cum aliena jactura.

44 Præterea Renuntians omni Legum auxilio in venditione, aut emptione, & in specie juri redimendi, amittit Beneficium rescissionis, maxime, si renuntiatio juramento fuit confirmata. Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. Molina *de Just. disp.* 349. *nu.* 16. & 17. Gabr. & alii, quos citat Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 20. nisi læsio esset enormissima, quia tunc renuntiatio etiam jurata non valeret. Pirhing. *l. c. vers. secundo cessat. in fin.* quamvis Fachin. contrariam teneat sententiam Gomezii, & aliorum, sed cum Covar. stant Bart. & Bald. & alii. Renuntiatio vero generalis non tollit actionem contra lædentem ultra dimidium. Covar. *l. c.* Bart. *in L. si quis cum aliter. ff. de V. O.* Tiraquell. *in L. si unquam. ff. de revocat. donat. nu.* 123.

45 Remedium rescissionis non potest intentari contra tertium possessorem, qui rem acquisivit titulo oneroso, & justo pretio, & bona fide, seu ignorans læsionem; secus si rem acquisivit titulo lucrativo, aut scivit, quod res fuerit empta cum læsione ultra dimidium. Covar. *l. c. cap.* 3. *num.* 10. Molina. *l. c. num.* 4. & 5. Pirhing. *l. c. vers. tertio non potest.*

46 Porro remedium L. 2. habet locum etiam in aliis contractibus, tam bonæ fidei, quam stricti Juris. Abb. *in cap. penult. num.* 8. *de empt. & vendit.* Molina. *l. c. num.* 14. Laym. *mor. lib.* 3. *trac.* 4. *cap.* 17. *num.* 8. Pirhing. *l. c. nu.* 29.

47 Quæres 1. Utrum Venditor propter thesaurum in fundo vendito inventum ita dicatur læsus, ut intentare possit hoc remedium L. 2. rescissionis contractus? Respondetur, emptorem nullo modo dici posse læsum, nec uti posse remedio L. 2. quia thesaurus a Venditore non possidebatur, cum ignoraretur. Ita defendit Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 10.

48 Quæres 2. quid dicendum, quando plures res simul fuerunt venditæ, quarum una est vitiosa, non aliæ, rescinditurne contractus quoad omnes? Dicendum, quod non, nisi omnes essent destinatæ ad unum usum. *L. cum ejusdem.* ubi DD. *ff. de ædil. edic.* Costa *de portione rata. q.* 210. Merlin. *dec.* 195. *nu.* 5. Mant. *de tacit. tit.* 3. *lib.* 2. *nu.* 18. sicut si plures res vendidit cum pacto redimendi, potest unam redimere sine aliis. Merlin. *l. c.*

Quæres 3. An volens rescindere venditionem ex capite læsionis ultra dimidiam audiatur, si non restituit melioramenta in re facta? Respondeo, quod agenti ad rescissionem ex remedio L. 2. obstet exceptio melioramentorum, & ideo non auditur, nisi illa restituat, uti sumptus necessarios, & utiles in re empta factos. Bald. *in d. L.* 2. Alex. ad Bart. *in L. intra utile.* §. *ult. ff. de min.* Ant. Burg. *in cap. cum causa. de empt. & vend. num.* 56. Fabian. de Monte. *de empt. & vend. quæst.* 8. *princ. num.* 4. Boer. *decis.* 47. *num.* 8. Cagnol. *ad L.* 2. *num.* 153. Pinell. *in* 2. *par. cap.* 2. *num.* 1. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 20. *litt.* D. & probatur ex *L. domum. C. de rei vendic. L. in fundo. ff. eod. L. si prædium. C. de præd. min.* 49

Venditio facta cum decreto Judicis, an propter læsionem possit beneficio L. 2. juvari, & rescindi, controvertunt DD. & quidem non posse, tenent Bart. *in L.* 1. *C. de præd. Decurionum. lib.* 10. Castr. *ad L.* 2. *C. de rescind. vend. nu.* 5. Ang. *cons.* 142. Socin. sen. *cons.* 57. *col. ult. lib.* 4. Dec. *cons.* 210. *post. nu.* 8. Corn. *cons.* 56. *lib.* 3. & alii apud Gabr. *de empt. & vend. conclus.* 1. *nu.* 57. Et probant ex *L.* 1. *C. de præd. Decurionum. lib.* 10. quia ubi decretum Judicis intervenit, omnia præsumuntur solemniter acta. Aleiat. *de præs. reg.* 3. *præs.* 10. Contrariam tamen, quod possit ex cap. læsionis rescindi, tenent Imol. & Alex. *ad L. si quis cum aliter. ff. de V. O.* Panorm. *in cap. cum causa. nu.* 6. *de empt. & vendit.* ubi Ant. Burgos. *nu.* 27. Aret. *in* §. *si quis agens. num.* 3. *Instit. de act.* Cagnol. *l. c. num.* 158. Jas. *in L. Pacta novissima. num.* 8. *C. de pact. num.* 9. Rebuff. *de rescis. contrac. art. un. gl.* 14. *num.* 40. & alii, quos citat, & sequitur Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 20. Gomez. *de contrac. cap.* 2. *post. num.* 22. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 75. *nu.* 34. qui probant ex *L. si quidem. C. de præd. min.* ubi minores restituuntur in integrum, si fuerunt læsi in prætio, quamvis venditio fuerit facta cum decreto Judicis. Tum quia Ecclesia in contractu ultra dimidium læsa habet actionem ad rescindendum. *cap. dilecti. & cap. cum causa. de empt. & vend.* quod intelligi utique debet, quando intervenerunt solemnitates, quia alias esset venditio invalida, & nullius valoris. Et quamvis, ut ex adverso dicitur, operetur, quod contractus præsumatur rite, & recte celebratus, tamen hæc præsumptio cedere debet veritati. juxta *L. magis puto.* §. *penult. ff. de reb. eor.* Menoch. *de præs. lib.* 2. *cap.* 75. *num.* 32. Et hæc sententia videtur communior, & verior. 50

Quæres 5. si inter Venditorem & Emptorem fuit pactum, quod aliquo ultra dimidium læso, justum pretium suppleatur, an contractus rescindi possit, aut venditio? Affirmant Jas. *in L.* 2. *C. de Jur. Emphyt. n.* 143. & Cagnol. *in d. L.* 2. *C. de rescind. vend. nu.* 168. quos sequitur Fachin. *d. lib.* 2. *cap.* 20. contra Bald. Alex. & Aret. ex eo, quod L. 2. loquatur generaliter. 51

Quæres 6. an quando Venditor scivit justam rei æstimationem, & tamen viliore pretio vendidit, juvetur remedio L. 2. si fuit læsus ultra dimidium. Communis est Doctorum sententia, non juvari; quia scienti non fit injuria. *cap. scienti. de R. J. in* 6. *L. non videtur. ff. de R. J. domum. ff. de contrah. empt.* Bart. *in d. L.* 2. *num.* 14. Bald. *num.* 7. Castr. *nu.* 7. Salyc. *nu.* 11. Cagnol. *nu.* 124. Pinell. *in d. L.* 2. *par.* 1. *cap.* 1. *num.* 10. Rol. *cons.* 59. *nu.* 10. *lib.* 1. sed Fachin. *loc. cit.* citans pro se Pinell. *loc. cit.* & Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 4. cum Alberico *in d. L.* 2. *num.* 12. contrariam amplectitur sententiam. 52

Sed quid dicendum de datione in solutum? Respondetur, quod si datio in solutum est extrajudicialis, in illa habet locum L. 2. in casu læsionis. Jo. And. ad Speculat. *tit. de Jud.* §. *sequitur. in addit.* quæ incipit *sequitur.* Oldr. *cons.* 37. Imol. *in cap. cum causa. de empt. & vend. col. ult.* Curt. jun. *cons.* 53. Jas. *cons.* 151. *lib.* 4. Mantica *cons.* 70. Alex. *ad L. si quis cum aliter. num.* 18. *ff. de V. O.* Fab. de Monte *de empt. & vend. q.* 8. *nu.* 9. Ant. Burgos *in cap. cum causa. nu.* 45. *de empt. & vend.* Pinell. *in d. L.* 2. *par.* 1. *cap.* 4. *nu.* 10. secus vero in datione in solutum judiciali, uti cum pignus creditori judicialiter adjudicatur. Fachin. *d. lib.* 2. *cap.* 21. *litt.* C. 53

Quæ-

54 Quæres 7. an in permutatione Beneficiorum locum habeat *L.* 2. *C. de rescind. vend.* Responsio est triplex. 1. est, locum non habere, quia justum pretium suppleri non potest ob vitium simoniæ, & qui permutat titulum, habet a Pontifice, seu Ordinario, & non ab eo, cum quo permutat, & in permutatione Beneficiorum habetur tantum ratio utilitatis animarum, & non particularis permutantium. Dec. *cons.* 210. Prob. ad Jo. Monach. *in cap. ult. de renunt. in* 6. Anchar. *in cap. cum causa. n.* 12. *de empt. & vend.* ubi Imol. *numer.* 24. Petrus Rebuff. *de resciss. controv. gl.* 15. *num.* 10. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 5. *num.* 3. & Post. *num.* 8. *vers. ultima ratio.* 2. est, quod si in permutatione dolus, aut fraus inceday, uti si quantitas redditum fuit falso, & dolose expressa, poterit permutatio rescindi, & revocari. *cap. universorum. de rer. permut.* Ex Judex Ecclesiasticus debebit prospicere, ut damnum passo succurratur; quia contractus rerum Ecclesiarum in bona fide exuberare debent. *cap. per tuas. de donat.* & deceptis subveniendum est. *d. cap. cum universorum.*

§. XI.

An in remedio L. 2. *cum restituitur res, etiam fructus ab emptore percepti sint restituendi.*

55 Negativa sententia, videtur communior, & Juri magis consentanea; illam tenet Pinell. *in L.* 2. *par.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *&* 2. Fab. a Monte. *de empt. & vendit. quæst.* 8. *num.* 24. Gomez. *var. res. de contract. cap.* 2. *num.* 24. *& cap.* 4. *num.* 21. Ant. de Butr. & Imol. *in cap. ad nostram. de empt. & vend.* Ant. Burgos. *num.* 36. Anchar. *in cap. peccati venia. quæst.* 10. *de R. J. in* 6. Sylvest. *in verb. Usura.* 2. *quæst.* 15. & alii, quos citat, & sequitur Fachin. *lib.* 2. *cap.* 24. contra nonnullos; quia in *d. L.* 2. nulla fit mentio fructuum, & emptor habet justum titulum, & bonam fidem. Rota *dec.* 116. *in noviss.* ergo fructus lucratur, *L. bona fidei. ff. de acquir. rer. dom.* nec est in mora restituendi rem emptam Venditori, antequam petit rescindi contractum, *L.* 2. *C. de pact. inter empt. & vend.* & iniquum est, Venditorem habere pretium, & fructus rei venditæ. *L. jurabit. C. de act. empt.* Ita Fachin. *l. c. cap.* 24. contra Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 9. qui moventur 1. ex L. 1. *C. si major factus.* 2. *ex L. cum autem.* §. *cum redhiberetur. & L. quod si nolit. ff. de adil. edic.* 3. *ex L. quod dictum. & L. Imperator. ff. de in diem adject.* 4. *ex L. videamus. ff. de usur.* 5. *ex L. filio.* §. 1. *in fin. ff. de inoff. testam.* 6. *ex L. quod si minor.* 25. §. *restitutio. & L. Patri.* 28. §. *Item ex diverso. ff. de min.* sed textus allegatus in motivo primo loquitur de min. 25. ann. læso ex venditione sine Judicis decreto facta. Ad secundum dicitur, per actionem redhibitoriam omnia reverti in pristinum statum, & ideo fructus merito ab emptore sunt restituendi. Ad tertium procedit in venditione conditionali, non vero in pura, & absoluta. Quartum procedit, quando Lex utitur verbo restitutionis, quod non fit in casu præsenti. Quintum quod attinet. Ideo in querela inofficiosi testamenti fructus sunt restituendi, quia hæreditas a die mortis testatoris actorem pertinuisse intelligitur. *L. eum, qui.* §. *ult. ff. de inoff. test.* quæ ratio non militat in nostro casu; ad ultimum patet ex responsione ad primum.

56 Præterea resoluta remedio L. 2. venditione resolvitur etiam hypotheca medio tempore contracta. Bald. & Salyc. *in d. L.* 2. *quæst.* 15. & ibi Castr. *numer.* 11. Alex. & Bart. *in L. si res.* Cagnol. *in d. L.* 2. *num.* 120. *& in L.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. numer.* 109. Neguf. *de pign. memb.* 1. *par.* 5. *numer.* 43. Tiraquell. *de retrac. convent.* §. 3. *gl.* 1. *numer.* 12. Socin. jun. *cons.* 119. *numer.* 16. *lib.* 1. Pinell. *in d. L.* 2. *par.* 2. *num.* 13. & alii, quos citat, & sequitur Fachin. *l. c. cap.* 24. contra Bart. *in L. si res. ff. quib. mod. pign. L.* 4. §. *sed Marcellus. ff. de in diem addict.* Joannem Andr. ad Speculat. *rubr. de oblig. col.* 2. *vers. Proposito congruit.* Ancharanum *in cap. accessorium. col.* 12. *vers. prædictis applico. quæst. de R. J. in* 6. Boer. *dec.* 181. *num.* 10. & alios, & conclusio probatur ex *L. vectigali. ff. de pignor.* & resoluto contractu ex pacto adjecto in diem, resolvitur hypotheca. *L.* 4. §. *sed Marcellus. ff. de in diem addict. L.* 3. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Tum quia re-soluto contractu ex necessitate juris hypotheca resolvitur. *L. si res. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* sed in nostro casu venditio resolvitur ex necessitate Juris; quia emptor tenetur, aut rem restituere, aut pretium supplere.

§. XII.

De obligatione Venditoris.

Venditor tenetur præcise rem tradere, si tradendi facultatem habeat; alias tenetur ad interesse. Ita communis Doctorum. gl. Bart. & Castren. *in L.* 1. *ff. de act. empt.* Alex. Dec. & Jas. *in L. certi condict. ff. si cert. pet.* Fab. a Monte. *de empt. & vend. quæst.* 6. *princ.* Pinell. *in L.* 1. *C. de bon. mater. par.* 3. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 19. quamvis multi apud Fachin. *l. c. cap.* 30. velint, tantum posse compelli ad interesse, Conciol. pertransit cum prima opinione. *alleg.* 54. *numer.* 1. & quidem tenetur actione ex empto. *L. ex empto.* 11. *ff. de act. empt.* Mangil. *de evict. quæst.* 33. *n.* 10. Rota *dec.* 137. *num.* 1. *in fin. par.* 2. *recent.* quia in contractu venditionis, tanquam nominato, non datur pœnitentia, nisi uterque contrahens consentiat. *L. si unquam. rem.* 2. ubi gl. *in verb. non possumus. ff. de rescind. vend.* Cyriac. *controv.* 375. *nu.* 2. Rota apud Ludovis. *dec.* 88. & *dec.* 192. *num.* 14. *par.* 5. *rec.* Surd. *cons.* 52. *num.* 19. *lib.* 1. nec potest venditor venditionem revocare, quamvis emptori duplicatum pretium offerat. *L. non est probabilis.* 6. ubi DD. *C. de rescind. vend.* Cæphal. *cons.* 393. *num.* 38. *lib.* 3. Conciol. uti supra. *num.* 4. Et tenetur ad fructus compensativos pro rata pretii soluti, ne fruatur re, & pretio, contra *L. curabit.* 5. *C. de act. empt.* Surd. *l. c. num.* 65. *lib.* 1. Pajatell. *exped. civil.* 58. ubi Add. *num.* 45. Rota apud Ludovis. *dec.* 347. *num.* 7. ubi Beltramin. *nu.* 18. Leotard. *de usur. quæst.* 27. *nu.* 55. 57

Venditor non tenetur de vitio superveniente rei venditæ, si illud non adfuit tempore contractus. *L. in actione. ff. de adil. edic.* Mascard. *de prob. conclus.* 15. Gomez. *de contrac. to.* 2. *cap.* 2. Ciarlin. *controv. for. cap.* 89. *num.* 5. si tamen vitium de recenti post contractum superveniat, præsumitur adfuisse tempore contractus. Bald. *in L.* 1. *C. de adil. edic.* Abb. *in cap. injust. de rer. permut.* Cyriac. *controv.* 697. neque tenetur de vitio publico, *L.* 1. *ff. eod.* & DD. mox cit. 58

Venditor tenetur rem liberam tradere, & emptorem defendere ab omni molestia suis expensis. *L. suo victu. ff. de oper. libert. L. stipulationes. ff. de V. S.* Surd. *dec.* 32. Mastril. *dec.* 287. Ciarlin. *l. c. numer.* 16. & an Venditor ratione rei non liberæ traditæ possit agere ad pretium rei, vide Merlin. *dec.* 574. *nu.* 4. negantem, quia repellitur exceptione non implementi, & rei liberæ non traditæ. *L. si emptione.* §. *vacua. &* §. *fi. ff. de act. empt.* Surd. *cons.* 19. *nu.* 1. & *cons.* 36. *nu.* 9. Gratian. *disc. for. cap.* 411. *a nu.* 10. 59

Venditor rei sub narrativa, quod sit sua, tenetur ad restitutionem pretii, si sit aliena; imo, si dicta narrativa fuit causa contractus ille ipso jure rescinditur. Rota apud Rubeum. *par.* 5. *to.* 2. *dec.* 476. Surd. *dec.* 253. *num.* 13. *L.* 3. §. *fin. ff. pro socio.* Idem dic, si res sit, quidem venditoris, sed non libera, quia tunc tenetur ad restitutionem pretii. Rota cit. & Gratian. *disc. for. cap.* 175. Merlin. *dec.* 268. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 19. *num.* 1. Et emptor agere non potest, nisi in quantum assertio dolosa venditoris est illi præjudicialis. Bich. *dec.* 183. *num.* 2. 60

Venditor rei alienæ, vel non liberæ tenetur de evictione, si scienter vendidit rem alienam, & ad interesse, imo non secuta etiam evictione tenetur ad interesse actione ex empto. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 19. & Rota apud illum. Bald. *in L. si traditio. C. de evict.* Ruin. *cons.* 141. Lim. si etiam emptor scivit rem esse alienam, aut non liberam. *L. si fundum. C. de evict.* Alex. *cons.* 69. Tiraquell. *de retrac. lignag.* §. 12. *gl.* 1. quia scienti, & consentienti non fit injuria, neque dolus. *cap. scienti. de R. J. in* 6. quamvis fuerit stipulatus de evictione, dummodo evictio fuerit promissa specialiter in eum casum. Marescot. *l. c.* Gomez. *de contrac. cap.* 2. secus si stipulatio evictionis fuit generalis. Tiraquell. *de retrac.* §. 1. *gl.* 9. Surd. *dec.* 143. Marescot. *l. c. num.* 30. præsertim, si evictio sequatur ex natura 61

natura rei, quia tunc nec ignoranti actio de evictione competit, quamvis generaliter fuerit promissa, nisi stipulatio fuisset concepta verbis universalibus: *quomodocunque, qualitercunque*, vel *quavis de causa res evinceretur*, nam tunc comprehenditur etiam evictio, quæ fit ex natura rei, sive emptor sciat, sive ignoret rem esse alienam. Covar. *lib.* 3. *var. ref. cap.* 17. Socin. *conf.* 116. Tenetur etiam pœna falsi. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 179. Bajard. ad Clar. *in* §. *falsum. num.* 129. Farin. *de falsit. quæst.* 150. *nu.* 227.

62 Venditor rei non liberæ debet cogi ad deponendum concurrentem quantitatem pecuniarum pro cautela, & indemnitate emptoris, donec res vendita liberetur ab oneribus. *L. ex iis præd. C. de evict.* Rota post Pajatell. *dec.* 11. *numer.* 5. videri potest Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *quæst.* 151. aut præstita cautione fidejussoria. Merlin. *l. c. num.* 9. Seraph. *dec.* 321. *num.* 8.

63 Sciens rei vitium, & illud emptori non manifestans, tenetur ad restitutionem pretii una cum damnis, & expensis ab emptore factis in utroque foro. *L. Julianus. ff. de act. empt.* Molina. *de Just. trac.* 2. *disp.* 353. Bonac. *de contrac. disp.* 3 *quæst.* 2. *p.* 6. Ciarlin. *controv. for. cap.* 89. *numer.* 10. ubi Cyriac. *controv.* 372. *numer.* 59. dummodo vitium sit notabile, & non leve. Mascard. *de prob. conclus.* 615. secus si ignoravit vitium. DD. cit. quando teneatur actione redhibitoria, aut quanti minoris, vide *Redhibitoria*. Tenetur enim certiorare emptorem ignarum de qualitatibus, & oneribus rei venditæ, quia alias res censetur vendita, tanquam libera. Bich. *dec.* 41. *nu.* 21. & 22. nec sufficit certioratio generalis, & sub verborum involucro facta, aut obscura, sed debet fieri nominatim, & in specie. *L. tenetur.* §. *fin. L. quæro. ff. de act. empt. L. un. ff. de peric. & commod. rei vend.* Alex. *conf.* 14. *num.* 8. & 9. *lib.* 5. Mant. *de tacit. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 19. Surd. *dec.* 265. *num.* 7. Cyriac. *controv.* 62. *num.* 35. *verf. quia forte.* nisi emptor esset iam certus de qualitatibus rei. Bich. *dec.* 744. *num.* 13. quia certus certiorari ultra non debet. *L. in fine non videtur esse celatus, qui scit, nec certiorari debet, qui non ignoravit. ff. de act. empt. L. Item veniunt.* §. *pretium. ff. de petit. hæred.* Menoch. *conf.* 20. *sub num.* 48. Cyriac. *controv.* 160. *num.* 37.

64 Venditor, qui post evictionem promisit restituere pretium, secuta evictione tenetur restituere usuras post evictionem decursas, ultra pretium, & quidem pro rata pretii, & temporis in commodum fructuum perceptorum. Costa. *de port. rata. quæst.* 231. Natta *conf.* 208. Osasc. *dec.* 46.

65 Venditor laudatus, & denuntiatus ad defendendum emptorem ab evictione rei venditæ, tenetur subministrare expensas litis emptori, si ita fuit conventum. Maranta *in spec. par.* 6. *memb.* 5. *num.* 13. in dies tantum, & non arbitrio Judicis. Menoch. *de arb. cas.* 169. Lim. si res evinceretur ratione possessionis, quia tunc non debentur, quamvis in instrumento possessionis fuerint promissæ, nisi fuerint expresse promissæ in casum evictæ possessionis. Bart. *in L. actio. ff. de act. empt.* Scaccia. *de Jud. lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 20. Lim. 2. si Venditor suscepit in se litem, ut solent Venditores communiter facere. Si vero expensæ non fuerunt promissæ in venditione ab ipso Venditore, quando, & quomodo debeantur, vide Bald. *in L. C. de evict.* Maranta *l. c.* & alios, apud Scacciam. *l. c. num.* 21. Et veniens ad defendendam causam contra emptorem motam, potest cogere Adversarium ad compromittendum, si ita statuto cavetur, & Adversarius emptori sit consanguineus. Fachin. *controv. Jur. lib.* 2. *cap.* 41.

66 Venditor non tenetur de evictione, quando ita inter partes fuit conventum in specie, uti de lite movenda a Titio, secus si generaliter fuit ita conventum. DD. apud Fachin. *l. c. cap.* 40. Neque tenetur de evictione ex casu supervenienté. *L.* 2. & *L. Lucius. ff. de evict.* Caballin. *de evict.* §. 5. Gratian. *disc. for. cap.* 502. DD. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 92. neque quando evict. sequitur ex culpa, vel facto ejus, qui eam patitur. *L. jam hoc jure. ff. de evict.* Tusch. *litt. E. conclus.* 367. & an possit retrahere, ubi jus retractus viget, vide *factum*.

67 Venditor tenetur emptori de evictione ex natura contractus, licet non fuerit promissa. *L. in vendendo.* 66. *ff. de contrah. empt. L.* 2. *ff. de evict. L. non dubitatur.* 6. *C. eod.* Cyriac. *controv.* 196. *num.* 9. Surd. *conf.* 421. *nu.* 12. Bich. *dec.* 315. *num.* 2. Lim. quoad Venditorem, qui fuit coactus vendere, quia non vendit libere, & voluntarie. gl. *in L. emptori duplam. ff. de evict.* Bich. *dec.* 330. *num.* 3. tenetur etiam, licet ignorarit bona fuisse prohibita alienari. Bich. *dec.* 343. *num.* 28.

Venditor tenetur defendere emptorem, contra quem fuit lis mota, si hoc scit venditor, quamvis ab emptoris lis non fuerit denuntiata. Bich. *dec.* 343. *num.* 28. & 29. si emptor, & venditor fuerunt simul in jus vocati, & æque principaliter. Tenetur fidejubere, cum evictio imminet in limine contractus. vide *Evictio*. 68

Venditor vendens nomen debitoris, tenetur ad præstandum, quod ille sit solvendo. Surd. *dec.* 326. *nu.* 41. per tex. *in L. si nomen. ff. de hæred. vel act. vend.* ubi Bald. Francus. *dec.* 427. Capon. *disc. for.* 249. *num.* 4.

Venditor non tenetur emptori de evictione, si emptor post judicium, sive actionem contra se intentatam saltem post litem contestatam ante testium publicationem, vel conclusionem in causa non denuntiat id Venditori. Covar. *lib.* 3. *var. ref. cap.* 19. *num.* 8. *ex L. emptor.* 3. *L. empti.* 21. *C. de evict.* Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 17. §. 9. *nu.* 44. quia venditoris maxime interest, qui potest producere documenta juris, & tituli. Abb. *in cap. ult. de empt. & vend. num.* 5. Ita non tenetur de evictione, si emptor fuit condemnatus propter ejus contumaciam absentando se a Judicio. *cap. ult. de empt. & vend. L. si ideo.* 55. *ff. de evict.* quia videtur victus non propter malam causam, sed propter absentiam. Ita non tenetur Venditor de evictione, si res fuit evicta propter injuriam, errorem, aut imperitiam Judicis; quia evictio facta per injuriam Judicis reputatur pro casu fortuito. text. cit. qui spectat ad emptorem. *cap. ult. & L. emptor.* 8. *C. de evict. L. si per imprudentiam.* 51. *ff. eod.* Abb. *in d. cap. ult. num.* 5. Molin. *de Just. disp.* 380. *num.* 20. Item si emptor mota ei lite compromisit in voluntarium arbitrum sine jussu Venditoris, qui contra emptorem sententiam tulit. *L. si dictum.* 56. §. *si compromisero.* 20. *ff. eod.* Item si in Judicem ordinarium extraneum, sive non suum consensit. gl. *in d. L. si fundum.* Item si Emptor potuit rem venditam usucapere, & non fecit; quia tunc Venditor non tenetur, si evincatur ab alio. *d. L. si dictum,* Item si emptor a sententia lata Venditore a Judicio absente non appellavit, vel si appellavit, appellationem deseruit. *cap. Herennius.* 63. §. *Gaia. ff. eod.* Item si emptor sua culpa possessionem rei emptæ amisit. *L. si rem.* 29. *ff. eod.* Item si emptor rem emptam habuit pro derelicta, aut periit ante evictionem. *L. si quis.* 26. *C. de evict.* Bart. *in cap. si Venditori. ult. de empt. & vendit.* Gutierrez. *de juram. par.* 1. *cap.* 61. Petr. Greg. *lib.* 25. *syntagm. cap.* 21. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 35. & *lib.* 7. *cap.* 14. Burgund. *de evict. a cap.* 54. & 82. Larrea *dec.* 73. 74. & 75. Giballin. *de negot. lib.* 4. *cap.* 6. *art.* 5. Pereyra. *de empt. & vend. cap.* 32. & alii apud Gonzal. *in d. cap. si Venditori. lib.* 3. *tit.* 17. *nu.* 2. & plura videri possunt in praxi *Evictionis*. 69

§. XIII.

Ad quem pertineat periculum rei venditæ.

Dicendum primo, si res pereat, vel deterior fit ante traditionem, perit venditori, quamvis sine ulla illius culpa pereat, nisi res sit certa, & determinata, puta, ut equus determinatus, domus determinata; quia tunc perit emptori, quamvis enim per traditionem nondum fuerit translatum dominium, tamen damnum ad emptorem pertinet, qui rei pretium, non obstante illius deterioratione, vel interitu, solvere tenetur. §. *cum autem,* ubi gl. *Instit. de empt. & vend. L. quod sæpe* 35. §. *si res. ff. de contrah. empt. L. necessario.* 8. *ff. de peric. & comm. rei vend. L.* 1. *C. eod.* Molina. *de Just. disp.* 366. *num.* 11. P. Pirhing. *lib.* 3. *tit.* 17. §. 10. *nu.* 49. Covar. *pract. ref. quæst. cap.* 3. *num.* 5. Sylvest. *in verb. emptio. num.* 3. quia licet casus fortuitus ad Dominum rei pertineat. *L.* 9. *C. de pignor. act.* & emptor ante traditionem rei emptæ dominium non acquirat; tamen quando emptio mutuo consensu fuit perfecta, actionem personalem ad rem venditam petendam habet, & ex tunc jurisdictione censetur Dominus. *reg.* 15. *ff. is qui actionem habet, rem ipsam habere videtur.* & *L.* 153. *ff. de V. S.* Dummodo venditio fuerit 70

abso-

absoluta, & non conditionalis, quia si venditio est conditionalis, & res pereat pendente conditione, perit venditori, qui pretium tunc, si quod accepit, restituere tenetur *L. necessario* 8. §. *quod si pendente. ff. de peric. rei vend.* Molina *l. c. nu.* 18. quod idem dicendum est si venditio celebratur in scriptis, & res pereat, antequam venditio in scriptum redacta fuerit, juxta *L. cum inter* 4. *C. de peric. rei vend. L. contractus.* 17. *C. de fide instrum.* nisi forte scriptura non ad substantiam contractus, sed tantum ad probationem illius requiratur. juxta *L. contrahitur.* 3. *ff. de pignor.* Azor. *lib.* 8. *cap.* 26. *quæst.* 1. Conclusio limitatur, si res dolo, aut culpa lata venditoris perierit, aut si venditor fuit in mora tradendi, culpabili tamen. *L. illud.* 17. *ff. de peric. rei vend.* nisi constaret eodem modo rem perituram, si emptori tradita fuisset. Idem dic de mora emptoris in acceptando rem traditam, quia tunc res illi perit, aut nisi in contractu expresse fuerit conventum, ad quem spectare debeat interitus, vel deterioratio rei.

71 Si vero venditur res determinata quidem, sed alternative, aut disjunctive, ut una earum ante traditionem pereat, perit venditori, & si postmodum etiam res superstes pereat ante traditionem, perit emptori, quia jam determinate, & in specie debebatur emptori, idem dic, si utraque res simul perit. *L. si in emptione* 34. §. *si emptio. ff. de contrah. empt.* Molina. *l. c. num.* 10. Pirhing. *l. c. nu.* 52.

72 Dicendum secundo, quod si res pereat post traditionem, omnino pereat emptori, quamvis pretium nondum fuerit solutum, dummodo fides de illo habita fuerit; ampliatur. Si per emptorem stetit, quominus res traderetur, quia tunc habetur pro tradita. *L. quod si.* 14. *ff. de peric. & comm. rei vend.* & per traditionem dominium fuit translatum in emptorem. *L. pignus.* 9. *C. de pignor. act.* Pithing. *l. c. nu.* 48.

73 Dicendum tertio, si merx in pondere, numero, aut mensura consistens vendatur ad mensuram, pondus, aut numerum, ante illius traditionem, aut mensurationem perit venditori. *L. quod sæpe* 35. §. *in his. ff. de contrah. empt.* quia quando res emitur ad mensuram, censetur empta hac conditione, si mensa ponderata, aut numerata fuerit, nisi in contractu fuerit præfixus aliquis terminus, intra quem debeat fieri mensuratio &c. & per emptorem steterit, quominus illa fieret. Anaclet. Reiffenstuel. *lib.* 3. *tit.* 17. §. 8. *nu.* 225. qui hanc doctrinam communem dicit, & certam, sed neminem citat. Covar. *l. c. nu.* 6.

74 Ad quem vero spectent fructus rei venditæ, vide in voce *Fructus*.

§. XIV.

Miscellanea de venditione.

75 Venditio facta a Principe de bonis Principatus an noceat successori, vide *Hypotheca*.

76 Venditio pignoris facta a debitore cum consensu Creditoris valet, & sufficit consensus tacitus. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 3. *quæst.* 18. *& quæst.* 108.

77 Venditio facta in præsentia rei venditæ facit, quod dicatur tradita possessio. *L.* 1. *ff. de acquir. possess. cap.* 2. ubi Abb. *de consuet.* Bart. Bald. & Saly. *in L.* 2. *C. de acquir. possess.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 43. *num.* 31. Et quando ex omni parte est perfecta, venditor non admittitur ad recuperandum, quia venditio perfecta tribuit jus irrevocabile. Cephal. *cons.* 406. Cyriac. *controv.* 240. Ciarlin. *cap.* 40.

78 Venditio feudi cum denuntiatione, antequam illius tradatur possessio, debet de novo Domino denuntiari, ad eum finem, ut Vasallus Dominum regnoscat, præstet juramentum fidelitatis, & solvat laudemium, quatenus de jure debetur. Amadeas de Ponte *de feud. quæst.* 13. Gabr. *cons.* 84. Ciarlin. *controv. for. cap.* 106.

79 Venditor reservans sibi directum dominium potest revocare rem venditam a quolibet possessore, & præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus. Idem dic de revendente cum reservatione dominii, donec solvatur pretium integrum. *L. quod vendidi. ff. de contrah. empt.* Gomez. *to.* 2. *cap.* 2. *numer.* 30. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 41. Covar. *lib.* 3. *var. ref.* 11. Capon. *disc. for.* 388. quia tunc omnia jura mansisse censentur apud Venditorem. Bich. *dec.* 258. *num.* 15. Surd. *cons.* 101. *num.* 12. & *dec.* 120. *num.* 11. *&* 12.

80 Venditor mercium est præferendus aliis creditoribus, si merces ipsæ existant, secus si aliæ in illarum locum fuerint subrogatæ. Bald. *in L. pro debito C. de bon. auth. Jud. possid.* Navar. *in man. cap.* 17. *num* 49. Contrarium tenent Riccius *in collect. dec.* 473. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 6. Ant. de Amat. *lib.* 2. *var. res. res.* 60. *cas.* 42. Gratian. *disc. for. cap.* 25. Cancer. *var. res. par.* 1. *cap.* 9. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 7. *gl.* 2. *par.* 8. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 47. Salgad. *in Labyrin. credit. par.* 1. *cap.* 11. Antonel. *de temp. leg. lib.* 4. *cap. ult.* Rota apud Faehin. *dec.* 107. Tranchedin. *consul.* 28. Lim. si expressum fuisset de expressa hypotheca. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 7. *numer.* 67. dummodo habita fuerit de pretio fides. Gail. *lib.* 2. *obs.* 15. Cyriac. *contr.* 55. Saminiatus post controvers. Altogradi jun. *cons.* 5. quia Venditor in re vendita habet hypothecam anteriorem, & potiorem omnibus aliis, si non habuit fidem de pretio, secus, si habuit fidem, quia tunc transtulit dominium in emptorem habendo fidem. Merlin. *l. c. & lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 41. Cyriac. *controv.* 425. Statil. *de Salv. interd. Inspect.* 3. *quæst.* 2. *numer.* 385.

Venditor, qui reservavit sibi dominium, potest petere associationem super re vendita attenta eadem reservatione dominii in instrumento venditionis, cum dominium, & possessio retenta dicatur. Bich. *dec.* 157. *nu.* 12. *L. si ejus. ff. de serv. expos.* Bald. *in L. creditores. n.* 8. *C. de pignor.* Gratian. *disc. for. cap.* 523. *numer.* 15. Rota coram Pirovano apud Bich. *l. c.* 81

Venditor in venditione censetur tantum transtulisse in emptorem jus, quod habet in re. Bich. *dec.* 607. *nu.* 7. *&* 9. Bart. *in L. fin. num.* 3. *ff. de hared. instit.* Decian. *civil. cons.* 72. *nu.* 49. *lib.* 2. Rota apud Butatt. *dec.* 466. *n.* 2. *par.* 8. *recent.* & apud Bich. *l. c.* 82

Venditor rei litigiosæ, qui dolo desiit possidere, habetur pro possessore ad effectum, ut teneatur non solum ad fructus perceptos usque ad diem venditionis, sed etiam ad eos, quos percipere potuit, nisi rem litigiosam vendidisset, & quos percepit tertius causam ab eo habens. Bich. *dec.* 170. *num.* 2. Lancell. *de attent. cap.* 31. *tit. de pœn. attentator. num.* 22. Achil. *dec.* 20. *num.* 2. *&* 3. *de restit. spol.* Forentill. ad Buratt. *dec.* 642. *num.* 9. *&* 10. *& dec.* 777. *numer.* 8. Rota apud Bich. *l. c.* una tantum parte inform. 83

Venditor, qui habuit fidem de pretio, cum pacto, ut non transferatur dominium, si interim contingat aliquod damnum in re, vel fructibus, nullam tenetur facere remissionem. *L. sicut* ubi DD. *ff. locat.* Alex. *cons.* 121. *vol.* 5. Decian. *civil. cons.* 312. Boss. *de remis. merced. num.* 102. Paschal. *de patr. pot.* 4. *cap.* 6. *numer.* 90. 84

Venditor rem aliam tradens pro vendita æque bonam, aut paulo inferiorem non peccat, quia dolus in re levi non irritat contractum, nec obligat ad restitutionem. Diana *par.* 1. *trac.* 8. *res.* 39. contra Medinam & alios. 85

Enormiter læsus, aut cum contractus fuit simulatus, etiam post triginta annos admittitur ad rescindendam venditionem. Dec. *in L. petens. C. de pact.* Socin. jun. *cons.* 104. *num.* 2. *lib.* 3. Borgnin. *dec.* 2. *nu.* 42. *par.* 2. Decian. *cons.* 84. *a num.* 10. Surd. *dec.* 34. *num.* 4. Ciarlin. *controv. for. cap.* 40. *nu.* 7. 86

Venditor recuperans rem alienatam cum pacto redimendi, tenetur stare locationi factæ ab emptore, quia est successor necessarius. Rol. *cons.* 49. *lib.* 2. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 18. *num.* 8. *&* 11. Rota apud Penniam. *dec.* 201. Pajarel. *annot.* 56. *num.* 9. licet locatio fuerit facta ad plures annos. Marescot. *l. c.* Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 10. *&* 12. 87

Vendens oppidum tot focularioium, si sunt pauciores, vel plures, an debeat reducere pretium, aut respective possit prætendere augmentum, vide Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 76. & apud illum DD. Ladetch. *cons.* 130. *per totum*. 88

Vendens Societati JESU, an teneatur probare, quod pretium fuerit versum in rem Collegii. Vide *Mutuans*. 89

Venditor rei Ecclesiasticæ sine solemnitatibus potest venire contra factum proprium nomine Ecclesiæ, quæ semper possidet. *cap. litteræ. de dilat. cap. olim. de restit.* 90

ftit. spol. ubi Abb. Seraph. *dec.* 1417. Post *de manut. obs.* 75. *num.* 102. Ciarlin. *controv. for. cap.* 105. *a n.* 80. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 116. *num.* 5. quamvis Prælatus se pro spoliato habuerit, quia Ecclesia semper possidet.

91 Venditor contraveniens venditioni amittit arrhas, aut duplum restituit, si illas accepit, & multi volunt, illum teneri etiam ad interesse, ita ut arrhæ in eo, quod interest, computari non debeant. DD. apud Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 28. qui tenet, tantum amittere arrhas.

92 Venditio bonorum paternorum facta a filiis, nulla facta expressione, quod sint feudalia, censetur facta tanquam de bonis hæreditariis. Bich. *dec.* 66. *n.* 19. sicut etiam tanquam de allodialibus. Fab. de Monte *de empt. & vend. quæst.* 6. *princ. nu.* 36. Cotbul. *de caus. privat. ob alien. ampl.* 22 *n.* 8. Gratian. *disc. for. cap.* 870. *num.* 26. Cyriac. *controv.* 268. *num.* 2. Berous. *cons.* 102. *n.* 60. *lib.* 1. Surd. *cons.* 19. *num.* 2. Bimius. *cons.* 22. *n.* 7. *lib.* 1. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 219. *num.* 6. *in fi.* Rota *in Casenat. bonor.* 6. *April.* 1599. *coram Card. Platto.*

93 Vendens bona Ecclesiæ salvo consensu Papæ, & non aliter secuta traditione incidit in pœnam Extravag. ambitiosæ. Vide *Alienatio.*

94 Vendens rem stabilem seu fundum tenetur denuntiare vicino, ubi viget jus congrui. Ciarlin. *controv. for. cap.* 72. *n.* 1.

95 Vendere promittens, & accepto pretio rem tradens, transfert dominium, quia per traditionem dominium transfertur, si causa sufficiens præcedit saltem potentia. *L. sub conditione ff. de solut.* Dec. *cons.* 614. Curt. *cons.* 82. Tiraquel. *de retrac. convent. ad fin. tit. nu.* 83. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 5. Vendere vero promittens pretio æstimando non dicitur vendere: Pajuel. *exped. & annot.* 74.

96 Venditio est ille contractus, & non permutatio, in quo speciei præponderat pretium, Alex. *cons.* 63. *lib.* 7. Tiraquel. *de retrac.* §. 30. *gl.* 1. Mant. *de tacit. lib.* 35. *tit.* 2. Ciarlin. *controv. for. cap.* 43. *a n.* 2.

97 Venditio est, ubi fit pretii mentio. Jacob. Novell. *de jure prothomis.* §. 2. & 4. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 14. & 129. quamvis partes contrahentes in contractu fecerint mentionem permutationis, quia in cognoscendis contractibus effectus magis, quam verba spectari debent. Menoch. *cons.* 444. Ciarlin. *l. c.* præsertim si fuit dictum pro pecunia, quam habeo in arca. Fachin. *controv. Jur. lib.* 2. *cap.* 1.

98 Vendita per filium gravatum illi imputantur in legitimam, & trebellianicam. Vide *Filius.*

99 Venditæ res pretium an minuatur pacto de retrovendendo. Vide *Simulatio.*

100 Venditio venditoris dominium non probat, cum possit etiam res aliena vendi. Surd. *dec.* 260. *n.* 11. Mant. *dec.* 198. *n.* 2. Aym. *cons.* 24. *num.* 12. Alex. *cons.* 98. *n.* 7. Bich. *dec.* 44. *n.* 8. præsertim si fuit facta in vim pacti de retrovendendo. Bart. *in L. ideo. n.* 2. *ff. de cond. furt.*

101 Venditio non probatur, si testes de certo pretio non deponunt. ita Mastrill. Alex. Dec. & alii apud Mascard. *de prob. conclus.* 1401. *vol.* 3. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 34. Alii tamen hoc tantum concedunt, cum iis est inter emptorem, & venditorem, secus si inter alios.

102 Venditio frumenti probatur per testes, qui fuerunt præsentes contractui. Bich. *dec.* 664. *nu.* 2. etiam per mediatorem, aut proxenetam, si ex depositione nullum commodum reportat, qui majorem fidem meretur. Salyc. *in L. omnibus. n.* 6. *C. de testib.* Rota *dec.* 214. *n.* 2. *par.* 1. *recent. & dec.* 6. *n.* 9. *coram Mant. & dec.* 844. *n.* 6. *coram Buratt.*

103 Venditio non ratificatur per actus æquivocos, & qui ad aliam causam, quam ratificationis referri possunt. Innoc. *in cap. super hoc. n.* 2. *in fi. de renunt.* ubi Jo. Andr. *vers. super spoliatione.* & Ant. de Butr. *nu.* 22. Bart. *in L. si per vim. n.* 2. & ibi Alex. *num.* 2. *C. de his, quæ vi, metusve caus. fiunt.* Socin. *cons.* 24. *n.* 46. *lib.* 1. & requiritur scientia specifica nedum contentorum in venditione, sed etiam aliarum qualitatum. Bich. *dec.* 157. *n.* 4.

104 Venditor si semel tradidit rem venditam emptori, licet illa ad manus ejusdem venditoris postmodum perveniat, non potest amplius conveniri actione ex empto, sed tantum rei vendicatione, aut *publicanda*, vel interdicto *uti possidetis.* Bich. *dec.* 407. *n.* 3. gl. *in L. Sacramenta puberum. verb. custodiant. C. si adversus. vendit.* Jas. *in* §. *actionum. n.* 138. *vers. quod si venditor. Instit. de act.*

VENENUM.

Praxis Veneni.

In crimine veneni non potest procedi, nisi constet de corpore delicti, nimirum, quod quis veneno fuerit interfectus. Decian. crim. *lib.* 9. *cap.* 24. *n.* 4. Cabal. *res. crim.* 180. *cas. n.* 3. nec sufficit confessio venenantis, secundum eundem Farin. *de inquis. quæst.* 2. *n.* 30. Guaz. *defens.* 4. *cap.* 5. *num.* 2. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 83. *n.* 3. & 16. Caren. *de S. Inquis. par.* 3. *tit.* 1. *nu.* 33. Conciol. *res. crim. verb. Venenum. res.* 1. alias processus est nullus. Probatur autem, aliquem esse mortuum ex veneno, ex attestatione medicorum, & peritorum. Gomez. *to.* 3. *var. res. cap.* 3. *num.* 8. Clar. *in* §. *fi. quæst.* 4. *num.* 5. Farin. *loc. cit. n.* 30. Carena *l. c.* Cabal. *d. cap.* 180. *n.* 30. Guazin. *l. c. n.* 3. Et sufficit, quod isti periti deponant de credulitate sua, dummodo cum juramento dicant, se credere, aut sint jurati. DD. mox cit. & Conciol. *loc. cit. n.* 3. & dicant, quod mortuus fuerit occisus veneno propinato, quia alias non probarent corpus delicti adducendo signa, & conjecturas veneni, quia datur etiam venenum in corpore genitum ex humorum malignitate, aut aeris intemperie. DD. cit. & Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 83. *n.* 3. Cabal. *de omni gen. homicid. a num.* 626. & videri etiam potest Cyriac. *controv.* 485. *n.* 10. 1

Hoc crimen est difficilis probationis, quia in occulto committitur. *L.* 1. §. *occisor. ff. ad Sillan.* Farin. *de Reo confes. & convic. quæst.* 86. *n.* 35. *& de homicidio. quæst.* 122. *num.* 53. Guaz. *l. c.* & DD. cit. nec non alii apud Conciol. *l. c. res.* 2. *n.* 2. & ideo probari potest conjecturis, & præsumptionibus, non tantum ad torquendum, sed etiam ad condemnandum. Bajard. ad Clar. *in* §. *fi. quæst.* 68. *num.* 128. Farin. *de homicid. l. c. n.* 54. & DD. cit. Rota apud Merlin. *dec.* 446. *n.* 8. *to.* 1. ex quibus tamen conjecturis, & præsumptionibus non infligitur pœna ordinaria, sed extraordinaria. Farin. *l. c.* secundum quem infertur tantum pœna pecuniaria. Guaz. *def.* 5. *cap.* 5. *nu.* 21. Conciol. *alleg.* 86. *num.* 27. nisi Indicia essent indubitata, quo casu posset intrare pœna corporalis, sed minor ordinaria. Grammat. *dec.* 42. *num.* 14. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 20. *vers. scias tamen.* Surd. *cons.* 132. *n.* 13. *vol.* 1. Farin. *d. quæst.* 86. *nu.* 115. Mascard. *de prob. conclus.* 1280. *num.* 10. *lib.* 3. Menoch. *de præs. lib.* 1. *quæst.* 97. *num.* 17. Guaz. *def.* 33. *cap.* 14. *n.* 15. Aut Reus esset contumaciter absens, qui potest condemnari in pœnam ordinariam ex præsumptionibus, & indiciis legitimis ad transmittendam inquisitionem. Farin. *de inquis. quæst.* 11. *numer.* 16. *vers. a quibus.* Cartar. *de execut. sent. capto Bannito. cap fin. num.* 55. 2

Porro hoc crimen est adeo atrox, ut puniatur affectus etiam non secuto effectu, & homicidio, quando deventum fuit ad actum proximum, quia quoad propinationem veneni delictum jam fuit completum. Cartar. *in Clem. si furiosus par.* 2. *n.* 11. Menoch. *de arbitr. cas.* 360. *nu.* 21. & 47. *vers. secundus casus.* Vulpel. *cons.* 145. Bajard. ad Clar. *in* §. *homicidium n.* 47. Cabal. *de omn. gen. homicid. n.* 595. non tamen punitur pœna ordinaria mortis. Clar. *in* §. *homicidium. n.* 11. Farin. *de homicid. quæst.* 122. *a n.* 20. Giurba. *cons.* 46. *num.* 37. de generali consuetudine Italiæ, & alii apud Conciol. *d. res.* 2. *num.* 8. secundum aliquos, licet alii velint intrare pœnam ordinariam. Covar. *in Clem. si furiosus. par.* 2. *nu.* 11. *de homicid.* Menoch. *d. cas.* 360. *num.* 47. Vulpel. *d. cons.* 145. Decian. *crim. lib.* 9. *cap.* 22. *nu.* 3. vide Cyriac. *controv.* 485. *a n.* 18. 3

Interficiens aliquem veneno dicitur committere homicidium proditorium. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 2. *numer.* 7. Decian. *crim. lib.* 7. *cap.* 29. *numer.* 21. 4

&

& lib. 9. cap. 22. num. 1. Bajard. ad Clar. *in §. homicidium num. 23. & quæst. 68. nu. 123.* Cabal. *res. crim. cas.* 278. *num. 2. & de omni gen. homicid. n.* 428. & 551. Barb. *de Jure Eccles. lib. 2. cap. 3. nu.* 94. Farin. *de delict. & pœn. quæst. 18. n. 74. de carcerat. quæst. 28. nu. 24. & de homicid. quæst. 122. n.* 5. Guaz. *def. 1. cap. 38. nu. 43.* Laym. *mor. lib. 4. trac. 9. cap. 3. nu.* 8. P. Grasset. *de nece prodit.* §. 19. *nu.* 1. & alii apud Conciol. *l. c. res.* 3. quamvis venenum non fuerit propinatum colore amicitiæ. Imo contra Sperel. *dec. 23. nu. 31. & seqq.* & Dian. licet fuerit datum ab inimico, quia tunc occiditur homo non præcavens, & hic, & nunc se defendere non potens, sed affidatus. Et talis non gaudet Immunitate Ecclesiastica. Farin. *de Immun. Eccles. nu.* 142. Guaz. *def. 1. cap. 38. num.* 43. Suarez. *de statu Relig. lib. 3. cap. 11. num.* 12. Barb. *d. lib. 2. cap. 3. nu.* 94. Cabal. *de omni gen. homicid. num.* 583. Laym. *l. c. lib. 4. trac. 9. cap. 3. num.* 8. Crasset. *de nece proditoria. §. 19. n.* 25. quoad occidentem vero inimicum veneno contrarium tenet Diana. Alios vide apud Conciol. *l. c. nu.* 7.

¶ VENIA.

§. I.

Venia ubi debet impetrari, non requiritur causæ cognitio, & est quædam habilitatio.

1 Venia † ubi debet impetrari, non requiritur causæ cognitio solemnis, nec citatio partis, quia non agitur de grandi præjudicio, sed solum ut persona habilitetur, ut possit de jure experiri. Anch. *cons.* 18. *In quæstione, quæ vertitur, nu. 11. v. tertio. Oldr.* ubi idem in absolutione simplici a juramento ad effectum agendi, quæ non est, nisi habilitatio personæ, concordat Cald. *cons.* 183. *in fi.* alias 7. *de jurejur. v. idem videmus*, vide §. *prox. sequent.*

§. II.

Venia in quibus casibus, & a quibus impetrari debeat.

1 Libertus † non potest vocare patronum in judicium,
nisi impetrata venia a Prætore. Anch. *cons.* 18. *num.*
11. *v. concludit ergo*, Cald. *d. cons.* 183. *in fin. v.*
2 *idem videmus*, alias 7. *de jurejur.* † Extendit in liberto, qui petit statui terminum patrono ad agendum, faciendo eum citari non petita venia, quia incidit in
pœnam Edicti. Alex. *cons.* 103. *Consideratis, in pr.*
3 *lib.* 5. † Filius emancipatus petens decerni bonorum
possessionem causa litis agnoscendæ, vel petens per viam
quærelæ inofficiosi contra testamentum patris, debet petere veniam a Prætore. Anch. *d. cons. 18. nu. 11. v.*
concludit ergo, Calder. *cons.* 183. *in fi. v. idem vide-*
4 *mus*, alias 7. *de jurejur.* † Extende; quia filius agens
contra patrem non petita venia, non dicitur habere legitimam personam standi in judicio. *l. ult. §. sancimus*
itaque, v. necessitate, ubi Bart. & alii. *C. de bon. quæ*
5 *liber.* † Restringe, ut non requiratur venia filii adversus patrem, quando nomine alieno ageret. Bald. *in l.*
quæsitum, ff. de in jus vocando. Bart. *in l. filius, §.*
6 *ipse quoque, ff. de procur.* † Restringe in filia etiam minore, quia sicut potest contrahere matrimonium sine
patre, sic potest ab invito patre petere, & consequi dotem
sibi debitam. Rom. *cons. 486. n. 4. v. præterea*, allegat text.
in c. fin. de judic. in 6. & Apost. ad Rom. citat Boer. *dec.*
7 130. *Ista quæstio, n.* 7. † Restringe, quando per modum excipiendi; quia est defensio. Jo. de Anan. *cons.*
8 16. *nu. 10. v. est bene verum.* † Amplia in tantum veniam debere peti a filio agente contra patrem, ut si
non petita, judicium sit ipso jure. Bald. *cons.* 193.
9 *In decidendo, lib.* 3. † Amplia; quia procedit, sive
agatur judicio ordinario, sive exequutivo, vel summario. Bald. *in l. nec quicquam, §. de plano, col. 2. v.*
sed nunquid, ff. de offic. procons. Angel. *in l. hæres,*
ad fin. ff. de acquir. hæred. plene Jaso. *in rubr. C. qui*
10 *admitti*, Bart. & alii ibidem. † Extende, etiamsi agant, quia isti petere debent veniam judicio. *l. diffamari, C. de ingen.* vel alio judicio ad tollendum exceptionis impedimentum, quo casu actor vere est reus quoad alias, sed non quoad veniam. Alex. *d. cons.* 103. *num. 1. lib.* 5.

§. III.

Venia non est de substantia judicii; quia potest remitti, & quando remissa dicatur.

Venia † non est de substantia judicii, quia potest 1
remitti. Alex. *cons.* 166. *Viso puncto, in pr. lib.* 2.
ubi, quod non est substantia processus, & non vitiat
processum. † Amplia; quia venia non est necessaria, 2
quando is, a quo peti debuit, sponte venit ad causam,
Alex. *d. cons. 166. in pr. lib.* 2. † Amplia; quia 3
censetur remissa eo ipso, quod non est opposita exceptio. Alex. *d. cons. 166. in pr. lib.* 2. † Amplia, quia 4
potest concedi per judicem quandocunque, & non vitiatur processus. Alex. *d. cons. 166. in pr. lib. 2. v. præterea etiam.* ¶

VERBA.

Praxis Verborum.

Verba Papæ circa causam alienationis bonorum Ec- 1
clesiæ ab eo factæ in facto proprio, vel alieno, & proprio, super quibus intentio Pontificis fundatur, plene probant, nec admittitur probatio in contrarium. *Cler. un. de preben.* ubi gl. & Butr. *in cap. fin. de success. ab intest.* Mascard. *de prob. conclus.* 139. & 1233. Farin. *de testib. quæst.* 63. Seraph. *dec.* 330 Merlin. *dec.* 838. Card. de Luca. *de feud. disc.* 4. & Altograd. jun. *controv.* 91. præsertim, quia Pontifex habet plenam administrationem bonorum Ecclesiæ jure Monarchico. Merlin. *dec.* 775. & quia in Pontifice fraus, & mendacium nequit excogitari. Mascard. *de prob. conclus.* 1233. Farin. & Altograd. *ll. cc.* Merlin. *dec.* 65. Seraph. *dec.* 330. etiam cum agitur de alienatione facta Consanguineis, quia rerum Ecclesiæ non tantum administrationem, sed etiam plenum dominium habet in terris. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum de constit.* Merlin. *dec.* 775. Altograd. *l. c.*

Verbum *Oportet* secundum aliquos non habet, nec 2
importat necessitatem, sed consilium. DD. apud Dianam. *par. 10. trac. 10. res. 1. de LL. quæst. 1. p.* 7. Signorol. *cons.* 83. Paris. *cons.* 19. Socin. jun. *cons.* 35. & probatur *ex authentica de Judiciis. §. oportet. L. si quando C. unde vi. cap. non oportet. 3. quæst. 8. cap. 1. de præsumpt. in* 6. & in materia gravi importat peccatum grave. Angel. *in sum. ver. lex. num.* 3. Sylvest. *verb. præceptum. quæst.* 2.

Verbum *volo facere* non est dispositivum, & resolu- 3
tivum, sed suspensivum. Salyc. *in L. in venditio. C. de contrah. empt.* Socin. jun. *cons.* 179. Menoch. *præs.* 105. *lib.* 4. Ciarlin. *controv. for. cap. 98. num.* 5. nam verbum *volo* conjunctum infinitivo non disponit, sed suspendit.

Verborum *Attinentes, proximiores* intelligitur de ex- 4
stantibus mortis tempore, aut conditionis purificatæ. Petra *de fideic. quæst.* 5. Peregr. *eod. tit. art.* 18. Ciarlin. apud quem alii. *cap. 100. n.* 11.

Verbum *deficientibus* in substitutione vulgari signifi- 5
cat, *non adeuntibus*, aut ex impotentia, aut noluntate. Soc. jun. *cons.* 181. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 50. Gratian. *disc. for. cap.* 773. Ciarlin. *controv. for. cap. 100. num.* 15. & quandoque sumitur pro eo, quod nunquam fuit.

Verbum *Relinquo* adjectum substitutionibus, fit dire- 6
ctum, licet alias sit commune. vide *Institutus*.

Verbum *Convenit* in instrumento secundum multos 7
non inducit stipulationem, secundum plures inducit; quia tacite includit promissionem, eadem vero est virtus taciti, quæ expressi. Fachin. *lib. 10. controv. Jur. cap.* 79.

Verbum *Excommunico* importat excommunicationem 8
majorem. Bonac. *de censur. disp. 1. quæst. 1. p. 7. n.* 3.

Verba, *in tua, & familiæ præsentia* poni solita in 9
concessione oratorii privati, qualiter sint intelligenda. Vide *Breve*.

Verba posita in instrumento non præsumuntur otio- 10
sa, & inutilia. Cravetta. *cons.* 543. & 638. Rol. *cons.* 39. Ciarlin. *controv. for. cap. 143. n.* 21. DD. apud eundem ge-

generalia nil operantur, cum intrat absurdum. Craveta *cons.* 70. Farin. *cons.* 45. Altograd. jun. *controv.* 83. *nu.* 31. Imperativi modi non continent præceptum secundum aliquos, secundum alios continent præceptum, sed leve. Navar. *in man. cap.* 23. & alii apud Dianam. *par.* 3. *trac.* 6. *res.* 74. Lim. in aliquo Canone, aut decreto Pontificio; aut Concil. Diana *par.* 4. *trac.* 4. *res.* 191. Bonac. *to.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 1. *p.* 7.

11 Verba *accipio te in meam* prolata statim post sponsalia, non important consensum de præsenti, sed de futuro, ut præsenti materiæ adaptentur, & declarantur ab antecedentibus, quæ sunt de futuro. Host. & Abb. *in cap. ex parte. de sponsal.* Rom. *singular.* 338. Ciarlin. *controv. for. cap.* 131. *a num.* 21. Laym. *mor. par.* 2. *lib.* 5. *trac.* 10. *cap.* 4. quia non potest præsumi sponsos voluisse contrahere matrimonium cum gravi peccato ante denuntiationes, & attenditur potius, quod fuit factum, quam quod fuit dictum. gl. *in cap. tua. De sponsal.* Boss. *de contrah. matrim. cap.* 3. & semper est attendenda intentio contrahentium. Neque obstat, quod in foro externo sit standum communi verborum intelligentiæ, & non credendum sponsæ dicenti se non consensisse, quia hoc procedit, quando adest præsumptio pro consensu, secus si adest præsumptio contraria.

12 Verba testatoris sunt intelligenda per prius, & non per posterius proprie, & naturaliter. Ciarlin. *controv. for. cap.* 88. *nu.* 16. Craveta *cons.* 445. Importantia tractum futuri temporis sunt. *Quandocunque, post mortem. In perpetuum. In infinitum.* Alex. *cons.* 13. Craveta *cons.* 22. Ciarlin. *cap.* 100. *num.* 10. ubi Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 71. *num.* 75.

13 Verba Brevis directi ad Ordinarium viciniorem, intelligitur de Ordinario viciniore, qui est, & non qui erit, quia non entis nullæ sunt qualitates; & qualitas non potest stare sine subjecto. DD. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 46. *num.* 4.

14 Verba importantia absolutam, & liberam facultatem, si agitur de præjudicio tertii, important arbitrium boni viri. Vide *Dictio*. In testamentis debent potius esse superflua, quam operari contra mentem testatoris. Sperell. *dec.* 144. *num.* 54. Surd. *dec.* 222. *nu.* 8. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 30. *col.* 1. *vol.* 4. Natta *cons.* 186. & potius impropriari. Silvatrius. *lib.* 1. *cons.* 6. Dubia in saniorem sensum, & partem sunt trahenda; nam civiliter, & non hebraice sunt interpretanda. Riccius *in praxi var. res. par.* 3. *res.* 579.

15 Verba *Non habeo aliam Uxorem quam te*, an inducant matrimonium, aut sponsalia? controvertitur. Pro matrimonio stant Abb. *in cap. ex parte nu.* 8. *de sponsal.* Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 3. *n.* 8. citans Rotam *dec.* 43. *par.* 1. *in noviss.* sed quod nec sponsalia, nec matrimonium importent, tenent Fachin. *lib.* 3. *controv. Jur. cap.* 42. apud quem alii. Covar. *de sponsal. par.* 2. *cap.* 4. §. 1. *nu.* 8. Sanch. *de matrim. disp.* 19. *nu.* 5. quem sequitur Genua. *de verb. enuntiativis lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 13. quia in his verbis non intervenit consensus utriusque partis. Vide *in praxi matrimonii*.

16 Verba enuntiativa, vel narrativa dicuntur, quæ sine pondere, vel misterio proferuntur. v. g. si dico. *Ago contra Titium, qui duos habet filios.* ecce hæc verba *qui duos habet*, enuntiative dicuntur prolata. Genua ut infra.

17 Verba enuntiativa generaliter prolata, & sumpta, ultime disponunt, nec probant. DD. apud Genuam *de enuntiativis. lib.* 1. *quæst.* 4. *per totam.* ubi ampliat, & limitat. Posita in Instrumento non probant nisi in antiquis, quo casu probant plene. Mascard. *de prob. conclus.* 794. Peregr. *de fideicom. art.* 43. & DD. apud Genuam *l. c. lib.* 2. *quæst.* 1. *nu.* 38. In novis autem faciunt præsumptivam probationem, & transferunt onus probandi in Adversarium. DD. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 23. *nu.* 10. Tusc. *litt. L. conclus.* 739. etiam in Beneficialibus. Merlin. *dec.* 148. ubi Rota. Enuntiativa duorum instrumentorum etiam in novis probant plene. Alex. *cons.* 90. *lib.* 1. Peregrin. *de fideicom. art.* 43. Genua *de verb. enuntiativis. lib.* 2. *quæst.* 33. Ciarlin. *l. c. cap.* 23. *num.* 10. Pluries, & pluries geminata faciunt plenam probationem. Grat. *cons.* 143. Genua *l. c. lib.* 1. *quæst.* 4. Ciarlin. *l. c. cap.* 109. *nu.* 14. In instrumentis non probant in præjudicium tertii. *auth. si quis in aliquo C. de edendo.* Genua. *lib.* 2. *quæst.* 1. Mascard. *de prob. conclus.* 924. Ciarlin. *cap.* 121. *nu.* 30. Cappon. *disc. for.* 249. *num.* 6. sed tantum contra contrahentes. Lim. in antiquis. DD. apud Genuam. *l. mox cit. nu.* 58. & nisi sint plurium instrumentorum. Seraph. *dec.* 474. *nu.* 1. Ayman. *de antiq. temp. par.* 1. *nu.* 74.

Verba enuntiativa unica etiam in antiquis non probant etiam Papæ. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 70. DD. apud Ciarlin. *l. c.* Genua. *l. c. lib.* 2. *quæst.* 1. ubi limitat quoad Papam diversimode. Verba enuntiativa instrumentorum non probant, nisi sint duo, & centum annorum, præsertim in jurepatronatus. Rota apud Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 70. Seraph. *dec.* 1232. Ciarlin. *cap.* 172. *nu.* 13. Enuntiativa rescripti, an & quando probent. Vide Riccium *in praxi Rescript. par.* 3. *to.* 2. *res.* 372. Enuntiativa libri visitationum probant juxta Capon. *disc. for.* 353. Cavaler. *dec.* 537. *num.* 4. Rota *dec.* 247. *par.* 2. *recent.* 18

Verba enuntiativa ab aliquo prolata, se velle Titium esse suum hæredem, tribuunt hæreditatem Titio etiam exclusis proximioribus, si sit alias legitimus hæres etiam remotior, & talis dispositio valet etiam favore piæ causæ. Fontanel. *de pact. nupt. claus.* 4. *gl.* 7. *par.* 2. Rota apud Farin. *par.* 3. *recent.* & *par.* 1. *in posthum. dec.* 6. Capon. *disc. for.* 131. Genua *de verb. enunt. lib.* 2. *quæst.* 32. *num.* 14. Enuntiativa Testatoris non probant Juspatronatus gentilitium. DD. apud Ciarlin. *controv. for. cap.* 153. nisi justificetur ex actis. Riccius *in prax. res.* 132. & *de noviss prob. Iurispatr. res.* 126. & 233. An probent alienationi rei Ecclesiasticæ intervenisse tractatum, vel consensum Apostolicum. Vide *Tractatus, & Notarii.* 19

Verba enuntiativa Principis probant, quoties se Princeps fundat in illis. Gozzad. *cons.* 83. *num.* 10. Afflict. *dec.* 305. *num.* 14. & 16. & quando Princeps est bene informatus. Genua *de verb. enunt. lib.* 2. *quæst.* 5. An prolata in Judicio probent, vide Genuam. *l. c. quæst.* 67. & 68. ubi etiam de verbis enuntiationis Notarii. *quæst.* 11. *l. c.* Mascard. *de prob. conclus.* 1100. In matrimonialibus favore matrimonii probant, nisi principaliter disputaretur de matrimonio, sicut non probant contra tertium, vel si agatur de præjudicio alterius matrimonii. 20

Verba enuntiativa generaliter sumpta dispositionem inducunt in testamentis favore piæ causæ, juxta Bart. *in L.* 1. *C. de SS. Eccles. nu.* 76. Mascard. *de prob. conclus.* 388. *nu.* 3. & *conclus.* 1176. *num.* 58. Trentacinque *var. res. lib.* 1. *tit. de V. S. res.* 2. *num.* 91. & plures apud Genuam *de verb. enunt. lib.* 2. *quæst.* 23. & probatur *ex cap. fin. de success. ab intest.* Dummodo verba sint de præterito, & non de futuro, de qua materia plura apud Genuam *l. c. usque ad quæst.* 30. 21

Verbum *Autem*, uti Adversarium diversificat tam in jure, quam in facto contenta in dispositione. Bart. *in L. hoc amplius.* §. *de his autem. num.* 1. *ff. de damn. infec.* Ripa *in L.* 2. §. *quod si in patris nu.* 2. *ff. sol. matrim.* Peregr. *cons.* 44. *nu.* 6. *lib.* 3. & *de fideic. art.* 7. *num.* 44. Fusar. *de substit.* 650. *num.* 28. Barb. *diction.* 47. *num.* 7. Bich. *dec.* 137. *num.* 42. 22

Verbum *Aliquo* est universale, & omnia comprendit. gl. fin. *in cap. si propter. de rescript. in* 6. Gemin. *cons.* 29. *nu.* 2. Socin. *cons.* 3. *num.* 10. *lib.* 3. Surd. *cons.* 33. *nu.* 20. & *dec.* 283. *num.* 7. Rota *decis.* 357. *nu.* 5. *par.* 1. *divers.* Bich. *dec.* 191. *nu.* 22. 23

Verbum *Etiam* est ampliativum, & implicat alias species. *L.* 2. *C. de testib. Clem.* 1. §. *fin. de re jud.* Paris. *cons.* 46. *nu.* 30. & *sequen. lib.* 4. Rota *decis.* 51. *nu.* 8. *par.* 1. *recent.* etiam in materia stricta. Bich. *dec.* 191. *nu.* 21. 24

Verbum *Assignare*, ubi materia patitur, est translativum dominii. ita Paris. *cons.* 33. *num.* 26. & 27. Corn. *cons* 228. *nu.* 11. Rota *dec.* 633. *sub nu.* 2. & *dec.* 647. *num.* 7. *coram Cavaller.* apud Bich. *dec.* 207. *num.* 5. 25

Verbum *ad libitum* tribuit absolutam potestatem. Ruin. *cons.* 27. *nu.* 1. *lib.* 1. Alex. *cons.* 207. *in fin. lib.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 7. *nu.* 32. & 33. Surd. *dec.* 272. *nu.* 15. Bich. *dec.* 287. *nu.* 3. 26

Verbum *Alium* est significativum similium, & repetit easdem qualitates, quæ ante fuerunt requisitæ; adeo ut, si hæreditas fuerit relicta filio masculino, & ipso mortuo alii filio, alter quoque filius debet esse masculus. 27

lus. Socin. jun. *conf.* 168. *nu.* 52. *lib.* 2. Surd. *conf.* 21. *num.* 15. Menoch. *conf.* 565. *num.* 1. *& seq.* & *de praes. lib.* 4. *praes.* 84. *num.* 13. *&* 14. Fusar. *de substit. quae.* 311. *num.* 21. *&* 27. *& quaest.* 366. *num.* 22. *&* 23. Bich. *dec.* 493. *num.* 23. *&* 24.

28 Verbum *Almeno*. Latine *Saltem*. non excludit majorem summam. Gemin. *conf.* 37. *num.* 5. *&* 6. Bich. *dec.* 580. *num.* 17.

29 Verbum *Cioè*. Latine *id est*, praecedentem dispositionem in genere prolatam specificat, & declarat. Bart. *in L. quaesitum. §. si quis fundum. nu.* 15. *vers. aut fuit facta numeratio. ff. de fund. fruct.* Bald. *conf.* 200. *nu.* 3. *lib.* 4. Aym. *conf.* 227. *nu.* 7. Cephal. *conf.* 272. *num.* 18. Barb. *dict.* 145. *num.* 2. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 531. *num.* 6. *in fin.* Bich. *dec.* 631. *num.* 1.

30 Verbum *Descendentibus* habet tractum successivum ad omnes Descendentes in infinitum. *L. ult. C. de suis, & legit. hered.* Alex. *conf.* 56. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *conf.* 152. *nu.* 28. *& conf.* 1012. *num.* 1. Rota *decis.* 21. *num.* 14. *par. par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 4. *num.* 8. & demonstrat testatorem respexisse ad omne tempus, quamvis remotissimum. Idem Bich. *l. c. nu.* 9. Deficientiae Descedentium. Alex. *conf.* 53. *nu.* 12. *lib.* 6. Peregr. *de fideicom. art.* 29. *num.* 9. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 45. *nu.* 8. Tehes. *dec.* 270. *sub nu.* 29. *vers. hoc enim casu*, & videtur contemplata extinctio totius Descendentiae. Rota *in Viterbien. Castrorum. num.* 75. apud Bich. *l. c.*

31 Verbum *Dicti* est repetivum, & demonstrativum ad oculum personarum jam nominatarum. Menoch. *conf.* 82. *nu.* 158. Surd. *conf.* 31. *num.* 31. *& n.* 32. Rota *dec.* 194. *n.* 5. *par.* 5. *recent.* & est personalissimum. Cagnol. *in L.* 2. *num.* 46. *vers. secundo principaliter. ff. de pact. inter emp. & vendit.* Aym. *conf.* 929. *num.* 11. Menoch. *conf.* 115. *num.* 50. & non egreditur personas earundem personarum. Surd. *conf.* 77. *num.* 22. Rimin. jun. *conf.* 371. *num.* 127. Ien. *conf.* 26. *nu.* 16. Dec. *conf.* 51. *num.* 1. Petra *de fideic. quaest.* 2. *num.* 3. Fusar. *de substit. quaest.* 673. *a num.* 19. Rota *dec.* 359. *a num.* 34. *par.* 5. *recent.* Bich. *l. c. num.* 12. *&* 13. & denotat, ac repetit personas supra nominatas. *L.* 1. *§. eum, qui. ff. de postulan.* Barb. *dict.* 87. *num.* 1. Buratt. *dec.* 272. *nu.* 6. Et est relativum ad superius expressa. Aym. *con.* 98. *num.* 8. Rota *dec.* 669. *n.* 1. *par.* 1. *recent. & dec.* 15. *num.* 8. *par.* 7. *& dec.* 458. *nu.* 67. *&* 68. *par.* 5. *& dec.* 393. *num.* 6. *apud Merlin.* Bich. *dec.* 607. *num.* 10.

32 Verbum *Diligentissimus* positum in textu *in L. merces. §. columna. ff. locat.* secundum magis communem DD. opinionem regulariter accipi debet pro positivo, & sic pro levi culpa. gl. *in d. §. qui columnam.* quam sequitur Salyc. *nu.* 8. Bald. *in L. in judicio. num.* 4. *&* 5. *C. locati.* Mynsing. *in §. qui pro usu. nu.* 20. *vers. Diligentissimus. Instit. de locat.* ubi Picardus. *nu.* 4. *&* 5. Molina *de Just. & Jur. to.* 2. *disp.* 494. *nu.* 4. *vers. Item.* Grat. *conf.* 94. *num.* 53. *lib.* 2. Honded. *conf.* 90. *num.* 35. *&* 36. *lib.* 2. Valenz. *conf.* 179. *nu.* 24. Cavalcan. *dec.* 37. *a num.* 12. Rota *in Bonon. mercium.* 26. *Maii. coram Priolo*; quia to *diligenter* recipit interpretationem a subjecta materia, & natura locationis non obligantis, nisi ad levem culpam. Adden. ad Dec. *conf.* 274. *litt. A.* Rimin. jun. *conf.* 795. *num.* 21. Fulgos. *conf.* 193. *sub. nu.* 3. & alii apud Bich. *dec.* 646. *num.* 9. *& seq.*

33 Verbum, seu dictio *Eadem* significat totalem identitatem. Bich. *dec.* 110. *num.* 12. Bart. *in L. si quis. §. si initium. il* 2. *num.* 2. *ff. de eden.* Bursat. *conf.* 208. *nu.* 17. Barb. *dict.* 99. Seraph. *dec.* 1438. *nu.* 11.

34 Verbum *Extinguere* importat debiti eradicationem, & substantiae obligationis interemptionem, juxta Rotam. *dec.* 558. *num.* 2. impressa apud Cene. post tract. *de censib.* Bich. *dec.* 349. *nu.* 17.

35 Verbum *Facultas* denotat mecum factum sejunctum a jurisdictione. Luc. de Penna. *in L. omnes.* 33. *col.* 5. *vers. facultas proprie. C. de Decurion. lib.* 10. Bart. *in L.* 1. *nu.* 4. *ff. de condict. ex Leg.* Bich. *dec.* 299. *num.* 27.

36 Verbum *Heres* appositum in conditione primae substitutionis significare forsan potest haeredem non actu, sed potentia, quia haeres in testamento scriptus fuit, juxta Bald. *conf.* 170. *sub. num.* 10. *vers. sed his non obstantibus. lib.* 5. Curt. jun. *conf.* 83. *n.* 2. *vers. nec obstant.* Laderch. *conf.* 3. *sub num.* 12. Vasquez. *de success. par.* 2. *lib.* 2 §. 12. *num.* 9. Sim. de Praet. *de interpret. ult. volun. lib.* 3. *interpret.* 1. *dub.* 4. *col.* 5. *num.* 33. *fol.* 199. Boer. *dec.* 38. *nu.* 32. Crescent. *dec.* 1. *num.* 5. *&* 6. *de testam.* Rota *dec.* 656. *num.* 7. *par.* 4. *recent.* & tale verbum non censetur repetitum in alia substitutione. Bich. *l. c. num.* 15. & Laderch. *conf.* 3. *num.* 12. *vers. nec dicat quis.* In substitutionibus fideicommissariis denotat haeredes sanguinis. *L. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. L. Gallus. §. etiam, si parente. ff. de liber. & posthum.* Bald. *conf.* 267. *num.* 2. *lib.* 5. Socin. jun. *conf.* 158. *num.* 10. *lib.* 2. Fusar. *conf.* 79. *num.* 1. *&* 3. Bich. *dec.* 605. *nu.* 3.

Verbum *Ipsis*, & *Ipsorum* est personalissimum. Ruin. 37
conf. 99. *num.* 16. *lib.* 2. Cagnol. *in L.* 2. *num.* 46. *vers. secundo. princ. ff. de pact. inter emptor. & vend.* Menoch. *conf.* 115. *num.* 50. Rota *dec.* 359. *num.* 35. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 17. *num.* 5. & *dec.* 4. *num.* 13. Gratian. *conf.* 126. *num.* 38. *lib.* 3. Alex. *conf.* 226. *per totum. lib.* 6. Fusar. *de substit. quaest.* 547. ubi quod non egrediatur personam illorum.

Verbum *ipsis succedere voluit* non inducit per ne- 38
cesse acquisitionem haereditatis in vocatis, sed exponi potest in locum ipsorum. Peregr. *de fideicom. art.* 15. *nu.* 26. *vers. notabile est.* Gabr. *conf.* 115. *nu.* 6. *&* 7. *lib.* 1. Rota *dec.* 403. *num.* 9. *par.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 27. *nu.* 7. & verbum *Ipsis* adjectum in casu affirmativo, non censetur repetitum in casu negativo diversarum personarum. Menoch. *de praes. lib.* 4. *praes.* 178. *sub. num.* 25. Fusar. *de substit. quaest.* 449. *nu.* 5. Dec. *conf.* 386. *num.* 7. *vers. tertio. non obstat.* Peregr. *de fideicom. art.* 25. *num.* 33. Rota *decis.* 151. *nu.* 16. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 27. *num.* 9.

Verbum *Indultum* generaliter intelligitur de omni 39
concessione facta per viam privilegii, aut Legis universalis, aut privilegii inserti in corpore Juris. Rota *dec.* 117. *num.* 33. *& dec.* 37. *num.* 65. apud Bich. *decis.* 667. *nu.* 25.

Verbum *Legitimatus*, quamvis praesentis temporis ex 40
praesumpta tamen voluntate Testatoris, refertur etiam ad legitimationem faciendam. Albericus *in L. verborum oportebit. num.* 2. *ff. de V.* Rota *in Bonon. Palatii.* 16. *Joan.* 1640. *coram Ghisilerio.* Bart. *in L.* 1. *quaest.* 7. *vers. concludo ergo. ff. de Jure Codicillor.* Sim. de Praet. *de interpret. ult. votun. lib.* 2. *interpret.* 2. *dubit.* 1. *solut. ult. num.* 43. *fol.* 130. Dec. *conf.* 176. *num.* 4. *&* 5. & Bich. *decis.* 54. *num.* 23.

Verbum, seu dictio *Masculus* operatur exclusionem 41
foeminae, quando testator ultra masculum habebat etiam foeminam. Bich. *dec.* 279. *nu.* 18. Corn. *conf.* 290. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 4.

Verbum *Mancamento* supponit praeexistentiam debiti, 42
quia deficere in adimplemento non dicitur, qui non debet. Bieh. *dec.* 522. *num.* 14. *L. non intelligitur.* 3. *§. multa. ff. de Jure fisci. L. amissione.* 5. *§.* 1. *ff. de capit. dimin. L. Cajus.* 11. *in fin. ff. de usur. L. si extraneus.* 34. *ff. de Jur. dot. L. non videntur.* 84. *L. non potest videri.* 100. *L. non potest videri.* 209. *ff. de R. J.*

Verbum, seu dictio *Omnino* in substantialibus signi- 43
ficat abdicationem cujuscunque Juris ab haerede gravato, totalemque transfusionem in fideicommissarium absque ulla distinctione. Bart. *in Extrav. qui sint rebelles. vers. nulli.* Hostien. *in cap. dudum. de convers. conjug. num.* 2. ubi Jo. Andr. *nu.* 19. Felin. *in cap. de Regular. num.* 2. *de simon.* Cyriac. *controv.* 436. *nu.* 81. Jas. *conf.* 262. *nu.* 4. *lib.* 4. Menoch. *conf.* 1. *n.* 19. Petra *de fideicom. quaest.* 5. *nu.* 104. Rota *dec.* 193. *n.* 5. *par.* 1. *recent.* Bich. *decis.* 15. *num.* 10. *&* 11.

Verbum *Oppositum* inter res, quae ceduntur, stat au- 44
gmentative, aut disjunctive. *L. cum quidam ad fin. vers. sed hod.* ubi gl. *verb. incorrupta. C. de V. S.* Barb. *dict.* 46. *nu.* 13. Rol. *conf.* 99. *num.* 56. *lib.* 4. Honded. *conf.* 36. *nu.* 17. *lib.* 2. & junctum verb. *Altera* denotat, quid diversum a feudalibus proxime ante sigillatim dxpressis. Gratian. *disc. for. cap.* 560. *num.* 35. Natta *conf.* 546. *num.* 22. Menoch. *conf.* 335. *nu.* 18. Surd. *conf.* 303. *num.* 33. Rota *dec.* 149. *nu.* 3. *par.* 1. *divers.* Bich. *dec.* 156. *num.* 10. *&* 11.

Verbum *Prope* non verificatur in loco remoto, sed 45
denotat immediatam contiguitatem. Aretin. *in §. quod si naturali. Instit. de rer. divis.* Bart. *in trac. Tiberiadis. par.* 2. *de insula. vers. prope ripam.* Boer. *dec.* 51. *nu.* 15.

numer. 15. Cened. singul. 81. numer. 8. Bich. dec. 84. num. 2.

46 Verbum *Providere* relatum ad personas Ecclesiasticas significat plenam collationem. gl. *in cap.* 1. *vers.* 60. *de elect. in* 6. Gatz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 34. & actum non agentem confirmatione superioris. Bald. *cons.* 324. *num.* 3. *vers. septimo. lib.* 4. Tiraquell. *in L. boves.* §. *hoc sermone. lim.* 6. *num.* 13. Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 41. & alii apud Bich. *dec.* 110. *num.* 1. & 2. & prolatum a Doctore Canonum censetur in propria significatione prolatum. *L.* 2. §. *Quintum Mutium. ff. de orig. Juris*, Jos. de Sesse. *dec.* 290. *nu.* 25. Directum ad Inferiorem solam præsentationem importat, nisi conjecturæ contrarium demonstrent. Bich. *l. c. num.* 22. & 23. Et juxta subjectam materiam accipi potest pro præsentatione, sicut e converso præsentatio aliquando accipitur pro collatione. Gonzal. *super reg.* 8. *Cancell. gl.* 17. *sub nu.* 4. *ver. cum provisionis appellatione.* Rota *dec.* 27. *num.* 1. & 2. *de praben. in nov.* & *dec.* 567. *num.* 9. & 10. *par.* 5. *recent.* Bich. *dec.* 368. *num.* 2.

47 Verbum *Poteris* appositum *in cap. exposuisti.* 34. *col.* 1. *verb. poteris. de praben.* exponitur ab Host. ibidem pro *debitis*, juxta *cap. ad Decorem. de Instit.* & Hostien. sequitur Jo. Andr. *num.* 2. *vers.* & *exponit.* Socin. *in cap. sicut unire. num.* 91. *de excess. Prælat.* Bich. *dec.* 140. *num.* 2.

48 Verbum, seu dictio *Quomodolibet* in Indulto conferendi beneficia litigiosa capit etiam vacationem per obitum. gl. *in cap. susceptum.* 6. *verb. expresse. de rescript. in* 6. quam sequitur Jo. Andr. *num.* 3. Franc. *num.* 8. Menoch. *de adipisc. remed.* 6. *num.* 15. Barb. *dict.* 330. *num.* 1. Put. *dec.* 209. *lib.* 1. *in corr.* & refertur ad litigiosa, non secus, ac *vacare contigerit.* quia illi proxime jungitur mediante actione *etiam.* quæ implicat in litigiosis modos vacationis. Barb. *dict.* 112. *numer.* 5. Paris. *cons.* 46. *num.* 30. *lib.* 4. Decian. *cons.* 46. *num.* 118. *lib.* 2. Rota *dec.* 51. *num.* 8. *par.* 1. *recent.* præsertim in gratia *motu proprio*, quæ late est interpretanda. Lap. & Abb. *in d. cap. susceptum.* ubi Ant. de Butr. *num.* 91.

49 Verbum *Qualibet parte* tanquam universale est comprehensivum cujuslibet partis bonorum, cujuscunque speciei sint. Gozad. *cons.* 1. *num.* 19. Surd. *cons.* 73. *nu.* 62. & *cons.* 453. *num.* 8. Barb. *dict.* 317. *num.* 17. & *dict.* 325. *num.* 1. Bich. *dec.* 158. *nu.* 11.

50 Verbum *Reverti*, cum agitur de aliquo jure, aut actione, significat illud, vel illam aliquando competiisse. *L. si qua mulier. ff. ad S. C. Tertull. L. si unquam. C. de revoc. donat.* gl. *in L. si postulaverit.* 27. §. *jubet Lex. verb. reversuros. ff. ad L. Jul. ff. de adult.* Oldrad. *cons.* 275. *num.* 6. Bich. *dec.* 110. *numer.* 14.

51 Verbum *Rogo* in ultimis voluntatibus, quandoque aptum est importare præceptum, ac prohibitionem. *L.* 2. *C. commun. de leg.* Fusat. *de substit. quæst.* 243. *nu.* 2. resolvitur in simplices preces, sic suadente Testatoris voluntate ex aliis testamenti partibus elicita. Castr. *in L. peto.* 71. *numer.* 2. *ff. de leg.* 2. Bich. *dec.* 414. *num.* 35.

52 Verbum *Succedat* regulariter denotat successionem hæreditariam. Decian. *cons.* 1. *sub num.* 16. & 17. Bich. *dec.* 207. *num.* 14.

Verbum *servetur* indefinite prolatum in re de sui natura tractum successivum habente, injungit onus perpetuo faciendi. Fel. *in cap.* 2. *num.* 5. *fallent.* 2. & 5. *de tregua*, & *pace.* Cun. *in L. si quis heredem. vers. nam quidam. num.* 2. *C. de Instit.* & *substit.* Jas. *in L. si arbitrio. num.* 13. *vers. secundo*, & *fortius. ff. qui satisdar. cog.* Ang. *cons.* 34. *num.* 9. Rota *dec.* 677. *nu.* 2. *par.* 1. *divers.* Bich. *dec.* 522. *nu.* 8.

53 Verbum *Substituo* est commune. Albert. *in L. precibus. num.* 27. *C. de Impub.* & *aliis substit.* Surd. *cons.* 232. *num.* 15. Rota *dec.* 45. *num.* 2. *par.* 4. *to.* 2. Bich. *dec.* 548. *num.* 5. & continet etiam vulgarem tacitam, vel expressam verbis generalibus. Bart. *in L. centurio. num.* 32. Castr. *in L. quamdiu. la.* 3. *num.* 7. *ff. de acquir. hæred.* Socin. sen. *cons.* 140. *sub num.* 5. *lib.* 1. Dec. *cons.* 416. *num.* 6. Surd. *cons.* 347. *nu.* 16. Rota *dec.* 157. *num.* 2. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* etiam si sit fideicommissaria, quia etiam hæc, quando est facta per verbum commune, includit vulgarem, quam anomalam vocant, cujus vigore substitutus subintrat in locum primi nolentis, aut non valentis adire. Castr. *cons.* 152. *sub num.* 1. *in fi. vers. vel non aliter.* & *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 1103. *sub num.* 14. & 15. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 39. Sesse. *dec. Arag.* 50. *num.* 8. Fontanell. *dec.* 149. *numer.* 2. & *seq.* Rota *dec.* 374. *num.* 1. *par.* 1. *divers.* & *dec.* 403. *num.* 13. *par.* 2. *recent.* Bich. *l. c. num.* 7.

54 Verbum *sine mora* contentum *in L. Præses C. locati* indicat, quod cognitio sit brevis, & summaria, non autem executiva, quia summarium differt ab executivo. Curt. jun. *L. tale pactum.* §. *qui provocavit sub nu.* 28. *vers.* & *si etiam. ff. de pact.* Coler. *de process. executivo par.* 3. *cap.* 1. *num.* 20. *respondit. Curt.* Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 63. *sub num.* 10.

55 Verbum *Transactio* secundum latam significationem comprehendit omne genus conventionis. Bich. *dec.* 490. *num.* 3. *L. cum* §. *vult igitur. ff. de transact. L.* 1. §. *fin. ff. ad Tertull. cap. suscitata de in integr. restit.* Rota *in Valesoletan. Juris nominandi.* 8. *Jun.* 1605. *coram Coccino.*

56 Verbum *ut supra* est relativum ad supranominatos. *L. Item queritur.* §. *Item Julianus. ff. locati.* Barb. *dict.* 441. *num.* 1. Buratt. *dec.* 272. *num.* 6. Bich. *dec.* 546. *num.* 5.

57 Verba curialia, & civilia non inducunt aliquam obligationem. Felin. *in cap. cum juramento nu.* 2. *vers. sed hoc. de homicidio.* Seraph. *dec.* 136. *num.* 3. etiamsi sint de non molestando in futurum, præsertim quia intelligi possunt de molestia extrajudiciali, & de facto, non autem judiciali ac justa. Peregrin. *de fideicom. art.* 35. *num.* 7. Mant. *dec.* 183. *num.* 2.

58 Verba sunt intelligenda secundum mentem proferentis. *L. Senatus consulto ff. de rit. nupt. L. juxta. ff. de V. S.* Paris. *cons.* 52. *num.* 28. *lib.* 2. Fachin. *controv. Jur. lib.* 5. *cap.* 18. Fusat. *de substit. quæst.* 320. *num.* 30. Rota *dec.* 6. *num.* 13. *par.* 5. *recent.* & una pars instrumenti debet declarare aliam. *L. qui filiabus. L. si servus plurium.* §. *fin. ff. de leg.* 1. Ruin. *cons.* 149. *nu.* 9. *lib.* 2. Aym. *cons.* 197. *num.* 5. Rota cit. Bich. *dec.* 252. *num.* 7. & 8. & debent intelligi secundum subjectam materiam. Bald. *in L. a Procuratore sub num.* 2. *vers. nec obstant verba. C. mandati.* Felin. *in cap. sedes. num.* 1. *vers. nec obstat. de rescript.* Rota *dec.* 398. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 484. *num.* 13. & debent interpretari secundum mentem contrahentium. Aretin. *cons.* 159. *num.* 16. *vers. ex his infertur.* & *num.* 17. *vers. secundo potest responderi.* Socin. sen. *cons.* 9. *num.* 36. *lib.* 1. Natta *cons.* 496. *num.* 13. *vers. non enim obstat.* Decian. *cons. civil.* 35. *num.* 34. *lib.* 2. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 159. *num.* 13. Surd. *cons.* 245. *numer.* 18. Bich. *dec.* 596. *num.* 17. Et in dubio præsumuntur stare demonstrative, non taxative. Bich. *dec.* 549. *numer.* 12. & Verba media declarantur a præcedentibus, & subsequentibus. *L. sed* & *si adjiciatur. ff. pro socio. L. si servus plurium.* §. *fin. de leg.* 1. Alex. *cons.* 190. *num.* 18. *lib.* 2. Honded. *cons.* 30. *numer.* 15. *lib.* 2. Bich. *dec.* 19. *num.* 12. Prolata in medio censentur prolata ab eadem persona, quæ protulit verba extremorum. Jos. Ramon. *cons.* 37. *num.* 162. Bich. *dec.* 373. *nu.* 11.

59 Verba quamvis impersonalia restringuntur ad personas paulo ante vocatas. *L. fin.* §. *Seio. ff. de leg.* 2. ubi Bart. Alber & alii. & *L. mulieri* & *Titio. ff. de condit.* & *demonstr.* ubi Castr. *num.* 2. *vers. sed contrarium est.* Gabr. *cons.* 117. *num.* 34. *lib.* 1. Mant. *de conjectur. lib.* 8. *tit.* 2. *num.* 6. Buratt. *dec.* 161. *num.* 4. Bich. *dec.* 334. *num.* 5. quando aliquo modo possunt saltem ad diversos effectus conciliari, per posteriora non dicitur recessum a primis. Dec. *in L. pacta novissima num.* 4. *C. de pact.* Cephal. *cons.* 733. *num.* 47. Socin. jun. *cons.* 144. *num.* 59. *lib.* 3. Aym. *cons.* 70. *numer.* 26. Surd. *cons.* 524. *num.* 3. & *dec.* 195. *num.* 7. & *dec.* 288. *num.* 40. & omnis interpretatio sumenda est ad evitandam correctionem, & repugnantiam verborum in eodem contractu. *L. non ad ea ubi gl. verb. præsens. ff. de cond.* & *demonstr.* Dec. *in d. L. pacta novissima num.* 5. Rimin. jun. *cons.* 551. *num.* 15. sen. *cons.* 177. *num.* 13. Bich. *dec.* 281. *num.* 41. & 42.

60 Verba sententiæ sunt interpretanda prout de jure. *cap. dilectus de off. ordin.* Bald. *in L.* 1. *num.* 2. *C. de negot. gest.* Bart. *in L. si fundus*, §. *in vendicatione sub n.* 4. *ff. de pignor.* Castr. *cons.* 276. *lib.* 2. Rota *dec.* 66. *num.*

nu. 3. *par.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 201. *num.* 41. Vicent. de Franc. *dec.* 527. *num.* 13. Capic. Latro. *dec.* 25. *num.* 38. Rota *dec.* 66. *num.* 3. *verf. non obstante par.* 2. *recent.* & *in Romana fideicom. de Campagnol.* 8. *Febr.* 1649. §. *non obstat. coram Peutinghero*. Item sunt interpretanda, ne contineant excessum, & ut sententia sustineatur, sunt impropriianda. *cap. dilectus. de off. ordin.* Buratt. *dec.* 337. *num.* 24. Ludovis. *dec.* 74. *num.* 7. & 8. Rota *dec.* 66. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* gl. *in L.* & *putq. verb. non communicari. ff. famil. hercisc.* Socin. sen. *conf.* 37. *num.* 12. *lib.* 4. Rota *in Bonon. fideicom. de Cataneis.* 1. *Febr.* 1634. *coram Merlino.* Bich *dec.* 345. *num.* 16. & 17. Praterea recipiunt interpretationem a libello, & petitione actoris. Aym. *conf.* 188. *num.* 1. Cresc. *dec.* 6. *num.* 2. *de sent.* & *re judic.* Seraph. *dec.* 640. *num.* 1. Bich. *dec.* 407. *num.* 7. Item a decisionibus causæ. Bich. *dec.* 370. *num.* 4. quia decisiones sunt pars sententiæ. Socin. jun. *conf.* 181. *nu.* 79. *verf. hoc etiam lib.* 2. Scaccia *de sent.* & *re jud. gl.* 14. *quæst.* 17. *nu.* 72. Buratt. *dec.* 327. *nu.* 1.

61 Verba *sine mora in L. Præses. C. locati* important solum, quod sit sublata appellatio. Zachias *de oblig. camer. quæst.* 2. *nu.* 18. & 19. Rota *dec.* 75. *num.* 7. & 3. *post Zachiam* 661. *nu.* 8. apud Penniam. Bich. *dec.* 526. *num.* 10.

62 Verba testamenti, quando non sunt clara, sed dubia, declarari possunt per duos testes. Bich. *dec.* 317. *nu.* 21. si vero sunt clara, non est opus declaratione, sed inducitur ex verbis post testamentum serio prolatis nova dispositio testamentaria, ad quam probandam omnino septem testes sunt necessarii. Surd. *conf.* 129. Honded. *conf.* 51. *nu.* 76. *lib.* 2. Jo. Franc. a Ponte *conf.* 63. *nu.* 9. *lib.* 1. Cancer. *var. ref. par.* 3. *cap.* 20. *a nu.* 408. Gratian. *disc. for. cap.* 650. *a nu.* 25. Rota coram Buratt. *dec.* 616. *nu.* 4. *par.* 2. *recent. dec.* 765. *num.* 6. & 7. Bich. *dec.* 317. *num.* 23.

63 Verba unius temporis præsentis functionem temporis præteriti non recipiunt, DD. *in L. si usufructus. ff. de usufr. leg.* Bald. *in cap. licet sub. nu.* 2. *verf. tu dic. de supplen. negligentia Prælatorum.* Rimin. jun. *conf.* 203. *nu.* 92. præsertim ad evitandam contrarietatem, quæ ut evitetur, intelligenda sunt verba de tempore diverso. Felin. *in cap. translato. num.* 8. *circa med. de constit.* Ruin. *conf.* 130. *num.* 6. *lib.* 3. Rota *dec.* 147. *nu.* 18. *par.* 1. *recent.* & *dec.* 351. *num.* 31. coram Ludovis. Bich. *dec.* 243. *nu.* 9. Imo verba unius temporis juxta voluntatem proferentis pro alio quandoque accipiuntur. *L. verbum erit.* §. *quemadmodum. ff. de V. S. cap. enim concupiscentia. il* 2. *de testib.* Gemin. *conf.* 122. *nu.* 2. & 3. Bich. *dec.* 184. *nu.* 6.

64 Verba universalia quietantiæ, ubi certa causa est expressa, illam non ampliant. Castr. *in L. si de certa nu.* 2. *C. de transact.* Aret. *conf.* 161. *a nu.* 5. Surd. *dec.* 217. *nu.* 15. Bich. *dec.* 332. *nu.* 17. & universalia quietationis; nisi ex aliquo adjunctio sint restricta, præsumi faciunt, quod de omnibus cogitatum fuerit, nisi contrarium ex adverso probetur, & operantur comprehensionem omnis debiti ex qualibet causa *L. sub. prætextu. C. de transact.* Valasc. *consult.* 39. *num.* 6. Menoch. *con.* 496. *nu.* 60. Rimin. jun. *conf.* 343. *nu.* 24. Alex. *conf.* 17. *num.* 2. *lib.* 1. Fontanel. *dec.* 395. *nu.* 21. Bich. *dec.* 332. *num.* 5. præsertim usurarum, & fructuum debitum quod est accessorium ad principale. Jas. *in L. si de certa nu.* 4. *verf. limita nisi. C. de transact.* Bart. *in L. Aurelius.* §. *legatum. ff. de liberat. leg.* Gabr. *de R. J. conclus.* 4. *nu.* 38. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 151. præsertim si aliqua verba universalia essent otiosa. Bald. *in L. liberti nu.* 34. *C. de oper. libert.* Ruin. *conf.* 79. *num.* 8. *lib.* 2. Surd. *conf.* 112. *nu.* 18. & 19. Bich. *l. c. num.* 7. quamvis verba *pleno jure* simpliciter prolata importent proprietatem cum usufructu. Dec. *conf.* 468. *num.* 10. Surd. *de alim. tit.* 2. *quæst.* 15. *nu.* 10. Jas. & Alciat. *in L. si ita stipulatus.* §. *Titius. ff. de V. O. DD. in cap. conquestus. de foro comp.* Tiraquel. *in L. si numquam in fi. C. de revoc. donat.* Tamen in testamento, cum testator lucrum relinquit Uxori pleno jure, intelligi debet de usufructu tantum, si testator reliquit filios, secus si caruit, quia tunc verba pleno jure importatent, & proprietatem, & usumfructum, ex præsumpta stipulantium, quod voluerint disponere secundum Leges. Gratian. *disc. for. cap.* 46. *nu.* 9.

Verba universalia declarantur ab aliis verbis subsequentibus specifice, & distincte loquentibus. *L. quæstum.* §. *Mævia. ff. de leg.* 3. ubi Bart. *in fi.* & *in L. generali.* §. *uxori. n.* 1. *ff. de usufr. leg.* Ruin. *conf.* 78. *nu.* 4. *verf. præterea lib.* 1. Oldrad. *conf.* 8. *nu.* 2. Rota *dec.* 428. *n.* 16. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 295. *nu.* 1. 65

Verba universalia, & geminata statuti majorem vim habent, & comprehendunt etiam ea, quæ alias non comprehenderentur. Dec. *conf.* 386. *nu.* 8. Gabr. *conf.* 20. *n.* 18. *lib.* 2. Rota *dec.* 93. *nu.* 8. impressa apud Zachiam *de oblig. caner.* Bich. *dec.* 634. *num.* 16. & non debent esse otiosa, quamvis versemur in statutis odiosis. Paser. *conf.* 189. *nu.* 3. Bellon. jun. *conf.* 74. *n.* 23. Gratian. *disc. for. cap.* 685. *num.* 10. Bich. *dec. cit. nu.* 20. 66

VERGENTIA & VERSIO.

Praxis Vergentiæ, & Versionis.

Vergentia viri ad inopiam ut probetur, major requiritur probatio ex parte mulieris contra creditores viri, quam cum agitur contra virum; Gratian. *disc. for. cap.* 389. *num.* 10. & 872. *num.* 20. & 21. apud Bich. *dec.* 550. *num.* 2. quod tamen in meo Codice non invenio, sed tantum *cap.* 941. *num.* 1. & 2. an possit impedire venditionem bonorum contra creditores pro assecuratione suæ dotis. Capella Tholos. *dec.* 1329. Osasc. *dec.* 135. *nu.* 6. 1

Versio pretii in Ecclesiam præsumitur, si probentur debita Ecclesiæ ejusdem indigentia. Item si pecunia fuit erogata in satisfactionem debiti. Item ex prudentia Prælati. Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 30. *nu.* 37. Item si pecuniæ creditoribus Ecclesiæ statim, vel post modicum tempus fuerunt solutæ. Ludovis. *dec.* 31. *nu.* 3. post Statil. *de salv. interd. dec.* 108. Ferentil. ad Buratt. *dec.* 541. *num.* 10. *in fin.* 2

Versio ex diversitate summæ non excluditur, dum aliis conjecturis probatur. Alex. *conf.* 84. *nu.* 4. *lib.* 1. Gratian. *disc. for. cap.* 897. *nu.* 15. Bich. *dec.* 310. *nu.* 34. 3

Versio pecuniarum in causam dotis debet probari a Creditore. Cenc. *de censib. quæst.* 19. *num.* 33. Fusar. *de substit. quæst.* 531. *num.* 175. Rota apud Bich. *l. c. num.* 28. Seraph. *dec.* 1093. *nu.* 1. Buratt. *decis.* 920. *n.* 4. & ex quibus probetur, vide eundem. Bich. *num.* 29. & *dec.* 366. *num.* 20. & 21. 4

Versio pecuniarum a filiosam. acceptarum in emptione mercium probatur ex partitis extractis ex libris mercatorum, quibus plena fides adhibetur concurrentibus verisimilitudine, & aliis conjecturis. Cyriac. *controv.* 387. *num.* 48. & 49. Surd. *de alim. tit.* 4. *quæst.* 18. *num.* 9. & *quæst.* 29. *num.* 7. Merlin. *dec.* 5. *num.* 3. Bich. *dec.* 568. *num.* 18. & 19. & ad hanc probationem multum confert vicinitas actuum videlicet temporis, Summæ, & personarum, quibus solutæ fuerunt. Menoch. *de arbit. cas.* 432. *num.* 38. & *de præs. lib.* 3. *præs.* 55. *num.* 8. Gratian. *loc. cit. num.* 11. Rota apud Bich. *l. c. n.* 20. 5

Versio pecuniarum in utilitatem Monasterii est concludenter probanda, quando Abbas absque consensu Monasterii mutuum accepit. Bich. *dec.* 599. *nu.* 5. Castr. *conf.* 337. *sub num.* 2. *verf. adhuc respondeo.* & *verf. nec obstat. lib.* 1. Calderin. *conf.* 7. *de prob.* neque sufficit confessio Abbatis, quia sicut ille non potest nocere Ecclesiæ contrahendo, ita nec confitendo. Bald. *in auth. hoc jus porrectum. nu.* 32. *C. de SS. Eccles.* Rebuf. *in cap.* 1. *de rebus Eccles. non alien. in* 6. Abb. *conf.* 87. *lib.* 1. Ang. *conf.* 245. *num.* 3. Castr. *conf.* 337. *sub. nu.* 9. *verf. licet igitur.* Feder. de Sen. *conf.* 143. *nu.* 2. Ursill. ad Afflict. *dec.* 168. *num.* 2. Rota apud Penniam *dec.* 555. *nu.* 8. & *dec.* 713. *num.* 3. *par.* 4. *divers.* 6

Versio pecuniarum probanda est, ad hoc ut minor, qui pecunias recepit, illas restituere teneatur, quod nimirum in illius utilitatem versæ fuerint. Socin. *conf.* 115. *num.* 13. *lib.* 1. Rota *in Romana Salviani.* 27. *Jan.* 1640. apud Bich. *dec.* 229. 30. & 31. & probatur *ex L. verum.* 12. §. *Item. quæritur. ff. de minor.* adeo ut si minor minori pecuniam dedit, & ille perdidit, melior sit causa illius, qui accepit, & dilapidavit, ac perdidit. *L. si minor.* 35. *ff. de minor.* Peregr. *conf.* 77. *num.* 39. *lib.* 1. Marc. Ant. de Amat. *dec. March.* 77. *num.* 9. Bich. *l. c.* 7

Versio pecuniarum censualium in causam dotis probari 8

bari potest conjecturis. Bald. *cons.* 125. *num.* 2. *vers. Item si esset. lib.* 5. Castr. *cons.* 337. *num.* 2. *vers. si vero lib.* 1. Menoch. *cons.* 375. *num.* 12. Duran. *dec.* 256. *num.* 6. §. *penult.* Bich. *dec.* 366. *num.* 20.

9 Emptor rei fideicommissariæ tenetur esse solicitus de versione, si Pontifex in derogatione fideicommissi mandavit pretium reinvestiri. Bart. *in L. doli. nu.* 7. *ff. de novat.* Giurb. *dec.* 79. *n.* 1. Manen. *de.* 31. *num.* 27. Rota *dec.* 131. *num.* 6. *par.* 7. *recent. & in Bonon. fideicommissi de Rubeis* 4. *Maii* 1641. coram Card. Panzirolo, nisi emptorem Papa liberasset ab onere procurandi investimentorum effectuationem. Rota *in Romana Domus* 16. *Novembris* 1643. *coram Cerro*.

10 Versum in ejus utilitatem dicitur, quod illius creditoribus solutum est. *L. stipulatio ista* §. *si stipuler. & §. si quis insulam & L. liber. homo* §. *fi. ff. de V.O.* Jas. *in d.* §. *si stipuler. num.* 8. Gabr. *de V. O. conclus.* 1. *num.* 62. Mant. *de tacit. lib.* 14. *tit.* 28. *nu.* 4. *&* 5. Bich. *dec.* 637. *num.* 20.

¶ VERITAS.

§. I.

Veritas quid sit, & quid operetur?

1 Veritas † nihil aliud est, nisi quod res ita sit, ut dicitur. Bald. *cons.* 54. *Casus brevis, in pr. num.* 2.
2 *lib.* 1. † Et nihil aliud est veritas, nisi res visu percepta, & per memoriam retenta; & ideo testis, qui dicit verum esse, quod Titius interfecit Mævium, probat sine alia ratione, si non fuit interrogatus. Alex. *cons.* 117. *Viso ac ponderato, num.* 10. *ver. præterea,*
3 *lib.* 7. †. Veritas est quid affirmativum, & ideo funditus prætermissum non potest esse verum. Bald. *cons.*
4 318. *Quando est unum, in pr. lib.* 1. † Vel secundum Philosophum; Veritas est, quando res ita est in objecto, vel in ipsa re, sicut percipitur intellectu; vel Veritas est verum esse, & verum dici. Bald. *cons.* 325. *Materia feudorum, in fin. lib.* 1. & hanc ultimam dicit apost. *ad Alex. cons.* 56. *in pr. ver. veritas, lib.* 4. & hæc secundum essentiam veritatis, ut dicit apost. *ad*
5 *Alexand.* 56. *lib.* 4. *in v. veritas*. † Veritas nihil est aliud, nisi ipsa rerum constantia. Bald. *cons.* 343. *Examinanda sunt, num.* 3. *ver. nam veritas, lib.* 1.
6 † Veritas semper in eodem statu permanet, secus in opinione, vel præsumptione. Bald. *cons.* 89. *Dominus Thomas, num.* 5. *v. tertio præmittendum est, lib.* 1.
7 † Et est adæquatio rei ad intellectum. Alex. *cons.* 56. *num.* 1. *lib.* 4. ubi secundum Philosophum ita diffinit, & ibi apost. *in v. veritas,* dicit quod hæc accommodatur secundum notitiam, non secundum essentiam.
8 † Lex est veritas, quia aliud non est veritas, quam lex, & constantia, quæ est basis justitiæ. Cravett. *cons.* 7. *num.* 27. *ut in Psalm.* 118. *Justitia tua, Justitia in*
9 *æternum, & Lex tua Veritas*. † Est res solidissima, & murus inexpugnabilis, & maxima est vis veritatis, quæ superat omnia. Afflict. *dec.* 255. *num.* 7. ubi, quod
10 post Deum colenda est; quia Deus ipse veritas est. † Pincipium verborum Dei est veritas. *Psalm.* 118. *Principium verborum tuorum veritas, in æternum omnia ju-*
11 *dicia justitiæ tuæ*. † Veritas est virtus, quia quis omni tempore, vel fraude seposita, cum quadam specie libertatis, quod recte sentit, effatur, quæ sæpius examinata magis splendescit in lucem, secundum gl. *in c. cum Joannes heremita, de fid. Inst.* Alex. *cons.* 56. *in pr.*
12 *lib.* 4. † Et est notitia certæ rei maxime per visum, & ille, cui committitur de veritate, debet sequi legem fori, non legem poli. Bald. *in l. justitia, ff. de Just.*
13 *& Jur.* Alex. *cons.* 56. *In præsenti, in pr. lib.* 4. † Veritas est Deus & Dominus noster JESUS CHRISTUS, ut in Evangelio Matthæi. *c.* 26. & Joa. *c.* 14. *Ego sum via, veritas, & vita,* & ideo dicit Abb. *in c. & si Christus, col.* 2. *de Jurejur.* quod Christus interrogatus a Pilato, quid esset veritas, non respon-
14 dit, ne jactaret se ipsum. † Et ideo dicit textus, quod illi, qui pro pecunia dicunt falsum testimonium, dicuntur vendere Christum pro pretio, sicut fecit Judas, quia vendunt veritatem *in c. abiit,* 11. *q.* 3. plene Maran. *in prax. in* 3. *part. nu.* 66. *& seq.* ubi dicit idem de Judice, qui vendit justitiam, vel pro pecunia dat injustam sententiam.

§. II.

Veritas quotuplex?

Triplex † est veritas, secundum Innoc. quem refert Angel. *cons.* 222. *Casus est, in pr.* videlicet justitiæ, vitæ, & disciplinæ, & *cons.* 391. *sub aliis, nu.* 3. *v. hinc descendit.* † Veritas justitiæ, & vitæ non relinquitur propter scandalum, veritas autem disciplinæ secus. Angel. *cons.* 222. *in pr. & cons.* 391. *num.* 3. † Contrarium dicit Alex. *cons.* 56. *In præsenti consultatione, in pr.* quod triplex est veritas, bonæ vitæ, & ista nunquam est omittenda, etiam propter scandalum; secunda Disciplinæ, quæ pertinet ad Prælatum; tertia Justitiæ, & istæ duæ omittuntur propter scandalum, *lib.* 4. ubi apost. dicit, quod imo propter scandalum nulla veritas debeat omitti secundum Theologos. † Magnam vim esse veritatis, quæ contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas hominum insidias facile se per se defendat, inquit Cicer. *in orat. pro Cellio,* tantam enim semper potentiam veritas habuit, ut nullius machinis, aut cujuscunque hominis ingenio, ac arte subverti possit, & licet in causis nullum patronum aut defensorem obtineat; tamen per se ipsam defenditur, idem Cicero *in Vatin.* † *Fore vinum, fortior est Rex, sed & fortiores sunt mulieres, super omnia autem vincit veritas;* inquit Salomon.

1
2
3
4
5

§. III.

Veritas perquirenda, & attendenda.

Veritas † ne pereat, jura semper adjuvant, *ff. de probat. l fin.* per quem text. dicit Castr. *cons.* 143. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. quod in iis, quæ solent fieri in occulto, leges minorem probationem, & qualis haberi potest, requirunt, ne veritas pereat. † Judex potest in omnibus casibus, in quibus contra absentem valide procedit, etiam inducere probationes pro veritate ad favorem absentis, in criminalibus. Bart. *in l.* 4. §. *hoc autem judicium, post. num.* 8. *vers. secundo casu, ff. de dam. infect.* cujus opinionem communem ibi dicit Rip. *nu.* 74. *& seq.* & communem dicit Abb. *in c. bona, post n.* 6. *v. septimum supplet, de postulat.* & magis communem dicit Alex. *in l. filius familias, n.* 5. *ff. qui satisdar. cog.* & indubitatum dicit Aret. *cons.* 146. *col.* 3. *in pr.* Ploт. plene *in cons.* 52. *n.* 13. ubi, quod contumacia rei suppleri debeat præsentia Dei. Bart. plene *q.* 14. *Judex maleficiorum, in v. solutio.* † Extende, quia nedum potest Judex, sed imo tenetur perquirere veritatem, & testes examinare etiam publicatis attestationibus. Aret. *d. cons.* 146. *col.* 3. *in pr.* sequitur Mars. *cons.* 39. *nu.* 10. Bartol. *in extravag. ad reprimendum, in ver. receptionem,* Mars. *in praxi,* §. *secunda, n.* 15. *& seq.* ubi plurima pro veritate inquirenda, & attendenda. † Extende; quia etiam Judex potest absentem innocentem absolvere, maxime in capitalibus Bart. *in dict. extravag. ad reprimendum, in ver. receptionem,* allegat. tex. *in l. properandum,* §. *fin autem ex gestis, C. de Judic.* † Extende, quia imo etiamsi post sententiam, & condemnationem constat judici de innocentia rei condemnati, debet supersederi in executione, & Principi rescribere. Bart. *de extravag. ad reprimendum, ver. receptionem, in ver. receptionem, & in q.* 14. *Judex maleficiorum, in ver. solutio.* Angel. *cons.* 309. † Contrarium tenet Clar. *in* §. *fin. q.* 61. *num.* 4. *ver. sed hæc quidem,* ubi reprobat duobus fundamentis. I Quia contra contumacem non fit publicatio processus, sed fertur sententia diffinitiva. II. Quia contumax habetur pro confesso, ideo non debet Judex aliquid pro eo assumere, alias erraret, & teneretur in syndicatu. † Declara igitur secundum eundem Clar. *d.* §. *fin. q.* 61. *num.* 4. *ver. sed hæc,* quia si delictum habet certum accusatorem, & non supplet Judex, quando ad instantiam solius partis potest procedere, si vero ex officio, etiam parte instante, potest ex officio probationes assumere, sed non post publicationem, nisi ex magna causa, & cessante suspicione subornationis, & hic est primus casus secundum Clar. *d.* §. *fin. q.* 61. *nu.* 4. *v. ego ut verum fateor.* † Secundus casus est, quia aut reus est præsens, & judex pro eo non debet aliquid probare, licet sumendo probationes de-

1
2
3
4
5
6
7
8

debeat veritatem indagare omni studio, & ita servari de consuetudine, dicit Clar. *d.* §. *fin. quæst.* 61. *num.*
9 4. *ver. aut vero.* † Aut reus est absens, & habetur pro confesso, & non auditur ullo modo, sed condemnatur, & fatuus esset Judex, qui probationes assumeret pro contumace, & teneretur in Syndicatu; quia erra-
10 ret valde. Clar. *d.* §. *fin. q.* 61. *nu.* 4. *v. si vero reus est absens.* † Declara tamen, quia si reus vellet ad sui defensionem examinare testes, quando est præsens, non super eisdem capitulis post publicationem, sed super novis, admitti debet, & ita servari attestatur Clar. *d.* §.
11 *fi. quæst.* 61. *num.* 4. *in fin.* † Amplia; quia Judex in civilibus tenetur tueri veritatem, etiam adversus subtilitatem juris, alias non esset minister justitiæ. Castr. *cons.* 193. *In causa, & quæstione, in fin. lib.* 1. plenius *cons.* 381. *Judex est, in pr. lib.* 1. ubi, quod Judex minister Dei est in terris, & debet facere judicium suum cum veritate; quia Deus veritas est, & debet semper juvare veritatem, & ad lucem perducere, & quando de bona fide, & veritate agitur, nimia subti-
12 litas non attenditur. † Extende; quia quando Judex comprehendit veritatem, debet toto posse conari illam defendere, & juvare. *l. fin. in fi. ff. de probatio.* Castr. *cons.* 302. *Ego Paulus, lib.* 2. ubi in causa civili dat votum contra eum, qui negaverat omnia, & fuerat de mendacio, & perjurio convictus, licet de causa non liqueret, quia de calumnia constabat, & dicit, quod in eum transfertur onus probandi, & est votum; quia
13 ita ferret sententiam, si Judex esset. † Et omnem diligentiam debet adhibere Judex in causa civili, ut eruat veritatem. Alex. *cons.* 150. *In causa appellationis, lib.* 6. & iterum *cons.* 122. *Viso processu, in pr. lib.* 2. vide Tusch. *Litt. M. ver. Mendax punitur multis modis pro mendacio. Concl.* 188.

§. IV.

Veritas attendenda est semper.

1 Veritas, † æquitas semper attendi debet, quia ad hoc inventa sunt jura, ut verum a falso, æquum ab iniquo discernatur; *l.* 1. *ff. de Just. & jur.* plura Ant.
2 de Butr. *cons.* 27. *num.* 2. *ver. hæc sunt.* † Veritas attenditur in delictis, maxime cum vera, vel præsumpta delinquentis existimatione concurrens. Dyn. *cons. fin. in fi. ver. item in delictis*, & plene sequitur Jul. Clar. *in praxi*, §. *fin. q.* 33. *nu.* 2. *ver. ratio autem*, ubi, quod Judex ex officio tenetur inquirere veritatem, et-
3 iam pro innocentia rei, ubi de communi. † Et regulare est, quod quomodocunque veritas habeatur, semper attendi, & prævalere debet. *c. fin. in fi de probatio.* Soc. *cons.* 112. *in pr. lib.* 1. plenissime Marsil. *in praxi crimin.* §. *secunda, nu.* 15. *& multis seq.* ubi quod si probatio probata, attendi debet semper, etiam
4 ex processu inordinato. † Et non potest Judex criminalis condemnare reum in contumaciam pro delicto, si sibi constaret de innocentia. Clar. *d.* §. *fin. q.* 32.
5 *nu.* 10. † Et præ cunctis rebus veritas est peramanda, Cardin. Zabar. *cons.* 27. *Orta lite, num.* 2. & uper omnia amari debet veritas. Alex. *cons.* 62. *in pr. lib.*
6 4. † Amplia, quia licet instrumentum contineat depositum factum; si tamen probetur per testes, quod deponens illud asportavit, attenditur veritas, etiam con-
7 tra instrumentum. Paris. *cons.* 54. *num.* 80. *lib.* 1. † Amplia; quia Judex, qui videt sententiam ad cujus executionem egitur, esse nullam, potest ex officio repellere agentem. Fulg. *cons.* 150. *num.* 3. *ver. quarto, roborantur.* Vide Tusch. *Litt. J. ver. Judex ex officio*
8 *&c. Concl.* 395. † Et in judicando judex debet semper habere veritatem præ oculis, & pro viribus illis inhærere. Corn. *cons.* 278. *num.* 10. *lib.* 4. Castr. *cons.* 169. *nu.* 2. *lib.* 2. *& cons.* 380. *Judex est minister, lib.* 1. *cap. ju-*
9 *dicantem*, 30. *q.* 5. † Imo debet eam quantum potest adjuvare, & ad lucem perducere, Cravet. *cons.* 207. *col. fin. c. judicantis* 31. *q.* 5. *l.* 2. *cum ibi not. per Castr. & modern. C. de edend.* sequitur Soc. *cons.* 102. *col.* 2. *v. licet autem, lib.* 1. Corn. *cons.* 33. *Visa copia,*
10 *col.* 4. *lib.* 2. † Et sine veritate bona non potest justitia ministrari. Bald. *in l. eos*, §. *si quid autem, C.*
11 *de appellatio.* † Et Judex ad aliud positus non est, nisi ut veritatem tueatur. Castr. *cons.* 169. *in pr. lib.* 2. ubi, quod toto conatu veritatem defendere debet.

† Et judex debet omnibus modis laborare, ut veritatem 12
quærat, & inveniat; gl. *in authent. de tabellio. in pr.* & illa reperta, debet eam omnino sequi. *l. fin. C. si pig. pignor. datio.* Jas. *in l.* 2. *in ult. notab. C. de edend.* † Judices enim debent esse amatores veritatis, 13
juxta tex. *in l. nemo judex, C. de sent.* Bald. *cons.* 104. *lib.* 2. † Et maxime inter mercatores, & de ne- 14
gotio mercantili; quia simplicem veritatem sequi debet. Aret. *cons.* 9. *Eleganter, col. penult. ver. cum ergo præmissa.* † Et potius veritas est amplectenda per Judicem, 15
quam rigorositas; quia plerumque sub auctoritate stricti juris perniciose erratur. *l. si servum*, §. *si sequitur, ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.* 68. *Viso, & dudum discusso, col.* 2. *ver. sed præmissis, lib.* 2. † Et præ oculis 16
judicantes semper debent habere veritatem. Bald. *cons.* 177. *prope fin. lib.* 3. cum non facile ad culpam deveniant, qui veritatem examinant, & idem repetit. *cons.* 99. *in fin. lib.* 2. † Ratio est; quia veritas est 17
mater justitiæ. Bald. *in l. Libertini, ff. de stat. homin.*
† Declara; quia Judex tenetur, & debet perquirere 18
veritatem etiam in criminalibus, quando utraque pars est præsens in judicio; si vero reus est absens & contumax, non tenetur perquirere innocentiam ejus, etiam pro veritate, imo potius puniri, & ab officio amoveri, si perquireret. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 44. *nu.* 12. *ver. quæro etiam*, ubi, quod accusatore absente absolvere potest reum de jure communi. † Declara tamen, 19
& restringe, dummodo talis veritas colligi possit ex actis, & scripturis coram eo exhibitis, alias si non apparet, non debet curare veritatem non scriptam. Bald. per illum textum; *in l. fidejussores magistratuum, ff. de fidejussor.* Castr. *ibi*, & melius *cons.* 121. *Visa quadam petitione porrecta, col.* 1. *in* 1. *par. in antiq. quod est in nov. cons.* † Et quod si constet de veritate 20
judicis, & de innocentia accusati ex actis, nonobstante contumacia, & quod contumax habeatur pro confesso, judex tamen debeat eum absolvere. Castr. *cons.* 56. *in pr. lib.* 2. secus, inquit, si clare non constet de veritate. † Et Judex videns veritatem non 21
tenetur sequi juris rigorem. Castr. *cons.* 234. *In causa appellationis, col.* 1. *vol.* 2. Et Judex dicitur minister Dei in terris, 25. *q. l. cap. nec is, &c. num. solum*, 23. *q.* 5. & propterea debet judicium proferre, ut de vultu ipsius Dei, qui est via, veritas, & vita. *c. ut nostrum, de appell. cap.* 1. *in pr. ut cleric. benefic.* Castr. *cons.* 381. *in pr. lib.* 2. † Et debet Ju- 22
dex conformare judicium suum cum veritate, *l. fin. in fin. de probatio. l. illicitas*, §. *veritas, ff. de offic. præsid.* Castr. *cons.* 381. *Judex est minister Dei, vol.* 1. † Et veritas semper amplecti per Judicem. Castr. 23
d. cons. 381. *lib.* 1. Alex. *cons.* 183. *col.* 3. *lib.* 6. Socin. *cons.* 102. *col.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 52. *col.* 3. *lib.* 1. Alex. *cons.* 68. *col.* 3. *lib.* 2. text. est *in cap. judicantem*, 30. *q.* 5. † Declara tamen, quia in ap- 24
prehendenda veritate judex debet attendere quod est verisimile. Aret. *cons.* 9. *Eleganter, col. fin. & cons.* 127. *In causa Dominæ Antoniæ, col.* 2. & dicit Bald. *in l. scripturas, col.* 2. *C. de fid. instrum.* quod inspici debet, non id, quod est possibile, sed id quod est verisimile, & adeo potens est verisimilitudo, quod pro lege habetur. Oldr. *cons.* 13. *Cum quæstio, ad fi.* †. Am- 25
plia, quia licet sententia injusta transeat in judicatum, & debeat exequi; tamen Princeps potest & debet, attenta veritate, ordinare, quod videatur, an sit justa. Fulg. *cons.* 195. *in fi.* †. Amplia; quia veritas semper 26
debet attendi, ubi agitur de bono & æquo; tunc demum judex attendit, & tuetur veritatem, si de illa sibi constat, alias secundum acta, & probata. Castr. *cons.* 234. *In causa appellationis, in princ. lib.* 2. †. Am- 27
plia, quia potius est attendenda substantia veritatis, quam falsa assertio; & ideo si habens domum ex vendito propriam, illam dividat tanquam communem, & hæreditariam, sibi non præjudicat, probando veritatem. Anch. *cons.* 291. *Super pluribus, nu.* 4. *& seq.* ubi, quod falsa confessio non nocet docto de veritate. † Aman- 28
da veritas super omnia, *l. cum ita legatum, ff. de condit. & demonstr.* Alex. *cons.* 62. *Serenissimus, in pr. lib.* 4. quod est Franc. Crem. Placentini, ubi quod illam imitari debeamus, *l.* 1. *in fi. C. de lat. libert. tollen.* † Am- 29
plia; quia veritas præfertur præsumptioni. Rol. a Vall. *cons.* 99. *num.* 11. *lib.* 1. † Extende; quia veritas 30
præfertur legum subtilitati, *l. in rebus, C. de Jur. dot.*

31 *dot.* † Et nimia subtilitas subvertit veritatem, *l. si quis heredem, in fin. C. de Inst. & subst.* Dec. *cons.* 666.
32 *Visa copia, circa fin.* † Et errorem committit, qui sequitur rigorositatem juris, ut omittat veritatem, Alex.
33 *in l. si servum*, §. *sequitur, ff. de verb. oblig.* † Amplia; quia veritas rerum erroribus gestarum non vitiatur, *l.* 1. §. *veritas, ff. de offic. Præsid.* Florian. *cons.*
34 15. *num.* 11. † Et ob veritatem retractantur in contra-
35 rium gesta. Florian. *d. cons.* 15. *num.* 12. † Et prævalet veritas sermonibus gestorum, *c. cum inter vos, de*
36 *judic. in fin.* † Et omnia vincit veritas, Florian. *d.*
37 *cons.* 15. *num.* 12. † Amplia, quia, in actu judicandi nil aliud quæritur, quam veritas. *l. illicitas*, §. *veri-*
38 *tas, ff. de offic. proconf.* Flor. *d. cons.* 15. *num.* 10. † Et Judex habet largas habenas ad recuperandam veritatem, & ad revocandum gesta contra eam. Flor. *d. cons.* 15. *num.* 12. & 13. ubi, quod debet conari,
39 quantum potest. † Et comperta veritate, non potest Judex contra eam libera, & secura conscientia aliquid attentare, *c. Abbatem sane, v. sed quid, de re jud.*
40 Flor. *d. cons.* 15. *num.* 14. † Et in judice debent esse duo sales, scientiæ, & veritatis, & absque sale veritatis diabolicum est aliquid attentare. Bald. *in l.* 2. *C.*
41 *de sent.* Flor. *d. cons.* 15. *num.* 15. & *seq.* † Et tam Judex primæ instantiæ, quam Judex appellationis, comperta veritate, non potest omittere, quin sententiam
42 proferat pro veritate, Flor. *d. cons.* 15. *nu.* 19. † Et qualiter judici dicatur constare de veritate, Florin. *d. cons.* 15. *num.* 16. & *seq.* ubi, quod per instrumentum, item per duos testes, vel plures informatos, item per duas semiplenas probationes tendentes ad idem, item
43 per conjecturas, & aliis modis arbitrariis judici. † Amplia, ut etiam veritas inducta a lege, prout res judicata, quæ vere, & cum effectu pro veritate habetur, attendenda est, & prævalet Jo. de An. *cons.* 6. *num.*
44 4. † Amplia; quia veritas, & æquitas attenditur, maxime in causis mercatorum, & ubi agitur de negotiis mercantilibus, Aret. *cons.* 9. *Eleganter, col. pen. v.*
45 *cum ergo præmissa*, Soc. *cons.* 17. *nu.* 4. *lib.* 4. † Amplia; quia veritas probationibus non est restringenda. Innoc. *in c. quoad consultationem, in fin. col.* 1. *de*
46 *re judic.* † Amplia; quia Principi convenit omnino inhærere veritati, & illam attendere. *l.* 1. *C. de lati. libert. toll. l. cum ita legatum, ff. de condit. & demonstr.*
47 † Extende; quia bonus Princeps semper debet committere causam de jure, & sola facti veritate inspecta. Bald. *in c.* 1. *circa fin. de nova forma fidel. collat.* 10. Flor.
48 a S. Petr. *d. cons.* 15. *num.* 7. & 8. † Imo Princeps ipse semper debet judicare secundum veritatem, non obstante, quod solemnitas judiciorum non sit servata.
49 Flor. *d. cons.* 15. *num.* 8. † Amplia; quia solent sapientes inhærere veritati, rejectis subtilitatibus, & cavillationibus quibuscunque; quoniam ubi de veritate constat, de bona fide agi oportet. Flori. *d. cons.* 15.
50 *num.* 9. *in fin. ver. tum etiam.* † Attendi debet veritas facti in omnibus dispositionibus, quando est vestita solemnitate, & privilegio legali, alias secus. Bald. *d. cons.* 317. *in pr. lib.* 1. & *cons.* 283. *Dominus Raynutius, lib.* 3. *in fin.* ubi, quod veritas non condita
51 sale sacratum constitutionum non est attendenda. † Extende, in tantum veritatem non solemnem non attendi, ut licet quis fecerit testamentum coram minori numero testium, & hæres ex alio testamento sciat veritatem secundi testamenti revocatorii primi, tamen ex quo non fuit solemne, potest tuta conscientia possidere hæreditatem, quam scit testatorem alteri voluisse dare.
52 Bald. *cons.* 284. *Factum tale est, in part. lib.* 3. † Extende; quia imo veritas etiam non solemnis attendi debet, quando agitur de bono, & æquo, vel coram arbitratore, & amicabili compositore. Angel. *cons.* 353.
53 *Florentinæ civitatis, per tot.* maxime *nu.* 3. † Veritas attenditur, ubi de ea constat, contra verba; si vero non constat de veritate, attenduntur verba. Angel. *cons.* 222. *in pr.* & *cons.* 391. *num.* 3. ubi, quod veritas semper omnia vincit, & præcipue colenda, & intuenda est. Vide Tusch. *Litt. M. ver. Mens & ratio attendenda plus quam verba*; *Conclus.* 199.

§. V.

Veritas attendenda, maxime in spiritualibus, & foro animæ.

Veritas † attenditur in spiritualibus, & in foro conscientiæ. Vide Tusch. *litt. F. ver. Fictio non habet locum in spiritualibus &c. concl.* 222. † Amplia, quod professio emissa in manibus ejus, qui non habet potestatem recipiendi profitentem, ut quia est excommunicatus, vel suspensus, non obligat. Lap. *alleg.* 47. *In Dei nomine, num.* 5. *circa fin. ver. sed dicta professio,* & *num.* 10. & latius *alleg.* 87. *num.* 3. *v. item. ex quo*, ubi allegat Innoc. & Host. *in c. porrectum, de regul.* ubi loquitur generaliter, quando recipiens non habebat facultatem. † Declara, nisi fuerit per superiorem ratificata, quia valeret. Lap. *ead. alleg.* 87. *nu.* 3. *v. item ex quo*, & *alleg.* 47. *num.* 6. ubi applicat hanc declarationem etiam ad sequentes ampliationes. † Amplia; quia valet matrimonium contractum per eum, qui emisit professionem in religione non approbata, licet ipse crederet esse approbatam. Lap. *d. alleg.* 47. *num.* 6. *v. ubi dicit*, & *alleg.* 87. *num.* 3. *v. facit ad prædicta*, ubi utroque loco dicit idem de eo qui fecit professionem in manibus baratorum, qui non erant de illa regula. † Amplia; quia in foro animæ veritas attenditur, & non admittuntur fictiones, neque præsumptiones. Feder. de Sen. *cons.* 21. *in pr. nu.* 2. *v. praeterea lex, seu forum conscientiæ.* † Amplia; quia veritas præfertur communi opinioni, quando ante finitum negotium fuit declarata, secus e contra. Lap. *alleg.* 90. *nu.* 15. *vers. quando enim.* † Amplia, in casu notabili, quia is qui dedit eleemosynam falso quæstori, credens consequi indulgentiam, illam non consequitur, licet ille crederetur verus quæstor, late Oldr. *cons.* 76. *Quæritur de illo*, ubi pro utraque parte multa allegat, & distinguit, veritatem attendit, licet ille, qui contulit eleemosynam, quoad Deum habeat meritum. † Amplia, quia in beneficialibus attenditur veritas, ne per fraudem, aut dolum quis obtineat dignitates Ecclesiasticas. Gem. *cons.* 55. *num.* 2. *in fin. v. vult etiam tex.* quod intelligit ad effectum cognitionis judicialis. † Amplia, quia is qui percutit eum, qui reputatur communiter clericus, & tanquam talis indutus intervenit cum aliis, non incidit in canonem, quamvis ipse percutiens crediderit se percutere Clericum, & crediderit se illaqueatum, si appareat ipsum reveta non esse clericum. Fed. de Sen. *cons.* 13. *Clericum percutiens*, quia attenditur veritas, licet dicat istum debere puniri, ac si clericum percussisset, propter contemptum, sed quod ipso jure non incidat pœnas a jure statutas, propter veritatem contrariam. † In contrarium facit, quia percutiens vere clericum, quem percutiens credidit probabiliter esse laicum, ut quia non incedebat in habitu; non tamen incidit in canonem propter veritatem, ut per Lap. qui ponit alia exempla. *alleg.* 90. *num.* 10. *v. ad istam rationem.* † Distingue judicio meo, quoniam nunquam lex facit aliquem incurrere pœnam contra veritatem, quia lex non se extendit, ut ipso jure ligetur; quia deficit intentio, & dispositio legis, quæ solos clericos tutari voluit, item propter veritatem occultam pariter non facit incurrere, quia esset illaqueare animas; ratio est, quia sumus favorabiliores ad absolvendum, quam ad condemnandum, quando vero reperitur, quod quis incurrit pœnam, vel punitur, licet vere non deliquerit, dicas, vel esse quoad Deum, penes quem attenditur animus; vel quoad mundum, quando veritas nondum est detecta, & sub hac distinctione credit Tuschus cadere omnia exempla. † Contraria alia, quæ allegat Lap. *d. alleg.* 90. *num.* 10. & *seq.* videlicet, quia bigamus judicatur, qui vere non est, propter affectum, quem habet, seu propter intentionem, sunt de specie ultima quoad Deum, vel quando veritas non est detecta, & idem de collatione beneficii ab eo, qui non erat, sed reputabatur Prælatus. † Alia, quod quis non committit adulterium, licet vere committat, quia credidit habere rem cum uxore & habuit cum alia. 33. *q.* 2. *c. in lectum*, cadunt sub prima distinctione; quia propter veritatem occultam esset illaqueare animas. Vide Tusch. *litt. A ver. Animus & intentio attenditur. concl.* 334. Restringe justicio Tuschi

Tuschi plures casus, ex quibus haec materiae satis con-
14 troversa erit clara. † I. Casus est, qui quoad Deum,
& circa Sacramenta, & alia, quae conferuntur pro sa-
lute animae, semper attenditur veritas, quia dans non
fallitur, nec in Sacramentis potest esse error, & ideo
si quis quantumcunque in occulto deliquit, licet quoad
opinionem esset sanctus, & ita appareret; tamen secun-
dum veritatem judicatur, & idem in Sacramentis, quia
quantumcunque quis haberetur pro Sacerdote, si vere
non esset, nunquam conficere & Sacramentum, neque con-
ferret gratiam; quia non potest in eis subesse falsum,
cap. 1. de Summ. Trinit. in fin. Feder. de Sen. *cons.*
15 13. *col. fin. sub num. 5. vers. alias sequeretur.* † De-
clara, hunc primum casum quoad Deum, ut veritas at-
tendatur, non secundum corticem verborum in omni-
bus, sed secundum intentionem, & corda hominum,
quia is qui facit id, quod est licitum, & non pecca-
tum, sed contra conscientiam; quia credit esse pecca-
tum, punitur secundum veritatem nod nudi facti, sed
qualitatum, & circumstantiarum facti ab animo facien-
tis; *cap. per tuas, de simon.* plura ponit Feder. *cons.*
13. *in pr.* Oldr. *cons.* 76. *num.* 4. *ver. non obstat, quod*
16 *dicitur.* † Declara quoad Secramentorum confectio-
nem, ut uno casu tantum possint confici ab eo, qui
secundum veritatem non haberet facultatem, quam ta-
men retinet propter opinionem, ut in presbytero, vel
Episcopo occulte excommunicato, suspenso, vel etiam
haeretico; qui licet apud Deum, & quoad se sit pri-
vatus omni potestate, tamen donec sciatur, non rece-
dit ab eo potestas quoad recipientes Sacramenta bona
fide; quia propter intentionem fidelium probabilem,
& quia funditus non caret potestate, recte & valide
confert Sacramenta; secus, si nunquam habuisset au-
ctoritatem; quia intentio quaevis non facit, ut confe-
rat, vel conficiat. Ratio est, quia facilior est reten-
tio, & quia ita demum recedit potestas, quando pu-
blice est declaratus, & notus est, non ante. *cap. 1. de
schismat.* Jo. Andr. & alii *in cap. nihil, de elect.* &
17 tenet Lap. *alleg.* 90. *nu.* 12. † Bene verum est, quod
fideles, qui bona fide reciperent Sacramenta, & alia
ab eo, qui etiam funditus caret potestate, & a falso
Sacerdote, licet non recipiant gratiam sacramentalem,
tamen merentur apud Deum, qui secundum intentio-
nem facientis facit opus meritorium vel demeritorium,
ut per Oldr. *cons.* 76. qui loquitur, ut supra, de eo
qui contulit eleemosynam falso quaestori, ut conseque-
retur indulgentiam, quia licet indulgentiam nullo mo-
do consequatur, tamen pro opere meritorio retributio-
18 nem consequitur. † II. Casus est circa jurisdictiona-
lia spiritualium conferendorum, vel circa ligamen ani-
marum, & in iis attenditur potius communis opinio,
quam veritas occulta, tam quoad Deum, quam quoad
homines, quantum ad potestatem jurisdictionalem li-
gandi, & solvendi, dummodo adsit spiritualis potestas
clavium; exemplum, duo sunt parochiani, ambo sunt
ordinati, & habent titulum Ecclesiae ab eo, qui dare
potest, videlicet coloratum is, qui possidet, & com-
muni opinione reputatur esse parochianus, potest excom-
municare, & animas ligare, & solvere, & quoad Deum,
& homines, etiamsi postea contingat declarari, eum
non fuisse canonice institutum; quia quicquid fecit,
antequam veritas esset detecta, valet, & attenditur; quia
possessio attenditur circa jurisdictionalia, *c. consultatio-
nibus, de jure patr.* ideo valet collatio, & institutio
facta ab eo, qui est in possessione cum titulo, licet
non sit verus titularis. Lap. *alleg.* 79. *num.* 6. *ver. ad
secundum*, nam possessio cum bona fide facit veritatem
in istis, donec veritas sit declarata. Lap. *alleg.* 90. *nu.*
15. *ver. quando enim*, ubi, quod non retractantur fa-
cta a possessore, licet appareat post factum consumma-
tum, quod non erat talis, quod declara juncto *cons.
Feder.* 13. *num.* 3. *in fin. ver. cura.* qui videtur velle
19 contra, sed solve, ut ibi posuit Tusch. † Huic casui
possunt adscribi multa exempla spiritualia, & tempora-
lia; quia valet electio, & praesentatio ad beneficium,
facta a non habente jus, secundum veritatem, sed se-
cundum possessionem, & communem opinionem, sic
Lap. *alleg.* 79. *num.* 6. *& alleg.* 90. *num.* 8. *ver. ve-*
20 *nio ad secundum.* † Judex valide excommunicat, licet
sit appellatum ad Papam, si appellatio non est nota,
c. si duob. de appell. & alia multa, quae ponuntur *in*
21 *l. Barbarius, ff. de off. Praet.* †. III. Casus in poena-
libus, ut quis vigore certae constitutionis incurrat ex-
communicationem, vel peccatum mortale, faciendo
aliquod factum qualificatum, ut puta percutiendo cleri-
cum, *ut in cap. si quis suadente diabolo*, 17. *quaest.* 4.
& quoad homines attenditur veritas conjuncta cum in-
tentione gerentis factum prohibitum ad hoc, ut incur-
ratur poena, & unum sine alio non sufficit, quod so-
la veritas non sufficiat, patet; quia percutiens cleri-
cum, quem probabiliter credidit laicum fore, non
incidit in poenam canonis, Lap. *alleg.* 90. *num.* 10.
allegat *cap. si vero, de senten. excom.* simile de eo,
qui contraxit vere adulterium, quia si credidit habere
rem cum uxore, non incurrit poenam *cap. in lectum*,
33. *quaest.* 2. & multa similia possent adduci. † Quod 22
sola intentio non sufficiat, patet; quia percutiens in-
dutum vestibus clericalibus, & qui reputabatur cleri-
cus communi opinione, imo quem pro tali tenebat
ipse percutiens, si tamen vere non erat Clericus, non
incurrit in canonem, licet debeat puniri ab homine
acrius propter contemptum. Feder. de Sen. *cons.* 13.
Clericus percutiens, per tot. maxime *sub num.* 3. *ver.
e contra*, ubi ponit diversa exempla. † Declara tamen, 23
ut quoad Deum intentio peccandi sufficiat, & incur-
rat peccatum ex sola intentione, licet non incurrat poe-
nam constitutionis, etiam spiritualem. Feder. de Sen.
d. cons. 13. *num.* 4. *ver. & primo non obstant.* † IV. 24
Casus est, quando aliquid fieri taliter prohibetur, ut
factum habeatur pro infecto; quia factum ipsum pro
infecto redditum attenditur, etiam in spiritualibus,
& sic sola intentio cum facto reprobato plus attendi-
tur, quam veritas, *cap. nuper, & cap. fin. de bigam.*
ubi existens in sacris, qui de facto contrahit cum vi-
dua, vere bigamus est, quia matrimonium non valuit,
& bigamia non potuit contrahi; & tamen ut bigamus
vere punitur, licet vere bigamum non esse constet, &
hoc propter affectum animi cum opere subsequuto, ut
inquit text. † In foro dicas, quod in iis quae depen- 25
dent a solo animo, opinio praefertur veritati; in iis ve-
ro quae dependent ab alio, quam ab animo, veritas
praefertur opinioni. Bart. *in l.* 2. §. *si sub conditione,
ff. pro emptore.* † Extende, quia ex vehementi opinio- 26
ne ejus, quod non potest apparere, substinetur transmis-
sio, & aditio haereditatis, quando veritas subsequuta
est conformis communi opinioni haeredis. Anch. *cons.*
354. *Quidam Antonius*, *num.* 5. ubi dicit Bald. ex-
clamare de hac conclusione, quia potest servire ad mul-
ta. † Limita, quando communis reputatio esset, quod 27
superior posset recipere professionem, vel si erat im-
peditus vere, quia excommunicatus, haereticus, vel si-
moniacus, hoc erat occultum; quia valet collatio Sa-
cramentorum & beneficiorum, & omnia quae sunt,
vel competunt ratione jurisdictionis. Lap. *alleg.* 90.
In Dei nomine, *num.* 8. *v. venio ad secundum*, *&
multis sequentibus*; Ubi multa exempla maxime *num.*
12. † Concilia hanc contrarietatem, quod professio 28
emissa in manibus baratatorum, vel in Religione non
approbata, non valeat, etiamsi profitens crediderit va-
lere. Lap. *alleg.* 47. *num.* 6. *& alleg.* 87. *num.* 3. &
e contra, quod Sacramenta collata ab haeretico occul-
to valeant, ut *alleg.* 90. *num.* 12. quia primum proce-
dit, ex quo nunquam adfuit approbatio; secundum,
quia adfuit, & de recessu auctoritatis ignotum est, &
occultum; unde non est mirum, quia primo casu ra-
dicitus deficit potestas, hic vero per modum privatio-
nis occultae vide §. *prox. seq.* † Limita; quia veritas 29
non attenditur etiam in foro animae, quando non est
solemnis, ideo testamentum revocans primum solemne,
non nocet haeredi instituto in primo, quando revoca-
tio non fuit solemnis, neque sufficiens; licet haeres
sciat veritatem, quod haeres voluit alium haeredem fac-
re. Bald. *cons.* 284. *in pr. lib.* 3. ubi, quod lex huma-
na tuetur etiam in foro conscientiae, quando actus cor-
ruit; quia non fuit observata solemnitas legis. † Limi- 30
ta, quia ubi agitur de delicto, vel poena, & contra-
dicunt sibi veritas, & opinio facientis actum, semper
praefertur veritas, vel opinio, quae excludit delictum.
Alex. *cons.* 129. *Pulchre*, *num.* 7. *v. item, aut veri-
tas, lib.* 4. ubi plenissime declarat. † Restringit duobus 31
casibus; primus est quando concurrunt veritas, & opi-
nio ad delictum; item in casu *l. si quis sensu*, *C. de
furt.* Alex. *d. cons.* 129. 7. *lib.* 4. † Declara tamen quando 32
se habent, ut excedentia, & excessa. Alex. *d. cons.*

129. nu. 7. lib. 4. Vide Tusch. litt. D. ver. *Delictum non præsumitur, &c. Concl.* 165.

§. VI.

Veritas contra opinionem, & mentem attenditur in multis, & quando?

1 Veritas † attenditur in multis contra mentem gerentis actum, quando mens & intentio generalis gerendi actum concurrit, licet mens, & intentio specialis repugnet, si ejusdem loco succedit veritas admittens a-
2 ctum; ut per exempla sequentia. † Commodavi personæ liberæ, quæ mihi bona fide serviebat, ea mente, quod esset servus, ipse mihi obligatur; quia mens generalis concurrit ad commodatum, mens errata, quia credo servum, impediret obligationem, si servus esset, sed veritas coadjuvat contra mentem meam, quia revera est liber, *l. si is, qui commodatum*, §. *fin. ff. commod.* ubi gl. videtur requirere, ut procedat, si ille pro servo habitus sciebat sese liberum, ut ibi dicit text. nam plerunque accidit, ut extra id, quod agitur, obli-
3 gatio nascatur. † Amplia idem, si eum constitui procuratorem tanquam servum, quia obligatur, actione mandati, cum sit liber, *l. si procuratorem*, §. *si liber*
4 *homo*, *ff. mandat.* † Amplia in impuberibus proximis pubertati, qui si contrahunt matrimonium ea intentione contrahendo de præsenti, non de futuro, quia non valet; tamen extra mentem censentur sponsalia contraxisse, *c. unico*, §. *idem quoque*, *de desponsatio. impu-*
5 *ber. lib.* 6. † amplia, quia stante consuetudine locali Parisiis, quod uxor habeat medietatem bonorum viri, si maritus leget medietatem omnium bonorum suorum uxori, ex causa consuetudinis non venient bona extra locum consuetudinis; quia licet testator habuerit mentem, quod venirent, credens consuetudinem extendi, quæ non extenditur, ex quo movetur ex falsa causa, principaliter non extenditur dispositio; quia veritas, & non opinio errata attenditur. Anch. *cons.* 163. *Visis, & diligenter, in fi.* vide §. *prox. præcedentem*.

§. VII.

Veritas non apparens, quæ debet apparere, vitiat actum, licet sit veritas occulta, & quando secus?

1 Veritas † rei non apparens, licet possit apparere, non tollit nullitatem actus, quando id, quod non apparet, fuit positum sub conditione, quod deberet apparere, quia si conditio, & forma non fuit impleta, actus redditur nullus. Bald. *cons.* 402. *Colligamus statutum*, *num.* 5. *ver. sed aliud*, *lib.* 1. ubi, quod non
2 sufficit veritas sine probatione hoc casu. † Amplia, quia Judex delegatus, si ferat sententiam, antequam, litteræ suæ delegationis sint firmatæ, citata parte, ex quo ante non dicitur apparere de jurisdictione, licet possit apparere; tamen sententia est nulla. Bald. *cons.* 361. *Quia*
3 *judicialiter*, *lib.* 3. † Amplia in citatione, & relatione ad sententiam, quia licet revera is, contra quem fuit lata sententia, tempore sententiæ esset citatus, quia tamen non apparebat tempore sententiæ, sententia est nulla; quia nisi constet judici de contumacia citati, non potest sententiare. Bald. *cons.* 361. *circa fin. ver.*
4 *præterea judici non constitit*, *lib.* 3. † Amplia; quia ea, quæ sunt de substantia actus, & super quibus actus fundatur, semper debent constare ex actis, veluti in primo decreto, quod interponitur solum propter contumaciam, & contra contumacem, quia si contumacia non est probata ex actis ipsi judici tempore primi decreti, ipsum primum decretum est nullum, nec sufficit quod veritas esset talis, quando non apparebat. Bald. *cons.* 259. *Viso dicto puncto*, *in pr. v. tertium*
5 *principale*, *lib.* 3. † Extende in decreto adjudicationis rei minoris pro legato solvendo, quia si non constitit de legato ante adjudicationem, licet sit verum, erit nulla adjudicatio. Rom. *cons.* 321. *num.* 3.
6 † Amplia, quia veritas non apparens, non est curanda. Bald. & ibi Castr. *In l. fidejussores magistra-*
7 *tuum*, *ff. de fidejussorib.* † Contrarium tenet Rot. Rom. *in antiq. decis.* 19. *tit. de procur.* alia 248. ubi, quod valeat excommunicatio lata ad instantiam procuratoris; qui licet esset procurator, non tamen constabat de suo mandato, & quæ ibi latissime cumulavit Tuschus. † Limita, quia licet secundum decretum 8
sit nullum interpositum contra Titium hæredem, si non constabat ex actis, quod esset hæres, tanquam fundatum ex falsa causa; tamen quando non fuit allegatum, neque negatum, quod esset hæres, si veritas potest ostendi, quod sit hæres, tunc actus, & secundum decretum valet. Bald. *cons.* 259. *post med. v. & dicendum est*, *lib.* 3. † Limita; quia si quis excommunica- 9
tur ad instantiam procuratoris Titii, de cujus mandato non appareat; valet excommunicatio, si revera erat procurator, & postea potest apparere. Rot. *in antiq. decis.* 19. *de procur.* alias 242. ubi multas extensiones, & restrictiones reportavit Tuschus. † Limita in 10
delatione, vel translatione, aut aditione hæreditatis, quia ex vehementi opinione defertur, transmittitur, & adiri potest, quando veritas concurrit cum opinione, licet non appareat. Anch. *cons.* 354. *Quidam ant. nu.* 5. ubi dicit posse servire ad multa. † Limita in exe- 11
quutore, vel Judice, qui non potest sine collega procedere; quia si procedit sine eo, ignorans collegam impeditum, qui revera erat impeditus, detecta veritate impedimenti valebit actus, quando credidit ita fuisse verum. Feder. de Sen. *cons.* 259. *circa med. v. item in dubio.* † Limita, quia ubi agitur, quod quis da- 12
mnum sentiat ex ignorantia actus gesti, quem si scivisset, damnum non pateretur, semper attenditur veritas, non autem ignorantia. Alex. *cons.* 36. *Viso themate, in fin. lib* 4. ubi, quod is, qui tenetur solvere gabellam infra mensem a die adjudicationis sub pœna nullitatis, vel alia pœna, si non solvit, & velit allegare excusationem, quia fuit appellatum ab adjudicatione, non potest sibi replicari, non relevat appellatio; quia ignorabat esse appellatum, quia attenditur veritas.

§. VIII.

Veritatis defensio facilis, impugnatio veritatis laboriosa.

Veritatis † indagatio non laboriosa, quando pro 1
veritate qui stat, sed pro impugnatione veritatis cum labore, & languore trahunt argumenta. Feder. de Sen. *cons.* 254. *in pr.* † Et quanto magis agitatur, 2
tanto magis invalescit, & splendet. Spec. *tit. de advocat.* §. 3. *v. porro*, & ita etiam Franc. Curt. Jun. *cons.* 116. *in pr.* † Et veritas in paucis consistit secun- 3
dum Philosophum, ut per Curt. Jun. *cons.* 298. *num.* 7. *& cons.* 329. *num.* 4. † Et veritas est finis omnis 4
scientiæ. *Arist.* 1. *metaphys. l. apud Julianum ff. de fideicomm. libert.* ¶

VIA & VIATICUM.

Praxis Viarum, & Viatici.

Via dicitur libera, licet habeat aliquod rastrum, 1
amovibile, vel aperibile. Menoch. *cons.* 449. *nu.* 15. Ciarlin. *controv. for. cap.* 90. *nu.* 13.

Via vicinalis dicitur, quæ vicinorum propria est, 2
& ex propriis eorum prædiis ædificata exit ad prædia vicinorum, & per quam pater accessus vicinis, & non aliis. *L.* 1. *ff. ne quid in loco publ.* Tusc. *litt. V. concl.* 179. Ciarlin. *l. c. nu.* 16.

Via publica est de regalibus. *cap. un. quæ sunt re-* 3
galia. Costa *de port. ratæ. quæst.* 15. Mastrill. *de magistratu. lib.* 3. *cap.* 10. Borell. *de Reg. Cathol. præstantia cap.* 6. Sixtinus *de regal. lib.* 2. *cap.* 2. Tranchedin. *consult.* 83. Capon. *disc. for.* 171. & est, quæ tendit de Villa ad Villam, vel quæ incipit in publico, & terminat in publico. Cæpolla *de servit. cap.* 3. Capon. *l. c.* Pajatel. *exped. & annot.* 67.

Viarum refectio spectat ad usufructuarium, non ad 4
proprietarium. Cyriac. *controv.* 125. *a n.* 6. & quamvis sint publicæ, illarum refectio spectat ad vicinos pro rata fundorum, vel domorum rusticarum. Cæpolla *de servit. rustic. præd. cap.* 3. Costa. *de port. ratæ. quæst.* 15. & si via est privata, eadem est conclusio, si est communis. Costa *l. c. num.* 8. Pajat. *exped. & annot.* 67. apud quem vide *viarum materiam*.

Via-

5 Viaticum tempore pestis an possit ministrari mediante instrumento, est controversum. Negant Diana *par.* 5. *tract.* 3. *res.* 50. affirmant Possevinus, Marchantius, & alii apud eundem. *l. c.* apud quos vide diversos modos. An possit dari sub specie vini, id est, sanguis, si infirmus non possit deglutire, vide *moriturus*, *vel Infirmus*.

6 Est etiam concedendum illi infirmo, qui in amentiam incidit, si constiterit, quod prius confessionem desiderarit, & signa contritionis dederit, etiam sine illis, quamvis non petierit etiam tacite. S. Tho. *in* 3. *par. quæst.* 88. *art.* 9. & probatur *ex cap. cum recedi-tur.* 26. *quæst.* Diana *loc. cit. res.* 78. Lim. si clare constat, quod sit in peccato mortali, aut est probabile periculum irreverentiæ.

VICARIUS.

Praxis Vicariæ, & Vicariorum in parochialibus.

1 Vicarius temporalis potest constitui in Beneficio. 1. cum quis legitime plures possidet Ecclesias. 2. ob negotia, & occupationes. 3. ob peregrinationem ad pia loca. 4. ob ægritudinem, aut justam absentiam. Item dum Parochus fit Religiosus, & est in Novitiatu. Ita Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 52. *& seqq.* talis non dicitur habere Curam animarum, sed is, cujus est Vicarius. Rota apud Merlin. *dec.* 8. & Tranchedin. *consult.* 99.

2 Vicarius perpetuus non potest deputari ab Episcopo in Parochiali unita, sed ab eo, cujus est Beneficium, qui tamen ab Ordinario examinari debet. *cap. ad hæc de off. Vicar. cap. extirpandæ.* ubi Abb. *de præben.* S. Congreg. apud Gallemart in Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 7. *num.* 5. Bich. *dec.* 661. *num.* 9.

3 Vicarius perpetuus non potest deputari ab Episcopo, cum a tempore immemoriali facta fuit unio, & ex tunc constat, Vicarios fuisse amovibiles scientibus, & consentientibus Ordinariis. Item cum unio facta fuit per viam pacti, & concordiæ a Sede Apostolica approbatæ. Item cum unio fuit facta Monasterio Mendicantium, vel Monachorum ob aliquem motum proprium. Item cum pro bono pacis ita expedit. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 6.

4 Vicarius perpetuus an sit constituendus in Parochiis, relinquitur arbitrio Episcopi, & temporalis potest ab eodem perpetuari, erecta tamen prius Vicaria perpetua in titulum, aliter non potest. Barb. *l. c.* Et quando Parochia est unita pleno jure quoad Curam animarum Regularibus, ita ut Cura animarum in habitu resideat apud Prælatum, Vicarius illius exercitio potest esse temporalis. gl. *in Clem. un. de excess. prælat.* & ut decidit Rota *in una Hispalen. juris amovendi Curatos.* 21. *Jan.* 1641. §. *& quod animarum. coram Peutinghero* & *dec.* 85. *coram eod.* & *in recent.* 116. *num.* 19. *par.* 9. præsertim attenta facultate deputandi promiscue sæcularem, & modo Regularem, est certum, quod sit ad nutum amovibilis juxta *cap. cum ad monasterium.* 6. §. *tales de statu Monach.* Constitutio Pii V. 45. §. 5. ergo idem judicandum venit de sæculari, quia eam Vicaria diverso jure judicari non debet, præsertim attenta Rota, quæ decidit, quod in Parochialibus unitis Regularibus Vicarius indistincte debeat esse amovibilis *in Salaman. Vicariæ* 15. *Martii* 1596. *coram Blancheto* apud Garz. *de Benef. par.* 1. *cap.* 12. *nu.* 94. *vers. cui facultati*, præsertim si concurrit observantia. Et consuetudo non amovendi, quamvis diuturna non attenditur, quia amotio est facultativa, sicut etiam in Beneficiis manualibus sæpe Vicarii non amoventur. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gl.* 1. §. 6. *num.* 35. Rota *dec.* 739. *nu.* 5. *par.* 1. *divers. & dec.* 245. *nu.* 17. *par.* 6. *recent. & coram Cerro dec.* 886. Neque potest dici, quod Constitutio Pii V. fuerit revocata a Greg. XIII. quia quamvis hoc sit verum, tamen postmodum fuit ab eodem revalidata, ut patet ex decreto ejusdem jussu a S. Congreg. promulgato, quod videri potest apud Garz. *de Benef. par.* 11. *cap.* 2. *num.* 13. & testatur Gonzal. *ad reg.* 8. Canc. gl. 5. §. 3. *num.* 79. plura videri possunt apud Petrum Pacianum *alleg.* 20. *per totam.*

5 Vicarius perpetuus dicitur obtinere Beneficium Ecclesiasticum ratione Vicariæ, quia hæc habet omnia requisita ad Beneficium Ecclesiasticum. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. Tranchedin. *consult.* 99. Pyrrhus Corrad. *in praxi Benef. lib.* 3. *cap.* 19. & est conferenda per concursum. vide *Concursus*.

Vicarius dicitur habere exercitium Curæ animarum, 6
& Parochus dicitur habere Curam ipsam, & si est perpetuus, non potest removeri, quamvis moriatur Rector principalis sive Parochus, *cap. ad hæc de officio Vicar.* nisi esset consuetudo contraria. Habet fundatam intentionem in decimis. Barb. *l. c.* & principalis non potest se ingerere in Cura animarum spreto Vicario. Tranchedin. *l. c.* Barb. *de off. Parochi cap.* 1. ubi Rota Ancharan. Abb. & alii.

Vicario perpetuo secundum declarationem S Con- 7
greg. apud Barb. *l. c.* debetur congrua non major centum scutis auri de camera computatis omnibus etiam incertis emolumentis, alimentis, & obventionibus; non vero Decimæ.

Vicarius in Beneficio non est deputandus unus ex 8
collitigantibus juxta Flamin. Marchetum *in praxi Vicar. Capitularis par.* 2. *tit.* 23.

Vicaria, quod sit unita mensæ Episcopali, aut alicui 9
dignitati, probatur ex provisionibus de ea tanquam unita factis, quæ suffraganiur ad evitandam resistentiam Conciliaris decreti irritantis, quid quid sit, an plene probent unionem. Et Bich. *dec.* 620. *num.* 8. *&* 9. & in his Vicariis non est necessarius concursus. Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 193. Conciol. *super reg.* 8. Cancell. gl. 5. §. 7. *num.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 273. *num.* 48. Louher. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 21. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 60. *nu.* 25. *&* 26. Rota *dec.* 323. *num.* 8. *par.* 2. *recent.* Bich. *l. c.*

§. I.

De Vicario Episcopi.

Sicut Episcopus non tenetur sibi constituere Vicarium 10
generalem, sed potest per se ipsum hanc jurisdictionem exercere, si sit idoneus, nisi necessitas aliud postularet, uti dicitur *in cap. quoniam. de off. ordin.* & tenet Rota apud Put. *dec.* 43. Mohedan. *dec.* 4. Riccius *in prax. res.* 494. quamquam contrarium tenuerint Bald. *in L. aliquando. ff. de off. Proconf.* Abb. *in cap. quoniam. de off. ordin.* Ruin. *cons.* 148. Boer. *dec.* 347 Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 20. *nu.* 4. qui tamen non dicit, teneri, sed posse. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 46. *&* 48. Gavant. *in manuali Episcop. verb. Vicarius.* & alii apud Dianam *par.* 10. *trac.* 15. *res.* 31. Zechius *de Vicar. cap.* 23. *fol.* 161. qui volunt posse Episcopum cogi a Metropolitano, præfixo eidem certo termino, & dicto termino elapso posse ab ipso Metropolitano Vicarium creari. Ita semel constitutus potest pro libitu revocari ab eodem Episcopo, juxta gl. *in cap. fin. seu Clem. fin. de procurat. & in Clem. etsi principalis de rescript.* ubi Abb. Anchar. Card. Bertacin. *de Episc. lib.* 4. *par.* 6. *tit. de Vicar.* Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 3. *quæst.* 32. quamvis Episcopus jurasset, non revocare; & dicit gl. *in cap. fin. de procurat. in* 6. quamvis tunc revocans fieret perjurus. Fel. *in cap. ex parte de rescript.* Castr. *cons.* 361. Rebuff. *in praxi Vicar. fol. mihi* 61. quia cum juramentum sit accessorium, induit naturam actus, cui apponitur, juxta *reg. accessorium. De reg. Jur. in* 6. creatio vero Vicarii est revocabilis, quia omnis res, per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, ut patet *ex cap. quoniam de off. deleg. &* probat. Barbat. *in cap. postulasti de rescript.* Calder. *de off. Vicar. cons.* 2.

Hæc autem revocatio potest fieri dupliciter, expres- 11
se, & tacite: expresse cum nominatim removetur. *L. judicium. ff. de Jud.* tacite per constitutionem secundi Vicarii. Rebuff. *l. c. fol. mihi* 62. *num.* 201. Jo. And. *in cap. tua. de off. Vicar.* Gemin. *in cap. licet eod. in* 6. Bertachin. *loc. cit.* Curtius, Pavin. & alii apud Dianam *moral. par.* 10. *trac.* 15. *res.* 24. qui tamen contrarium tenet cum Panorm. *in cap. volentes. de off. legat.* porro sententia Rebuff. procedit dumtaxat, quando ex constitutione secundi Vicarii expresse, vel tacite resultat revocatio prioris Vicarii, & probatur *ex cap. penult. de procurat. in* 6. Præsertim si secundus fuit constitutus propter delictum primi, ratio vero est, quia sicut possunt constitui duo Procuratores in solidum, ita etiam plures Vicarii generales ab eodem.

eodem. Gavant. *in man. Episc. verb. Vicarius*. Rebuff. *loc. cit.*

12 Conclusio vero, quod Vicarius generalis possit ab Episcopo removeri ad libitum ejus. Limit. 1. si Vicarius fuit confirmatus a Papa. DD. *in cap. novit. de Jud.* nam statuta a Pontifice consummata tolli non possunt a statuentibus, nisi in quantum illorum commodum tangunt. DD. *in cap. 1. de V. S. in 6. & in cap. cum accessissent. de constit.* sed Rebuff. existimat contrarium verius, quia confirmatio censetur facta sine præjudicio alicujus *cap. super eodem. de off. deleg.* & censetur confirmatus, quatenus duraverit voolunt as Episcopi. Sed prior opinio videtur probabilior, propter manuum appositionem, & quatenus durat Episcopi confirmatio, Papæ esset superflua, & inutilis.

13 Lim. 2. in Vicario dato a Lege, vel statuto, qualis est Archidiaconus, qui de Jure dicitur Vicarius Episcopi, *cap. 1. & cap. ad hec. de off. Archidiac.* quia tunc Vicariatus inhæret dignitati, quam sequitur, sicut umbra sequitur corpus. Archid. *in cap. perlectis dist. 25.*

14 Quæres, si Vicarius scit privatim se esse ab Episcopo remotum, amittitne jurisdictionem? Dicendum quod non, uti deducitur *ex L. Barbarius ff. de Jure prætor.* & probat Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 30.* Sbroz. *de off. Vicar. lib. 3. quæst. 36.* & alii, quos citat, & sequitur Sperell. *dec. 30.* quæ ampliative etiam procedunt, si Episcopus mortuus fuit in longinquis, & mors communiter ignoratur. Mascard. *de prob. conclus. 648.* Barb. *de pot. Episc. alleg. 54.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 22.* quamvis contrarium practicaverit Sperell. pro majore cautela.

§. II.

Quamdiu duret Vicarius?

15 Cum Vicarius sit creandus ab Episcopo ad suum beneplacitum, ut facit Papa juxta *cap. gratiose de rescript. in 6.* ejusdem authoritas tamdiu durat, quamdiu non fuerit ab Episcopo revocatus, aut donec Episcopus fuerit mortuus, juxta *L. 4. ff. locati*, aut fuerit amotus ab Episcopatu. Noal. *de transmis. cas. 54.* Marescot. *lib. 2. var. res. cap. 62.* Maran. *de ordine Judic. par. ult. p. 7. n. 180.* Franc. *in d. cap. si gratiose.* ubi Anchar. gl. *in cap. a nobis. de sent. excom.* Gutierres *pract. qq. lib. 3. quæst. 11.* Gonzal. *ad reg. 6. Canc.* §. 1. Rota apud Farin. *dec. 489.* Covar. *lib. 3. var. res. cap. 15.* Fel. *in cap. ex litteris. De constit.* Dec. *cons. 108.* Mascard. *de prob. conclus. 188.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 28.* Pont. *eod. lib. 8. cap. 19.* juxta quos concessio facta ad beneplacitum durat, donec fuerit revocata, aut usque ad mortem concedentis, quia mors omnia solvit. Hinc Episcopo excommunicato nullam potest ejus Vicarius exercere jurisdictionem. DD. *in cap. 1. de off. Vicar. in 6.* Abb. *in cap. licet. de off Jud. deleg.* Ugol. *de censur. Eccles. tab. 2. cap. 11. §. 2.* Riccius *in praxi excom. res. 441.* Sbroz. *de off. Vicar. lib. 3. quæst. 47.* Zech. *de Republ. Christiana cap. 23. vers. 4.* vel si Episcopus fuerit amotus, aut resignaverit Episcopatui.

16 Quæ licet vera sint, non tamen per Episcopi mortem imo etiam Vicarii remotionem cessabit ejusdem jurisdictio, quæ fuit illius personæ delegata, si fuit illi delegata proprio nomine. Sbroz. *de off. Vicar. lib. 3. quæst. 46.* Zech. *de Republ Christiana cap. 23. vers. 4. num. 2.* Bonac. *de LL. disp. 1. quæst. 3. p. 8. §. 1. num. 13.* nisi fuisset privatus officio in pœnam delicti. *L. Cassius. ff. de Senat.* Sanchez *de matrim. lib. 8. disp. 27.* qui citat Bald. Beroum. Fel. & Dec. aut nisi Vicarius remotus transivisset ad statum incompatibilem. DD. mox cit.

17 Et quod Vicarius causas cœptas vivente Episcopo possit illas expedire, eodem mortuo, defendit late Sbroz. *de off. Vicar. lib. 3. quæst. 44. & 45.* Zechius *l. c.* quod an procedat creato Vicario successore, vide apud eundem. Cujus contrarium vidimus observari, etiam infra octiduum, quod Capitulum habet ad eligendum Vicarium, intra quod tempus Capitulum potest administrare, & jurisdictionem exercere. Fetlin. *in cap. cum olim de major. & obed.* Genuen. *in prax. cap. 86.* Riccius *in prax. par. 1. res. 515.* Rota apud Post. *de manut. dec. 194.* Barb. *de Canon. cap. 42.* Diana *mor. par. 8. trac. 4. res. 55.* apud Marchet. *in prax. Vicar. Capitular. par. 1. tit. 1. num. 12.* etiam excluso Archidiacono. Diana *l. c. res. 36.* Rota apud Post. *l. c.* Barb. *l. c.* Genuen. *l. c.* Marchet. ut supra *nu. 13.* contra Gravant. *in man. Episc. verb. Archidiac.* Sbroz. *de off. Vicar. lib. 1. quæst. 61.* nisi contraria alicubi vigeret consuetudo, sed quia forte non ubique eadem militat praxis, ideo de veritate sententiæ Sbroz. *l. c.* ad eundem te remittimus, & ad ea quæ infra dicemus. Certe Rebuff. *in praxi ut supra fol. mihi 58.* tenet, quod non, & citat Bart. Bald. Speculat. & Gavant. *in d. Verb. Vicarius l. c.*

§. III.

De creatione Vicarii Capitularis.

Concil. Trident. loco supra citato decernit, Capitulum sede vacante debere infra octo dies post mortem 18
Episcopi constituere novum Vicarium, aut existentem confirmare, aliter iisdem elapsis dictam deputationem ad Metropolitanum devolvi, vel si Ecclesia vacans sit Metropolitana, aut alias exempta, & Capitulum, ut præfertur, fuerit negligens, ad Antiquiorem ex Suffraganeis, quoad Metropolitanam, & propinquiorem quoad exemptam. Quæ quidem procedunt, sive Capitulum non elegerit, sive elegerit, sed non idoneum; quia idem sunt non facere actum, vel facere, sed inutiliter, & nulliter per jura vulgata. Præterea ampliative procedunt, quomodocunque Ecclesia vacaverit, sive per mortem naturalem Episcopi. Leo *in thes. for. Eccles. par. 1. cap. 10. num. 7.* sive per mortem civilem, uti si fuit captus ab hostibus, seu paganis. Abb. *in cap. cum olim. de major. & obed.* Marescot. *lib. 2. var. res. cap. 15.* Barb. & alii apud Flamin. Marchet. *in praxi Vicar. Capitul. par. 1. tit. 1. nu. 2.* vel propter longinquam absentiam ejusdem Episcopi, sed longam, & diuturnam; quia longa absentia æquiparatur morti. Quaranta *in sum. Bullar. verb. Capitulum nu. 12.* Marchet. *l. c. num. 3.* Genuen. *cap. 86. num. 10.* vel propter ejusdem, aut depositionem, vel ad aliam Eccl. siam translationem, quæ pluribus explanant Pax Jord. *de re Benef. par. 2. lib. 12. tit. 2.* Sbroz. *de off. Vicar. lib. 1. quæst. 36.* & S. Cong. apud Marchet. *l. c.* juxta quos elapsis dictis octo diebus non est amplius locus purgationi moræ, contra Garz. *de Benef. par. 5. cap. 7. nu. 6. & 7.* Ugolin. *de censur. tab. 1. cap. 10. §. 2.* præsertim si Metropolitanus jam deputavit Vicarium. Suarez *de censur. disp. 28. sect. 3.* Diana *par. 8. trac. 4. res. 71.* Quaran. ubi supra *num. 4.* vide etiam Riccium *in praxi Vicar. Capitularis. par. 1. res. 506. & 507.* Barb. *de jure Eccles. lib. 1. cap. 32. num. 32.* Debet autem talis esse Doctor, seu Licentiatus in Jure Canonico, aut alias idoneus.

Quod si etiam Metropolitanus, aut propinquior Episcopus, aut antiquior ex Suffraganeis juxta diversitatem casuum supra relatorum fuerint pariter negligentes 19
in exequendo hoc Concilii decreto, tunc solet talis Vicarius deputari a S. Congregatione, aut ab eadem committi Episcopo viciniori ea conditione, ut idoneum eligat ex gremio ipsius Capituli, cujus Ecclesia vacat, uti declaravit S. Congregatio, de qua declaratione testatur Marchet. *l. c. n. 14.* Potest tamen Capitulum terminum statuere breviorem. Quaran. *in sum. Bullar. ver. Capitulum. nu. 3. & 4.* Genuen. *l. c. nu. 7.* Diana *par. 8. trac. 4. res. 65. §. sed his.* Marchet. *l. c. num. 28.*

Porro terminus octo dierum a Concil. Trid. assignatus non incipit currere nisi a die habitæ scientiæ de 20
vacatione. Pax Jord. *par. 2. lib. 12. tit. 2. nu. 7.* qui alios citat. S. Congreg. apud Marchet. *l. c. n. 23.* Quaranta *l. c. nu. 3.* Gavant. *in man verb. Capitulum sede vacante nu. 4.* aliter electio facta ante dictam scientiam nullius esset valoris. Neque dies scientiæ debet computari in termino, quia particula *infra*, qua utitur Concilium, de sui natura excludit diem, quo assignatur terminus. Gratian. *discept. for. cap. 161.*

Et quamvis debeat Vicarius infra octo dies a Capitulo deputari, aut antiquus confirmari, Episcopo in 21
remotis agente, etiam absentia sit diuturna, non sequitur tamen, quod vivo Vicario Episcopi hæc potestas competat Capitulo, sed tantum cum Vicarius Episcopalis fuerit mortuus. Genuen. *in prax. cap. 86. n. 11.* Diana

par. 8.

par. 8. *trac.* 4. *ref.* 4. Marchet. *l. supra cit. num.* 30. qui affert declarationem S. Congreg. quod etiam in casum mortis Vicarii Episcopalis Capitulum non possit se ingerere, sed hodie recurrendum sit ad Sedem Apostolicam.

22 Quæres, procedimne supra relatum Concil. decretum, quando in Ecclesia vacante adest Vicarius Episcopo missus, vel deputatus a sede Apostolica, aut a S. Congregatione? Pars negativa videtur tenenda, quia ubi major, minor cessat, & talis Vicarius non dicitur proprie Episcopalis, sed Apostolicus, & ita fuisse delaratum a S. Congregatione, testatur Marchet. *l. c. nu.* 36. Contrarium vero defendunt Solorzanus *de Jure Indiarum. to.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *a num.* 40. Sbroz. *lib.* 1. *de Vicar. Episc. quæst.* 36. *num.* 13. Jas. de Grass. *to.* 2. *lib.* 2. *cons.* 1. *diff.* 7. *nu.* 4. Riccius *par.* 4. *dec.* 305. qui existimant declarationes cit. S. Congr. non fuisse sufficienter publicatas, receptas, vel practicatas.

23 Nunc redeundo ad nostrum propositum, Capitularis Vicarius, aut a Capitulo eligendus debet esse Doctor, vel Licentiatus saltem in Jure Canonico, & quidquid sit in rigore verborum Conc. Trid. *l. c. sess.* 24. *cap.* 16. *nu.* 26. quæ non videntur excludere Doctorem in Theologia ob illam particulam, seu dictionem *saltem*, quæ est alternativa, & subsidiaria, certe post declarationem S. Congreg. quam refert Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 10. & citat Marchet. *l. c. numer.* 43. & Barb. *de Canon. cap.* 42. *& in collect. DD. super Conc. Trid. l. c. num.* 31. *& de Jure Ecclef. lib.* 1. *cap.* 32. Diana *moral. par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 56. non sufficit esse Doctorem in Theologia, nisi in subsidium, deficiente nimirum Doctore, vel Licentiato in Jure Canonico, Neque sufficit quod sit Doctor, aut Licentiatus a persona privata, sed requiritur, quod acquisiverit lauream Doctoratus in approbata Universitate. S. Congreg. apud Barb. *de Canon. cap.* 42. *num.* 52. Antonell. *de regim. Ecclef. lib.* 4. *cap. ult. nu.* 63. Garz. *l. c.* Præterea si adsit Doctor in gremio Capitularium, debet præferri externo, & si nullus adest Doctor in Capitulo, alius ex gremio, si sit idoneus, est eligendus. Garz. *l. c.* & Diana *l. c.* qui tamen existimat procedere non de necessitate, sed de congruitate, quod etiam admittunt Marchet. *l. c. num.* 57. Pax Jord. *par.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. Genuen. *in praxi cap.* 86. *cit.* Barb. *l. c.* nisi in Capitulo esset Doctor in Jure Canonico; tunc enim Capitularis Doctor esset eligendus in Vicarium, alias ejus electio devolveretur ad Archiepiscopum. Garz. *loc. cit.* qui affert declarationem S. Congreg. Barb. *in collect. l. c.* Marchet. *l. c.* vide etiam Navar. *de off. Vicar. conf.* 2. & S. Congreg. declarationem, quam affert Gallemart, ad S. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 16. *de ref.*

24 Quod si non fuit electus in Vicarium Doctor, vel alias, quantum fieri potest, idoneus ad normam Conc. Trid. *l. c.* & juxta tradita a Garz. *l. c.* Riccio *in prax. par.* 1. *ref.* 507. Navarr. & Marchet. *ll. cc.* electio erit nulla, & devolvetur ad Metropolitanum. Genuen. *d. cap.* 86. Imo non sufficit electum esse idoneum, si potest haberi Doctor, quia Doctor debet eligi sub pœna ejusdem nullitatis. Diana *l. c.* S. Congreg. apud Barb. *in collect. ut supra.* Novar. *quæst. for. par.* 1. *quæst.* 143. Garz. Genuen. & Marchet. *ll. cc. nu.* 39. quæ quidem adeo vera sunt, ut si adest Vicarius Episcopalis, non possit a Capitulo confirmari sub ejusdem nullitatis pœna in concursu Doctoris. DD. mox cit. & declaratio S. Congreg. apud Dianam *par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 56.

25 Præterea Vicarius Capitularis eligi non potest, qui est Regularis, aut Archidiaconus alterius Ecclesiæ, neque Parochus ruralis. Quaranta *in sum. Bullar. verb. Capitulum. num.* 15. Navar. *in man. Episcop. verb. Capitulum. num.* 9. qui testantur, ita fuisse declaratum a S. Congreg. Marchet. *l. c. num.* 48. Barb. *de Can. cap.* 42. Diana *l. c. ref.* 58.

26 Quando vero supra diximus, Vicarium Capitularem debere esse Doctorem, cum eo temperamento accipiendum est, ut non omnis Doctor possit eligi in Vicarium Capitularem, sed qui promotus fuit in Universitate Catholica; ergo non ille Doctor, qui talis fuit creatus, ut per rescriptum, aut a persona privata ex privilegio, uti a Protonotario Apostolico, aut Comite Palatino, quatenus ex privilegio eisdem competat. S. Congreg. de qua testator Marchet. *l. c. numer.* 56. & quam refert Barb. *de Canonicis cap.* 42. *num.* 51. & *in Collect. Conc. Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 16. *nu.* 27.

Sed quid si Vicarius a Metropolitano ob Capituli negligentiam electus moriatur, ad quem spectabit alterius Vicarii subrogatio? Conclusio est pro Capitulo, quod infra octo dies ad normam Concil. Trid. *l. c.* possit creare novum Vicarium, quia Capitulum propter primam suam negligentiam non amisit totaliter suum jus, sed tantum pro illa vice, cum enim Concil. Trid. correctorium juris communis non debet extendi, sed potius restringi ob vulgatas Juris regulas, juxta *cap. odia. de R. J. in* 6. vide *citatos*.

Porro a Capitulo unus tantum Vicarius est eligendus, & non plures, nisi adsit consuetudo immemorialis in contrarium. ita Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. numer.* 9. qui testatur, ita fuisse declaratum a Sacra congregatione. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 54. Diana *par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 60. Marchet. *l. c. num.* 71. aliter electio est nulla, & devolvitur ad Metropolitanum. Lim. si plures elegit successive, quia tunc primi electio valet, dummodo habeat requisita superius relata, quia tunc utile per inutile non vitiatur. *cap. utile. de R. J. in* 6. Lim. præterea, si Diœcesis esset ita ampla, ut unus sufficere Vicarius non posset; tunc enim possent eligi vel duo æque principales, vel unus generalis, & alter specialis, ita ut unus habere jurisdictionem independenter ab alio. Marchet. *l. c. num.* 73. Ottobon. *dec.* 220. *num.* 7. *&* 8. Barb. *de Canon. cap.* 42. *num.* 33. *&* 34. Lim. ulterius quoad Vicarium Monialium, qui sicut ab Episcopo, ita etiam a Capitulo potest deputari separatus ab alio Vicario generali teste Quaran. *l. c. n.* 9. Marchet. *l. c.* 27

Si vero a Capitulo plures Vicarii fuerunt electi virtute consuetudinis immemorabilis non omnes possunt administrare; sed ille tantum remanere deberet, qui est magis idoneus attentis potissimum qualitatibus. Conc. Trid. Barb. *de Canon. cap.* 42. Genuen. *in praxi cap.* 86. Riccius *in prax. par.* 4. *dec.* 305. nisi omnes essent æque idonei, quia tunc omnes possent æqualiter administrare. Genuen. *l. c.* 28

Sed pone, quod alicubi vigeat consuetudo legitime præscripta, vel constitutio Capitularis Capituli, quod Sede vacante eligantur singulis mensibus duo Canonici, qui administrent, v. g. per mensem, eruntne eo casu observanda in deputatione Vicarii, quæ fuerunt præscripta a Concilio Trident. *d. sect.* 24. *cap.* 16. *de ref.* Videtur negative concludendum; quia Concilium Tridentinum loquitur de elect. Vicarii, hic vero nulla fit Vicarii electio. In contrarium tamen stat veritas, de qua testatur Garz. *par.* 5. *de Benef. cap.* 7. *num.* 10. *in addit.* Barb. *ut supra in collect. num.* 29. Marchet. *l. c. num.* 78. Unde si Canonici non essent Doctores, vel Licentiati, electio non valeret, sed ad Metropolitanum devolveretur; quia licet isti Canonici non essent Vicarii denominative, quia tales non denominarentur, revera tamen, & in effectu essent tales, quia exercerent omnem jurisdictionem Episcopalem, quam Capitulum per se non potest exercere, sed per Vicarium, juxta Conc. Trid. *l. c.* & Marchet. *par.* 2. *tit.* 11. & sic loco Vicarii subrogarentur. Subrogatum vero induit naturam ejus, cui subrogatur. Quod ergo dispositum in Vicarii electione, videtur etiam dispositum in eo, qui in Vicarii locum subrogatur, ne fiat fraus Concil. si tamen unus ex Canonicis deputatis, uti præfertur, haberet requisita Concilii, esset Vicarius. 29

Quæres, quamdiu duret Vicarius Capitularis? Respondetur cum distinctione, vel enim fuit deputatus ad tempus, vel indefinite, si ad tempus, finito tempore exspirat, quia limitata causa limitatum parit effectum. Si vero fuit constitutus indefinite, seu ad arbitrium, tunc secundum aliquos potest ad libitum removeri. Quaranta *in sum. Bullar. verb. Capitulum num.* 3. Riccius *in praxi Vicarii Capitularis. par.* 1. *ref.*, 515. Zerola *in prax. verb. Vicarius.* §. 21. qui hoc extendunt etiam ad casum, quod Capitulum jurasset non revocare, quia omnis res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, secundum alios non potest ad libitum revocari, aut removeri. Guaz. *ad defens. animar. lib.* 2. *defens.* 1. *cap.* 9. Genuen. *in prax. cap.* 86. *nu.* 4. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 54. *& de Canon. cap.* 42. nisi ex justis causis removeatur, cum qua limitatione hæc sententia a suis patronis defenditur; ratio est, quia removere aliquem ab officio est maxima pœna. *L.* 2. *ff.* 30

de

de off. Procur. Bald. *conf.* 339. Burfat. *conf.* 17. & 24. *vol.* 1. Berer. *conf.* 31. Alciat. *conf.* 99. & talis pœna non venit infligenda, nisi in casibus a jure expressis. gl. *in cap. fin. de Jurepatr.* Alex. *in L. fi. ff. de in jus vocando.* Parif. *conf.* 104. Seraph. *dec.* 1536. & Rota apud eundem. *dec.* 286. Caffad. *dec.* 5. *super Reg.* & quod juxta hanc secundam sententiam in praxi sit tenendum, docet Diana *par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 63. sed Marchet. *l. c. par.* 1. *tit.* 10. ulterius progreditur, & tenet, quod nec ex justis causis Vicarius Capitularis possit a Capitulo removeri, sed tali casu recurrendum sit ad S. Congreg. Episcoporum, ad quam pertinet cognoscere de ejusmodi causa, uti sæpius declaravit S. Congreg. Concil. de quibus declarationibus ultra Marchet. *l. c. par.* 1. *tit.* 10. *num.* 4. & 5. testatur Diana *d. par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 63. Quaran. *l. c. num.* 3. Zerol. *l. c.* Genuen. *in adnot. ad cap.* 86. Barb. *alleg.* 42. *n.* 47. Larrea *dec.* 2. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. Neque sufficit propterea, si Capitulum volens removere Vicarium apponeret illa verba. *Ex causis animum nostrum moventibus.* Lim. Conclusionem non procedere in Metropolitano, qui Vicarium a se electum potest ad nutum removere, teste Diana *l. c.* Barb. *de Canon. cap.* 42. Marchet. *l. c.* qui refert declarationem S. Congreg.

31 Quæres 2. quænam solent esse justæ causæ removendi Vicarium? Respondetur eas esse diversas, ex quibus a S. Congreg. concedi solet remotio. Prima est, si Vicarius male fungatur suo officio, uti justitiam venalem faciendo, baratariam committendo. Quaran. *l. c. num.* 3. Pax Jord. *l. c. num.* 14. Alex. *conf.* 18. Menoch. *de arbitr. quæst.* 55. Piasec. & alii apud Marchet. *l. c. nu.* 11. Item si permittit aliquid fieri contra libertatem Ecclesiæ, aut sine causa inhibet Suffraganeo, aut ejus Vicario. Marchet. *l. c.* item si appareat inidoneus tali officio. Diana, Menoch. Jord. Riccius & Quaran. *ll. cc.* Boer. *dec.* 149. & probatur *ex cap. quamvis.* 17. *quæst.* 1. Item si in suo officio Vicarius sit valde negligens DD. cit. Item si delinquentes impune dimittit, ac liberat, quia tunc peccaret contra justitiam, & esset injustus Judex, nisi haberet authoritatem aggratiandi, uti plerumque, & regulariter habere solent. Alex. *l. c.* Giurba *conf. crim.* 74. Novar. *qq. for. par.* 1. *quæst.* 102. & Vulpe. apud Marchet. *l. c. num.* 14.

§. IV.

Forma creandi Vicarium Episcopalem.

32 Quamvis in jure nulla forma determinata sit præscripta Episcopis ad creandos sibi Vicarios suos, quia tamen aliquibus in locis certus stylus observatur, qui multum conducit tum ipsis Episcopis, cum Vicariis creatis, isque multum potest conducere praxi, quam præ oculis habemus, ideo paucis eadem delibare non displicebit.

33 Et primo quidem pro certo est supponendum in ejusmodi Vicarii deputatione Capitulum non posse quidquam prætendere, aut sese ingerere, & ejusdem consensus, quoad hanc omnino non sit necessarius, nisi Episcopus ad hoc se obligasset in assumptione, quod tamen ab Innocentio XII. in sua Constitutione, quæ incipit *Ecclesia Catholica edita die 22. Septembris 1695.* fuit prohibitum declarando nullius valoris ejusmodi juramenta, tam in deputatione, quam remotione. Hostien. *in sum. de off. Vicarii §. in quibus.* Rebuff. *in praxi Vicar. Episcopal. fol. mihi* 37. & 38.

34 Præterea, quia gesta a Vicario non valent nisi probet se Vicarium litteris Episcopi, ope tamen exceptionis, juxta Bertachin. *in trac. de Episc. par.* 7. *lib.* 4. *quæst.* 8. Bald. *in cap. pastoralis de rescriptis*, & probatur *ex L. un. C. mand. cap. cum in jure. de off. deleg.* Rebuff. *l. c.* Ideo necessaria erit scriptura instrumentata, in qua sint descripti duo testes, non quidem quod hæc requiratur ad valorem gratiæ, quia Vicarius solo verbo creari potest, sed ad probationem, & fundandam jurisdictionem. Bald. *in L. aliquando. ff. de off. Proconf.* Rebuff. *l. c.*

In litteris vero collationis Episcopus solet præmittere 35 salutationem ejus, cui fit collatio Vicariatus, & exponere saltem in genere occupationes, & causas, quibus impellitur ad creandum Vicarium, & sufficit, si dicat. *Attentis legitimis nostris impedimentis*, & multi addunt etiam causam, cur unum potius, quam alium eligant, communius tamen narrant sufficientiam doctrinæ, morum probitatem, prudentiam &c. deputandi, & ulterius testes debent intervenire, quia alias sola scriptura cum signo etiam secretarii esset, & diceretur privata, & ideo non esset probatoria, juxta *L. Instrumenta.* & *L. rationes. C. de probat.* tum quia diversis fraudibus via hoc modo præcluditur. Et ideo quibusdam in locis non recipitur Vicarius, nisi producat instrumentum Vicariatus in actibus registratum. Rebuff. *l. c. fol. mihi* 39. bene verum est, quod hæ solemnitates non sint ubique in usu, neque in locis, in quibus vigent, practicantur passim, sed tunc tantum, cum Episcopus propter suam absentiam deputat Vicarium; hoc enim casu militant rationes superius tactæ, non vero cum Episcopus residens ob sua negotia Vicarium generalem constituit. Tandem in litteris debent specificari ea, ad quæ Episcopus concedit jurisdictionem in iis, in quibus requiritur mandatum speciale, ut scire possit Vicarius, quo usque se extendat sua authoritas.

Debet autem Vicarius ab Episcopo deputandus esse per- 36 sona huic muneri obeundo idonea, juxta *cap. fi. de voto.* moribus bonis, scientia, & ætate præditus. *cap. cum in cunctis de elect.* ætas debet esse viginti quinque annorum saltem inchoatorum. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *de Vicar. Episc. numer.* 95. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 1. *tit.* 3. *num.* 2. Riccius *in praxi ætatis ref.* 62. Diana *par.* 10. *trac.* 16. *ref.* 86. & quamvis Marchetus existimet pro Vicario Capitulari sufficere ætatem annorum viginti trium, tamen non videmus, quo fundamento, vel authoritate nitatur, pro sententia vero adest declaratio S. Congreg. relata a Barb. *de Canon. cap.* 42. *n.* 54. & *in Collect. Concil. Trid. super sess.* 24. *cap.* 16. *n.* 19. & eandem etiam tuetur Pax Jord. *l. c.* quia est generale, quod in dignitate curam animarum annexam habente requiratur ætas viginti quinque annorum saltem inchoatorum. Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 4. *per totum.* Diana *l. c.* Nunc restat, ut formulam deputationis Vicarii tradamus. Cui tamen prænotandum, quod licet Monachus, seu Regularis quicunque de sui superioris licentia possit esse Vicarius Episcopi, cum contrarium in jure nullibi reperiatur determinatum, & quod in jure non prohibetur, cur stare non permittatur? DD. *in Clem.* 2. *de rescript.* Rota *dec.* 284. *in antiq.* Guido Pap. *dec.* 563. exceptis tamen illis, qui sunt Ordinis Mendicantium, juxta *Clem.* 1. *de Regular.* quia est contra illorum professionem. *Clem. in plerisque de elect.* Card. *in cap. si quis.* 58. *dist.* & quia non sunt periti forensium causarum. *L. fin. & penult. C. de Jud.* Rebuff. *in prax. form. Vicar. fol. mihi* 40. Et quia debet manere in suo Monasterio, ne fiat sicut piscis in arido, ut loquitur S. Bernard. Debet tamen talis Monachus Vicarius habere socium ex suo Monasterio; quia solus stare non debet. *cap.* 2. *de statu Monach.* Clem. *ne in agro eod. tit.* Rebuff. *l. c. num.* 31. Imol. *in cap. fin. de Cler. ægrot.*

Forma litterarum Vicariatus.

37 N. N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N. Universis præsentes visuris, lecturis, & auditutis salutem in Domino. Noveritis, quos Nos attentis multiplicibus occupationibus, aliisque veris, & legitimis impedimentis, propter quæ ipsi non possumus omnibus, & quibuscunque Episcopatus nostri negotiis pro merito causarum incumbere, ne populus Nobis commissus tum in redditione justitiæ cum aliis pro temporum varietate, occurrentibus necessitatibus temporale, vel spirituale aliquod damnum patiatur, considerantes legalitatem, probitatem, scientiam, discretionem, & industriam N. N. Clerici Jurium Doctoris, ipsum N. N. nostrum Vicarium in spiritualibus, & temporalibus generalem in Episcopatu nostro facimus, constituimus, & creamus, dantes & concedentes eidem N. N. plenam & liberam potestatem, & mandatum speciale, confirmationes, & consecrationes Abbatum faciendi, & respective committendi. Literas commendatitias, & Dimissorias, ad omnes etiam Sa-

cros

cros Ordines concedendi, ac conferendi, seu committendi Beneficia, & officia in Ecclesia, Civitate, & Diœcesi nostra ad nostram collationem qualitercunque spectantia, conferendi, & commendandi, & uniendi Beneficia, resignationesque recipiendi, & Beneficia resignata conferendi. Visitationes faciendi, synodos celebrandi, committendi causas criminales, & civiles, matrimoniales, & Beneficiales, & quascunque alias tam principales, quam incidentes, quæ ad Nos, & ad dictam nostram Ecclesiam pertinebunt de jure, vel de consuetudine audiendi, & ipsas cognoscendi. Ex officio inquirendi, Ecclesias, Capellas, & Oratoria, & cœmeteria reconciliandi, ac de novo ædificatas consecrari faciendi. Et personas omnes in nostra Civitate, & Diœcesi prout ad Nos de jure pertinet, sive sint Prælati, Priores, & aliæ Ecclesiasticæ personæ quocunque nomine censeantur, puniendi, deponendi, corrigendi, & mulctandi sine acceptione personarum, prout delictorum qualitas, & excessus quantitas exegerint, & enormitas delinquentis, suspendendi, interdicendi, excommunicandi, præcepta, & mandata faciendi, ipsaque exequendi, & revocandi, delinquentes incarcerandi, & condemnandi ad perpetuos carceres, aut ad tempus, pœnas mitigandi, a sententiis excommunicationis, & quibuscunque aliis casibus Nobis reservatis absolvendi, prout sibi videbitur convenire, & in ipsis criminibus, in quibus Nobis, vel alias a jure permittitur, vel Constitutionibus synodalibus dispensandi, vel absolvendi, prout eidem videbitur, & omnia alia, & singula faciendi, & committendi, etiamsi majora fuerint, & quæ requirant mandatum speciale, prout ad ipsius Vicariatus officium noscitur quomodolibet pertinere, cujus sententias, & mandata, prout rite lata fuerint, rata, & grata habere promittimus, & faciemus authore Deo inviolabiliter observari; quare omnibus, & singulis tenore præsentium præcipimus, & mandamus in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis, quam in omnes, & singulos rebelles ex nunc, prout ex tunc ferimus in his scriptis, quatenus ipsum N. N. prompto & benigno affectu recipientes tanquam Vicarium nostrum, & prædictæ nostræ Ecclesiæ, ut præmittitur, recipiant, suscipiant, & admittant, ac eidem in his, quæ secundum Deum ad Nos, & jurisdictionem nostram ordinariam qualitercunque spectant, vel spectare poterunt, pareant, & efficaciter obediant, prout obedire, & parere tenentur Nobis Episcopo prælibato. In cujus rei testimonium has &c. Dat &c.

(L. S.)

N. Cancellarius.

§. V.

Forma electionis Vicarii Capitularis.

38 Supponendum est ante omnia electionem faciendam a Capitulo de Vicario generali Capitulari non requirere eas solemnitates, quæ habentur *in cap. quia propter. de elect.* quia in illo tantum providetur, & præscribitur forma eligendi Episcopum, & a disparatis non fit illatio, sicut nec illas, quæ habentur in Concilio Tridentino *sess.* 25. *de Regular. cap.* 6. quia in illo tantum præscribitur forma eligendi superiores, & officiales Regularium. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. *numer.* 21. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum.* & S. Congreg. apud Garz. prædictum. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. Diana *par.* 8. *trac.* 4. *res.* 6. & 60. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. par. tit.* 1. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 4. *cap. ult.* §. 5. *numer.* 58. Fermosin. *de potest. Capituli. trac.* 1. *quæst.* 8. *numer.* 9. quia non est vera electio, sed potius nominatio. Zerola *in prax. par.* 1. *verb. Capitulum.* §. 3. Dummodo alicubi contraria non vigeat consuetudo, quæ tunc esset observanda, uti declaravit S. Cong. *in quadam causa Siciliæ prout* testatur Marchet. *l. c. numer.* 99. Nicol. *in flosc. verb. Vicarius Capitularis. num.* 55.

Requiritur tamen, quod ad hanc electionem conveniant ad minimum ex tribus duæ partes Canonicorum, juxta gl. *in cap.* 1. *verb. constitutum. De his quæ fiunt a majore parte Capit.* nisi absentes fuerint vocati, & emanserint, quia tunc potestas eligendi manet penes præsentes, quamvis non essent duæ partes ex tribus, quia emanendo indignos se reddunt jure electionis. gl. *in cap. cum nobis*, *vers. alienos. de elect.* Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 247. & 280. qui citat Innoc. *in cap. Ecclesia vestra. de elect. & in cap.* 1. *de majorit. & obed.* Abb. *in d. cap. nobis.* sequitur formularium electionis prædictæ. 39

40 IN Dei nomine amen, Die. mense ann. &c. habito Capitulo per RR. DD. Canonicos Ecclesiæ Cathedralis in loco N. ad majorem commoditatem DD. Canonicorum intimato heri pro hodie in altero Capitulo tento, ac per affixionem cartellæ cum designatione horæ in infrascripta Ecclesia, ut est solitum in negotiis arduis, in quo interfuere Canonici N. N. N. Capitulariter congregati ad sonum Campanellæ in prædicta hora pulsatæ bis ab N. N. Clerico sacristiæ, ac etiam per eum vocatis omnibus Canonicis in sacristia existentibus, ut accederent ad Cameram palatii Episcopalis ad interessendum Capitulo, prout convenere omnes subscripti, & prout retulit mihi N. N. absentibus N. N. per eosdem Canonicos fuit deventum ad Capitulum, & invocato prius Divino auxilio decantando flexis genibus hymnum, *Veni Creator Spiritus*. Surgens Reverendiss. D. N. N. dixit alta voce, cum per obitum Illustrissimi & Reverendissimi D. N. N. Episcopi nostri die &c. pie defuncti vacaverit, & vacet ad præsens Sedes Episcopalis, ne Divinus cultus, & justitia aliquod tam in spiritualibus, quam temporalibus detrimentum patiatur, pro authoritate, quam habet hoc nostrum Capitulum juxta dispositionem Sacrorum Canonum, & S. Conc. Trid. decreta deveniendum est ad electionem Vicarii Capitularis, dando eidem omnem authoritatem, & facultatem solitam, & consuetam; quam hoc ipsum Capitulum, quam a SS. Canon. & Concil. Trid. sibi concessam habet, transferendo in ipsum Vicarium eligendum omnem potestatem, privilegia, onera, præeminentias, & prærogativas necessarias, & opportuna, concedendo etiam eidem liberam, & plenam potestatem faciendi omnia in ea, quæ spectant ad dictum nostrum Capitulum, & ideo cognoscendi, decidendi causas civiles, & criminales, seu mixtas, etiam hæresis, & matrimoniales adjungendo authoritatem visitandi, puniendi, excommunicandi, fulminandi censuras, & ab illis absolvendi, gratiandi, & concedendi monitoria ad effectum revelandi, deputandi concionatores tam pro quadragesima, quam adventu, & faciendi omnia ea, quæ ab hoc nostro Capitulo fieri possent, licet requirerent speciale, & specialissimum mandatum sine ulla reservatione ab eodem Capitulo sibi facta. Quæ quidem propositio fuit ab omnibus Capitularibus approbata, & electione facta ac suffragiis datis fuit electus N. N. & in signum lætitiæ cantatum canticum *Te Deum*, quibus peractis fuit dimissum Capitulum, super quibus, quia ego N. publicus Apostolica authoritate Notarius de prædictis rogatus fui, ideo publicavi, & solito meo Notariatus Sigillo signavi.

41 Talis electio regulariter fieri solet per scrutinium, aut vota secreta. Et quia Lapus *alleg.* 82. existimat de substantia scrutinii esse tres scrutatores Canonicos, ideo illi abhibendi essent, quod tamen contra Lapi opinionem communiter non observatur. Marchet. *in praxi Vicar. Capitul. par.* 1. *tit.* 1. *num.* 101. quamvis vero olim posset Capitulum in electione Vicarii aliqua sibi reservare secundum ea, quæ tradit Diana *par.* 8. *trac.* 4. *res.* 62. Riccium *in prax. for. Eccles. par.* 1. *res.* 506. Guaz. *de defens. anim. lib.* 2. *defens.* 1. *cap.* 9. Quaran. *l. c. num.* 9. Barb. *in collect. DD. ad. Concil. Trid. sess.* 24. *cap.* 16. *nu.* 14. & *de Canon. cap.* 42. Imo eundem Vicarium tantum ad tempus, sed non brevius duobus, aut tribus mensibus, juxta declar. S. Cong. apud Quaran. *d. num.* 9. Barb. *in ll. cc.* quamvis Guazzin. *ut supra num.* 68. velit non debere, nec posse eligi Vicarium Capitularem ad brevius tempus, quam sex mensium, tamen hodie Vicarius debet eligi pro toto tempore Sedis vacantis, juxta S. Congreg. apud Barb. *l. c.* & Marchet. *l. c. nu.* 107. & sufficit, quod eligatur sine tem-

temporis determinatione, quia tunc tempus indefinitum extenditur ad totum tempus vacationis. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 54. Quaran. *l. c. num.* 15. Marchet. *l. c.* præterea non potest fieri electio cum reservatione revocationis ad beneplacitum, vel cum deputatione Assessoris, ut declaravit S. Congreg. apud Barb. *l. c.*& quam citat Marchet. uti supra *num.* 110. adeo ut talis deputatio Assessoris esset nulla ipso jure. Imo nec potest Capitulum apponere ullam restrictivam jurisdictionis, ut declaravit S. Congreg. quam refert Nicol. *in flosc. Verb. Vicarius Capitularis. num.* 59. Et quamvis ejusmodi patentes ubique non sint in usu, laudanda tamen est illorum cautela, qui concessa sibi oretenus authoritate non contenti litteras patentes sibi confici curant, uti monet Zech. *de Republica Christiana cap.* 23. *num.* 6. Sbroz. *lib.* 1. *quæst.* 84. *de Vicar.*

Forma litterarum patentium,

42 NOs Canonici, & Capitulum Cathedralis Ecclesiæ N. Sede vacante per mortem fel. mem. N. N. Rev. Domino N. N. ejusdem Ecclesiæ Canonico salutem in Domino sempiternam, cum ex SS. Canon. dispositione Cathedralium Ecclesiarum Capitula in deficientium Episcoporum, præsertim si ex humanis eximi contigerit, locum subrogentur, eorum munus tibi N. N. committendum esse duximus, & committimus, & præcipimus Universo Clero &c. *supplentur ut supra.*

43 Quod si Capitulum non posset providere de Vicario idoneo, vel alio, tunc poterit per se ipsum jurisdictionalia exercere. Bursat. *lib.* 1. *conf.* 108. Marchet. *l. c. num.* 121. Et si aliquis de Capitularibus diceret de nullitate electionis, eo quod non fuissent vocati omnes, qui de jure erant vocandi, nullitas esset proponenda coram superiore Capituli, a quo si electio fuerit declarata irrita, poterit Capitulum denuo congregari, & ad Vicarii novam electionem procedere. S. Congr. apud Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum.* Barb. *de pot. Episc. alleg.* 54. *nu.* 162. videri potest etiam Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *de Vicar. Capit. num.* 42. Claves vero archivii in quibusdam locis sunt consignandæ ambæ Vicario. Gavant. *in man. verb. Archivium. numer.* 8. in aliis vero locis una est consignanda Vicario, altera uni de Capitulo. Quaran. *l. c.* Marchet. *l. c. num.* 130.

§. VI.

Jurisdictio Vicarii generalis tam Episcopalis, quam Capitularis, qualis sit?

44 Dicendum primo, quod jurisdictio Vicarii generalis Episcopalis est ordinaria, & ideo Vicarius generalis Episcopi est ordinarius, & venit nomine Ordinarii. gl. *in cap.* 2. *de off. ordin. in* 6. *& in cap. Romana de appell. in* 6. Covar. *pract. quæst. cap.* 4. *& var. ref. lib.* 3. *cap.* 20. Mascard. *de prob. conclus.* 1412. Ugolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 1. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 55. Mgol. *de off. Episc. cap.* 4. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. & DD. communiter apud Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 8 *num.* 21. Conclusio vero procedit duntaxat in Vicario generali, & in iis, quæ veniunt ex generali Commissione, secus in iis quæ requirunt mandatum speciale, quia in istis erit tantum delegatus, & ab illo dabitur appellatio ad Episcopum tanquam delegantem, ut tenet Franc. *in cap.* 2. *de off. Vicar.* Sbroz. *l. c.* & DD. plures apud Garz. *l. c.* nisi speciale mandatum daretur in mandato generale, aut cum illo; tunc enim quoad omnia esset Ordinarius, & pro conclusionis majore authoritate, vide Riccium *in prax. var. ref. par.* 2. *ref.* 99. Maran. *in spec. par.* 4. *dist.* 5. Zechium *de Republ. Eccles. cap.* 23 *vers.* 2.

45 Dicendum 2. quod Vicarius Capitularis habet jurisdictionem ordinariam. Riccius *l. c.* Covar. Maran. Ugolin. Mascard. Sanch. Sbroz. cit. Genuen. *in praxi. cap.* 87. Gail. *lib.* 1. *obs.* 30. Belloch. *de cas. reserv. par.* 2. *quæst.* 3. Martha *de jurisdict. par.* 2. *cap.* 40. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 52. & *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *de Canon. cap.* 42. Sperell. *dec.* 111. sive illa sit voluntaria, sive contentiosa. Barb. *l. c. alleg.* 45. *num.* 27. Sperell. *l. c.* Giurba *cons. crim.* 74. *num.* 18. sive hæc competeret Episcopo de jure communi generali, sive speciali. Mart. *l. c. cap.* 33. Diana *par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 7. Sperell. *l. c.* Sanch. ut supra, dummodo competat jure ordinario. Garz. *l. c.* & licet competerent de consuetudine sive ratione additamenti. Genuen. & Barb. *ll. cc.* Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum.* Lim. in illis, quæ Episcopo competunt ex jure speciali, vel accidentali. Sperell. *l. c.* ubi Rota & DD. Lotther. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 9. Genuen. *l. c.* Marchet. *in prax. Vicar. Capitular. par.* 2. *tit.* 12. *num.* 29. Marchin. *dec.* 92. *par.* 1. *& par.* 2. *dec.* 42. Ursell. *conclus. legal. to.* 2. *conclus.* 138. Dicitur autem in ordine ad præsentem materiam competere ex jure speciali, vel accidentali, quod competit ex privilegio, aut Pontificis, seu Principis commissione, aut delegatione, & sic ex titulo, & jure gratioso. DD. cit. & Marchet. ut supra.

Sed an idem sit dicendum quoad ea, quæ egent mandato speciali, uti diximus mox supra de Vicario generali Episcopi, videbimus infra, cum tractaturi sumus de iis quæ competunt Vicario ex mandato speciali. Pro nunc vero transeundo cum communiore, & veriore opinione videtur dicendum, Vicarium Capitularem generalem in omnibus, & per omnia, ac quoad omnia habere jurisdictionem ordinariam, cum omnis jurisdictio Episcopalis, quæ competit Capitulo Sede vacante transeat in Vicarium Capitularem absque speciali mandato, uti tenent Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 8. *nu.* 22. Gutierrez *lib.* 1. *Can. quæst. cap.* 11. Riccius *in praxi for. Eccles. par.* 4. *ref.* 196. Campanil. *divers. Jur. Can. rubr.* 12. *cap.* 13. Giurba *cons. crim.* 74. Rota de qua testatur Marchet. ut supra. Barb. *de Canon. cap.* 42. apud Dianam *par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 64. & alii. Sermo autem est de Jurisdictione, quam habebat Episcopus jure ordinario, non delegato. 46

§. VII.

De illis, quæ potest Vicarius sive jure deleg. & primo de Episcopali, dein de Capitulari.

Vicarius dispensator in causis matrimonialibus nihil potest recipere pro executione etiam pro examine testium, juxta Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 18. & S. Congreg. apud Garz. *de Benef. par.* 8. *cap.* 1. *a num.* 102. vel pro revisione processus neque esculenta, aut poculenta. Riccius *in praxi par.* 4. *ref.* 532. Diana *par.* 5. *tract.* 12. *ref.* 71. Contrarium tamen consuetudinem legitime præscriptam non esse damnandam diximus in praxi *clausarum. claus.* 16. 47

Vicarius generalis, cui fuit delegata dispensatio matrimonialis prævia causæ cognitione non tenetur causam cognoscere judicialiter, sed potest extrajudicialiter se informare, etiam sine testibus, & Notario. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 35. P. Thomas Tambutinus *de Sacram. lib.* 8. *trac.* 2. *cap.* 12. §. 3. *nu.* 2. 48

Quamvis, uti diximus in praxi executoris ex Noalio, delegatio facta a Vicario ad arbitrium dignitatis & officii exspiret per mortem, vel amotionem illius, eo quod illius jurisdictio non sit perpetua, neque habeat successorem, tamen hoc non transit sine contradictore, & difficultate; quia Seraph. *dec.* 1033. Put. *dec.* 487. Sbroz. *de Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 66. Riccius *in praxi for. Eccles. ref.* 512. *par.* 1. docent, mortuo, vel amoto Vicario non illico cessare jurisdictionem delegati, aut substituti, nisi id fuerit expressum. 49

Non potest dispensare ante acceptum mandatum de dispensando, quamvis solicitator scripserit literas fuisse confectas, sed ob aliquod impedimentum non potuisse transmitti. Gabr. *de execut. rei jud. conclus.* 3. Molina *de just. to.* 3. *disp.* 599. Garz. *de Benef. par.* 6. *cap.* v. Vivianus & alii, & præsertim Rota in una Trid. quidquid in contrarium senserit Gobat. *de impedim. matrim. cas.* 23. *num.* 670. & ita observat praxis universalis, cui contraire esset contra torrentem niti, ratio est, quia sententia aperit viam multis inconvenientiis; quid enim si sollicitator sit fallax? interim contrahetur ma- 50

matrimonium, consummabitur, & si falsitas detegatur, aut litteræ fuerint sub-vel obreptitiæ, veniendum erit ad separationem, cum periculo, ne unus contrahentium nolit amplius perseverare in matrimonio, vel ambo, & ita proles erit sine patre, aut matre.

51 Quæres, an Vicarius, cui fuit data commissio dispensationis matrimonialis, si oriatur dubium, an commissio se extendat ad hunc, vel illum casum, possit dispensare? Affirmant Tamburin. *de Sacramentis lib.* 1. *cap.* 3. *de dispens.* §. 7. Gobat. *de imped. matrim. cas.* 23. *num.* 680. sed contra Tamburin. de hujus sententiæ veritate potest merito dubitari, quia docet ipse in Decal. & merito in dubio meliorem esse conditionem possidentis; ad dignoscendum vero quis dicatur in possessione inter alias regulas, tradit etiam istam, quod illud dicatur in possessione, quod est prius; sed prius est, Vicarium non habere jurisdictionem ad hunc, vel illum casum, ergo carentia jurisdictionis in hoc, vel illo casu, in hac, vel illa circumstantia in dubio, an Vicarius habeat jurisdictionem virtute commissionis, utpote prior est in possessione, ergo non tam liberalem se debebit, nec poterit in tali casu Vicarius præstare, qualem desiderat P. Tamburinus, & P. Gobat. & confirmatur contra illos. Docent ipsi, & non immerito in dubio, an causa dispensandi sit vera, vel falsa, non posse Vicarium dispensare virtute commissionis sibi factæ. Quare? quia non causa tanquam prior est in possessione, & sic secundum illam est videndum, cur ergo non admittunt in nostro casu? cum eadem utrobique militet ratio, & ubi eadem militat ratio, idem jus sit statuendum; quia ratio est anima legis per ea, quæ tradit Diana *par.* 6. *trac.* 1. *ref.* 35. Illud tamen conceditur P. Tamburino, & Gobat. in dubio, an causa sit sufficiens, aut insufficiens, posse Vicarium dispensare; quia tunc causa dicitur in possessione.

§. VIII,

De iis, quæ potest, vel non potest Vicarius Capitularis.

52 Regula generalis Doctorum est, non posse Vicarium generalem Capitularem exequi litteras directas Episcopo, aut ejusdem Vicario etiam sub nomine dignitatis; multo minus succedere Vicarium Capitularem, vel Capitulum ipsum Episcopo in causis delegatis Episcopo. Ita plerique apud Sperell. *dec.* 31. *num.* 2. Felin. *in cap. eam. de rescript.* Leo *in Thes. for. Eccles. par.* 1. *cap.* 10. *sub num.* 8. Barb. *de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 58. *& de Canon. cap.* 42. Garz. *de Benef. par.* 6. *cap.* 2. Genuen. *in praxi cap.* 85. Vivian. *de Jurepatr. par.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. *num.* 13. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 67. & Rota apud Seraph. *dec.* 816. de qua testatur Vivian. *l. c.* Zech. *de Rep. Christiana cap.* 23. & alii apud Dianam *par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 66. Marchet. *in praxi Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 13. *nu.* 8. apud quem Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. Costa *de remed. subsid. cap.* 115. Riccius *in prax. par.* 5. *ref.* 506. Ciarlin. *controv. for. cap.* 46. Marches. *de commis. par.* 1. *cap.* 7. Genuen. *in prax. cap.* 87. Lazar. *Can. quæst. par.* 1. *sect.* 2. *& quæst.* 1. Rota *dec.* 346. *par.* 2. *recent.* Sperell. *dec.* 31. Bottilier. *de success. ab intest. cap.* 2. *theorem.* 64. Diana *par.* 5. *trac.* 14. *ref.* 29. Barb. *in collect. super Conc. Trid. sess.* 24. *cap.* 16. *num.* 23. *& de Canon. cap.* 42. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. nisi in commissione exprimeretur nomen Diœcesis tantum, uti dicendo. Vicario Frisingensi; quia tunc videretur etiam confisum Vicario Capitulari. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 27. Vulpell. *in prax. for. Eccles. cap.* 44. Moneta *de commut. ult. volunt. cap.* 5. *num.* 12. Item nisi in causis matrimonialibus expediret ratione utilitatis, vel necessitatis, uti ad obviandum scandalis, ad famam restituendam, sedandas inimicitias ex benigna interpretatione Ecclesiæ, vel ejus sponsi S. Pontificis. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 27. Quæ multo magis procedunt in commissionibus, quæ fiunt in forma *Dignum*, *& si in evidentem*. Ratio conclusionis est, quia talis est stylus Cancellariæ, quæ non solet dirigere ejusmodi commissiones, seu litteras Vicario Capitulari, de quo non confidit, sed Episcopo, seu Ordinario viciniori. Sperell. *dec.* 31. Diana *par.* 5. *tract.* 14. *ref.* 29. Barb. *de Canon. cap.* 42. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *n.* 28. Marchet. *l. c. num.* 18. Seraphin. *dec.* 816. & Ciarlin. *controv. for. cap.* 46. Et ideo Vicarius Capitularis non potest exequi delegationem factam Vicario antecessoris, seu defuncti Episcopi circa collationem Beneficiorum, item in materia dispensationum, absolutionum, monitorialium, nec aliarum gratiarum Apostolicarum, neque matrimonialium. Et licet Marchet. *l. c. a num.* 1. pro contraria sententia, quod nimirum Vicarius Capitularis possit exequi litteras Apostolicas directas Vicario Episcopi, citet Gavant. *in man. Episc. verb. Capitulum sede vacante num.* 53. & Vivianum *in praxi Jurispatron. par.* 2. *lib.* 13. *cap.* 5. tamen in judicando, & in praxi non erit recedendum a communissima sententia, tum quia Gavantus nullam pro se affert authoritatem præterquam declarationis S. Congreg. quæ si esset authentica, utique magnam faceret authoritatem ejusdem opinionem corroborans, quam opinionem sequitur etiam Pont. *de matrim.* & alii apud Dianam *par.* 5. *trac.* 14. *ref.* 29. sed quia hæc declaratio teste Diana emanavit Anno 1601. & ipse Diana pro nostra sententia adfert declarationem S. Congreg. editam Anno 1625. utique concludendum est, vel primam non esse authenticam sed spuriam, aut per secundam fuisse abrogatam, & ita ex hoc capite non remanet probabilitas secundæ opinionis, nisi ex parte adversa declarationem secundam supra allegatam non esse authenticam. Neque refert, quod Capitulum succedat in omnem jurisdictionem Episcopi, uti DD. secundæ sententiæ argumentantur: ergo etiam Vicarius Capitularis succedat in omnem jurisdictionem Vicarii Episcopalis; non enim valet argumentum, tum quia non est verum, quod Capitulum succedat in omnem jurisdictionem Episcopi, uti in specialiter delegatis. Neque vim facit Vivianus a Marcheto citatus; quia in meo contrarium dicit. Minorem vim facit authoritas Pontii, quia cum iste magis attendat ad speculativa, quam ad practica, & ut plurimum ex paritate causas, & quæstiones decidat, quæ tamen ut plurimum claudicare solet, non est mirum, quod subinde hallucinetur.

Verum nihilo minus est, quod si commissio, vel litteræ Apostolicæ fuissent directæ Vicario Diœcesis v. g. Frisingensis non expresso nomine, vel dignitate Episcopali, multos docere secundum opinionem Gavanti, & Pontii supra citatorum, puta Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 59. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 27. Vulpell. *in praxi for. Eccles. cap.* 44. Guazin. jun. *ad defens. anim. lib.* 2. *def.* 1. *cap.* 9. teste Marcheto *in praxi Vicar. Capitul. p.* 2. *tit.* 13. 53

Jam procedendo ad conclusionem ampliative ista procedit. Primo ut Vicarius Capitularis non possit cognoscere causas illorum, qui confugiunt ad Ecclesiam etiam in casibus a Gregor. XIX. expressis, & exemptis, quem refert Genuen. *in prax. cap.* 17. juxta S. Congreg. apud Sperell. *dec.* 31. Mar. Ital. *de Immun. Eccles. lib.* 1. *cap.* 6. §. 1. contra Peregr. *de Immun. Eccles. cap.* 3. Dianam *par.* 6. *trac.* 1. *ref.* 30. Bonac. *to.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 3. *p.* 16. sed recurrendum est ad Episcopum viciniorem, cui committitur facultas in Bulla Gregoriana dandi facultatem ejusmodi extractionis. Ita non potest Vicarius Capitularis exequi absolutionem a Pontifice Episcopo, vel Vicario Episcopali commissam. Genuen. *in prax. cap.* 87. Riccius *in praxi for. Eccles. par.* 1 *ref.* 506. 54

§. IX.

An Vicarius Episcopalis aut Capitularis possit sibi alium substituere?

Et primo quoad Vicarium Episcopi communis Doctorum sententia est negativa, quam tuentur Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 66. Zechius *de Republ. Eccles. cap.* 23. *ver.* 2. *vers.* 8. *fol. mihi* 171. Vant. *de nullit. ex def. jurisdict. deleg. num.* 25. Zerola *in prax. verb. Vicarius.* Fel. *in cap.* 5. *de fide instrum.* Cuch. *Instit. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 50. & plures alii, quos citat & & sequitur Riccius *in prax. var. ref. par.* 2. *ref.* 113. & probatur *ex cap. Clericos de off. Vicar.* gl. *in cap.* 1. *eod tit.* quæ quidem conclusio ampliative procedit, quamvis Vicarium haberet mandatum speciale ad substituendum. teste Zech. *l. c.* Sbroz. *l. c. num.* 11. Pavin. *de potest. Capit. par.* 2. *quæst.* 10. Rota *dec.* 4. *de off. Vicar.* 55

in

in nov. apud Ricchium *l. c.* Put. *lib.* 1. *dec.* 168. nisi in mandato speciali dicatur. *Damus tibi facultatem substituendi alium, quem Nos Vicarium cum eadem facultate substituimus.* Zech. *l. c.* Lim. ad modicum tempus, ad quod potest substituere sine mandato, facultate, vel clausula substituendi ex causa. Zech. & Riccius *ll. cc.* Genuen. *in prax. cap.* 84. & DD. cit. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quaest.* 36. quo tamen casu requiri consensum Episcopi, docet Riccius *l. c.* nixus auctoritate Zerolae *l. c.* ac Rotae *l. c.* nisi aliter servaret consuetudo, quae est altera limitatio conclusionis, cum ratione consuetudinis possit Vicarius servire per substitutum a se creatum. Zech. *l. c.* in quo creditur Vicario asserenti consuetudinem; causa vero substituendi potest esse absentia.

56 Quoad Vicarium Capitularem eadem est conclusio negativa, nisi habeat substituendi facultatem. Zech. *l. c.* Scraph. *dec.* 1033. Put. *dec.* 487. Sbroz. *l. c. quaest.* 66. Riccius *in prax. Vicar. Capitul. par.* 1. *ref.* 511. Rota *dec.* 14. *de off. Vicar. in nov.* Rebuff. *in praxi Vicariatus, num.* 79. *fol. mihi* 50. Pavin. *de potest. Capituli sede vacan. par.* 2. *quaest.* 10. aut nisi habeat Capituli licentiam. Mastrill. *decis.* 236. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 54. Lim. ad breve tempus concurrente legit. causa, & dummodo haec substitutio non fiat nimis frequenter. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. Vulpell. *in prax. J. d. cap.* 44. Genuen. *in prax. cap.* 86. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 1. *tit.* 8. Sbroz. *de Vicar. lib.* 2. *q.* 66. Eo tamen casu, quo juxta dicta potest substitui a Vicario Capitulari alius, debet substitui persona, quae habeat illas qualitates, quas requirit Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 16. in substituente. Barb. *in collectan. DD.* super Conc Trid. *l. c.* Porro conclusionem principalem docent ultra citatos Quatan. *in sum. Bullar. verb. Capitulum sede vacan. num.* 10. Barb. *de Canon. cap.* 42. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 62. Causa vero, propter quam ex speciali mandato, aut facultate debet fieri substitutio, debet esse probabilis, qualis est necessaria absentia causa visitationis. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. qui testatur, ita fuisse decisum a Rota, praesertim ubi talis adest consuetudo. Imo ex praedictis causis potest Vicarius etiam sine mandato speciali substituere de licentia tamen Capituli; si vero fuerit infirmus, vel alias impeditus, quamvis non habeat mandatum substituendi, potest tamen causas pendentes delegare de consensu tamen Capituli. DD. & Barb. *ll. cc.* quia posset Capitulum durante infirmitate alium Vicarium eligere. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 54. Diana *l. c.* Quatan. ubi supra. Genuen. *in prax. cap.* 86. Marchet. *l. c. num.* 10.

57 Quaeres, an substituti authoritas perseveret amoto Vicario Capitulari? Conclusio est affirmativa, quia haec substitutio videtur principaliter facta a Capitulo, & tantum ministerialiter a Vicario substituente. Riccius *in praxi Vicar. Capit. par.* 1. *ref.* 512. qui testatur, ita fuisse decisum a Rota *dec.* 218. Sbroz. *de Vicar. Episc. lib.* 2. *quaest.* 92. qui idem dicunt de substituto a Vicario Episcopi, eo quod iste non accipiat authoritatem a substituente Vicario, sed ab ipso Episcopo, quam etiam sententiam docet Marchet. *l. c. a num.* 16. ex ea ratione, quod substitutus non accipiat authoritatem a Vicario, sed a Capitulo, quidquid in contrarium docuerit Archidiac. *in cap. quamvis, de off. Deleg. in* 6. quem refert Capella Tholosana *in decis.* 369.

58 Quaeres secundo, an Vicario per Capitulum constituto possit idem Capitulum aliquam jurisdictionem exercere? Videtur, quod sic, quia Capitulum videtur transfundere jurisdictionem in Vicarium suum cumulative, & non privative quoad se, sicut Vicarius Episcopi non habet jurisdictionem privative quoad Episcopum, ut tenent communiter DD. ita Diana *par.* 6. *tract.* 7. *ref.* 41. Merola *to.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7.

59 Sed contraria, & negativa est communior, quam tenent Genuen. *in prax. cap.* 86. *num.* 6. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 77. *num.* 25. Quatan. *in sum. Bullar. verb. Capitulum sede vacan. num.* 4. Marchet. *in prax. Vicar. Capitular. par.* 1. *tit.* 9. Piasec. *in prax. Episcop. in proem. num.* 22. *vers. omnia autem.* & haec conclusio est magis conformis Concil. Trid. menti, & rationi, quod ob difficultatem congregandi Capitulum, & ob discordias, ac discrepantiam votorum, & sic ob detrimentum, quod possent pati causae, praesertim illae, quae celeritatem exigunt, voluit Vicarium a Capitulo deputati, quae difficultates cum non militent in Episcopo, ideo quoad Episcopum a Concilio in hac parte nihil fuit decretum. Quidquid ergo sit, an Capitulum habeat jurisdictionem, postquam ab eodem fuit deputatus Vicarius, certe exercitium ejusdem jurisdictionis non habet. Ita Riccius *in dec. Curiae Archiepisc. Neapol. par.* 4. *dec.* 193. & ita manet sublatum motivum sententiae contrariae.

§. X.

De authoritate, quam habet Vicarius Episcopi jure ordinario sine speciali mandato, sed ex commissione generali.

Vicarius Episcopi habet eandem authoritatem, quam habet Episcopus respectu eorum, quae dependent a potestate jurisdictionis, seu volontariae, seu contentiosae, quia idem tribunal cum Episcopo constituit, & est illi associatus in jurisdictione, & ideo omnia potest, quae potest Episcopus regulariter, nisi aliqua ab Episcopo fuerint sibi reservata, quod ampliatur, quamvis Vicarius fuisset creatus ab Archi-Episcopo, etiam invito ipso Episcopo. Sbroz. *de off. Vicar. Episc. lib.* 2. *quaest.* 55. Zech. *de republ. Christiana, seu Ecclesiastica. cap.* 23. *vers.* 2. Gatz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 8. *num.* 27. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *per totum.* 60

Ampliatur, quod in tantum Vicarius habeat eandem jurisdictionem cum Episcopo, quod veniat nomine Episcopi, ubi agitur de concedendis monitoriis ad revelandum, & in dispensationibus denuntiationum matrimonialium, & in iis, quae competunt jure ordinario, secus delegato. Sperell. *dec.* 97. Sbroz. *l. c. quaest.* 43. *n.* 101. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. Gratian. *discept. for. cap.* 83. quamvis contrarium quoad hoc tenere videatur. Garz. *d. par.* 5. *cap.* 8. Hinc est, quod Episcopus praesumatur scire facta Vicarii, quia factum Vicarii censetur factum Episcopi. DD. *in cap. sicut. de accus.* Rota apud Rubeum *to.* 2. *dec.* 548. *par.* 5. *recent. num.* 4. & 5. Hinc est ulterius, quod a Vicario Episcopi ad ipsum Episcopum in iis, quae expediuntur jure ordinario, appellari non possit, cum sit idem utriusque tribunal, appellatio vero sit interponenda ab inferiore tribunali ad superius tribunal, & quod Vicarius Episcopi veniat nomine Episcopi, ultra relatos tenet *in c. si quis contra de foro compet.* Zech. *de Republ. Ecclesiastica. c.* 23. *ver.* 2. *vers. quinto.* 61

Nunc veniendo in particulari ad authoritatem Vicarii Episcopalis hanc per membra distribuere placuit. Ideo sit

MEMBRUM I.

In Absolutione.

Primo Vicarius ex generali commissione potest absolvere a juramento in ordine ad agendum etiam parte invita, & non citata, dummodo petens absolutionem non sit perjurus. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quaest.* 178. Zechius *l. c. cap.* 23. *verb.* 2. *vers. decimo sexto fol. mihi* 169. cujus absolutionis, seu melius habilitationis praxin dedimus in praxi *Habilitationis*. Perjurum vero absolvere non potest. 62

Secundo potest absolvere poenitentes etiam a casibus reservatis Episcopo. Riccius *in prax. par.* 2. *ref.* 284. Gutierrez *Can. qq. lib.* 1. *cap.* 27. Lancellot. *instit. Jur. Can. tit. de poenit. & remiss. lib.* 2. Cuchus *Instit. moral. tit.* 4. *nu.* 168. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. P. Tamburin. *de poenit. lib.* 5. *cap.* 4. §. 2. *num.* 9. patet, quia Vicarius generalis est ordinarius, & supremus Parochus in tota Dioecesi, & repraesentat personam Episcopi. *cap.* 2. *de consuet. in* 6. & *c. Romana de appell. in* 6. neque refert, quod Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 15. statuat, nullum posse audire confessiones fidelium, nisi sit approbatus ab Episcopo, quia jam censetur approbatus ab Episcopo ille, cui Episcopus confertur suam jurisdictionem, quae etiam continet illa, quae sunt fori poenitentialis, tum quia in decreto Tridentini non venit ipse Episcopus, uti est extra controversiam, ergo nec ejus Vicarius, cum veniat nomine Episcopi, & illum repraesentet, neque obstat auctoritas Zechii, & Sbroz. in contrarium, quia sententia, quam sequimur, est communior. 63

nior. Limitatur tamen, si Vicarius non esset Sacerdos, quo tamen casu poterit jurisdictionem alteri dare, illumque approbare pro administratione Sacramenti pœnitentiæ, uti testatur Zechius, Sbroz. & Tamburin. *ll. cc.* quoad absolutionem vero a casibus reservatis Episcopo, sed ab ipso jure reservatis controvertitur; nam quod ab illis non possit absolvere Vicarius, communius tenent DD. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 54. *num.* 116. Merolla *de jurisdict. Vicarii. to.* 3. *disp.* 7. *cap.* 6. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 19. Zech. *de Republ. Eccles. c.* 23. *vers.* 17. *fol. mihi* 169. Rebuff. *in prax. vicar. fol. mihi* 46.

MEMBRUM II.

Quoad approbationem Confessarii.

64 Confessarios potest approbare Vicarius generalis virtute Vicariatus, hoc est ex generali commissione. Riccius *in praxi for. Eccles. par.* 4. *res.* 312. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 25. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 46. & licet non possit absolvere a casibus reservatis, potest tamen Confessarios approbare pro eorum absolutione, quatenus ab Episcopo obtineat licentiam. Rebuff. *in praxi Benef. tit. de devolut. nu.* 63. Ugolin. *de officio Episc. cap.* 36. & Barb. *l. c. alleg.* 52. de qua approbatione plura videri possunt in praxi *Sacramenti Pœnitentiæ* sub litt. P. videri etiam potest Pax Jord.

MEMBRUM III.

Quoad Beneficia.

65 Vicarius potest sequestrare possessionem Beneficii cum fructuum custodia apud personam aptam. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 126. Zech. *de Republ. Eccles. cap.* 23. *verb.* 2. *vers. septimo*, & cogere possessionem ad ostendendum titulum suæ possessionis. Sbroz. *l. c. quæst.* 127. Zech. *l. c.*

66 Præterea potest instituere in Beneficiis Jurispatron. præsentatum legitime a Patrono. *c. ex frequentibus. de instit.* ubi Panorm. Selva. *de Benef. par.* 3. *quæst.* 14. Bellamera *dec.* 93. *de Vicar.* Rota *in antiq. de Vicar. dec.* 43. Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 8. *nu.* 100. gl. & Franc. *in cap. ex frequentibus. de off. Vicar. in* 6. Sbroz. *de off. Var. lib.* 2. *quæst.* 111. Zech. *de republ. Eccles. cap.* 23. *ver.* 2. *vers. duodecimo fol. mihi* 175. Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 20. quidquid in contrarium senserit Rebuff. *in praxi Vicar. fol. mihi* 55. Non potest tamen instituere se ipsum, & pro conclusione vide etiam Riccium *in praxi Institut. par.* 4. *res.* 399. Item potest consentire erectioni, & creationi Beneficii. Boer. *dec.* 39. Rochus *de Jurepatron. quæst.* 31.

MEMBRUM IV.

De Constitutionibus, & edictis.

67 Vicarius ex generali commissione potest facere Constitutiones, edicta, & statuta constringentia totam Diœcesin. Abb. *in cap. cum olim de major. & obed.* Sbroz. *de off. Vicarii, lib.* 2. *quæst.* 168. Zechius *de Republ. Ecclesiast. cap.* 23. *ver.* 2. *vers. decimo.* Lim. hoc non procedere in, vel super iis, quæ competunt Episcopo de jure speciali, aut in arduis, in quibus Vicarius non potest statuere sine speciali mandato, juxta DD. mox supra citatos.

MEMBRUM V.

In Censuris, & earum declaratione, & denuntiatione, & absolutione.

68 Primo potest excommunicare suos subditos, etiam Episcopum Suffraganeum absente Archi Episcopo, si sit ejus Vicarius. *cap.* 2. *de off. Vicar. in* 6. *& cap.* 1. *de off. Deleg.* quamvis Vicarius non sit in Sacris. Sbroz. *de off. Vicarii. lib.* 2. *quæst. quæst.* 168. Zechius *de Republica Eccles. c.* 23. *l. c. fol. mihi* 167. Rebuff. *in prax. de Vicar. fol. mihi* 59. Item qui damnum dedit ratione peccati. Zech. *l. c. cap. si Sacerdos de off. Ordin.*

Secundo potest suspendere, & interdicere. *cap. cum Abb. Ecclesiarum de constit.* Sbroz. *l. c. q.* 182. Navar. *in man. cap.* 27. *a nu.* 158. Zechius ubi supra *fol. mihi* 168. ad tempus tamen, & non in perpetuum, quia nec Episcopo hæc facultas competit, neque potest talis suspensio esse multum diuturna. Sbroz. *l. c. quæst.* 182. 69

70 Tertio, sicut potest Vicarius excommunicare, suspendere, & interdicere juxta dicta. Ita potest excommunicatum absolvere, licet non sit Sacerdos, & quamvis esset extra Diœcesin, quia actus iste est jurisdictionis voluntariæ, non contentiosæ, adeoque etiam in alieno territorio exerceri potest. Dixi, licet non sit Sacerdos, quod tamen non nude intelligendum est, sed respectu pœnæ, non autem culpæ. Lim. si excommunicaret jure delegato; tunc enim sine alia commissione non posset absolvere, nisi excommunicasset in contrariam. Sbroz. *l. c. q.* 172. Zechius *l. c. fol. mihi* 168.

71 Præterea potest Vicarius absolvere excommunicatum ab Episcopo, si Episcopus non est in Diœcesi, vel in loco vicino, secus si esset vicinus, tunc enim esset necessarium mandatum speciale. Sbroz. *l. c. quæst.* 174. Zechius *l. c.* Item potest absolvere excommunicatum a Delegato Episcopi eo absente. Sbroz. *l. c. quæst.* 175. & in casibus, in quibus ipse potest absolvere excommunicatum, potest alteri committere ejusmodi absolutionem. Sbroz. *quæst.* 181. Zech. *l. c.* Lim. 1. si Episcopus sibi reservavit ejusmodi absolutionem. Item si excommunicatus est exemptus ab Ordinario. Sbroz. *quæst.* 179. Lim. 2. in excommunicatione lata a jure juxta dicta. Lim. 3. in suspensione juris.

72 Ulterius potest denuntiare publice Religiosos, qui Clericis, vel Laicis extremam unctionem, aut Eucharistiam pro viatico ministrarunt, matrimonio astiterunt sine licentia Episcopi speciali, vel Parochi, aut qui excommunicatos a Canone, præterquam a casibus in jure expressis, aut sine privilegio Apostolico absolvere attentarunt. juxta *Clem.* 1. *de privil.* Sbroz. ut supra. *quæst.* 169. Zech. *l. c.*

MEMBRUM VI.

In consecratione Ecclesiæ, & Ecclesiasticorum ornamentorum benedictione.

73 Quandoquidem circa hæc nihil possit Vicarius Episcopi, ubi agitur de benedictione, vel consecratione sine speciali mandato, & in iis, quæ concernunt consecrationem etiam cum speciali mandato, nisi ipse etiam Vicarius esset Episcopus, ideo ad ea, quæ infra dicturi sumus, cum agetur de speciali mandato, & quando hoc requiratur, te remittimus.

MEMBRUM VII.

In dispensando.

74 Quamvis Vicarius generalis ex vi commissionis generalis exiguam habeat authoritatem in dispensando, sed ad hoc sit necessarium mandatum speciale, potest tamen dispensare in sequentibus casibus. Primo in denuntiationibus matrimonialibus, quia Concilium Tridentinum. *sess.* 24. *cap.* 1. *de ref. matrim.* concedit hanc facultatem Ordinariis, sed nomine Ordinarii venit etiam Vicarius generalis, ut patet ex iis, quæ diximus supra, & tenent Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. Ciarlin. *controv. for. cap.* 104. *lib.* 1. *num.* 19. Bonac. *de matr. quæst.* 2. *p.* 6. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 32. *num.* 29. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *res.* 238. Tambur. *de matrim. lib.* 8. *tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 5. non tamen sine causa legitima. Sbroz. *de Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 101. Gutierrez *Can. qq. lib.* 1. *cap.* 19. *& de matrim. cap.* 56. & alii plures apud eosdem, quidquid in contrarium senserint Menoch. *cons.* 69. *& de arbitr. cas.* 453. Cephal. *cons.* 421. Henriquez *de matrim. lib.* 11. *cap.* 5. qui dicit, ita fuisse declaratum a S. Congreg. Ant. Gomez. *in Bulla Cruciatæ. cap.* 4.

75 Et quoniam Concilium quoad harum denuntiationum dispensationem se remittit arbitrio Ordinarii, quod importat judicium prudentiale, & regulatum, juxta Menoch. *de arbit. lib.* 1. *quæst.* 8. Gutierrez *de matrim. cap.* 56. *&* 57. ideo causa justa requiritur ad dispensandum, alias Vicarius dispensans peccabit mortaliter, quia in re

re gravi, & maximæ consequentiæ contra faceret Tridentino, & abuteretur authoritate sibi ab eodem concessa. Menoch. *cons.* 69. Salcedo. *in pract. c.* 73. Gutierrez *Can. qq. lib.* 1. *c.* 19. *& de matrim. c.* 57. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 8. P. Tamburin. *de matrim. lib.* 8. *trac.* 6. *c.* 3. §. 1. *nu.* 9.

76 An vero omnes denuntiationes sint remittendæ, vel tantum aliquę, aut nulla, attenta causarum qualitate, est arbitrarium Episcopo, ut diximus in praxi *Denuntiationum.* ubi Pax Jord. & alii: debet tamen Episcopus reddi moraliter certus saltem extrajudicialiter, nullum subesse impedimentum. Et post contractum matrimonium debet Vicarius inhibere contrahentibus, ne matrimonium consumment ante factas dictas denuntiationes, nisi illi videbitur expedientius illas omittere, cujus conscientiæ hoc totum a Concil. *l. c.* remittitur, Pax Jord. Sanchez & Tambur. *ll. cc.* Causas vero dispensandi in denuntiationibus dedimus in praxi *Denuntiationum.*

77 Prædicta de dispensatione in denuntiationibus licet vera sint, non potest tamen Vicarius generalis virtute generalis commissionis dispensare, ut denuntiationes fiant extra Parochiam contrahentium, uti in praxi *Matrimonii* fuit dictum; quia idem Concilium Tridentinum non determinat; & ideo cum dispensandi potestas, quam habet Episcopus, non transeat in Vicarium generalem cum generali commissione, sed tantum cum mandato speciali. *cap. cum authoritate. de privil. in* 6. ideo opus est speciali concessione. Calderin. *cons.* 3. *de off. Vicar.* gl. *in cap. quæ de caus.* 2. *quæst.* 4. Fel. *in cap. at si Clerici. de Jud.* Rebuff. *in praxi de Vicar. fol. mihi* 47. *num.* 44.

78 Quæres, sed potestne Vicarius dispensare, ut alius, quam Parochus assistat matrimonio? Respondetur, quod sic, quia cum ipse Vicarius jure ordinario possit assistere, potest etiam alium quam Parochum delegare. Sanchez. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *nu.* 10.

MEMBRUM VIII.

In executione Litterarum Apostolicarum in causis Justitiæ, & Jurisdictionis.

79 Vicarius Episcopi potest exequi litteras Apostolicas sibi, vel sub nomine proprio, aut dignitatis directas, & quia de his abunde fuit dictum in praxi *Executoris Apostolici sub litt. E.* ideo, ne eadem sæpius repetamus, his omissis

80 Dicendum, quod Vicarius Episcopi virtute generalis mandati, aut commissionis potest cognoscere causas beneficiales civiliter motas, non vero criminaliter. Sbroz. *de Vicar. lib.* 2. *quæst.* 125. Zechius *de Republ. Ecclesiastica. cap.* 23. *ver.* 2. *vers. sexto. fol. mihi.* 265. potest exequi suam sententiam juxta Zech. *l. c. vers. septimo potest.* Sbroz. *l. c. quæst.* 128. Potest inhibere Judici Laico, ne instrumentum usurarium executioni mandet. Franc. *in cap. cum teneatur. de appell.* Bald. *in L. hac consultissima. C. de testam.* Zech. *l. c. cap.* 23. *ver.* 2. *vers. septimo potest. fol. mihi* 265. Potest revocare inhibitionem, & revocationem inhibitionis in causa usurarum, & recipere cautionem de restituendis usuris ab hæredibus Usurarii manifesti. Item potest prohibere Laicis, ne locent suas domos ad fœnus exercendum fœneratori. Item inhibere Judici Laico, ne procedat contra Clericum coram se falsum deponentem. Sbroz. *de off Vicar. lib.* 2. *quæst.* 148. Zechius ubi supra.

81 In criminibus mixti fori potest procedere contra Laicos etiam illos citando realiter, & procedere ad torturam etiam sine incursu irregularitatis. Sbroz. *l. c. quæst.* 152. *&* 153. Dummodo non sit nimia, sicut etiam potest verberare Clericos, modice tamen, etiam, cum modica sanguinis effusione. Sbroz. *quæst.* 154. Zech. *l. c. fol. mihi* 166. sed ad hoc requiri speciale mandatum, tenet Rebuff. *in prax. Vicar. fol. mihi* 59. *num.* 173. Sbroz. *l. c.* Potest etiam imponere pœnas pecuniarias Clericis, & illas fisco Episcopali applicare. *cap. dilectus. de off. ordin.* Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 160. Zech. *de republ. Eccles. cap.* 23. *ver.* 2. *vers. octavo. fol. mihi* 166. Præterea potest requirere Laicos, ut faciant servari Constitutiones tum Pontificias, cum Episcopales contra hæreticos. Zech. *l. c.* Sbroz. *l. c. quæst.* 163. *&* 164.

Potest absolvere inquisitum non quidem a crimine, sed ab inquisitione, ad effectum transmittendi inquisitionem ad Episcopum ab eo puniendum. Diaz. *in pract. crim. cap.* 5. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 55. Zech. *l. c.* 82

Potest dare Curatorem minoribus ad exercendas lites in foro Ecclesiastico, & in emancipatione liberorum interponere authoritatem. Item potest punire excessus Officialium Laicorum Episcopo servientium, imo etiam familiarium Episcopi, dummodo id notificet Episcopo. Sbroz. *d. lib.* 2. *quæst.* 146. Zech. *de Rep. Eccles. cap.* 23. *ver.* 2. *vers. decimo. nono potest. fol. mihi* 169. 83

Potest Laicis pro crimine Ecclesiastico pœnam pecuniariam, si illa magis timetur, quam spiritualis, imponere. Jo. Andr. *in cap.* 1. *de homicid.* Abb. *in cap. licet. de pœn.* Zech. *l. c.* sed quibus usibus sit applicanda, vide Abb. *l. c.* praxis est, quod applicetur usibus piis. Potest excommunicare Laicos, qui Clericos injuriant. Abb. *in cap. cum olim. de injur.* Zech. *l. c. vers. decimo nono potest.* 84

Potest exercere actus voluntariæ jurisdictionis etiam extra Diœcesin. Fel. *in cap. ex parte. de constit.* Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 166. Zech. *l. c. fol. mihi* 166. *vers. nono potest.* exceptis casibus, quos infra trademus, cum agemus de speciali mandato. 85

Quæres, an Vicarius generalis possit allegari suspectus in causis mensæ Episcopalis? concludunt multi negative, quia non agitur de illius interesse, & commodo, ut possit dici Judex in causa propria, & quamvis sit idem tribunal Vicarii, & Episcopi, non est tamen eadem affectio. Sperell. *dec.* 93. *num.* 5. neque refert, quod Episcopo non habente jurisdictionem, nec Vicarius illam habere possit, quia hæc incapacitas non tangit tribunal Episcopi, quod propterea non caret jurisdictione hac, sed personam ipsius Episcopi, quamvis vero tribunal Episcopi sit idem cum tribunali Vicarii, personæ tamen sunt diversæ. Quæ licet vera sint, potest tamen Vicarius allegari suspectus ex propria persona, quo casu suspicionis causa est proponenda coram ipso Episcopo, & probanda, si est præsens, si vero est absens, & fuit allegatus suspectus ex causa communi cum Episcopo, causa est proponenda coram arbitris, ad quos eligendos pars allegans suspicionem potest cogi ab illo, qui fuit allegatus suspectus. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 101. Zech. *fol. mihi* 176. vult, Vicario dandum esse Adjunctum, & citat Rotam *dec.* 1. *de off. Vicar. in nov.* Zerol. & alios. 86

Potest per censuras cogere Judicem Laicum ad impertiendum sibi brachium ex causa, quando nimirum alia remedia deficiunt. Sbroz. *d. lib.* 2. *quæst.* 190. Zech. *l. c. vers. decimo potest.* 87

MEMBRUM IX.

In Matrimonialibus.

Vicarius ex generali commissione potest cognoscere causa matrimoniales. Zech. *de rep. Eccles. cap.* 23. *ver.* 2. *vers. quarto post. num.* 4. *fol. mihi* 170. quia vero hæc propositio non transit sine difficultate, sed multos habet contradictores, uti Bertachin. *in tract. de Episc. par.* 7. *lib.* 4. *quæst.* 20. Rebuff. *in prax. Vicariorum. fol. mihi* 57. *num.* 155. qui probat ex *cap.* 1. *de consanguin. & affinit. cap. accedentibus. de excess. Prælat.* ideo videri poterit Sbroz. 88

Præterea poterit Vicarius assistere matrimonio. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *num.* 10. Tambur. *de matrim. lib.* 8. *tract.* 6. *cap.* 2. §. 5. *vers. idem possunt.* & DD. apud Sanchez *l. c.* sicut in matrimonialibus potest ea, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ, ideo potest dare licentiam assistendi matrimonio simplici Sacerdoti, ut possit celebrari extra Ecclesiam, & ut possit celebrari a vagis præmissa cognitione, de qua Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 7. *de reform. matrim.* Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 25. Gutierrez *eod. tract. cap.* 65. Boss. *de matrim. cap.* 4. §. 57. *num.* 188. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 32. *& de Canon. cap.* 42. Tamburin. *l. c.* 89

Hinc potest dare licentiam transeundi ad secunda vota, si constet de morte primi conjugis aliter, quam per indicia, & probabiles præsumptiones, scilicet per indubitatam certitudinem. Laym. *moral. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 3. *cap.* 3. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 46. Tamburin. 90

lib.

lib. 8. *tract.* 1. *cap.* 10. Gobat. *de imped. matrim. cas.* 14. *num.* 308. Tunc autem dicitur habere certum nuntium mortis, si probetur mors per duos testes de visu, quamvis isti fuerint consanguinei. In qua materia dicuntur testes de visu etiam illi, qui interfuerunt exequiis, aut trigesimo, quamvis cadaver non viderint. Mascard. *de prob. conclus.* 175. Item ex fide Parochi attestantis, Conjugem illum a se fuisse sepultum. Tambur. *l. c.* Item si cum fama, & testibus de auditu junguntur aliæ conjecturæ non levis momenti. Item si cum uno teste de visu jungantur alia adminicula, præsertim si propter distantiam non potest haberi major certitudo. Tambur. & Gobat *ll. cc.* Mascard. *de prob. conclus.* 1075. Item si adest fama de morte prioris conjugis, sed adminiculata, dummodo fama probetur per duos testes omni exceptione majores, qui deponant, se audivisse a fide dignis, & quæ fulciatur causa rationabili, ex qua orta est, & testes dicant, se audivisse publice, & a majore parte populi, nominando illos, a quibus audiverunt, & fama orta est, vel saltem a septem testibus nominandis; tunc enim non erit necesse probare, unde fama ortum habuerit. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 46. Mascard. *de prob. conclus.* 1074. Bonac. *de matrim. quæst.* 3. *p.* 10. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *res.* 214. Item per litteras Officialis Belli, seu Ducis, sub quo ipse militat, aut Commilitonum. Navar. *in man. cap.* 22. Ciarlin. *controv. for. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 63. Et quamvis non probetur per diuturnam absentiam juxta Sanchez, Barb, & alios apud Ciarlin. *l. c.* id tamen limitat Gobat. *l. c. nu.* 342. quando conjuges vixerunt in pace, & unus abiit ad bellum; tunc enim verisimile non est, quod si conjux viveret, rediret ad uxorem, & ideo si per viginti annos emansit, & adhibita omni diligentia non potuit inveniri, præsumitur mortuus. Menoch. *de adipisc. rem.* 4. Mascard. *de prob. conclus.* 1075. vide in praxi *Matrimonii*.

91 Bene verum est, quod mors contingens in longinquis, præsertim in maritimis, sit difficilioris probationis, & levioribus probationibus probetur, juxta Ciarlin. *l. c.* secus si contingat in loco vicino; tunc enim concludentius debet probari. Menoch. *l. c.* Mascard. *de prob. conclus.* 1070. Tusc. *litt. M. conclus.* 400. Sanchez *loc. cit.* Sylvest. *verb. matrim. quæst.* 13.

92 Vicarius potest, ac debet separare illos Conjuges, qui laborant impedimento impotentiæ perpetuæ præmissis illis, quæ præscribuntur *in cap. laudabilem. & in cap. frequentatis. de frigid. & malef.* faciendo nimirum a peritis inspici illum, de cujus impotentia agitur, & exigendo utriusque juramentum cum septima propinquorum manu, quod coire nequiverunt, hoc est, septem propinquis attestantibus, dummodo præcesserit triennalis probatio. Gobat. *de impedim. matrim. cap.* 17. *nu.* 429. Tamburin. *de matrim. lib.* 8. *tract.* 1. *cap.* 13. §. 5. *n.* 9. Debent autem septem propinqui jurare juxta dicta non solum ex parte viri, sed etiam ex parte mulieris, aut in horum defectum totidem vicini, ne conjuges inter se conspirate possint.

93 Limit. 1. triennalem probationem non fore necessariam, si certo physice constat, vel moraliter de impotentia, uti per ariditatem membri, de qua testantur periti Inspectores, sicut nec juramentum septimæ manus, quia hæ cautelæ fuerunt præscriptæ a jure pro casu dubio; quando nimirum dubitatur de impotentia, aut cum unus ex conjugibus contradicit. Hurtad. *de matrim. disp.* 22. quamvis Sanchez & Pont. velint etiam hoc casu servandas esse solemnitates a jure præscriptas saltem in foro externo.

94 Porro triennium probationis licet secundum aliquos incipiat a die primæ copulæ, quidquid sit in foro interno, tamen in foro externo incipit a die decreti Judicis. Tamburin. *l. c. nu.* 6. & triennium non debet esse continuum physice, sed sufficit, quod sit continuum moraliter quoad conatum. Diana *par.* 11. *tract.* 5. *res.* 8. Hurtad. *de matrim. disp.* 22. *differen.* 11. *n.* 41. Dicitur autem esse continuum moraliter, si non intercedit magna interruptio, aliter hæc interruptio erit supplenda arbitrio Judicis.

95 Sed pone, quod post sententiam latam a Vicario inveniatur impotentiam conjugis non fuisse veram, aut non perpetuam, & conjuges transivisse ad aliud matrimonium, poteruntne illi denuo, & tenebunturne redire ad priorem suum conjugem? Concludendum, quod sic, quia in hac materia sententia nunquam transit in judicatum. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 99. sive bona, sive mala fide fuerint separati, quamquam Pont. id neget supposita bona fide. *de matrim. lib.* 9. *cap.* 65.

Quod diximus, Vicarium debere separare conjuges 96 laborantes perpetuo impedimento impotentiæ, venit ampliandum etiam ad illos conjuges, qui laborant aliquo alio impedimento dirimente, uti consanguinitatis, aut affinitatis, donec per dispensationem legitime obtentam impedimentum fuerit sublatum.

MEMBRUM X.

In Monasteriorum erectione.

Vicarius generalis ex vi generalis commissionis, & 97 Vicariatus potest interponere suam authoritatem Monasteriorum tam virorum, quam mulierum erectioni, & ea disponere, quæ ad illorum clausuram, & regimen pertinent, juxta dicta in praxi *Monasteriorum erectionis*. Ratio est, quia licet Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. *de Regular.* requirat consensum Episcopi, tamen quia in Constitutione Clem. VIII. quæ incipit *quoniam ad institutum.* apud Quaran. *in sum. Bullar. litt.* U. *verb. Monasteria. fol. mihi* 331. fit solummodo mentio Ordinarii, Vicarius vero Episcopi veniat nomine Ordinarii, imo sit Ordinarius, ideo sufficiet authoritas Vicarii. Sed quod ad hoc requiratur speciale Episcopi mandatum, docet Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 198. & Zech. *l. c. fol. mihi* 173. *ver. undecimo. circa finem.*

Præterea propter rationem mox dictam potest Vica- 98 rius generalis concedere licentiam ingrediendi Monasteria Monialium, quod Vicarius est Ordinarius, ex causis tamen ab ipso approbatis; quamvis Bonac. *de clausura Monial. quæst.* 4. *p.* 1. Quarao. *in sum. Bullar. ver. Monasteria. fol. mihi* 344. requirant etiam ad hoc mandatum speciale. videri propterea poterit Zerola *in prax. Episcopor. verb. Moniales. ad* 8. *quæst. vers.* 4. Zech. *de Regulac. cap.* 3. *num.* 15. Barb. & Pax Jord. Et quæ debeat servare Vicarius in danda licentia transeundi ad strictiorem, vide in praxi *Monasteriorum*.

MEMBRUM XI.

In Monitoriis.

Vicarius virtute Vicariatus, & commissionis genera- 99 lis potest concedere Monitoria contra detinentes res alienas saltem ex consuetudine, quidquid sit de Jure. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 171. Zech. *de Republ. Eccles. cap.* 23. *de Vicario Episcopi. ver.* 2. *vers. decimo quarto potest. fol.* 167. etiam contra non revalantes eos, qui detinent res alienas ad normam eorum, quæ diximus in praxi *Monitorialium*, sicut etiam eosdem contumaces, si sint, excommunicare. Abb. *in cap. sicut. & in cap. dilectus. de excess. Prælat.* Zechius *l. c. vers. decimo nono potest.* vide pro coronide Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. Sperell. *dec.* 97. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 43. & 201. Gratian. *discept. for. cap.* 83.

MEMBRUM XII.

Quoad Novitios, & Novitias.

Vicarius ex generali commissione potest, & debet 100 Virginum ad habitum Regularem suscipi volentium, & professionem emittere voluntatem explorare, quia ita disponit Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 17. *de Regular.* & ita tenent Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 100. Ciarlin. *controv. for. cap.* 194. & conclusio non habet difficultatem, quando Episcopus est absens, sed difficultas est, quando Episcopus est præsens, & non impeditus, & hoc etiam casu, quod Vicarius possit explorare voluntatem Virginum, ultra citatos tenent Marchet. *in praxi Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 16. Zech. *de Republ. Eccles. cap.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 2. *vers. undecimo potest.* videri potest Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *num.* 119. pro affirmativa contra Barb. *alleg.* 100. *num.* 8. & *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 12. Narbonam *de appell. a Vicario ad Episc. par.* 1. *num.* 137. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 208.

Secundo potest Vicarius generalis ex generali com- 101 missione

missione præstare consensum dispositioni, vel donationi Regularium intra duos menses ante professionem, juxta Concil. Trid. *sess.* 25. *de Regular. cap.* 16. Cæval. *commun. contra commun. cap.* 16. Pa:is. *de resign. lib.* 3. *quæst.* 13. qui id ampliat etiam ad renuntiationem irrevocabilem intuitu Religionis factam. Azor. *moral. par.* 2. *lib.* 7. *cap.* 20. & qualiter debeat interponere decretum, vide in praxi *Novitiorum.* & Zechium *l. c.*

102 Potest etiam Examen Novitiarum committere earundem Confessario. Gavant. *in man. Episcop. verb. Monialium professio.* Garz. *de Benef. dict. par.* 9. *cap.* 2. Barb. *d. alleg.* 60. *&* 100. Ciarlin. *controv. for. cap.* 194. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 44.

MEMBRUM XIII.

Quoad Ordinandos.

103 Vicarius generalis ex vi Vicariatus, & generalis commissionis examinare debet Ordinandos, & cognoscere, an habeant omnia requisita a Concil. Trid. ad Ordinum susceptionem, juxta ea, quæ diximus in praxi *Ordinis.*

104 Præterea potest Vicarius generalis vi generalis mandati dispensare in Interstitiis ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ, uti declaravit S. Congreg. apud Gallemart. in Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 11. *&* 13. qualis autem dicatur talis necessitas, vel utilitas, videri potest apud P. Tamburin. *de Sacram. Ord. lib.* 7. *cap.* 11. *§.* 2. *num.* 4. *&* 5. apud quem Diana & Barb. qui putant, necessitatem, aut utilitatem moralem verificari, quando pauci sunt boni Ministri, vel omnino desunt. Item cum quis habet Beneficium, vel Capellaniam cum onere Missarum, juxta Hurtad. *de Ord. diffic.* 23. vide etiam Pacem Jord.

MEMBRUM XIV.

In Parochialibus.

105 Quamvis Vicarius generalis ex generali commissione non possit conferre Beneficia Parochialia etiam digniori per viam concursus. Diana *par.* 10. *tract.* 15. *res.* 13. contra Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *§.* 1. qui vult, posse Vicarium ex generali commissione facto concursu conferre Parochiam digniori, ex eo, quod in jure ei permittitur facere concursum, ergo videtur etiam concessum id, propter quod aliud fuit concessum, juxta regulam, *propter quod unumquodque.* tamen convenit communiter inter DD. quod possit facere concursum sine speciali mandato, quia Vicarius ex generali mandato potest omnia, quæ pertinent ad jurisdictionem Episcopi, nisi sint excepta, hoc autem non est de exceptis. Garz. *l. c.* Sbroz. *de off. Vicarii. lib.* 2. *quæst.* 148. & propterea poterit assistere examini, & Episcopo non interessente dare votum decisivum. Zech. *l. c. cap.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 2. *vers. decimo tertio potest. fol.* 167. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1.

MEMBRUM XV.

Circa Quæstuationem, & Restitutionem in integrum.

106 Potest Vicarius ex generali commissione dare licentiam quæstuandi, servatis tamen iis, quæ monuimus in praxi *Quæstuandi. litt. Q.* ratio est, quia hoc pertinet ad jurisdictionem Episcopalem, nec invenitur hic actus dandi licentiam ejusmodi exceptus in jure, ergo ad hoc non est necessarium mandatum speciale.

107 Vi Vicariatus potest restituere in integrum majorem, & minorem, ex causa tamen, etiam adversus sententiam propriam, seu Episcopi, nisi transitum jam fecerit in judicatum. Abb. *in cap. in litteris. de in integr. restit.* Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 13. Zech. *d. cap.* 23. *ver.* 2. *vers. tertio. nu.* 3. *fol.* 165.

108 Potest etiam interponere authoritatem suam in alienatione bonorum Ecclesiæ, quæ æquiparatur minoribus, quorum bonorum alienationem potest authorizare. Sbroz. *lib.* 2. *q.* 55. Zech. *l. c. fol.* 166.

MEMBRUM XVI.

Quoad Regulares, & Vicarium in Beneficiis.

Quoad Regulares Vicarius vi Vicariatus potest omnia, quæ potest Episcopus, jure ordinario, potestate jurisdictionis, secus quæ potest jure extraordinario, vel delegato, de quibus videri possunt, quæ diximus in praxi *Episcoporum.* 109

Quamvis Vicarius generalis sine speciali mandato non possit unire Ecclesias, neque deputare Vicarium in Beneficio, potest nihilo minus illi taxare congruam, quia iste est actus jurisdictionis voluntariæ, nec est arduus. 110

§. XI.

De iis, quæ non potest Vicarius Episcopi sine mandato speciali.

Quamvis Vicarius generalis habeat omnem jurisdictionem, quam habet Episcopus juxta dicta, multa tamen sunt, quæ requirunt speciale mandatum, & sine quo Vicarius ligatas habet manus. Porro Vicarius dupliciter potest habere speciale mandatum, primo expresse, & specifice, secundo tacite, & in consequentiam ex clausula generali illud includente, quando nimirum Vicarius generalis fuit constitutus cum illa clausula generali, scilicet. *Cum libera, specifica, seu speciali, & plenaria potestate.* Bart. *in L. Procur itor. ff. de Procurat.* Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 6. & alii apud Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. sicut etiam si fuit constitutus cum illa clausula, *quod possit omnia, quæ potest Dominus, vel Episcopus,* & tali casu ob similem clausulam generalem Vicarius generalis Episcopi potest omnia, & quæcunque, quæ potest Episcopus potestate jurisdictionis etiam mandatum speciale alias requirentia. Rebuff. tamen *in prax. fol. mihi* 45. *num.* 30. illam clausulam non majorem tribuere jurisdictionem, quam mandatum generale ex citata *L. Procurator. & cap. quod agendum. de Procurator. in* 6. defendit, cum quo pertransire videtur etiam Marchesius *in praxi Vicar. Capitularis. par.* 1. *tit.* 11. qui *num.* 4. defendit, omnem jurisdictionem Episcopalem transire in Vicarium capitularem sine speciali mandato, quamvis sine speciali mandato non transeat in Vicarium Episcopi, sufficit tamen ad speciale mandatum particula denotans specialitatem, uti si fuerint expressi duo, vel tres casus speciales indigentes mandato speciali, & subjuncta clausula generalis. *cum omnibus aliis, quæ speciale mandatum requirunt.* Costa *de Jud. num.* 45. *vel* 47. Guazzin. jun. *ad defens. animar. def.* 1. *cap.* 9. Armilla *verb. Vicarius. num.* 8. Marchet. *l. c.* sed quia ut plurimum litteræ patentes Vicariorum carent ejusmodi clausulis specialibus, ut Vicarius dignoscere possit, in quibus casibus egeat mandato speciali, ideo eodem ordine, quem servavimus in mandato generali, procedendo, per membra casus in particulari, in quibus requiritur mandatum, speciales tradcmus. Ideo sit 111

MEMBRUM I.

In Absolutione.

Vicarius generalis non potest sine speciali mandato absolvere a casibus reservatis Episcopo, sive a jure, sive ab ipso Episcopo, juxta communiorem. DD. quos citavimus §. *superiori. memb.* 1. la Barb. *de pot. Episc. alleg.* 54. *nu.* 116. Merolla *de Jurisdict. Vicar. to.* 3. *disp.* 7. *c.* 6. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 19. Rebuff. *in prax. Vicar. fol.* 46. Zech. *de Repub. Eccles. cap.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 2. *vers. decimo septimo. fol.* 169. & quoad casus reservatos a Jure res est extra controversiam, cum id clare fuerit definitum in Concil. Trid. *sess.* 24. *c.* 6. *de ref.* illis verbis. *Ad id specialiter. deputandum.* Tambur. *de pœnit. lib.* 5. *cap.* 4. *§.* 2. *nu.* 9. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 19. Merolla *to.* 2. *disp.* 7. *cap.* 6. & alii apud Suarez, qui volunt Episcopum non posse dare ejusmodi licentiam, nisi casu occurrente, quibus tamen contrarium tenet Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 40. *nu.* 17. 112

Hinc non potest Vicarius, sine mandato speciali ab excommunicatione, & irregularitatibus, neque in casibus Pontificiis extra casum necessitatis, in qua alias potest 113

test absolvere Episcopus, absolvete. Sborz. *de Vicar. Episc. lib.* 2. *q.* 180. Grass. *de offic. Cleric. eff.* 9. *a n.* 155. Abb. *in c. de cætero. de sent. excom.* Diana *par.* 9. *tract.* 4. *ref.* 56. sicut nec ab excomm. ad cautelam, uti ob percussionem gravem, vel levem Clerici. Neque ad petendum debitum ob superveniententem affinitatem. Tambur. *de matrim. tract.* 2. *lib.* 8. *cap.* 6. ubi Merola *to.* 3. *disp.* 7. *c.* 6. Cætera vide in §. superiori Membr. I.

MEMBRUM II.

In Beneficialibus.

214 Vicarius generalis Episcopi sine speciali mandato non potest conferre Beneficia. *cap. fin. de off. Vicar. in* 6. ubi DD. Selva *de Benef. par.* 2. *c.* 14. Lambertin. *de Jurepatr. par.* 2. *quæst.* 4. *lib.* 2. *art.* 1. Sborz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 41. & alii apud Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 8. *n.* 80. Rebuff. *in prax. Vicar. fol.* 52. Zech. *de Republ. Eccles. c.* 23. *de Vicario Episc. fol.* 173. Ratio est, quia conferre beneficia est meræ gratiæ, est enim quædam donatio, gratiare vero non potest Vicarius sine speciali mandato, conclusio vero ampliatur, 1. ut procedat, licet Vicarius esset constitutus a Papa, juxta Zech. *l. c.* quia tunc licet non requireretur mandatum speciale Episcopi, tamen requiretur mandatum speciale Pontificis, quia sub generali concessione Vicariatus non veniunt ea, quæ speciali indigent mandato. Rebuff. *in praxi Vicar. fol.* 50.

215 Ampliatur 2. ut procedat etiam in Beneficiis in manus Episcopi, vel Vicarii generalis de ejusdem mandato speciali resignatis; quia licet tunc possit recipere resignationem virtute mandati specialis, tamen non poterit sine alio mandato speciali conferre Beneficium resignatum. Zech. *l. c.* Rebuff. *ut supra fol.* 46. quia unus specialis modus non comprehendit alium. *cap. cum in illis. de preb. in* 6. *cap. susceptum. de rescript. in* 6. & a separatis non fit illatio.

216 Ampliatur 3. ut sicut non potest Vicarius sine speciali mandato conferre Beneficia juxta dicta, ita nec possit collationi consentire, etiam Episcopo absente, licet alias haberet mandatum generale, quia ubi specialis mentio est necessaria, non sufficit generalis. *c. in nostra.* ubi DD. *de rescript.* gl. *in Clem. dudum. de sepult.* Alex. *cons.* 122. *&* 145. patet ex *L. si quis. ff. de acquir. hered.* Socin. *cons.* 45. & limitata potestas extendi non potest. *L. in agris. ff. de acquir. rer. domin.* Felin. *in c. cum Ordinem. de rescript.* subamplia, ut talis Vicarius non tantum non possit conferre Beneficia sine mandato speciali Episcopi, sed nec possit cum mandato speciali ejusdem Episcopi conferre ipsi Episcopo, quia sibi ipsi per se non potest conferre, nec potestatem conferendi dare. *c. fin. de Instit.* Fel. *in c. sane de off. Deleg.* Rebuff. *l. c.* Sbroz. *l. c. q.* 61. Zechius *ubi supra fol.* 174.

217 Ampliatur 4. ut ipsum mandatum speciale ad conferendum non det tam amplam Vicario authoritatem, quin suas mandatum recipiat restrictiones. Primo enim tale mandatum se extendit tantum ad illa Beneficia, quæ Episcopus potest conferre jure ordinario, non autem ad illa, quæ potest conferre authoritate Apostolica, ut est casus *in Clem. unica de supplen. neglig. prælat.* nisi id exprimeret ipsum mandatum. Sbroz. *l. c. q.* 72. Zech. *l. c.* Secundo, mandatum conferendi Beneficia non extenditur ad beneficia de novo creata, quia de illis non videtur cogitatum, cum non essent in rerum natura, & voluntas non fertur ad incognita, nisi hoc in mandato fuissent expressum. Sbroz. *q.* 73. Zech. *l. c. fol.* 174.

218 Tertio mandatum conferendi Beneficia idoneis non extenditur, nec dat authoritatem Vicario conferendi Beneficia habenti Beneficium incompatibile, secus si Beneficia sint invicem compatibilia. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 3. *q.* 101. Zech. *d. c.* 23. *fol.* 175. quia nec Episcopus habet ullam authoritatem, ut patet ex illis, quæ docet Hojeda *de incompatibil. benef.*

219 Quarto mandatum ad conferenda Beneficia non extenditur ad illa unienda, aut eorum resignationem recipiendam, quia hæc duo sunt distincta, & sic mandatum non debet extendi de casu ad casum, sicut nec extenditur ad privationem Beneficiorum, nisi illius specialis fiat mentio, quia prius est voluntariæ, hoc contentiosæ jurisdictionis. Rebuff. *in prax. de Vicar. fol.* 55. *n.* 136.

Porro mandatum ad conferendum includit quamcunque provisionem Beneficii, uti institutionem, præsentationem &c. Rebuff. *l. c. fol.* 47. *n.* 49. Zech. *l. c.* Abb. *in c.* 1. *de off. Vicar.* non potest tamen tunc præsentare se ipsum, aut Episcopum, juxta mox supra notata. Sbroz. *d. lib.* 2. *de off. Vicar. quæst.* 110. Præterea mandatum ad conferendum etiam speciale includit quæcunque Beneficia, etiam dignitates, & Curata, seu Parochialia. Gemin & Franc. *in cap. fin. de off. Vicar. in* 6. Sborz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 81. Zech. *de Repub. Eccles. c.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 2. *vers. & ubi fol.* 174. Rebuff. *in prax. Vicar. fol.* 53. *n.* 111. quia nomine Beneficiorum veniunt etiam dignitates, quando non sumus in materia ambitiosa, & tantum concedenti nocet. gl. *in c.* 1. *de R. J. in* 6. Clem. *Auditor de rescript. c. tua de V. S.* Rota *dec.* 433. *in antiq. & dec.* 2. *de off. Vicar.* Panormit. *in c. fin. de concess. preb.* Franc. *in c. fin. de off. Vicar. in* 6. Felin. *in c. causam de rescript. & in c. postulati. eod.* Lim. quando Papa dat facultatem conferendi, quia hæc concessio non includit dignitates, nisi exprimatur. *cap. cum illis. de preb. in* 6. *c. fin. eod.* Rebuff. *l. c. n.* 113. quia hæc potestas, quæ datur ex privilegio, est restringenda tamquam extraordinaria. *Clem.* 2. *de off. legat.* Imol. *in Clem. un. de sequestran. possess.* Socin. *cons.* 260. & quoad Curator. patet *ex c. cum in illis. de preben. in* 6. *c. dudum. & c. si cui de preben. in* 6. Rebuff. *l. c. n.* 116. secundum quem contra Episcopum concedentem plenissima fit interpretatio. *c. cum delicti. de donat.* Panorm. *in c. cum olim de V. S.* Jas. & alii. *in L. benef. ff. de constit. Princ.* 120

Præterea non tantum potest concedere dignitates etiam Parochiales virtute specialis mandati de conferendo quæcunque Beneficia, sed etiam commendare, dummodo sit Vicarius generalis, & non tantum specialiter ad conferendum Beneficia deputatus. Sborz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 82. *&* 83. Zech. *de republ. Eccles. c.* 23. *de Vicar. Episcopi. ver.* 2. *vers. & ubi fol.* 174. Rebuff. *in prax. Vicar. fol.* 54. *n.* 119. quia plus est conferre, quam commendare. *c. nemo de elect. in* 6. nam conferre est donare; commendare vero est deponere, & cui conceditur, quod est plus, videtur etiam concessum, quod est minus. Hinc est, quod mandatum conferendi includit etiam mandatum præsentandi, instituendi &c. sed non e contra Rebuff. *l. c. fol.* 47. 121

Præterea virtute talis mandati non tantum potest conferre illa, quæ conferri possunt ab Episcopo jure ordinario, sed etiam illa, quæ ad Episcopum spectant jure devoluto. DD. cit. & non tantum illa, quæ vacant post mandatum speciale concessum, sed etiam illa, quæ vacabant antea. Sbroz. *q.* 84. & Zech. *l. c.* 122

Mandatum speciale conferendi Beneficia extenditur, ut Vicarius generalis virtute illius possit etiam conferre extra Diœcesin, nisi in mandato speciali adesset aliqua clausula restrictiva. Rota *d. dec.* 2. *de off. Vicar.* & potest extra Diœcesin etiam recipere insinuationes, nominationes, & gradus. Lim. quoad Beneficia vacantia in Curia. Sbroz. *d. lib.* 2. *q.* 102. Zech. & Rebuff. *ll. cc. n.* 220. *& seq.* 123

Quæres, an Episcopus, qui dedit Vicario speciale mandatum conferendi, possit conferre, & prævenire? Responsio est affirmativa, quia Episcopus concedit virtute mandati specialis facultatem non contra se, & privative quoad se, sed cumulative, ita ut locus esse possit præventioni, juxta *c. constitutus de concess. preben.* Zech. *l. c.* Rebuff. *l. c. fol.* 54. *n.* 123. sed quid si Episcopus, & Vicarius contulerunt eodem die idem Beneficium, cujus collatio erit præferendam? Respondetur collationem Episcopi fore merito præferendam juxta *c. si a sede. de preb. in* 6. tum quia major est Episcopi, quam Vicarii collatio, & sic ubi major, minor cessat. *cap. dudum. de preb.* tum quia tali casu videtur revocatum mandatum Vicario concessum. *cap. si quem. de procurat. in* 6. Zech. *l. c. fol.* 174. Rebuff. *fol.* 54. *n.* 122. quamvis Episcopus contulerit Beneficium extra Diœcesin. Lim. si provisus a Vicario accepit possessionem ante provisum ab Episcopo, quia tunc melior est conditio possidentis. *cit. cap. si a sede.* Lim. præterea, si in provisione facta a Vicario adesset dies, & hora, & in provisione facta ab Episcopo non adesset hora, quia tunc provisio Episcopi præsumitur posterior, & cedit provisioni Vicarii, si vero adesset hora, ille prævaleret, qui prius providisset, & si uterque contulisset in eadem hora, provisio Epis- 124

Episcopi tanquam dignior deberet præcedere. Sbroz. *d. lib.* 2. *quæst.* 93. & 94. Zech. *l. c. fol.* 174. & 175. quo tamen casu Vicarius non poterit cognoscere de viribus collationis Episcopi, juxta Sbroz. *l. nu. c.* 95.

125 Dicendum ulterius, quod Vicarius Episcopi sine speciali mandato non potest conferre Beneficia præsentando, hoc est præsentare, nisi haberet mandatum speciale ad conferendum, quia tunc juxta superius dicta haberet etiam mandatum ad præsentandum, licet non e contra. Abb. *in c.* 1. *de off. Vicar.* Sbroz. *d. lib.* 2. *q.* 110. & si haberet mandatum speciale ad præsentandum, non posset præsentare se ipsum.

126 Vicarius generalis sine speciali mandato non potest recipere resignationes Beneficiorum. Garz. *de Benef. par.* 10. *c.* 1. Paris. *de resignat. lib.* 7. *q.* 24. *nu.* 4. Sbroz. *de off. Vicar. q.* 52. Zech. *l. c.* & Rebuff. *l. c.* & probatur *ex c. fin. de Vicar. in* 6. neque comprehenditur in mandato speciali conferendi. *c. dudum. de preb. in* 6. Rota *dec.* 43. *in antiq.* Selva *de Benef. par.* 2. *q.* 4. Calderin. *cons.* 3. *de renunt.* Fel. *in c. auditis. de præscript.* Card. *in Clem. un. q.* 7. *de rer. permut.* & probatur *ex cap. quæsitum de rer. permut.* Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 471.

127 Item sine speciali mandato non potest erigere novam Parochiam, neque transferre Ecclesias vetustate collapsas in matrices, aut alias viciniores. Zech. *l. c. fol.* 176. Sbroz. *d. lib.* 2. *q.* 117. neque potest dare consensum reservationi Jurispatronatus. Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 9. *num.* 75. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 31. Rota apud Garz. *l. c.* Sicut nec in creatione novæ dignitatis. Zech. *fol.* 171. *c.* 23. sicut nec translationi ejusdem patronatus, aut donationi alii factæ. Riccius *in praxi par.* 2. *res.* 469. Sbroz. & Zech. *ll. cc.* Lim. si Episcopus esset absens, & Vicarius haberet mandatum generale cum expressione aliquorum speciale mandatum requirentium. DD. cit. neque potest erigere novum Beneficium in Ecclesia.

128 Item sine speciali mandato non potest unire Beneficia, neque revocare uniones & dividere Ecclesias Parochiales. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 115. & 116. Zech. *fol.* 176. quia unio, cum sit ardua, est reservata Episcopo. Ciarlin. *controv. for. lib.* 2. *c.* 213. *num.* 31. Rebuff. *in prax. benef. de Unione, & de off. Vicar. fol.* 52. Tusc. *litt. V. conclus.* 232. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 66. *num.* 7. Genuen. *in prax. c.* 85. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum quæst.* 9. *in addit.* Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 31.

129 Quæres, si Vicarius habens mandatum speciale contulit Beneficium indigno, poteritne Episcopus conferre, aut si Episcopus contulit indigno, & Vicarius habet mandatum speciale, poteritne ipse conferre? Ad hanc quæstionem respondet Zech. quod si Vicarius conferat indigno, collatio devolvatur ad Archi Episcopum ita, *d. c.* 23. *fol.* 175. Rebuffus vero *in prax. de Vicar. fol.* 56. *nu.* 143. id concedit duntaxat in eo casu, quod Episcopus dedisset Vicario mandatum speciale ad conferendum indigno, quia tunc conferendi potestate est pro semel privatus. *c. si compromissarius de elect. in* 6. dummodo Vicarius vi talis mandati indigno contulerit, quia alias privatio non haberet locum; si autem Episcopus non dedit mandatum speciale ad conferendum indigno, Episcopus ob Vicarii delictum suo jure non privatur, & pœna suos debet tenere authores, juxta *L. Sancimus. C. de pæn.* nec quis alterius odio debet prægravari. *L. si quis in suo. C. de inoff. testam.* Et in dubio non præsumitur mandatum datum ad conferendum indigno. Poterit ergo tunc Episcopus conferre digno; quia Vicarius excessit fines mandati, dummodo collationem factam a Vicario non ratificaverit; tunc enim eodem modo punietur, ac si dedisset mandatum speciale ad conferendum indigno, quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur. *cap. ratihabitionem de R. J. in* 6. *cap. cum quis mandato. de sent. excom. in* 6.

130 Si vero Collatarius indignus, cui a Vicario fuit facta collatio, non acceptet Beneficium sibi collatum, potestas conferendi devolvitur, & revertitur ad Episcopum, nec Vicarius potest amplius conferre etiam digno, quia tunc functus est officio suo, juxta *cap. si compromissarius.* sicut nec Judex sententia lata potest amplius judicare. *cap. in litteris. de off. deleg. L. Judex. ff. de re jud. c. non potest. de preben. in* 6. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 3. *quæst.* 37. Rebuff. *l. c.*

Si vero Vicarius aut sine speciali mandato, aut alias nulliter conferat Beneficium, Episcopus non tenebitur stare tali collationi nulliter factæ, nisi Collatarius bona fide possederit Beneficium triginta annis. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *vol.* 3. *quæst.* 79. & 80. Zech. *d. c.* 23. *fol.* 174. Sed Episcopus poterit conferre, & Vicarius tenebitur ad damna, & expensas, & ad conferendum eidem aliud Beneficium. 131

Vicarius habens mandatum ad conferendum Beneficia Episcopo absente, non potest illa conferre eodem Episcopo præsente, alias collatio est nulla, nisi Vicarius ignoraverit præsentiam; tunc enim valeret collatio. Sbroz. & Zech. *ll. cc.* 132

Vicarius, quando confert Beneficium ex speciali mandato, non dicitur conferre ut Ordinarius, sed ut Delegatus Episcopi. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 88. & Zech. *de Republ. Eccles. c.* 23. *Vicar. Episc. fol.* 174. 133

MEMBRUM III.

Quoad Bona Ecclesiastica.

Vicarius generalis bona Ecclesiæ sine mandato Episcopi speciali alienare non potest, etiam ubi Extravag. ambitiosæ Pauli II. *de reb. Ecclesiæ non alienan.* non fuit recepta, ubi vero fuit recepta, non sufficit mandatum Episcopi speciale, sed insuper requiritur beneplacitum Apostolicum, quia non potest Episcopus majorem in Vicarium transferre authoritatem, quam ipse habeat, ipse vero Episcopus non potest alienare bona Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico, ubi fuit recepta Extrav. Paulina. juxta *L. nemo plus juris ff. de R. J.* Lim. si Vicarius haberet mandatum faciendi, quod ipse Episcopus potest. Zech. *d. c.* 23. *fol.* 176. quo tamen casu non poterit alienare sine evidenti Ecclesiæ utilitate, aut necessitate, uti v. g. donare, quia mandatum Episcopi est intelligendum in terminis habilibus, & juxta ea, quæ potest ipse Episcopus, ne videatur dedisse Vicario, quod ipse non habet. 134

Causas beneficiales criminaliter motas non potest cognoscere. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 126. Zech. *l. c. fol.* 176.

MEMBRUM IV.

Quoad Censuras, & earum absolutionem, & quoad Clericos.

Quod attinet ad Censuras, diximus §. *decimo*, *Memb.* 5. ideo his omissis, & veniendo ad Clericos dicendum, non posse Vicarium Episcopi sine mandato speciali revocare Clericum ab exilio, quia hoc est meræ gratiæ, ad quam Vicarius sine mandato speciali nullam habet authoritatem. Præpos. *in c. Inspicimus.* 2. *q.* 1. nisi adesset justa causa revocandi, aut Clericus fuisset missus in exilium ab ipso Vicario. Sbroz. *d. lib.* 2. *quæst.* 156. Zech. *l. c. fol.* 172. 135

Præterea non potest Vicarius generalis sine speciali mandato deponere Clericum ab Ordine, sicut nec potest ejusdem bona confiscare. DD. mox cit. 136

Ulterius nec cum mandato speciali potest dare licentiam prorogandi Jurisdictionem Judicis Laici, bene vero Judicis Ecclesiastici, si habeat ad hoc mandatum speciale, ut patet *ex cap. significasti. de foro compet.* Sbroz. *d. lib.* 2. *quæst.* 203. sicut nec potest dare licentiam Episcopus expulsis, vel ejectis exercendi jurisdictionem in sua Diœcesi, nisi proprius Episcopus esset valde distans, & remotus. Sbroz. *l. c. q.* 203. Zech. *de Republ. Eccles. c.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 8. *vers. duodecimo non potest.* 137

MEMBRUM V.

In consecratione Ecclesiæ, aut Ecclesiasticarum rerum, & ornamentorum benedictione, Abbatum, ac Piorum confirm.

Cum Vicarius Episcopi generalis, nisi sit Episcopus, non possit exercere ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, aut nisi a Pontifice desuper habeat privilegium, aut mandatum, & ideo non poterit reconciliare Ecclesias, be- 138

benedicere paramenta sine speciali facultate Episcopi, imo illa, quæ sunt Ordinis Episcopalis, uti consecrare calices, patenas, & corporalia, etiam cum mandato speciali Episcopi non poterit. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 5. sicut non potest consecrare Ecclesias, conficere olea sacra, ordinare in Sacris, nec consecrare Virgines, benedicere Abbates, aut Abbatissas, dare eis velum consecrationis, nec ministrare Sacramentum Confirmationis, & si sit Episcopus, ista non poterit sine mandato speciali. Sbroz. *l. c. quæst.* 5. Zech. *d. c.* 23. *fol.* 170. Poterit tamen habens speciale mandatum committere alteri Episcopo ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, & illum invitare ad illa exercenda in propria Diœcesi. Sbroz. & Zech. *ll. cc.* Conclusio vero principalis satis liquet *ex c. nullus.* 16. *q.* 7. *c. cum ex injuncto in fin. de heret. c. si Abbatem. de elect. in* 6. *c. cum Venerabilis.* & *c. significaverunt. de except. cap. Episcopi.* 80. *distinct.* Bertrachin. *de Episc. par.* 3. *q.* 61. Rebuff. *in prax. de Vicar. fol.* 46. *nu.* 33.

139 Et quod Vicarius non possit benedicere Abbates, aut Abbatissas sine mandato speciali, patet *ex c.* 1. *de supplem. neglig. Prælat. Clem. fin. §. statuimus. de statu Monach.* Rebuff. *in prax. de Vicar. fol. mihi* 46. *nu.* 33. & 36.

140 Reconciliatio Ecclesiarum, & benedictio paramentorum non sunt actus ordinis Episcopalis, sed jurisdictionis, & ideo potest delegari, ac per Vicarium habentem specialem facultatem exerceri. Sbroz. & Zech. *ll. cc.* Ciarlin. *controv. for. c.* 67. *lib.* 1. contra Ugolin. *de offic. Episc. c.* 32. *§.* 1. vide Barb. *de potest. Episc. alleg.* 27. *num.* 42. qui citat declarationem S. Cong. apud Possevin. *de off. Curati. c.* 2. *num.* 27. Marchet. *in praxi Vicar. Capitular. par.* 2. *tit.* 24. *num.* 8.

MEMBRUM VI.

In delegatione causarum.

141 Sine mandato speciali Episcopi Vicarius non potest constituere Delegatum ad universitatem causarum. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 55. Zech. *de Rep. Eccles. c.* 23. *de Vicar. Episc. vers. octavo non potest. fol.* 171. quod ampliative procedit, ut etiam cum mandato speciali ad substituendum non possit constituere alium Vicarium, nec in temporalibus, nec in spiritualibus, nisi in mandato adsint sequentia, vel similia verba: *Damus potestatem substituendi alium, quem Nos Vicarium cum eadem potestate substituimus.* Lim. 1. conclusionem non procedere, quando Vicarius habens speciale mandatum, vellet substituere alium Vicarium ad certum actum, quia hoc potest etiam sine speciali mandato, ita Sbroz. & Zech. *ll. cc.* Item si necessitas adsit substituendi alium Vicarium, uti propter absentiam, vel infirmitatem Vicarii, aut si fiat substitutio ad modicum tempus, vel ex consuetudine, de qua si testetur ipse Vicarius, illi creditur. Sbroz. & Zech. *ll. cc.* Dummodo substituatur persona habilis, hoc est, Clericus idoneus, & non Laicus. Lim. 2. conclusionem procedere solum in iis, quæ sunt contentiosæ jurisdictionis, in quibus Vicarius non potest constituere Vicarium; non vero in iis, quæ sunt jurisdictionis voluntariæ. Zech. & Sbroz. *ll. cc.* Lim. 3. quod licet Vicarius non possit substituere alium Vicarium, potest tamen alicui committere vices suas per modum delegationis, nisi ipse Vicarius in illa causa esset Delegatus, quia Delegatus non potest subdelegare, quo casu, quod sit Delegatus, nec potest prorogare jurisdictionem ad similia. Sbroz. *l. c. q.* 56. Zech. *l. c.* secundum quos aliis in casibus poterit servire per substitutum. vide Sbroz. *l. c.* & *lib.* 3. *q.* 6. & 12.

MEMBRUM VII.

In dispensando.

142 Quandoquidem dispensandi potestas, quæ competit Episcopo jure ordinario non transit in ejus Vicarium ipso jure cum solo generali mandato, juxta *cap. cum auctoritate. de privil. in* 6. Ideo Vicarius in dispensando regulariter non habet potestatem ullam, nisi habuerit speciale mandatum. Calderin. *cons.* 3. *de off. Vicar.* gl. *in cap. quæ de causa.* 2. *quæst.* 4. Card. *in cap. denique dist.* 4. Felin. *in cap. at si Clerici de Jud.* Rebuff. *in praxi de Vicar. fol.* 47. *num.* 44.

Hinc Vicarius sine speciali mandato non potest dispensare cum inhabilibus, & habens speciale mandatum, tunc potest dispensare cum inhabili, quando hoc exprimitur in speciali mandato. ita Sbroz. *de off Vicar. lib.* 2. *q.* 33. Zech. *de Republ. Eccles. cap.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 2. *vers. tertio non potest fol.* 170. Rebuff. *l. c. n.* 41. 143

Præterea non potest etiam cum mandato speciali dispensare in iis casibus, in quibus Episcopus potest dispensare tantum jure extraordinario, & delegato, uti in casibus a Pontifice Episcopis specialiter demandatis, etiamsi in mandato Episcopi adessent illa verba. *Ad causas Episcopo delegandas.* Sbroz. & Zech. *ll. cc.* Lim. in casibus occultis juxta ea, quæ disponit Concil. Trid. *sess.* 24. *c.* 6. *de ref.* Sbroz. & Zech. *ll. cc.* Navar. *in man. cap.* 27. *num.* 134. & 200. Zerola *in prax. Episc.* 1. *verb. Episcopalis Vicarius.* 144

Ulterius sine speciali mandato non potest dispensare super crimine, vel commutare pœnas, aut facere compositiones, juxta ea, quæ tradit Sbroz. *l. c. q.* 37. Zech. *l. c.* 145

MEMBRUM VIII.

In electione Prælatorum.

Vicarius non potest intervenire, aut interesse electioni Prælatorum sine mandato speciali Episcopi. Zech. *de Republ. Eccles. cap.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 2. *vers. sexto non potest. fol.* 171. qui citat Sbrozium *de off. Vicarii. lib.* 2. *quæst.* 30. 146

MEMBRUM IX.

De feudalibus causis.

Causas feudales sine speciali mandato Vicarius generalis cognoscere non potest, & in producendo non debet attendere statuta, vel consuetudines Laicorum super Ordine procedendi, nisi ab Episcopo, aut synodo fuerit approbata, idque in profanis tantum, & non in spiritualibus. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 125. Zech. *d. cap.* 23. *fol.* 176. non potest sine speciali mandato recipere juramentum fidelitatis, nec facere, vel renovare investituras. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 119. 147

MEMBRUM X.

In Gratiis.

Quæ sunt meræ gratiæ, Vicarius Episcopi ex generali commissione expedire non potest, sed habet opus speciali mandato. Menoch. *in cap. statutum de præben. in* 6. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 38. Zech. *loc. cit. fol.* 173. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 8. *nu.* 46. & DD. apud eundem, & ideo non potest dispensare, uti supra diximus. Ugolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 1. Covar. *pract. qq. cap.* 4. & *lib.* 3. *var. res. cap.* 20. Sanchez. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 29. Ugolin. *de off. Episc. c.* 4. & Mafchard. *de prob. conclus.* 1412. 148

MEMBRUM XI.

In Indulgentiis concedendis.

Indulgentias concedere cum pertineat ad actum jurisdictionis, non potestatem Ordinis, possunt concedi etiam ab illo, qui caret Ordinibus, dummodo aliunde sufficientem habeat authoritatem, uti Episcopus etiam non ordinatus, aut non consecratus. Campanil. *in divers. Jur. Can. in proœmio. num.* 2. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 40. Zech. *d. cap.* 13. *fol.* 170. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 88. *num.* 7. Gavant. *in man. verb. Indulgentia. nu.* 1. Pax Jord. *lib.* 5. *tit.* 16. *num.* 27. qui hanc potestatem negat Vicario. ubi Sylv. Zerol. Bonac. 149

Vicarius illas concedere non potest sine mandato speciali Episcopi. DD. mox cit, & cum tali mandato potest Vicarius illas concedere non tantum subditis, sed etiam externis in sua Diœcesi morantibus. Gavant. & Barb. *ll. cc.* Bonac. *de Indulgen. disp.* 6. *quæst.* 1. *p.* 1.

Et

Et sicut nec S. Pontifex potest concedere Indulgentias sine rationabili causa juxta Bonac. *l. c.* quia S. Pontifex non est Dominus absolutus, sed tantum Administrator thesauri Ecclesiæ, ideoque debet illum administrare juxta Domini voluntatem, & ideo conqueritur S. Paulus, *hoc jam quaritur, ut inter dispensatores fidelis quis inveniatur.* Causæ vero sunt Honor Dei, Ecclesiæ utilitas, bonum commune, vel etiam privata causa. *cap. cum. Unigenitus. de pœnit. & remis.* S. Bonavent. Cajetan. Suarez. & alii apud Bonac. *l. c.* Ideo neque Vicarius poterit sine causa Indulgentias dispensare, quia limitata causa limitatum producit effectum. Et quia concessio Indulgentiarum est actus jurisdictionis voluntariæ, sequitur, quod istæ possint concedi etiam exemptis, uti Regularibus, & aliis. Barb. & Gavant. *ll. cc.*

150 Tales vero Indulgentiæ durant perpetuo, nisi aliter a S. Pontifice esset decretum. Gavant. *loc. cit. nu.* 15. ex Sylv. *verb. Indulgentia. q.* 5. *vers. septimum.* Pro quarum acquisitione, seu pro quibus lucrandis omnis quæstus fuit interdictus a Concil. Trid. *sess.* 25. *de Indulg. & sess.* 21. *cap.* 9. Ugolin. *de off. & potest. Episc. par.* 2. *quæst.* 41. §. 3. *nu.* 2. & videri potest etiam Valentia *to.* 4. *disp.* 7. *quæst.* 20. Suarez. *to.* 4. *circa fin.* Reginal. *in prax. fori pœnitent. lib.* 7. *a num.* 94. & alii apud eosdem.

151 Et quamvis non possint Ordinarii prohibere, quominus Regulares Indulgentias sibi olim a S. Pontifice concessas publicent, tamen iidem Regulares Indulgentias sibi denuo concessas absque consensu Ordinarii publicare non possunt, juxta declarationem S. Congregat. apud Gallemart. ad Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 9. Debebunt ergo Indulgentiæ per Ordinarium adhibitis duobus de Capitulo publicari, quamvis circa duos de Capitulo adhibendos non ubique observetur. Gavant. *l. c.*

152 Præterea notandum est, quod per annum Jubilæi, vel anni Sancti non suspendantur Indulgentiæ Altaris privilegiati, quia istæ applicantur immediate per modum suffragii Defunctis. Alphons. Leo *de Jubil. par.* 1. *quæst.* 6. *num.* 242. Gavant. *in enchir. verb. Indulgentia. nu.* 8. Addit. & S. Thom. ac DD. apud Dianam *par.* 9. *tract.* 2. *res.* 23. sicut neque suspenduntur illæ, quæ fuerunt concessæ pro articulo mortis. Ratio est, quia id non exprimitur in Bullis, tum quia in anno Sancto ratio suspendendi Indulgentias vivis concessas fuit, ut fideles proficiscerentur Romam, ibique Corpora, seu limina Apostolorum, aut alia loca sacra inviserent, quæ ratio certe minime militare potest tum in mortuis, cum in iis, qui sunt in articulo mortis. Imo Diana *loc. cit.* plus dicit, & docet, neque Indulgentias concessas vivis, sed mortuis per modum suffragii applicandas in anno Sancto suspendi ex identitate rationis mox supra tactæ; ne, dum saluti publicæ vivorum consulitur, mortuorum, qui sunt sine auxilio, suffragia impediantur. Quintanadven. *to.* 1. *tract.* 8. *dub.* 14.

MEMBRUM XII.

In Judicialibus tam Civilibus quam Criminalibus.

153 Conclusio prima. Vicarius generalis non potest cognoscere causas a S. Pontifice specialiter Episcopo delegatas, licet haberet mandatum speciale ad omnes causas, etiam delegandas Episcopo a S. Pontifice, sed est necessarium novum mandatum speciale, quod procedit, cum causa fuit specialiter Episcopo a Pontifice delegata, vel ejus nudum ministerium illi concessum, aut electa ejusdem industria, secus si causa fuit commissa Episcopo generaliter, quia tunc subintrat regula, quod Delegatus Principis possit subdelegare, juxta tradita in praxi *Delegationis, seu Executoris Apostolici.* Zerola *in praxi Episc. verb. Vicarius.* 21. *dub.* 5. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 136. Zech. *de Republ. Eccles. cap.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 2. *vers. nono non potest. fol.* 171.

154 Conclusio secunda. Vicarius generalis non potest esse Judex in causa Episcopi, aut ejus Ecclesiæ, eo casu, quo nec potest Episcopus esse Judex, potest tamen esse testis. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 137. Zech. *loc. cit.* de cujus tamen conclusionis veritate vide, quæ diximus supra §. *decimo. memb.* 8. *circa fin.* ubi contrarium dedimus ex Sperell. *dec.* 93. & aliis. Neque potest cognoscere de dispensatione ipsius Episcopi, hoc est, de illius validitate, vel invaliditate. Purpurat. *vol.* 1. *cons.* 381. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 139. Zech. *d. cap.* 23. *fol.* 172.

In procedendo non debet attendere statuta Laicorum, 155
aut illorum consuetudines in ordinatoriis, nisi ab Episcopo, vel Synodo fuerint approbata, & tunc tantum in prophanis causis, non autem in spiritualibus, ita Sbroz. *loc. cit. quæst.* 125. Zech. *loc. cit. fol.* 176. Imo statutum Laicorum etiam in decisivis non attenditur contra Clericos, nisi ipsi Clerici se fundarent in tali statuto in foro Ecclesiastico, quidquid sit in foro Laicali. Sperell. *dec.* 100. *num.* 33. Gail *lib.* 2. *obs.* 32. Vulpell. *de libert. Eccles. par.* 2. Covar. *in reg. possessor. par.* 2. §. 4.

Conclusio tertia. Vicarius generalis sine speciali 156
mandato non potest cognoscere causas criminales. *cap. licet.* ubi DD. *de off. Vicar. in* 6. sub pœna nullitatis, quamvis illi fuerit commissa cura Diœcesis, & Episcopatus, nisi in mandato essent expressa verba similia, vel majora, uti v. g. collatio Beneficiorum. Item nisi Vicarius inquirat ad effectum referendi Episcopo, & non ad effectum puniendi. Item si inquirit, non ut puniat delinquentes, sed ut ipsi se emendent. Item si inquirit ad publicam utilitatem, non ad privatam, vel si ad pœnam pecuniariam tantum, aut similem, non autem depositionis, & ejusmodi; his enim casibus potest procedere criminaliter, & causas criminales cognoscere. Sbroz. *d. lib.* 2. *quæst.* 143. Zech. *loc. cit. fol.* 172. Quod autem Vicarius ad inquirendum in criminibus debeat habere speciale mandatum, & non sufficiat generale, docet indistincte Rebuff. *in praxi. de Vicar. fol.* 59. *num.* 166. & probat ex *cap.* 2. *de off. Vicar. in* 6. & ex gl. *in cap.* 3. *de consuet. in* 6. Monac. *in d. cap.* 2. sufficere vero mandatum generale etiam sine speciali, decidit Rota *dec.* 66. *in novis.* & ita concludit Rebuff. cum allegata distinctione. Bettachin. *de Episcop. par.* 7. *lib.* 4. *quæst.* 13. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1. *num.* 224.

Præterea sine mandato speciali non potest exequi 157
mandata præcepta, & pœnas edictorum. Sbroz. *l. c. quæst.* 288. Zechius *fol.* 173.

Conclusio quarta. Vicarius etiam cum mandato spe- 158
ciali non potest procedere contra Canonicos, nisi adhibitis duobus de Capitulo, nisi ex privilegio, consuetudine, Concordiis, vel Constitutionibus aliter servetur. Sbroz. *lib.* 2. *quæst.* 135. Zech. *fol.* 172. ad normam Concilii Tridentini *sess.* 25. *cap.* 6. *de reform.* quod tantum procedit quoad Capitula exempta, sive sint Cathedralium, sive Collegiatarum. Riccius *in praxi var. res. res.* 39. Zerol. *in prax. Episcop. par.* 1. *verb. Capitulum. vers. ad octavum.* Rota apud Riccium *in collect. Decis. par.* 4. *dec.* 751. Achill. de Graff. *dec.* 57. qui vult, hanc formam esse servandam tam in gravissimis casibus, quam in levioribus. Rota *decis.* 738. apud Farin. Diaz. *in praxi crimin. cap.* 84. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 1. *num.* 8. *& quæst.* 47. *num.* 153. *&* 218.

MEMBRUM XIII.

Circa Ordinandos.

Vicarius generalis Ordinandis non potest concedere 159
Dimissorias sine speciali mandato, nisi Episcopus agat in remotis. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 41. & probatur *ex cap. cum nullus. de tempor. ordinand. in* 6. Riccius *in praxi Dimissorial. to.* 2. *par.* 3. *res.* 232. Zech. *de republ. Eccles. cap.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 2. *vers. secundum dictum. nu.* 4. *fol.* 170. Rebuff. *in prax. de Vicar.* qui citat Hostien. & Bellarm. *in cap. significasti. de off. Archidiac.* vide Marchet. *in prax. Vic. Capitul. par.* 2. *tit.* 15. Pacem. Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 1.

Quando vero ad hunc effectum Episcopus dicatur agere 160
in remotis, relinquitur arbitrio boni viri; nam aliqui volunt, sufficere duas dietas, alii plures requirunt. Pyrrhus Corrad. *in praxi dispensationum. lib.* 4. *cap.* 6. *a n.* 4. Marchet. *in praxi Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 15. *n.* 47. P. Tambur. *lib.* 7. *de ordin. cap.* 8. §. 2. *n.* 1. qui volunt, sufficere duas dietas. Barb. tenet, tunc dici Episcopum agere in remotis, quando est ultra montes, vel ultra mare, ita *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 54. *nu.* 48. sed nimis genera-

neraliter, & indiſtinćte, ut teſtaur Tambur. *loc. cit.* ubi exemplificat.

MEMBRUM XIV.

Quoad Pœnas.

161 Vicarius generalis ex generali commiſſione, & ſine ſpeciali mandato non habet poteſtatem puniendi, corrigendi, deponendi, mulctandi, privandi Beneficiis. *cap.* 2. *de off. Vicar. in* 6. Anchar. *conſ.* 60. *col.* 1. Rebuff. *in praxi de Vicar. fol.* 59. *num.* 173. ſicut nec poteſt actualiter Clericum deponere, nec ejuſdem bona confiſcare, teſte Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 167. Zech. *de Republ. Eccleſ. cap.* 23. *de Vicar. Epiſc. verſ. undecimo non poteſt. fol.* 172. ſicut nec poteſt condemnare hæreticum ad mortem, ſed tantum poteſt declarare illum eſſe hæreticum. Sbroz. *loc. cit. quæſt.* 161. ſed Riccius docet contrarium, quod imo poſſit ſine mandato ſpeciali punire delicta. *par.* 2. *reſ.* 284. Limit. quod poſſit tamen torquere, carcerare, moderate verberare, & ad triremes condemnare ex cauſa. Sbroz. *loc. cit. quæſt.* 153. & 154. Zech. *loc. cit. fol.* 173. qui tamen monet, a pœnna triremium, quantum fieri poteſt, abſtinendum.

162 Præterea Vicarius generalis non poteſt ſine ſpeciali mandato diſpenſare ſuper crimine, pœnas commutare, facere compoſitiones cum Reis, ita Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 37. Zech. *loc. cit. verſ. tertio non poteſt. fol.* 170. *circa fin.* quia nec Epiſcopus poteſt ſemper componere cum Reis, ut dicit Sbroz. *loc. cit. quæſt.* 37. Rebuff. *in prax. de Vicar. fol.* 57. *num.* 153. qui id probat ex *cap. licet. de pœn.* ubi gl. & DD. & ex *cap. in Archiepiſcopatu. de raptor.*

MEMBRUM XV.

In Pontificalibus, in quarta decimarum, & quoad Regulares.

163 Vicarius ſine ſpeciali mandato non poteſt dare licentiam aliis Epiſcopis exercendi Pontificalia in Diœceſi ſui Epiſcopi. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *a quæſt.* 1. *uſque ad quæſt.* 12. & 13. *incluſive*. Zech. *d. cap.* 23. *de Vicar. Epiſc. ver. ſecundum dictum. num.* 4. *fol.* 170.

164 Sine ſpeciali mandato non poteſt exigere Quartas decimarum, uti nec funeralium, aut ſynodalium. Sbroz. *loc. cit. quæ.* 47. & 48. Zech. *loc. cit.*

165 Non poteſt ſic ſpeciali mandato dare Regularibus Epiſcopo ſubjectis licentiam eundi ad ſtudia, & cauſas patrocinandi, ſermo eſt de Monachis. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 200. Zech. *loc. cit. verſ. undecimo non poteſt. prope finem.*

MEMBRUM XVI.

Quoad Synodum, & ſubſidium charitativum.

166 Quod ad congregandam Synodum Diœceſanam Vicarius opus habeat mandato ſpeciali Epiſcopi, patet *ex cap. ſi Epiſcopus. de off. ordin. in* 6. & probat. Jo. Bott. *de Synodo Epiſc. par.* 2. *num.* 2. Rebuff. *in prax. de Vicar. fol.* 57. *num.* 151. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 44. & 46. Zech. *loc. cit. fol.* 170. *verſ. quarto non poteſt* ſine quo mandato ſpeciali nec poteſt accedere ad Concilium Provinciale, aut generale pro Epiſcopo impedito. Sbroz. *d. quæſt.* 47. Zech. *loc. cit.*

167 Porro notandum eſt, quod Vicarius generalis in Synodo legitime congregata, ſi præſens fuerit ipſe Epiſcopus, nullam habeat juriſdictionem, nec Epiſcopum repræſentet, & ideo cedere debeat Capitulo, quod cum Epiſcopo conſtituit unum corpus, & aliquam habet juriſdictionem, ut ſignanter notat Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſ. cap.* 69. contra multos.

168 Subſidium charitativum non poteſt exigere Vicarius generalis Epiſcopi ſine mandato ſpeciali, niſi habeat mandatum generale cum libera. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 1. *quæſt.* 48. Zech. *l. c. cap.* 23. *fol.* 170. *circa finem.*

MEMBRUM XVII.

In Teſtamentis.

Ultimas voluntates Vicarius generalis ex commiſſione generali, & ſine mandato ſpeciali etiam ad pias cauſas exequi non poteſt, & tunc non, niſi ex cauſa. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 49. Zech. *loc. cit. verſ. quinto non poteſt.* 169

Præterea ſine mandato ſpeciali non poteſt adire hæreditatem lucroſam delatam Eccleſiæ Cathedrali, ſicut nec Eccleſiæ conſtituere Oeconomum. Sbroz. *loc. cit. quæſt.* 53. Zech. *l. c.* 170

Multo minus poteſt Vicarius generalis Epiſcopi ſine ſpeciali mandato, imo nec cum iſto mandato, commutare ultimas voluntates, quia nec Epiſcopus habet iſtam authoritatem, ut probat Moneta *de commut. ult. volunt.* & DD. cit. 171

MEMBRUM XVIII.

Quoad Viſitationem, & quoad Vicarios, ac Coadjutores in Beneficiis, & quoad Vota.

Ad hoc, ut Vicarius generalis poſſit Epiſcopo impedito viſitare Diœceſin, non ſufficit commiſſio generalis, ſed eſt neceſſarium mandatum ſpeciale, juxta gl. & DD. *in Clem.* 1. §. 1. *de hæret.* Rebuff. *in praxi de Vicariis. fol.* 52. *num.* 100. & probatur ex *cap. decernimus. & cap. ſi tempus.* ubi Archid. & alii *de off. Ordinar. in* 6. Zech. *loc. cit. verſ. decimo ſexto. fol.* 176. Limit. ſi Epiſcopus fuerit impeditus; tunc enim poteſt perficere illam viſitationem, quam poteſt Epiſcopus, juxta Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 3. ſecus illam, quam quotidie poteſt facere Archidiacon. Sbroz. *lib.* 2. *q.* 120. Zech. *l. c. fol.* 176. 172

Bene tamen verum eſt, & notandum valde, quod caſu, quando Vicarius ex mandato ſpeciali Epiſcopi viſitat, neceſſaria ad victum illi ſint ſubminiſtranda, Epiſcopus tamen tenetur ei ſubminiſtrare veſtes, equum, familiam, & alia opportuna, niſi aliud obſervet conſuetudo. Sbroz. *l. c. quæſt.* 122. & 113. 173

Præterea notandum eſt, quod ſi Vicarius in viſitatione delinquat in officio cum damno tertii, aut Eccleſiarum, Epiſcopus tunc ſit obligatus, & obnoxius ex delicto ipſius Vicarii. Sbroz. *quæſt.* 124. *Zech. l. c.* 174

Sicut Vicarius generalis, ex commiſſione generali, & ſine mandato ſpeciali non poteſt dare Coadjutorem Parocho, juxta DD. quos citat & ſequitur Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 112. Riccius *in praxi for. Eccleſ. par.* 4. *reſ.* 551. & alios apud Jordan. *vol.* 2. *tit.* 1. *lib.* 12. ita non poteſt conſtituere Vicarium in Eccleſia Patronata ſine conſenſu Patroni, juxta eundem Riccium *in prax. reſ.* 216. Ita a fortiori non poteſt conſtituere Vicarium perpetuum in Eccleſia parochiali ſine ſpeciali mandato ſupra tacto, quia nec poteſt unire, juxta Sbroz. *lib.* 2. *quæſt.* 71. Zech. *l. c. fol.* 173. *verſ. decimo quarto non poteſt.* Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 8. & *par.* 9. *cap.* 2. qui citat Declarationem S. Congreg. & S. Rotæ deciſiones. 175

Vota non poteſt Vicarius generalis commutare ſine ſpeciali mandato Epiſcopi. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæſt.* 19. Zech. *l. c. fol.* 169. *verſ. decimo ſeptimo non poteſt.* 176

Quæres, an Vicario aſſerenti, ſe habuiſſe ſpeciale mandatum, credatur? Reſponſio eſt negativa, & probatur ex *cap. cum a nobis. de teſtib. cap. ſicut. de ſent. excom.* & ita docent Maſcard. *de prob. concluſ.* 140. *vol.* 1. Ciarlin. *controv. for. cap.* 213. *nu.* 32. & 33. ubi DD. 177

§. XII.

Quibus qualitatibus debeat eſſe præditus Vicarius Generalis?

Quamquam Vicarius generalis Epiſcopi non debeat neceſſario eſſe Doctor, ſi alias ſit habilis, juxta ea, quæ tradit Navar. *conſ.* 1. *de off. Vicar.* Ugol. *de off. Epiſc. cap.* 4. §. 6. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 1. *quæſt.* 36. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. *nu.* 18. tamen debet eſſe Clericus ſaltem primæ Tonſuræ, ut tenent omnes apud 178

Garz.

Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 8. Covar. *in cap. alma mater. par.* 1. §. 11. Ugolin. *de off. Episc. cap.* 4. §. 18. & probat Zech. *de Repub. Eccles. cap.* 23. *de Vicar. Episc. ver.* 1. *num.* 2. *ex cap. in nov.* 16. *quæst.* 7. *& cap. decernimus. de Jud.* ubi DD. quia Laicus etiam vitæ integerrimæ est hujus officii, sicut etiam bigamus, nisi sit dispensatus, nec conjugatus etiam cum unica, & Virgine. Gemin. *in cap.* 1. *de off. Vicar. in* 6. quamvis in habitu Clericali, & tonsura incederet, qui non possunt esse Vicarii in spiritualibus, sed tantum Assessores, vel Consultores, juxta Abb. Felin. & alios *in cap.* 2. *de Jud.* Fermosin. *de potest. Capituli sede vacan. tract.* 1. *quæst.* 6. *nu.* 24. Lim. primo, si Laicus haberet Indultum Pontificium, quia tunc posset esse Vicarius etiam in spiritualibus per ea, quæ dicit Germin. *in cap.* 2. *de preben. in* 6. Limt. secundo in necessitate, si alius idoneus haberi non potest, quia necessitas non habet Legem, & impossibilium nulla est Lex. *L. impossibilium. ff. de R. J.* Abb. *in cap. quoniam. de off. ordin.*

179 Quod vero sufficiat, si Vicarius est Clericus primæ Tonsuræ, docet Cuchus *in tract. de Vicar. Episc. nu.* 50. ultra DD. supra cit. non debet autem esse minor viginti quinque annis, juxta *cap. cum in cunctis*, ubi Abb. & Dec. *de elect.* & in hac ætate Episcopus non potest dispensare, plura vide apud Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 35. Fermosin. *loc. cit.*

180 Quæres, potestne Monachus de licentia Abbatis esse Vicarius generalis Episcopi? Idem quæritur de Canonico Regulari? Respondetur affirmative juxta DD. *in cap. si quis.* 68. *dist.* Cuchus *loc. cit. num.* 57. Abb. *in cap. fin. de Cler. ægrot.* Zech. *loc. cit. vers. debet.*

§. XIII.

Vicarius Capitularis an omnia possit, quæ potest Capitulum ex generali commissione, aut opus habeat speciali, sicut Vicarius Episcopi.

181 Mastrill. *dec.* 236. Quaran. *in summa Bullar. verb. Capitulum sede vacante. num.* 15. & Diana *par.* 6. *tract.* 7. *res.* 41. docuerunt, authoritatem Vicarii Capitularis, & Episcopalis pari passu procedere, adeo, ut in iisdem casibus requiratur speciale mandatum pro Vicario Episcopali, etiam requiratur pro Vicario Capitulari, & pro hac sua sententia citant Feder. de sen. *cons.* 40. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. Piasec. *in prax. Episc. in procem. nu.* 22. §. *potest tamen.*

182 Probatur autem hæc opinio hoc potissimum argumento. Non est recedendum a jure antiquo, nisi quatenus est correctum a jure novo, ut patet *ex L. præcipimus. C. de appellat.* sed jure novo, scilicet Trident. non fuit correctum jus antiquum, secundum quod Capitulum poterat dare potestatem Vicario suo non privative quoad se, sed cumulative, & quædam sibi reservare. Tum quia Capitulum succedit in omnem jurisdictionem Episcopi ordinariam. *cap. cum olim.* ubi gl. & DD. *de major. & obed. cap. un. eod. in* 6. Quaran. *in summ. Bullar. verb. Capitulum. nu.* 1. *fol. mihi* 130. Feder. de sen. *cons.* 30. Abb. *in d. cap. cum olim.* Pavin. *de authorit. Capit. sede vacan. par.* 1. *quæst.* 10. Piasec. *in prax. Episc. tit. de elect.* Leo *in thes. for. Eccles. de Vicar. par.* 1. *tit.* 10. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. Riccius *in prax. for. Eccles. par.* 1. *res.* 496. *& par.* 2. *res.* 118. Ciarlin. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 46. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 1. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 15. Genuen. *in prax. cap.* 80. Sanchez. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 40. sed Episcopus potest dare Vicario jurisdictionem cumulative, & quædam sibi reservare.

183 Contrariam tamen sententiam præmissis non obstantibus tanquam communiorem, & probabiliorem sequimur. Et quidem tanquam communiorem, quia illam docent Genuen. *in prax. cap.* 86. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. *nu.* 28. Riccius *in praxi par.* 4. *res.* 196. Giurb. *cons. crim.* 74. Gutierrez. *Can. qq. lib.* 1. *cap.* 11. Marchet. *in prax. Vicar. Capitular. par.* 1. *tit.* 11. *num.* 4. Campanill. *dec. Juris Can. rubr.* 12. *cap.* 13. Barb. *de Can. cap.* 52. Rota *dec.* 670. *par.* 4. *to.* 3. *recent.* Fermosin. *de potest. Capit. sede vacan. tract.* 1. *quæst.* 9. *a nu.* 1. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 4. *cap. ult.* §. 5. *num.* 71.

184 Probatur autem esse probabiliorem, tum quia licet Capitulum sede vacante succedat Episcopos in jurisdictione ordinaria, ut abunde probant superius allegata, tamen nullum habet ejusdem jurisdictionis exercitium, sed totum, quantum est, residet in Vicario Capitulari, uti testatur Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. Genuen. *d. cap.* 86. Sayr. *in thes. cas. conscien. lib.* 2. *cap.* 19. contra Merolam. *to.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. & Dianam *par.* 6. *tract.* 7. *res.* 41. Pro Garzia stant etiam Pavinus *de potest. Capit. quæst.* 10. *par.* 2. *nu.* 6. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. nu.* 4. Piasec. *in prax. Episc. in procem. nu.* 22. Marchet. *in prax. Vicar. Capit. par.* 1. *tit.* 9.

Tum quia Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 16. *de reform.* 185
prævidens difficultatem congregandi totum Capitulum, præsertim in casibus, qui persæpe celeriter veniunt expediendi, & contradictiones, & discordias, quæ ut plurimum inter Capitulares oriri solent, ne justitia, & bonum publicum animarum magnum pati deberet detrimentum, vel saltem subire periculum, cum verissimum sit illud Poetæ.

Segnius expediunt commissa negotia plures, & illud 186
Politici, *quod ubi multitudo imperat, confusio regnat*, volens propterea occurrere ejusmodi difficultatibus præcepit, ut Capitulum intra octo dies Vicarium eligere deberet, aut Episcopalem confirmare, quis autem non videt, non bene fore prospectum, si adhuc Capitulum posset per se ipsum exercere dictam jurisdictionem, seu sibi pro libitu quædam reservare, imo de facili Concilio fraus fieret, & reddi posset elusorium? quod autem ea fuerit mens Concilii, non est, qui dubitet, & testantur DD. mox supra cit. & maxime Riccius *in collect. decis. par.* 4. *dec.* 193. ad quid enim tanta solicitudo in Concilii Patribus, ut Capitulum intra octiduum Vicarium eligeret, aliter hæc potestas ad Archiepiscopum devolveretur, cum tamen in Episcopo nec faciat mentionem; certe nemo non videt, nullam aliam rationem Conciliari dispositioni esse potuisse, quam quæ a nobis prætenditur, & de qua testatur ultra Marchetum *l. c.* Quaran. *in sum. Bullar verb. Capitulum. fol.* 142. *post. vers. duodecimo quæro. ver. verum.*

Tandem probatur ex eo, quod, quoties fit mentio 187
de Capitulo sede vacante, intelligitur eo ipso etiam de Vicario Capitulari saltem consequenter, uti fatetur Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 49. Barb. *de Canon. cap.* 42. *num.* 103. Campanil. *divers. Jur. Can. rubr.* 12. *cap.* 13. Marchet. *l. c. par.* 1. *tit.* 11. *num.* 11. Pellizar. *de Monial. cap.* 5. *nu.* 148. Piasec. *loc. cit.* Barb. *de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. si vero Capitulum per se posset exercere jurisdictionem Episcopalem, in quam succedit, falsa foret consequentia. Episcopus potest concedere dimissorias, ergo etiam Vicarius.

Accedit, quod Ugolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 10. 188
§. 2. Sayr. *in thes. for. cas. consc. lib.* 2. *cap.* 19. docuerint, Vicarium Capitularem acquirere jurisdictionem ab ipso Concil. Trid. immediate, & mediate tantum a Capitulo, eo quod, licet jurisdictio Vicarii Capitularis, sicut suspenditur jurisdictio Vicarii Episcopalis suspenso ipso Episcopo, juxta *cap.* 1. *de off. Vicar. in* 6. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 3. *quæst.* 17. Surd. *cons.* 50. & suam ordinariam Jurisdictionem Vicarium capitularem recognoscere a Lege, vel Canone, exprese tradiderunt Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 55. Guttierez *de matrim. cap.* 66. Sanchez. *de matr. lib.* 3. *disp.* 29. Rota *par.* 4. *recent. dec.* 48. Marchet. *loc. cit. par.* 1. *tit.* 2. *num.* 13.

Ex quibus facilis evadit resolutio contrariorum, quia 189
argumento primo partis adversæ obviamus e diametro contrario argumento. Non est standum, vel judicandum secundum jus antiquum, quod a jure novo fuit correctum, ut patet, quia posteriora derogant prioribus; sed Concilium Trid. in hac parte correxit jus antiquum, quamvis non exprimat specifice nostrum casum, adhuc debet subintelligi? quia ubi militat eadem ratio, idem jus est statuendum, cum ratio sit anima Legis. *L* 2. *ff. ad Tertull. cap. si postquam. de elect. in* 6. & testatur ipse Diana *par.* 5. *tract.* 1. *res.* 35. *& par.* 1. *tract.* 10. *res.* 26. qui refert Bald. & alios, & ratio legis magis est attendenda, quam verba legis. *L. non aliter. ff. de leg.* 2. Surd. *dec.* 35. Abb. *cons.* 1. Bart. *in L. cum mulier. ff. sol. matrim.* Diana *par.* 6. *tract.* 1. *res.* 35.

Argumento etiam secundo facile respondetur, quia 190
illud procedit duntaxat in iis, quæ a Concilio Tridentino non fuerunt excepta, sed in nostro casu,

cum

cum Concilium Tridentinum voluit Vicarium habere jurisdictionis Episcopalis exercitium, & non Capitulum, non voluit Capitulum posse sibi aliquarum rerum exercitium reservare. Imo argumentum retorquetur contra Adversarios. Vicarius Capitularis habet exercitium totius jurisdictionis, in quam Capitulum succedit Episcopo, sed Capitulum succedit Episcopo etiam in iis, quæ speciale requirunt mandatum, Ergo Vicarius Capitularis habet exercitium jurisdictionis Episcopalis, seu Capitularis etiam illorum, quæ requirunt mandatum speciale (sermo est tam in majori, quam in consequentia de generali commissione, vel ex vi generalis commissionis.) Patet, quia licet Capitulum succedat in omnem Episcopi jurisdictionem, non tamen potest Capitulum infra annum concedere dimissorias, sicut poterat Episcopus, quia ille casus est de exceptis a Concilio. Ergo a primo ad ultimum jurisdictio Capitularis etiam in requirentibus mandatum speciale transit in Vicarium etiam sine mandato speciali. Marchet. *loc. cit.*

§. XIV.

In qua potestate Episcopi succedat Capitulum, & Vicarius Capitularis?

191 Quamvis Capitulum juxta dicta succedat in Jurisdictionem sede vacante, non tamen omnia, & quæcunque potest Capitulum, & Vicarius Capitularis, quæ potuit Episcopus, quia duplex debet considerari in Episcopo potestas, scilicet ordinis, & jurisdictionis, & una maxime differt ab alia. Et ideo sit

MEMBRUM I.

In qua potestate Episcopi succedat Capitulum, & Vicarius Capitularis?

192 Dicendum, Capitulum non succedere Episcopo in potestate ordinis, quia cum ordinis potestas inhæreat, ut ita dicamus, ossibus personæ, ab eodem separari non potest. Marchet. *in praxi Vicarii Capitularis. par.* 2. *tit.* 15. Pax Jord. *par.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. quæ conclusio licet sit verissima, nec habeat Contradictores, suas tamen habet limitationes, sine quibus falsa foret. igitur sit

193 Limitatio prima. Quamvis Capitulum non succedat Episcopo in iis, quæ spectant ad potestatem ordinis, potest tamen dare alieno Episcopo licentiam exercendi Pontificalia in Diœcesi vacante, & datam ab Episcopo revocare. Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 248. Pur. *dec.* 407. Navar. *cons.* 2. *de off. Vicar.* Quaran. *in summ. Bullar. verb. Capitulum. vers. undecimo quæro.* Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 72. & ordinandi proprios subditos, sicut etiam aliorum Episcoporum cum dimissoriis etiam infra annum sedis vacantis, non tamen subditos sedis vacantis infra annum vacantiæ, bene vero post annum. Quaran. *l. c.* Genuen. *in prax. cap.* 87. Barb. *de Canon. cap.* 42. *nu.* 113. *& in Collect. DD. super Conc. Trid. sess.* 7. *cap.* 10. *de reform.* Diana *l. c. res.* 41. Marchet. *in prax. Vicar. Capit.* 2. *tit.* 15. Piasec. *in praxi Episc. par.* 1. *cap.* 1. *art.* 2. Rebuff. *in prax. Benef. de devolutionibus. num.* 66. & hanc eandem licentiam potest concedere Vicarius Capitularis, imo ad illum pertinet dare hanc facultatem. Rebuff. *loc. cit.* S. Congreg. apud Marchet. *loc. cit.*

194 Limitatio 2. Vicarius Capitularis potest dare licentiam Episcopo ordinandi Regulares ab eodem Vicario prius examinatos, quia Concilium Tridentinum non prohibet Vicario Capitulari, nisi concessionem Dimissorialium quoad subditos Capituli, non vero quoad exemptos Regulares, ut probat Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 73. qui citat Portell. *moral. to.* 2. *cas.* 71. quamvis contrarium doceat Barb. *in collect. DD. ad Conc. Trid. sess.* 7. *c.* 10. *de ref. & de Canon. c.* 42. *num.* 21.

MEMBRUM II.

In quam Jurisdictionem Episcopi succedat Capitulum sede vacante, & ejus Vicarius?

195 Duplex potest in Episcopo considerari jurisdictio, una, quæ illi competit jure ordinario, & eo ipso, quod est Episcopus, alia, quæ illi competit jure extraordinario uti Delegato. Hoc præmisso Capitulum succedit duntaxat Episcopo in jurisdictione, quæ illi competit jure ordinario, non vero in illa, quæ illi competit jure delegato. Abb. *in cap. eum olim. de major. & obed.* quamvis fuerit delegata a jure, juxta *c. ad abolendam. de heret.* Pavin. *de potest. Capituli sede vacan. par.* 1. *quæst.* 10. Feder. de sen. *cons.* 30. Jo. Andr. & DD. *in d. c. ad abolendam.* Zabarell. *in Clem.* 1. *de heret. q.* 8. & Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum vers. quia. fol.* 130. qui id etiam probat *ex c. verum. de foro comp.* Rebuff. *in prax. de devolut. nu.* 68. Piasec. *in prax. Episc. tit. de elect.* Leo. *in thes. for. Eccles. de Vicar. par.* 1. *tit.* 10. *nu.* 7. Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 7. *nu.* 30. Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 118. Ciarlin. *controv. for. lib. c.* 46. *nu.* 15. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 1. & 2. Barb. *de Can. c.* 42. *num.* 61. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *c.* 32. Rota *dec.* 632. *par.* 2. *recent.* Merlin. *dec.* 84. Marchet. *loc. cit. par.* 2. *tit.* 12. *nu.* 11. *& seqq.*

Conclusio vero ampliatur, ut Capitulum, & ejus Vicarius succedat Episcopo in omni jurisdictione ordinaria, sive hæc competat de jure generali, sive de jure speciali communi tam in jurisdictione voluntaria, quam contentiosa, tam circa administrationem spiritualium, quam temporalium. Marthа. *de jurisdict. par.* 3 *cap.* 33. *& par.* 3. *cap.* 4. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 7. Giurba *cons. crim. cons.* 14. Campanill. *divers. Jur. Can. rubr.* 12. *cap.* 13. *nu.* 75. Genuen. *in prax. c.* 87. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 1. *quæst.* 15. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 40. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 45. *& de Canon. cap.* 42. *nu.* 61. Sperell. *dec.* 111. *num.* 43. Marchet. *l. c.* 196

Ampliatur 2. quod Capitulum succedat Episcopo etiam in illa jurisdictione, quæ competit ex jure speciali Tridentini Episcopo. Ita Marchet. *l. c.* Barb. *alleg.* 39. & de Canon. *l. c.* Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 7. *nu.* 41. Sperell. *l. c.* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 2. si tamen hæc Jurisdictio eidem competat etiam jure ordinario. Diana *l. c. res.* 8. Garz. *l. c.* Barb. *alleg.* 92. non vero Jure Deleg. 197

Sed unde dignoscendum est, quod jurisdictio competens Episcopo jure Tridentini competat jure ordinario, aut jure delegato? Respondetur, dignoscendum esse, vel ex ipsis verbis Concilii; si enim jurisdictio, vel potestas detur non ipsi personæ, sed dignitati, vel officio in perpetuum, dicitur competere jure ordinario. Diana ut supra. Fagundez *in Decal. to.* 1. *lib.* 1. *cap.* 15. si vero Concilium dicit, quod det authoritatem hanc, vel illam, aut jurisdictionem tanquam Delegatis Apostolicis, aut illam dat personæ; tunc dicitur competere jure delegato, licet detur in perpetuum. gl. *in c. ad abolen. de heret.* uti Panorm. & alii apud Sanchez. *l. c.* vide Dianam, ut supra. Præterea si Jurisdictio competit Episcopo de jure communi, & attribuitur illi etiam a Concil. Trid. dicitur competere jure ordinario. Diana & Fagundez. *ll. cc.* 198

Conclusio vero principalis limitatur, quod Capitulum, & ejus Vicarius non succedat Episcopo in iis, quæ ipsi competunt de jure speciali, aut accidentali, Costa. *de remed. subsid. c.* 115. Rota *par.* 1. *recent. dec.* 346. Sperell. *dec.* 11. *nu.* 42. Genuen. *in prax. c.* 87. Lotther. *de re Benef. lib.* 1. *q.* 9. Marchet. *loc. cit. par.* 2. *tit.* 12. sermo autem est de jure speciali, quod est gratiosum uti privilegium. Diana *loc. cit. res.* 7. nisi alias competeret de jure ordinario. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 2. Vulpe. *in praxi cap.* 44. Pax Jord. *vol.* 2. *lib.* 12. *tit.* 2. *nu.* 19. Barb. *de Canon. cap.* 42. *n.* 87. Sperell. *loc. cit.* Marchet. *l. c. nu.* 15. 199

Quæres, an Capitulum succedat Episcopo in illa jurisdictione, quæ illi competit tantum ex consuetudine? Respondetur affirmative cum Barb. *loc. cit. & de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. Marchet. *l. c. nu.* 8. Diana *l. c. res.* 18. Genuen. *in praxi l. c.* sicut etiam succedit in iis Episcopo, quæ illi competebant ratione additamenti. Genuen. & Marchet. *ll. cc.* Quaranta *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. subsequenter. fol.* 131. ubi si Jurisdictio Episcopo tributa non est nova, sed est quædam annexio, vel additio ad generalem Jurisdictionem, quam habet a Jure in sua Diœcesi. Ant. de Butr. *in c. cum in cunctis de elect.* Gemin. *in c. quamquam. de elect. in* 6. Felin. *in c. verum. de foro compet.* Ratio est, quia tunc idem judicium debet fieri de additamen- 200

to,

to, ac de principali, cum accessorium sequatur naturam sui principalis. juxta *reg. accessorium de R. J. in 6.* & probat Abb. *in cap. statutum. de elect.*

201 Quæres 2. an. Capitulum ita succedat jurisdictioni ordinariæ Episcopi, ut illam possit exercere in singulos de Capitulo, etiam in primam Dignitatem? Respondetur affirmative juxta Navar. *cons. 7. de officio ordin. in antiq.* Quaran. *in summ. Bullar. verb. Capitulum. vers. ulterius sciendum fol.* 132.

202 Sed redeundo ad conclusionem principalem hæc limitatur 3. quod Capitulum non succedat Episcopo in jurisdictione ordinaria, casu quo illam haberet cum alio, & non solus quoad exercitium; quia tunc potestas Episcopi devolveretur ad Collegam superstitem, juxta *c. fin. 65. dist.* si ita ambobus competeret, ut inter eos daretur locus accrescendi ad normam *L. un. C. quando non petent. par.* Zabarel. *in cap. ad abolen. de haret.* Quarant. *l. c. vers. prædicta*, veluti si competeret in solidum, alias deberet expectari successor in Dignitate Episcopali. *cap. quoniam.* ubi Abb. *de off. Deleg.*

203 Limitatur tertio, ut procedat, cum agitur de solo, & puro exercitio jurisdictionis, secus si quæstio esset super ipsa proprietate jurisdictionis, seu certi juris; tunc enim Capitulum non succedit in examinatione illius quæstionis ob præjudicium, quod posset generari successori in Episcopatu, eo quod Ecclesia non habeat legitimum defensorem, juxta *c. fin. ne sede vacan.* uti si disputaretur, an aliquis sit exemptus, vel non, aut an aliquis locus sit Diœcesis, vel non, uti exemplificat Panorm. *in c. verum. de foro compet.* Item si lis esset, an aliquod Beneficium esset liberæ collationis Episcopi, aut patronatum. Pavin. *de potest. Capituli sede vacan. par. 2. quæst. 9.*

204 Limitatur quarto conclusio principalis, ut quamvis Capitulum, & ejus Vicarius succedant in Jurisdictionis Episcopalis exercitium, non tamen succedunt in emolumentis provenientibus ex ipsa jurisdictione, & sigillo officii, seu Curiæ, sed illud successori sit reservandum. juxta *Clem. statutum. de elect.* licet tale emolumentum jurisdictionis esset alias commune Episcopo, & Capitulo; quia tunc pars Episcopalis esset reservanda successori Episcopi. Zabarel. *in d. Clem. quæst.* 5. Quaran. *loc. cit. vers. prædicta. fol.* 132. & Antonell. *de regim. Eccles. lib. 4. cap. ult. num.* 77. ex quibus tamen emolumentis deduci poterit rationabile salarium Vicario constituendum, & solvendum, ut declaravit S. Cong. apud Vulpe. *cap. 44. num. 44. in praxi Jud.* quamvis Vicarius esset Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, quia nemo tenetur militare suis stipendiis. Sbroz. *de off. Vicar. lib. 1. quæst. 55. num. 7.* & alii apud Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. sede vacante num.* 7. Nomine vero ejusdem emolumenti non veniunt pœnæ impositæ inobedientibus ratione contumaciæ. Item illud, quod percipitur ratione decreti, quod interponitur. Item compositiones, & pœnæ pecuniariæ, & similes. Quaran. *loc. cit. fol.* 133. apud quem Fel. *in cap. irrefragabili. de off. ordin.* Diaz. *in prax. crimin.* 146. Covar. *lib. 2. ver. res. cap.* 9. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 3. de ref. §. in causis vero judicialibus*, juxta quod, & secundum quos mox, ac fuerint exactæ, debent applicari usibus piis, & virtute hujus decreti Vicarius Capitularis poterit statim exequi, deductis tamen rationalibus expensis.

MEMBRUM III.

In absolvendo.

205 Capitulum succedit Episcopo in jurisdictione absolvendi a quibuscunque casibus Pontifici reservatis, sed occultis, & non deductis ad forum contentiosum, quia licet hæc facultas competat Episcopo ex Jure speciali Concilii Tridentini. *sess. 24. cap. 6. de ref.* tamen competit jure ordinario, & non delegato, nec jure gratioso. Imo competit etiam jure communi, & sic cessat motivum contrariæ sententiæ, quod Capitulum non succedat in iis, quæ competunt Episcopo jure speciali, juxta tradita per Abbatem. *in cap. verum. de foro comp.* & Innoc. *in cap. cum in cunctis. de elect.* & ita hanc conclusionem tenent Riccius *in prax var. res. res.* 118. Genuen. *in prax. cap.* 66. Riccius *in prax. par. 3. res.* 85. Diana *par. 8. tract. 4. res.* 12. Navar. *in man. cap.* 17. & 27. Ugol. *de off. Episc. cap.* 36. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 52. Riccius *in praxi Irregulares.* 466. & probatur *ex cap. un. de major. & obed. in 6.* Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. tertio quæro. fol.* 135.

Præterea succedit in jurisdictione absolvendi a juramento in ordine ad agendum. Diana *par. 8. tract. 4. res.* 23. Imo etiam absolute ex causa tamen, & servatis iis, quæ tradidimus in praxi *habilitationis a juramento*. Marchet. *in prax. Vicar. Capitular. par. 2. tit. 22. num.* 35. Genuen. *in prax. cap.* 87. Quaran. & alii. 206

MEMBRUM IV.

In Beneficiis, & Beneficialibus.

Tametsi supra diximus, Capitulum, & ejus Vicarium succedere Episcopo in omnem jurisdictionem ordinariam, tamen id venit restringendum diversimode, uti in particulari in qualibet materia videbimus, & signanter in hac materia beneficiali, in qua certum est, Capitulum, & ejus Vicarium non succedere Episcopo in collatione Beneficii, quæ ad Episcopum solum spectat. Abb. & Fel. *in cap. cum olim. de major. & obed.* & probatur *ex c. 2. ne sede vacan. & cap. un. eod. tit. in 6. & cap. cum. olim. de instit. in 6.* ubi DD. Selva. *de Benef. par. 2. quæst.* 11. & alii apud Garz. *de Benef. par. 5. cap.* 7. Sbroz. *de Vicar. Episc. lib. 2. quæst.* 111. Genuen. *in prax. cap.* 87. Diana *par. 8. tract. 4. res.* 25. Rebuff. *in prax. de collat. numer. 12. & de devolut. numer.* 88. Pavin. *de potest. Capit. sede vacan. par. 2. quæst.* Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. nono quæro.* qui id etiam probat ex Constitutione Pii V. quæ incipit, *Sanctissimus in Christo Pater*, quæ talia Beneficia reservat S. Sedi Apostolicæ. Lambertin. *de Jurepatron. par. 1. lib. 2. quæst. 2. art.* 4. Paul. de Cittadin. *de Jurepatr. par. 9. quæst. 33. nu.* 28. Vivianus *de Jurepatr. lib. 12. cap.* 2. Barb. *de Canon. c. 42. nu.* 109. Rota *par. 6. recent. dec.* 289. Marchet. *l. c. par. 1. tit.* 32. Sermo est de collatione voluntaria, secus de necessaria, uti sunt collationes, quæ fiunt ad patroni præsentationem. Marchet. *l. c. num.* 31. Diana *par. 8. tract. 4. res. 25. §. sed hoc.* 207

Et conclusio procedit etiam ad ea Beneficia, quorum collatio spectabat ad Episcopum jure devoluto, Abb. & Fel. *in cap. cum olim. de elect. in 6.* Quaran. *l. c.* & licet in istorum collatione jure devoluto esset aliqua dubietas, scilicet fuissent devoluta. Diana *par. 8. trac. 4. res.* 27. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 126. Cuchus. *instit. moral. lib. 2. tit. 9.* Garz. *de Benef. par. 5. cap.* 7. Marchet. *ubi supra nu.* 5. Pavin. *l. c. par. 2. quæst.* 2. contra Jo. Andr. *in cap. quamquam. de elect. in 6.* Panorm. *in cap. 2. ne sede vacan.* Lambert. *de Jurepatr. lib. 2. par. 3. q. 2. art.* 8. & licet in terminis Juris communis posset hæc sententia in disputationem trahi, tamen post Constitutionem Pii V. non potest de veritate sententiæ amplius dubitari, quia per hanc Constitutionem reservantur Sedi Apostolicæ, quælibet Beneficia sede vacante Episcopali vacantia, ad eorundem Episcoporum collationem, seu provisionem quomodolibet pertinentia. Nota illud *Quomodolibet*, quod denotat omnem modum, quo potest collatio Beneficii ad Episcopum spectare, quorum unus est etiam devolutio. 208

Quod si hæc Constitutio alicubi forte usu non fuisset recepta, adhuc a tradita opinione non esset recedendum, quia devolutio hæc, cum non resultet ex natura rei, sed tantum ex dispositione Juris Canonici, non est extendenda extra casus a jure expressos, sed nullibi in jure reperitur expressum, quod hæc devolutio fiat ad Capitulum. Quibus accedit Regula tertia Cancellariæ eadem Beneficia reservans dispositioni, vel provisioni Sedis Apostolicæ, & ita tenent Merlin. *dec. 629. nu.* 8. Barb. *de Canon. c. 42. nu.* 110. Pavin. *de potest. Capit. par. 2. q.* 2. Marchet. *l. c. nu.* 8. neque refert, quod Constitutio Pii V. utpote reservans suæ dispositioni Beneficia &c. sit personalis, & exspiraverit cum persona, uti argumentatur Garz. *de Benef. par. 5. c. 1. num.* 224. quia quidquid sit de hujus propositionis veritate, certe regula Cancellariæ non exspiravit, tum quia non est verum, quod sit personalis, quia reservat dictorum Beneficiorum collationem non suæ dispositioni, sed Pontificis, & ita Dignitati, & sic est realis. 209

Li-

210 Limitatur conclusio primo in Beneficiis, quæ communiter spectant ad collationem Episcopi, & Capituli, quia si unus non potest, puta Episcopus, Capitulum confert. c. un. ne sede vacan. in 6. Idem dic de illis, quæ pertinent ad præsentationem, institutionem, aut electionem utriusque. Franc. in c. un. de major. & obed. in 6. Lambert. de Jurepatr. par. 1. lib. 2. art. 13. Lapus. in d. c. un. Quarania in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. quæ conclusio. Diana par. 8. tract. 4. res. 25. Dicitur vero Beneficium communiter pertinere ad collationem utriusque, quando uterque habet æquale jus. Prob. in addit. ad Jo. Monac. in c. cum illis. de preben. in 6. Marchet. loc. cit. par. 2. lit. 33. Vivian. de Jurepatr. lib. 2. c. 2.

211 Lim. 2. ut quamvis Capitulum non possit conferre Beneficia, de quibus supra, potest tamen constituere œconomum ad tempus, vel ad tempus illa commendare, qui Beneficii jura regat. c. cum nos. de officio ordinar. & ibi Pavin. & in cap. 2. ne sede vacan. & in cap. bonæ de appell. Rebuff. in prax. de devolut. nu. 77. & alii apud Quaran. l. c. Marchet. in prax. Vicar. Capitul. par. 2. tit. 32. Diana par. 8. tract. 4. res. 32. secus tamen in Ecclesia Parochiali.

212 Lim. 3. in potestate instruendi, in qua Capitulum succedit Episcopo, juxta cap. 1. de instit. in 6. ubi Franc. & Gemin. Item in potestate confirmandi electiones, juxta c. cum olim. de elect. Sbroz. de off. Vicar. lib. 2. quæst. 70. Pavin. de potest. Capit. sede vacan. par. 2. quæst. 4. Quaran. in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. quæ conclusio fol. 138. Marchet. l. c. par. 2. tit. 32. Diana par. 8. tract. 4. res. 25. Genuen. in prax. cap. 87. Vivian. de jurepatr. lib. 12. cap. 2. Barb. de Jure Eccles. lib. 1. c. 32.

213 Lim. 4. ut non procedat conclusio in authoritate dandi licentiam fabricandi Ecclesiam ad effectum acquirendi juspatronatus. Calder. cons. 3. & hoc, ne, dum attenditur novus successor, possit fundatorem pœnitere, ut dicitur in cap. 3. de jurepatr. Lambert. de jurepatr. lib. 1. par. 1. art. 9. quæst. 2. Quaran. l. c. Diana loc. cit. res. 54.

214 Lim. 5. non procedere in beneficiorum permutatione, in qua potest Capitulum, & ejus Vicarius interponere suam authoritatem, quando tamen eorundem collatio spectabat, & ad Episcopum, & ad Capitulum communiter. gl. in Clem. un. ubi Imol. de rer. permut. Zabarela cons. 39. Quaran. l. c. fol. 139. Item si Beneficia spectabant ad collationem tertii. Genuen. in prax. cap. 87. num. 9. Novar. qq. for. par. 1. q. 102. Marchet. l. c. num. 56.

215 Lim. 6. in permutatione Beneficiorum ex causa resignationis, aut in ipsa etiam resignatione simplici. Panorm. in d. c. cum olim. Franc. in c. 1. de rer. permut. in 6. dummodo collatio pertineret ad Episcopum, & Capitulum simul. vide Quaran. l. c. Diana ut supra. res. 29. Marchet. l. c. tit. 32. nu. 60. Sbroz. d. lib. 2. q. 71. Garz. de Benef. par. 11. c. 3. nu. 156. Paris. de resign. lib. 7. q. 24.

216 Lim. 7. in Unione Beneficiorum ex causa in casibus, in quibus poterat Episcopus, dummodo per illam non præjudicetur juribus Episcopalibus. DD. in Clem. 1. de statu Monach. & in cap. 2. de major. & obed. Caccialup. de union. art. 3. Rebuff. in prax. de Union. revoc. nu. 19. Quaran. & Marchet. ll. cc. Diana l. c. res. 31. sicut etiam in dismembratione.

217 Lim. 8. quod quamvis Capitulum, & ejus Vicarius non succedant Episcopo in jure conferendi Beneficia, possit tamen ex legitimis causis, servatis servandis Beneficiatos privare ipsis Beneficiis. Pavin l. c. & DD. in d. c. cum. olim. Quaran. l. c. fol. 140. Marchet. l. c. Diana par. 8. tract. 46. res. 28.

218 Lim. ult. Capitulum succedere in collatione Beneficiorum, si est in quasi possessione conferendi. Seraph. dec. 377. Paris. de resign. lib. 7. cap. 23. Marchet. l. c. cap. 2. tit. 32. acquiritur autem quasi possessio per unicum actum. Marchet. l. c. nu. 13. Marescot. lib. 1. var. res. cap. 55. Cartar. controv. for. lib. 1. c. 107. & 212. Farin. dec. 435. Post. de manuten. obs. 10. Garz. de Benef. par. 5. cap. 1. Rota apud Rub. to. 1. dec. 505. par. 5. recent.

MEMBRUM V.

Quoad Bona Ecclesiæ, & Censuras.

Quad bona Ecclesiæ Capitulum, & ejus Vicarius eandem nanciscuntur authoritatem sede vacante, quam habebat Episcopus, & ideo non potest alienare bona Ecclesiæ sine beneplacito Apostolico, ubi fuit usu recepta Extravagans Paulina Ambitiosæ, aut servatis solemnitatibus Juris Canonici, ubi non fuit usu recepta juxta superios dicta in praxi Alienationis, & juxta c. si qua de reb. Eccles. non alien. c. precariæ. 12. q. 6. c. 2. Riccius in praxi for. Eccles. par. 1. res 41. Potest tamen consentire, & apponere authoritatem Ecclesiæ. Diana par. 8. tract. 4. res. 38. Quaran. in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. sexto quæro. 219

Capitulum, & ejus Vicarius Episcopo succedit in potestate ferendi Censuras Ecclesiasticas. Rebuff. in prax. de devolut. nu. 63. Sayr. in thes. cas. cons. lib. 1. c. 6. Marchet. l. c. par. 2. tit. 22. Barb. de Jure Eccles. lib. 1. cap. 31. & de Canon. c. 42. nu. 65. Diana par. 8. tract. 4. res. 11. & 12. Sbroz. de off. Vicar. lib. 2. q. 168. Genuen. in prax. c. 1. ampliatur, quod Vicarius Capitularis non solum possit ferre censuras contra alios, sed etiam contra Capitulares. Quaran. in sum. Bullar. verb. Capitulum. num. 15. secus totum Capitulum, quamvis fuisset constitutus ab Archi-Episcopo. Piasec. in prax. Episcopi. in proœm. sub num. 22. præsertim ad finem revelandi, juxta Quaran. l. c. vers. tertio quæro. Genuen. l. c. Diana l. c. res. 17. Bonac. to. 3. disp. 2. q. 1. p. un. Guttierez Can. qq. lib. 1. cap. 11. 220

Præterea sicut potest Vicarius has censuras fulminare, ita potest etiam ab illis absolvere, quia potestas ligandi, & absolvendi pari passu ambulant, & qui potest unum, potest etiam aliud. c. verbum de pœn. Franc. in c. un. de major. & obed. in 6. Rebuff. l. c. Marta de Jurisd. par. 2. cas. 10. Diana par. 4. tract. 4. res. 12. Quaran. l. c. Marchet. l. c. par. 2. tit. 22. nu. 14. nisi excommunicatio fuisset reservata S. Pontifici. 221

Hinc potest Vicarius Capitularis excommunicare illum, qui in Sacerdotem manus intulit violentas, aut melius illum declarare excommunicatum, dummodo delictum fuerit plene, & concludenter probatum, adeo ut ex indiciis, etiam indubitatis ad hanc declarationem nullatenus pervenire possit. Sperell. dec. 48. nu. 23. Covar. de privil. miserabil. person. privil. 341. Riccius in prax. decis. par. 3. dec. 87. Marchet. l. c. n. 13. quamquam non desint, qui tenent, posse declarari excommunicatum taliter indiciatum etiam ex ea ratione, quod licet in criminalibus probationes imperfectæ, & indicia quæcunque non sufficiant ad condemnandum aliquem pœna ordinaria, tamen sufficiant ad infligendam pœnam extraordinariam veluti censurarum, & ita signanter tenent Genuen. in prax. cap. 29. nu. 18. Gemin. in c. 1. de usur. in 6. ubi etiam Franc. sed quia hæc opinio fundatur in falso supposito, quod scilicet excommunicatio tanquam medicinalis sit pœna levis, cum tamen gravior revera esse non possit. Farin. de delict. & pœn. q. 19. Sperell. dec. 92. & 160. quæ est gravior quacunque pœna mortis juxta eosdem. Marchet. l. c. nu. 13. tum quia in foro Can. excommunicatio respectu percussionis Clerici non est pœna extraordinaria, sed ordinaria taxata a jure, ut patet ex toto tit. de sent. excom. ideo a priori sententia non erit recedendum. 222

MEMBRUM VI.

Quoad Confessarios, & eorum approbationem.

Supponendum est pro certo, quod approbare Confessarios non sit actus jurisdictionis contentiosæ, neque actus ordinis, sed jurisdictionis voluntariæ, & ideo sicut Capitulum, ita ejusdem Vicarius, si sit Sacerdos, non tantum possit audire confessiones, & absolvere etiam a reservatis. Barb. de potest. Episc. alleg. 52. & de Canon. c. 42. n. 100. Reginald. in praxi for. pœnit. lib. 1. Fel. in c. eam te de rescript. Gavant. & alii apud Marchet. in prax. Vicar. Capitul. par. 2. tit. 17. sed etiam approbare Confessarios pro quibuscunque, & illis dare facultatem absolvendi etiam a reservatis. Diana par. 8. tract. 4. res. 46. Re- 223

Rebuff. *in prax. tit. de devolut. num.* 63. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum sede vacante sub. nu.* 1. Barb. *alleg.* 25. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *& de Canon. cap.* 42. *n.* 64. etiam ab excommunicationibus, a quibus potest absolvere Episcopus. Marchet. *l. c.*

224 Bene verum est, quod reservatio Episcopalis exspiret per mortem Episcopi. Genuen. *in prax. cap.* 87. Piasec. *in prax. Episc. par.* 2. *c.* 1. *art.* 3. Tamburin. *de cas. res. cap.* 2. *num.* 4. nisi fuissent reservati per modum perpetuæ Constitutionis. Gavant. *in man. verb. casus reservati nu.* 16. Diana *par.* 6. *tract.* 6. *res.* 41. uti si casus fuerunt reservati in Synodo. Marchet. *l. c. num.* 9. *&* 10.

225 Sed dubitatur, an Capitulum, & ejusdem Vicarius possint aliquos casus reservare? & negativam firmat Vidal. *Inquis. moral. tit. de Vicario Capituli sede vacan. inquis.* 1. tamen partem affirmativam sustinet Marchet. *l. c. n.* 11. limitative tamen quoad Regulares, qui poterunt absolvere a casibus Vicario Capitulari reservatis sine ejusdem licentia, quin imo non poterit Vicarius Capitularis, sicut nec Capitulum sede vacante revocare a Regularibus licentiam, quam habuerunt absolvendi a casibus reservatis, etiam per modum Constitutionis, vel in Synodo, ob privilegium, quod habent Regulares a Clemente IV. quod non fuisse revocatum testatur Diana *par.* 3. *tract.* 2. *res.* 22. *& par.* 4. *tract.* 4. *res.* 100. qui citat Mirandam, Fagundez & alios, quibus adde Marchet. *l. c.* quamvis approbatio fuerit facta ad Beneplacitum.

226 Præterea pro certo tenendum est, succedere Capitulum, & Vicarium ejusdem Episcopo in authoritate revocandi generali mandato omnes licentias, & approbationes ab Episcopo datas. Marchet. *l. c. nu.* 15.

MEMBRUM VII.

In dispensatione.

227 Capitulum, & ejus Vicarium posse dispensare in iis casibus, in quibus potest Episcopus, concludit Feder. de Sen. qui quæstionem hanc hinc inde disputat. *cons.* 30. quem sequuntur Pavin. *de pot. Capit. sede vacan. par.* 1. *quæst.* 5. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. secundo quæro.* Abb. *in c. cum. olim. de elect. & in c. at si Clerici de Jud.* Genuen. *in praxi c.* 67. Giurba *cons. crim.* 74. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 45. *nu.* 26. *& de Canon. c.* 42. *nu.* 81. Marchet. *l. c. par.* 2. *tit.* 14. Sperell. *dec.* 111. *nu.* 38. Etiam sine mandato speciali juxta tradita quidquid in contrarium sentiat Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 6. qui citat Merolam, Rodriguez, & alios, cum quibus etiam sentit Sbroz. *de Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 35.

228 Et quidem descendendo ad particularia, potest Vicarius Capitularis dispensare, primo ab omnibus irregularitatibus occultis excepto homicidio voluntario, vel aliis casibus deductis ad forum contentiosum, & generaliter in quibuscunque contentis in Concilio Trid. *sess.* 24. *de ref. cap.* 6. Riccius *in praxi potest. Episc. to.* 2. *par.* 3. *res.* 265. Diana *par.* 7. *tract.* 2. *res.* 3. ubi Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. *nu.* 41. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 2. *n.* 10. Genuen. *in prax. cap.* 67. Campanil. *divers. Jur. Can. rubr.* 11. *cap.* 23. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *nu.* 62. *& de Canon. cap.* 42. *nu.* 82. Marchet. *loc. cit. nu.* 9. qui testatur, ita fuisse declaratum a S. Congregat. Neque refert, quod hæc potestas competat Episcopo jure speciali Concilii, & sic non videatur transitoria ad Capitulum, quia licet hoc totum verum sit, tamen competit illi etiam jure ordinario, ut supra monuimus, & non delegato, imo etiam jure communi.

229 Porro ex declaratione S. Congreg. apud Gallemart. in Concil. Trid. *l. c.* notandum est, quod nomine homicidii pro præsenti materia non veniat mutilatio membri, neque obstat gl. *in Clem.* 1. *de homicidio*, quia hæc loquitur duntaxat ad effectum incurrendæ irregularitatis, non vero ad effectum dispensationis, & ita sentiunt Genuen. *in prax. cap.* 66. Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 11. *nu.* 24. *&* 25. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 37. P. Suarez *de censur. disp.* 44. *sect.* 2.

230 Sed potestne Episcopus, & Capitulum sede vacante virtute Concil. *l. c.* dispensare cum suo Diœcesano extra Diœcesin existente? Dicendum, quod non, cum Gallemart. ad Concil. Trid. *l. c.* juxta declarationem S. Congregationis, quæ declaravit, ejusmodi delinquentem posse absolvi in foro interno ab illo Episcopo, in cujus Diœcesi moratur, non autem ab illo, cujus est subditus, quod probat a pari, quia Nuntii Apostolici, qui possunt absolvere excommunicatos ob violentam injectionem manuum in Clericos, non possunt absolvere subditos suos extra Provinciam; & id clare deducitur ex verbis Concilii, quia Concilium loquitur de absolutione Sacramentali in foro animæ, hoc autem, cum non possit fieri sine Confessione, requirit utique, præsentiam pœnitentis, cum Confessio fieri non possit, nec per Nuntium, nec per litteras, & absolutio non possit dari absenti, ut declaravit, & decrevit Clem. VIII. Avila *de censur. par.* 7. *disp.* 10. Henriquez. *lib.* 14. *cap.* 20. contra Suarez. *de censur. disp.* 41. Licet vero quoad absolutionem obtinendam dicantur subditi etiam illi, qui alias exteri contraxerunt quasi domicilium in loco, uti Officiales, Scholares &c. tamen isti in ordine ad obtinendam dispensationem, de qua supra, subditi nec sunt, nec dici possunt. Gallemart. in Concil. Trid. *l. c.*

Quæ vero diximus ex Concil. Trid. posse Capitulum dispensare in irregularitatibus occultis, ampliatur etiam ad suspensiones ortas ex delicto occulto, uti clare patet ex verbis Concilii *l. c.* & probant ultra supra cit. Suarez. *to.* 3. *de pœnit. disp.* 30. *sect.* 1. Riccius *in prax. var. res.* 118. Dicitur autem delictum occultum, quando non est publicum, quamvis ab aliquibus sciatur, juxta ea, quæ tradit Navar. *in man. cap.* 27. *nu.* 250. *aut* 255. & Majol. *de irregular. lib.* 5. *cap.* 51. Genuen. *in prax. cap.* 66. Zerola *in prax. Episc. par.* 2. *verb. irregularitas.* §. 1. Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. Molina *de Just. tract.* 3. *disp.* 79. Sanchez. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 37. *& lib.* 8. *disp.* 34. Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 11. Diana *par.* 7. *tract.* 2. *res.* 17. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 39. Maranta *de ord. Judic. par.* 5. Surd. *de alim. tit.* 5. *quæst.* 8. 231

Homicidium vero, quando dicatur voluntarium, vel casuale, ad præsentem materiam tradunt Covar. *in cap. si furiosus. par.* 2. §. 1 Navar. *in manual. cap.* 27. *n.* 240. Genuen. *l. c.* Ugolin. *de censur. cap.* 33. *de irregular.* Suarez *de censur. disp.* 44. *sect.* 1. *& disp.* 45. *sect.* 2. Tamburin. *de irregular. lib.* 10. *tract.* 4. *cap.* 15. *a* §. 2. Riccius *in prax. par.* 3. *res.* 266. 232

Sed hic nova subnascitur difficultas. Diximus supra in irregularitate occulta, & suspensione proveniente ex delicto occulto, quod non fuit deductum ad forum contentiosum, posse Capitulum absolvere; jam supponamus delictum fuisse deductum ad forum contentiosum, sed non fuisse probatum, diceturne occultum ad effectum, de quo supra, uti si Reus fuisset absolutus. Affirmant multi ex ea ratione, quia non dicitur cum effectu deductum ad forum contentiosum, si non fuit probatum. Jac. de Graffis. *lib.* 1. *decis. cap.* 13. *& lib.* 5. *de homicid. cons.* 2. Vival. *in candelabr. aur. de excomm. nu.* 42. Suarez *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. Molina *de just. tract.* 3 *disp.* 79. Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 37. *n.* 12. *& lib.* 8. *dis.* 34. Gutierrez *de matrim. cap.* 123. Genuen. *in prax. cap.* 66. 233

Sed quandonam dicetur delictum esse publicum? Respondetur, quod, licet sciatur a quinque, non dicatur publicum. Diana *par.* 7. *tract.* 2. *res.* 15. *& par.* 11. *tract.* 2. *res.* 63. Marchet. *in praxi Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 14. *nu.* 11. Ciarlin. *controv. for. cap.* 104. *num.* 9. & DD. apud eosdem. vide, quæ diximus in praxi *Notorii*. 234

Secundo Capitulum, & ejus Vicarius dispensat cum illegitimis ad Ordines minores, & Beneficia simplicia. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. secundo quæro.* Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 6. Genuen. *in prax. cap.* 87. *nu.* 8. Marchet. *loc. cit. num.* 3. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 45. *nu.* 25. *& de Canon. cap.* 42. *nu.* 81. Navar. *de tempor. Ordinand. cons.* 28. Gavant. *in man. verb. Capitulum. nu.* 43. Limit. quoad Ordines majores, & sacros, Beneficia Curata, seu Dignitates, quæ tamen procedunt concurrente legitima causa, sine qua etiam ad Minores non potest dispensare. 235

Tertio potest Capitulum, & ejus Vicarius dispensare in Interstitiis. Riccius *in praxi Interstitiorum. par.* 4. *res.* 214. *ex causis iisdem, ex quibus potest Episcopus. & res.* 616. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *res.* 209. *& par.* 8. *tract.* 236

tract. 4. *ref.* 5. Genuen. *in prax. cap.* 83. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp* 29. Garz. *de Benef. in addit. par.* 5. *cap.* 7. *num.* 29. Vivian. *de Jurepatron. lib.* 6. *cap.* 6. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum.* §. *decimo quaero.* Marchet. *loc. cit. par.* 2. *tit.* 14. *nu.* 17. Barb. *de Canon. cap.* 42. *nu.* 102. Coclusio tamen venit intelligenda, ut tunc tantum procedat, & in iis casibus, in quibus potest concedere licentiam Clericis Ordines suscipiendi. Quaran. *loc. cit. vers. & refertur.* Marchet. *loc. cit. nu.* 18. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 5. Hinc est, quod si Vicarius Capitularis daret Dimissorias intra annum ex mandato S. Congreg. vel ex Indulto S. Pontificis, non posset tunc super Interstitiis dispensare, quia tunc Dimissorias non concederet jure proprio, sed jure delegato, & ita si in delegatione non daretur licentia dispensandi super interstitiis, Vicarius dispensando excederet fines mandati contra regulam in *cap. cum dilecta. de rescript. L. diligenter. ff. mandati.* Causae vero, propter quas Vicarius potest dispensare super interstitiis, traduntur a Concil. Trid. *sess.* 23. *de ref. cap.* 11. scilicet utilitas Ecclesiae, & necessitas, quae quidem necessitas verificatur, si ordinandus habeat Beneficium, aut Capellaniam cum obligatione celebrandi. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *ref.* 219. Sicut utilitas verificatur, si ordinandus sit doctus, quia Ecclesiae expedit habere viros doctos, uti declarasse S. Congreg. testatur ipse Diana. Item si Dioecesis laborat Sacerdotum, vel Confessariorum penuria, dummodo promovendi sint habiles. Item insignis pietas, doctrina, vel nobilitas promovendi. Graff. *de off. Cleric. in praelud. num.* 334. Levior autem causa sufficit in minoribus Ordinibus, imo quaelibet causa erit sufficiens, juxta Sorbum *de privil. mendic. in verb. Ordines sacri.* Navar. *in man. cap.* 25. Marchetus *loc. cit. par.* 2. *tit.* 14. *a nu.* 31. uti doctrina, morum idoneitas, aut si Ecclesia egeat Ministris.

237 Praeterea Capitulum, & ejus Vicarius succedit Episcopo in potestate dispensandi in votis omnibus, & petitione debiti, in quibus potest Episcopus jure ordinario. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 47. Marchet. *loc. cit. nu.* 37. Barb. *de Can. cap.* 42. *nu.* 81. Molina *de Just. to.* 6. *tract.* 5. *disp.* 21. Panorm. *in cap. cum olim. de major. & obed. in* 6. Pavin. *de potest. Capit. sede vacan. par.* 1. *quaest.* 5. excipe tamen illa vota quinque, quae Pontifici sunt reservata, qualia sunt Votum perpetuae castitatis, peregrinationis Hierosolymitanae, vel Romanae, aut S. Jacobi in Hispania. Item votum Religionis. Navar. *in man. cap.* 12. *nu.* 75. Marchet. *l. c. num.* 38.

238 Ulterius Capitulum, & ejus Vicarius dispensat in juramentis. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *ref.* 45. Marchet. *loc. cit.* Item cum Clerico deposito verbaliter a se, aut ab Episcopo. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 9. Marchet. *l. c.*

MEMBRUM VIII.

In feudalibus, Gratiis, & compositionibus.

239 Quamvis Capitulum sede vacante non succedat Episcopo in potestate infeudandi bona infeudari solita ad mensam Episcopalem devoluta, juxta Quaran. *in verb. Capitulum. in sum. Bullar. vers. sub. hac.* tamen si investitura esset necessaria, utique posset, quia tunc cessaret ratio, propter quam alias Capitulum non potest infeudare, scilicet praejudicium Episcopi Successoris. Idem venit dicendum, si in Ecclesia adesset talia bona devoluta infeudandi consuetudo Capitulo favorabilis, juxta ea, quae docet Amadeus a Ponte *ad tit. qui feud. dare poss. num.* 157.

240 Capitulum, & ejus Vicarius succedit sede vacante Episcopo in potestate aggratiandi. Genuen. *in prax. cap.* 87. Riccius *in praxi to.* 2. *par.* 4. *ref.* 118. Gutierrez *lib.* 1. *Can. quaest. cap.* 11. Ugolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 10. §. 2. quia Capitulum succedit Episcopo in tota jurisdictione tam voluntaria, in qua includitur potestas gratiae faciendae, quam contentiosa, quae concernit ea, quae sunt justitiae, contra Jo. Andr. *in cap. ult. de major. & obed. in in* 6. & gl. *in Clem.* 1. *de haeret.* Felin. *in cap. cum olim. de major. & obed.* Paris. *de resign. lib.* 7. *quaest.* 23.

241 Hinc Capitulum potest alleviare, & remittere poenas etiam ab Episcopo impositas. Riccius *in praxi poenar. ref.* 316. apud quem DD. quos sequitur etiam Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 19. Novar. *qq. for.* 102. *par.* 1. Riccius *in praxi par.* 1. *ref.* 305. qui testatur, ita fuisse decisum in Curia Neapolitana, sed contrarium tenent Mant. *de conject. lib.* 25. *tit.* 8. Costa *de remed. subsid. rem.* 115. Giurb. *cons. crim.* 74. Barb. *de Canon, cap.* 42.

Hinc est secundo, quod Vicarius Capitularis possit facere compositiones. Genuen. *l. c.* Riccius *in praxi par.* 4. *ref.* 118. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 23. Dummodo dictae compositiones applicentur usibus piis, juxta Decretum S. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. *de ref.* de quo vide Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum sede vacante.* §. *praedicta restringe.* Sperell. *dec.* 116. *num.* 84. *&* 90. & Marchet. *loc. cit. nu.* 2. Potest autem Capitulum seu Vicarius ejusdem facere compositiones praedictas ex eisdem causis, ex quibus potest Episcopus. Uti si Clericus esset minor, nobilis, aut senex, aut a commisso delicto fuit lapsum longum tempus, puta decennii. Item si crimen fuit commissum per simplicitatem, vel plures sunt delinquentes, & ignoratur, quis vere deliquerit. Item si Reus non est solitus delinquere, juxta Riccium *in prax. par.* 4. *ref.* 120. quae tamen non simpliciter procedunt, sed tantum concordata parte, & cum magis timetur poena pecuniaria, quam alia, & dummodo delicta sint levia, in quibus non fuit taxata poena a jure. 242

Porro ejusmodi compositiones non sunt faciendae post sententiam definitivam, sed ante, & non nisi processu finito. Riccius *loc. cit.* & defensionibus Reo datis, ut declaravit S. Congregat. teste Nicol. *in flosc. verb. Compositio.* apud Marchet. *loc. cit. par.* 2. *tit.* 23. *num.* 8. 243

MEMBRUM IX.

In Haeresi, & Haereticis.

Capitulum, & ejus Vicarius in causa haeresis habet jurisdictionem ordinariam. *cap. ad abolendum. de haeret.* Sanctarell. *de haeresi. cap.* 40. *dub.* 1. Farin. *de haeresi. quaest.* 186. §. 11. Marchet. *in praxi Vicar. Capit. par.* 2. *tit.* 21. & ideo potest contra illos inquirere, judicare, corrigere, punire, sicut etiam absolvere non tantum in foro externo, sed etiam in interno in iis casibus, in quibus potest Episcopus. Sanchez *de matrimonio lib.* 8. *disp.* 2. Barb. *de Canon. cap.* 42. quae tamen procedunt solum in illis locis, in quibus non fuit promulgata, aut recepta Bulla Coenae. Pegna. *in comment. ad Eymeric. in direct. Inquisit. quaest.* 92. *comment.* 141. §. *equidem in supremo. par.* 3. & ita declaravit Pius V. Greg. XIII. Clem. VIII. & S. Congreg. teste eodem Pegna. Azor. *Instit. moral. par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *quaest.* 10. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 8. Barb. *in collect. DD. ad Conc. Trid. sess.* 24. *de refom. cap.* 6. *num.* 52. qui quinquaginta alios DD. citat. Marchet. *loc. cit. nu.* 20. nisi haereticus esset impeditus recurrere Romam, uti si esset mulier, puer, infirmus, senex, filiusfam. Monialis &c. Diana *par.* 4. *tract.* 4. *resol.* 89. Pellizar. *de Monial. cap.* 9. 244

Quamvis vero Capitulum contra haereticos habeat jurisdictionem ordinariam juxta superius conclusa, non potest tamen illam exercere per se ipsum, sed tantum per Vicarium specialiter ad id deputandum, juxta *Clem.* 1. §. *propter. de haeret.* Marchet. *d. par.* 2. *tit.* 21. *n.* 6. Farin. *l. c.* Diana *par.* 4. *tract.* 8. *ref.* 33. *& par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 37. Carena *de off. S. Inquisit. par.* 1. *tit.* 6. §. 3. Barb. *de Canon. cap.* 42. *num.* 66. Et quod Vicarius Capitularis ad hunc effectum debeat habere mandatum speciale, ultra relatos docent Genuen. *in prax. cap.* 87. *n.* 19. Farin. *de haeret. quaest.* 186. §. 11. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. quinto.* sed contrarium tenet Marchet. *loc. cit.* uti diximus supra *in* §. *de Mandato speciali.* 245

Quaeres, quisnam in tali inquisitione erit praeferendus Vicarius Capitularis, aut Inquisitor? Respondetur, quod in Congregatione debeat praeferri Inquisitor, extra Congregationem vero S. Officii esse praeferendum Vicarium Capitularem. Bordon *de praeben. num.* 504. Marchet. *loc. cit. nu.* 22. 246

alleg. 32. qui testatur, ita fuisse declaratum a S. Congreg. ita nec Capitulum, vel ejus Vicarius poterit id impedire.

254 Pari modo Capitulum, vel ejus Vicarius dispensare potest in denuntiationibus, seu publicationibus a Concil. Trident. præscriptis *sess.* 24. *cap.* 1. *de ref.* Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *quæst.* 55. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. Pavin. *de potest. Capit. par.* 2. *quæst.* 10. Marchet. *loc. cit. a num.* 6. ex iisdem causis, ex quibus potest Episcopus, scilicet ob conditionis, divitiarum, & ætatis disparitatem, verecundiam in illis, qui diu fuerunt habiti pro conjugibus. Item ob probabilem suspicionem malitiosi, vel injusti impedimenti. Item si contrahentes ambo sunt senes. Item ob repentinum aliquem casum, uti inter Concubinarios deprehensos a Judice, ut possint se tueri allegando, se esse legitimos conjuges. Item si volens contrahere cum concubina est in articulo mortis. Item propter vicinitatem temporum vetitorum. Item si Virgo sit sub Tutore, qui illam vult nuptui personæ disparis conditionis. Item si Virgo fuit cognita. Item si filii sunt sub potestate novercali. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 32. Riccius *in prax. for. Eccles. par.* 1. 136. Gratian. *disc. for. cap.* 83. Sanchez *de matrim. lib.* 3. *disp.* 9. Marchet. *l. c.* Pax Jord. ut mox infra.

255 Præterea potest dispensare, ut matrimonium celebretur etiam tempore interdicto, Quadragesimæ, vel Adventus. Sanchez *loc. cit.* Pax Jord. *de re sacra: vol.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *a num.* 20. & 116.

MEMBRUM. XIII.

Quoad Monasteria, & Moniales.

256 Quandoquidem ad normam Bullæ Clem. VIII. quæ incipit, *quoniam ad institutum*. Monasteria erigi non possunt sine licentia Episcopi, quam Episcopus concedere non potest, nisi vocatis, & auditis aliorum Conventuum Procuratoribus, aliisque, quorum interest, & causa cognita, uti videri potest apud Lauren. de Franch. *de controv. inter Episc. & Regulares. fol.* 97. Jo. Mar. Novar. *in novo indice Pontificio. conclus.* 2. *de ædif. nov. Monast.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 26. Diana *par.* 8. *trac.* 4. *res.* 68. qui citat alios. Marchet. *l. c. par.* 2. *tit.* 16. Nicol. *in flosc. verb. Vicar. Capitul.* & declaravit S. Congreg. apud eundem Nicol. quæ Constitutio Clementina extenditur etiam ad Monasteria Monialium. S. Congreg. apud Tambur. *de Jure Abbatis. disp.* 33. *quæst.* 1. & nos fusius diximus in praxi *Erectionis Monasteriorum*; & ex alia parte Capitulum, vel ejus Vicarius succedat in Jurisdictione ordinaria Episcopi, dubitatur, an Capitulum prædictum possit hanc authoritatem super Monasteriorum erectione interponere, pro quo sit

257 Monasteria tam virorum, quam mulierum non possunt de novo erigi de licentia Vicarii Capitularis, qui illam dare non potest, ut declaravit S. Congreg. quam refert Nicol. *loc. cit.* Marchet. *loc. cit.* de qua testatur Diana *par.* 8. *trac.* 4. *res.* 68. & Sello *in select. Can.* 18. Barb. *de Canon. cap.* 24. Pellizar. *de Monial. cap.* 10.

Vicarius Capitularis non potest Monialibus dare licentiam exeundi ex Monasteriis, quia ita declaravit S. Congreg. sæpius, teste Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 39. exceptis casibus a Concilio Trid. permissis *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regular.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 102. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 16. *num.* 39. de quibus diximus in praxi *Monasteriorum, & Monialium*, vide etiam Pellizar. *de Monial. per. tot.*

258 Conclusio secunda. Vicarius Capitularis potest dare licentiam ingrediendi Monasteria Monialium non exempta, secus exempta. Pellizarius *de Monial. cap.* 5. Diana *loc. cit. res.* 49. Marchet. *loc. cit. num.* 16. quæ tamen licentia non est danda, nisi in casibus necessitatis, juxta Decretum S. Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 5. *de Regular.* & Constitutionem Greg. XIII. quæ incipit *ubi gratiæ*. apud Quaran. *in sum. Bullar. verb. Monasterium.* secundum quem necessitas debet esse urgens, sufficit tamen moralis arbitrio Ordinarii. Barb. *alleg.* 102. Pellizar. *l. c. cap.* 5. uti si aliquid in Monasterio fieri debet, quod per solas Moniales commode fieri non potest. Item causa deponendi in tutum pecunias alicujus extranei, si alius locus tutus haberi non potest. Pellizar. *loc. cit.* Marchet. *ubi supra. num.* 21. Item si Monasterium graviter infestaretur a Dæmonibus; quia tunc potest dari licentia Confessario ad effectum aspergendi aquam benedictam, & exorcizandi. ita DD. mox cit. quibus casibus semper licentia est danda in scriptis extra casus necessitatis urgentis, de quibus loquitur Trid. *l. c.* Limit. quod non possit licentia dari sartoribus aut sutoribus ingrediendi Monasteria Monialium causa accipiendarum mensurarum vestium, aut calceorum probandorum, quia id suppleri potest per Moniales. Barb. *loc. cit.* neque ex causa sepeliendi Moniales, aut celebrandi exequias, nisi aliter obtinuisset usus, juxta plures declar. S. Congreg. de quibus testatur Marchet. *l. c. a nu.* 28. quo tamen casu absque eo, quod sæculares intrent clausuram, Moniales debent deferre cadaver usque ad portam, juxta declarationem S. Congreg. apud Nicol. *in flosc. verb. sepultura.*

Conclusio tertia. Vicarius Capitularis potest explorare voluntatem Monialis ante ingressum, & ante professionem. Marchet. *loc. cit. num.* 5. Riccius *in prax: par.* 4. *res.* 196. quæ exploratio est redigenda in scriptis per Actuarium officii, juxta eundem Riccium *l. c. r. es* 195. Marchet. *l. c.* coram duobus testibus scribendo interrogatoria, & responsiones, quod tamen, cum non sit de necessitate, sed de consilio, & ad majorem cautelam contra Monialem volentem forte reclamare contra valorem professionis *ex cap. defectus libertatis*. Barbos. *in formul. Episc. form.* 41. in multis locis non servatur. 259

MEMBRUM XIV.

Quoad Monitoria, Novitios, & Novitias.

Cum potestas relaxandi monitoria ad effectum revelandi competat Episcopis jure ordinario, & Capitulum succedat Episcopo in jurisdictione ordinaria, ideo Capitulum, aut ejus Vicarius potest concedere, & relaxare talia monitoria ad effectum revelandi bona deperdita tam mobilia, quam immobilia, tam corporalia, quam incorporalia, uti jura, Scripturas probantes. Merola *to.* 3. *disp.* 7. *cap.* 7. *dub.* 1. Rodriguez *in sum. to.* 1. *cap.* 71. qui citat Panorm. Navar. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 17. 260

Capitulum sede vacante, seu ejus Vicarius succedit Episcopo in authoritate dandi licentiam Novitiis utriusque sexus disponendi de eorum bonis temporalibus intra duos menses ante professionem ad normam Concil. Trid. *sess.* 25. *c.* 16. *de Regular.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 99. quia hæc potestas competit Episcopo jure ordinario, & communi. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 53. 261

MEMBRUM X.V.

Quoad Oeconomum in Beneficio vacante.

Capitulum, seu illius Vicarius potest vacante Beneficio Parochiali deputare in illo Oeconomum, non tantum in casu, qui præfertur, sed etiam lite pendente super Beneficio, assignata Oeconomo congrua portione, donec fuerit provisum, prout de jure. Congrua vero portio licet relinquatur arbitrio Ordinarii, tamen Camera non plures quam tria scuta pro mense assignare solet. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 23. Conclusio est communis inter DD. quam tenent Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 35. §. *nota tamen primo.* Pavin. *de potest. Capit. sede vacan. par.* 1. *q.* 3. Rebuff. *in praxi Benef. de devolut. nu.* 80. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. Lotther. *de re Benef. lib.* 2. *q.* 2. Marchet. *l. c.* ubi Comitol. *dec.* 47. & probatur conclusio *ex c. cum vos. de off. ordin.* ubi Gemin. & Panorm. Fel. *in cap. cum olim. de major. & obed.* Campanil. *divers. Jur. Can. rubr.* 7. *cap.* 6. Gavant. *in man. verb. Beneficiorum Parochialum provisio. nu.* 2. *in addit.* 262

Et quod œconomus ut supra tantum possit deputari in Beneficio curato, non autem in simplici, docet Marchet. *loc. cit. num.* 14. & Lotther. *l. c.* sed pro conclusione notandum est, quod pro œconomo in Beneficiis litigiosi deputari non debeat unus ex colligantibus. Lambert. *de jurepatron. lib.* 2. *par.* 2. *quæst.* 1. *art.* 31. Riccius *in praxi Jurispatron. res.* 236. quod tamen limi- 263

limitatur, si nullum timeretur scandalum. Marchet. *l. c. num.* 9.

MEMBRUM XVI.

In Ordinibus, & quoad ea, quæ sunt potestatis Ordinis.

264 Quamvis Capitulum, & ejus Vicarius sede vacante non possit conferre Ordines, cum Episcopo non succedat in potestate Ordinis. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. subnectitur*, tamen potest ordinationes committere alteri Episcopo, teste eodem Quaran. *l. c.* Genuen. *in prax. cap.* 87. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 41. §. *porro.* qui testatur, ita fuisse declaratum a S. Congreg. & refert Molses. *in summa tract.* 2. *c.* 2. Barb. *de Canon. c.* 42. *num.* 124. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 15. & sic poterit concedere licentiam exercendi pontificalia in Diœcesi vacante, & ibi suos, scilicet Ordinantis subditos, & alienos cum Dimissoriis suorum Ordinariorum, non tamen Clericos Diœcesis vacantis ordinandi. Piasec. *in praxi Episcop. par.* 1. *cap.* 1. *art.* 2. Barb. *in Collect. DD. ad S. Conc. Trid. sess.* 7. *cap.* 10. *de ref.* Rebuff. *in prax. Benef. de devolut. nu.* 66. Marchet. *l. c.* Præterea potest dare licentiam eidem Episcopo ordinandi Regulares Diœcesis vacantis, etiam infra annum. Diana *par.* 8. *tract.* 6. *ref.* 73. quia non invenitur prohibitum in Concilio Tridentino, quod tantum prohibet, ne dentur Dimissoriæ infra annum; dare vero licentiam, ut exterius Episcopus conferat Ordines Regularibus in Diœcesi vacante, non est dare dimissorias, quia dare dimissorias est dare licentiam subdito, ut vadat ad alienum Episcopum, & ab illo ordinetur. Dein Concilium Tridentinum tantum prohibet Capitulo sede vacante, vel ejus Vicario dare dimissorias Clericis sibi subjectis, non vero prohibet quod Regulares sibi non subjectos, sed exemptos juxta Henriquez *to.* 2. *lib.* 10. *c.* 22. & declaravit S. Congreg. teste Diana *l. c. vers. consonat.* quam refert ad Trid. *c.* 10. *sess.* 7. *de ref.* & hanc sententiam tenet Marchet. *l. c. nu.* 9. contra Barb. *l. c.* Sed quæres, si Vicarius Capitularis concessit quidem dimissorias intra annum in casu non permisso, sed obtinens non fuit usus, incurritne Vicarius pœnam interdicti? affirmat Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 7. *nu.* 92. Barb. *de Canon. c.* 42. *n.* 117. quia per Vicarium non stetit, sed quoad illum actus fuit perfectus. Negant Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 41. Marchet. *l. c. par.* 2. *tit.* 15. *nu.* 13. apud quos alii.

265 Et quamvis Dimissorias concedere non sit actus Ordinis, sed jurisdictionis, tamen Capitulum, & ejus Vicarius infra annum sedis vacantis illas concedere non potest ad Ordines post Conc. Trid. *sess.* 7. *c.* 10. *de ref.* quamvis ante Concil. Trid. posset, juxta *c. nullus de tempor. Ordinand.* Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 7. Quarant. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. decimo quæro*, aliter illas concedens incurrit pœnam interdicti, ut patet ex lectura ejusdem Concil. *l. c.* Leo *in thes. for. Ecclesiæ. par.* 1. *cap.* 10. Riccius *in prax. for. Eccles. par.* 1. *ref.* 506. Navar. *cons.* 18. *de tempor. Ordinand.* Quaran. & Garz. *ll. cc.* Barb. *in collect. DD. super Conc. Trid. l. c. cap.* 10. *& de Canon. cap.* 42. *nu.* 92. Marchet. *l. cit. par.* 2. *tit.* 15. *nu.* 12. Quæ ampliative procedunt etiam in prima Tonsura, ad quam non potest Vicarius Capitularis concedere Dimissorias infra annum; quia prima Tonsura secundum Canonistas est Ordo contra Theolog. ut diximus in praxi *Ordinis*, & tenet. gl. *in c.* 1. *de tempor. Ordin. in* 6. *& c. cum contingat. de ætate & qualit.* gl. *in c. eos, qui de tempor. Ordin. in* 6. Majol. *de irregular. lib.* 4. *c.* 2. Quaran. *l. c.* Marchet. *l. c. num.* 14. Genuen. *in prax. c.* 87. Barb. *l. c.* Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 43. contra Garz. *de Benef. l. c.*

266 Quæ taliter procedunt, ut cum hujusmodi dimissoriis Ordinati ad Minores amittant privilegium Clericale, etiam in criminalibus, nec possint habere Beneficia, quia etiam habere beneficia est privilegium Clericale, post Judicis tamen declaratoriam, secus ante, quia ante potest habere. Genuen. *l. c.* Barb. *de Canon. c.* 42. Quaran. *ubi supra.* §. *hinc contingit.* Diana *l. c.* Marchet. *l. c.* Promoti vero ad majores Ordines virtute talium dimissoriarum remanent suspensi ab Ordinibus sic susceptis arbitrio futuri Prælati.

267 Diximus supra Vicarium Capitularem concedentem Dimissorias infra annum in casibus non permissis incurrere pœnam interdicti ex Conc. Trid. *sess.* 7. *c.* 10. *de ref.* supra relato, sed dubitatur inter DD. an ultra prædictam pœnam incurrat aliam pœnam? Barb. *de potest. Episc par.* 2. *alleg.* 7. & Riccius *in prax par.* 1. *ref.* 506. volunt, ultra prædictam pœnam Vicarium incurrere suspensionem ipso jure, sed Molina *de Just. & Jur. tract.* 5. *disp.* 11. Barb. *in collect.* apud Marchet. *l. c. nu.* 23. contrarium sentiunt, quia Concilium Tridentin. hujus pœnæ non meminit, & cum simus in pœnalibus, & odiosis, non est facienda extensio.

Quod autem Vicarius Capitularis non possit concedere Dimissorias. Limit. 1. quando fuit elapsus annus sedis vacantis, quamvis successor nondum fuerit electus, ut patet ex Concil. Tridentino. 2. quod Vicarius etiam subditis, & infra annum sedis vacantis possit concedere commendatitias, aut testimoniales de vita, & moribus; quia Concil. Trid. *sess.* 23. *c.* 8. *de ref.* prohibet, ne quis ab alieno Episcopo ordinetur, nisi ejus probitas Ordinarii testimonio commendetur. 3. potest Vicarius Capitularis concedere dimissorias etiam infra annum illis, qui sunt arctati ad Ordines suscipiendos occasione Beneficii recepti, aut recipiendi ad normam Concil. Trid. *l. c.* Quaran. *in sum. Bullarum verb. Capitulum. vers. decimo quæro.* Barb. *in collect. DD. in Conc. Trid. l. c.* Genuen. *in prax. c.* 87. Marchet. *l. c. nu.* 26. S. Congreg. apud Nicol. *in flosc. verb. Vicar. Capitul. n.* 70. *vers. dummodo.* dummodo tamen isti arctati sint subditi Diœcesis vacantis, quinam vero dicantur arctati, diximus in praxi *Sacramenti Ordinis*, & supplendo ibi omissa. 268

Arctatus dicitur etiam ille, qui fuit præsentatus ad simplicem Capellaniam. S. Congr. apud Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 7. *in addit. & par.* 7. *c.* 1. *nu.* 30 Barb. *de Canon. c.* 42. *nu.* 127. Marchet. *in prax. Vicar. Capitul. par.* 2. *tit.* 15. *nu.* 38. & S. Congreg. apud Nicol. *in flosc. verb. Vicar. Capit. sub nu.* 70. & sic potest obtinere dimissorias ad primam Tonsuram. Præterea etiam ille dicitur arctatus, qui habet spem recipiendi Beneficium, licet re vera postmodum non receperit. S. Congreg. apud Sperell. *dec.* 114. *num.* 31. ubi citat per extensum declarationem S. Congreg. quæ etiam declarat, quod Canonicus non est præcise arctatus, sed tantum causative, si vult ordinari, ut possit habere vocem in Capitulo, & ideo ordinatus vi dimissoriarum intra annum est suspensus, & sic qui expectat præsentari ad aliquod Beneficium per Patronum, poterit obtinere dimissorias ad primam Tonsuram. S. Congr. apud Barb. *de Canon. c.* 42. *num.* 118. Marchet. *l. c.* 269

Tandem potest Vicarius Capitularis concedere dimissorias illis etiam infra annum, qui a S. Sede obtinuerunt licentiam recipiendi Ordines cum licentia sui Ordinarii. Piasec. *in prax. Episc. par.* 1. *cap.* 1. *art.* 2. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 7. *& de Canon. c.* 42. *nu.* 123. Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 7. Marchet. *l. c.* 270

MEMBRUM XVII.

In Parochialibus Quæstuan. & alienatione rerum Ecclesiæ.

Capitulum sede vacante potest facere concursum ad Ecclesias Parochiales vacantes, quamvis illas etiam dignioribus conferre non possit, cum Capitulum sede vacante Beneficia conferre non possit. Garz. *de Benef. par.* 9. *cap.* 2. *a num.* 8. apud quem DD. 271

Dat licentiam quæstuandi, quia hæc facultas competit Episcopo jure ordinario, & ideo est transitoria ad Capitulum, ut dictum fuit in praxi *Quæstuandi litt. Q.* 272

Nec Capitulum, nec ejus Vicarius sede vacante potest authorizare alienationem rerum Ecclesiæ, juxta *cap. si qua* 12. *quæst.* 2. & probat Beroui. *cons.* 22. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum.* §. *sexto quæro.* Abb. *in cap. cum. olim. de major. & obed.* Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 38. & 20. sive sit sermo de alienatione mobilium, sive immobilium. *loc. cit. par.* 2. *tit.* 27. 273

Quibus tamen non obstantibus potest interponere suam authoritatem, & consensum alienationi bonorum Ecclesiæ inferioris, ubi non fuit usu recepta Bulla Paulina *Ambitiose.* Sylvest. *in sum. verb. Capitulum.* dummodo serventur alias de jure servanda in ejusmodi alienationibus. 274

Genuen.

Genuen. *in prax. c.* 87. Abb. *in d. c.* 87. Abb. *in d. c. cum olim.* apud Marchet. *l. c.*

275 Potest etiam Vicarius Capitularis alienare illas res Ecclesiæ, quæ servando servari non possunt. Item quæ servari possunt, si magna urget necessitas, quia in necessitate recedimus a regulis juris. DD. cit. & Gail. *lib.* 1. *obs.* 30.

MEMBRUM XVIII.

In Statutis faciendis, & in Synodo.

276 Cum jus statuendi dependeat a jurisdictione, juxta *c.* 2. *de constit. in* 9. Capitulum vero succedat in jurisdictione ordinaria Episcopi, Capitulum potest condere statuta obligantia totam Diœcesin, non vero ejus Vicarius solus. Panorm. 1. *in cum olim de major. & obed. quæst.* 7. Feder. de Sen. *cons.* 16. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. quarto quæro.* Marchet. *par.* 2. *tit.* 30. Diana *par.* 11. *tract.* 3. *res.* 24. Et tale statutum durat etiam, postquam fuerit provisum de successore, donec ab eodem fuerit revocatum, juxta *c. legitime factum. de R. J. in* 6. dummodo statum sit honestum, & utile, secus si Ecclesiæ, vel mensæ Episcopali esset perniciosum, tunc enim non valeret, nec obligaret, quamvis esset juratum, juxta *c. sicut noster.* ubi Hostien. & gl. *de Jurejur.* Lapus *alleg.* 20. Pavin. *de potest. Capit. par.* 1. *quæst.* 16. Fel. *in c. cum omnes de constit.* dummodo sint talia statuta, quæ vel de jure, vel consuetudine laudabili ab Episcopo fieri possunt. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 1. *c.* 32. *num.* 73. Marchet. *d. par.* 2. *tit.* 30. *nu.* 40. *& seqq.*

277 Imo potest Capitulum sede vacante, vel ejus Vicarius edere statuta, etiam contraria statutis Episcopi, etiam Synodalibus, quibus potest derogare. ita Franc. *in c. un. de major. & obed. in* 6. Zabarel. & Fel. *in c. cum omnes de constit.* Pavin. *de potest. Capit. sede vacan. par.* 1. *quæst.* 16. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. vers. quarto quæro.* Sed

278 Quæres, potestne Capitulum statuere, quod capiens possessionem Canonicatus teneatur aliquid solvere convertendum in utilitatem Canonicorum? Respondetur omino negative, quia tale statutum est nutritivum peccati, & simoniacæ pravitatis, & ideo est nullius valoris, & probatur *ex c. fin. quæst.* 3. *c. Jacobus.* ubi Abb. Anan. & Felin. Tusc. *litt. S. conclus.* 252. S. Congreg. apud Garz. *de Benef. par.* 8. *c.* 1. *a num.* 83. secus si tendat in utilitatem Ecclesiæ.

MEMBRUM XIX.

Quoad Synodum, & synodales Examinatores.

279 Cum non possit Vicarius Capitularis sede vacante in locum Examinatorum Synodalium, qui vel fuerunt mortui, vel alias absunt, propria authoritate alios substituere, juxta S. Congreg. apud Nicol. *in flosc. verb. Vicar. Capitul. num.* 68. §. 2. de qua testatur etiam Marchet. *l. c. par.* 2. *tit.* 30. *numer.* 3. Ideo poterit congregare Synodum, & in illa examinatores deputare. Garz. *de Benef. par.* 9. *c.* 2. *num.* 66. quamvis in examine sufficiant illorum tres, juxta eundem *l. c.* Sunt autem deputandi in particulari, & nominatim non in genere, & numero sex, quamvis in examine tres sufficiant. Riccius *in prax. synodi par.* 3. *res.* 442. *&* 445. & hi debent jurare. Marchet. *l. c.* qui refert declarationem S. Gongreg. quæ probat totum id, quod asseruimus. Et donec eligantur novi Examinatores in Synodo illi, qui in præcedenti Synodo fuerunt deputati, perseverant in officio, & pro legitimis habentur, donec alii servata forma Concil. Trid fuerint electi, & ita declaravit S. Congreg. mox supra citata, & quam refert Marchet. *l. c.* Quod si ex dictis sex Examinatoribus aliqui infra suum tempus fuerint mortui, debet curare Vicarius, ut in eorundem locum alii sufficiantur lapso anno, & in Synodo eligantur, alias, qui supersunt pro legitimis non habentur. Marchet. *l. c.*

MEMBRUM XX.

In testamentis, & ultimis voluntatibus.

Controversia non levis inter Canonistas est, an Vicarius Capitularis, aut Capitulum possit exequi ultimas 280
voluntates in testamentis ad pias causas? Negativam amplexi sunt Novar. *de privil. miserabil. personar. privil.* 47. Riccius *collect.* 8150. *par.* 4. Mart. *de jurisdict. par.* 2. *cas.* 10. apud quos alii videri possunt cum suis motivis. Affirmativa sententia est communior, & verior videtur, quam tenent Barb. *de potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 82. *num.* 31. *& de jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 76. Covar. *in c. Joannes de testam.* Card. *in Clem. un. de testam. quæst.* 1. Pavin. *de potest. Capit. sede vacan. par.* 1. *quæst.* 3. *& par.* 2. *quæst.* 7. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum sede vacan. vers. septimo quæro.* Diana *par.* 8. *tract.* 5. *res.* 62. Marchet. *par.* 2. *tit.* 28. qui citat Nigr. *de execut. rei jud.* . 16. §. 7. *a numer.* 105. Adeo ut Vicarius Capitularis possit compellere Executores testamentarios ad exequendum, vel ipse exequi, quibus adde Merol. *to.* 3. *disp.* 7. *c.* 7. Dianam *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 24. Jo. Andr. *in d. c. Joannes.* Ampl. 2. ut possit Capitulum, vel Vicarius Capitularis compellere executores testamentarios ad reddendas rationes. Imol. *in Clem. un. de testam.* Franc. *in c. un. de major. & obed. lib.* 6. *q.* 11. Moneta *de commut. ult. vol. cap.* 5. *num.* 428. Diana *par.* 8. *tract.* 5. *res.* 62. *& tract.* 4. *res.* 24.

Præterea potest Vicarius Capitularis compellere Exe- 281
cutores testamentarios quantumvis exemptos ad exequendum. Nigr. *de execut. rei judic. c.* 16. Marchet. *d. par.* 2. *tit.* 28. Lim. intra annum, si sint impediti. Tiraquel. *de privil. piæ causæ. privil.* 97. Morchet. *l. c.*

Capitulum, vel Vicarius Capitularis non tantum po- 282
test exequi ultimas voluntates, quando hæc potestas competebat Episcopo Jure ordinario, sed etiam quando competebat jure devoluto. Barb. *de jure Eccles. lib.* 1. *c.* 32. Felin. *in c. cum olim. de major. & obed.* secus si de jure speciali. Barb. *l. c. & de Canon. c.* 42. *num.* 76. Marchet. *l. c.*

Capitulum, vel Vicarius Capitularis potest in dubio 283
pauperes, quando in testamento non fuerunt specificati, quibus detur legatum illis relictum, si Executores non fuerunt dati, vel sunt negligentes in exequendo, eligere. Calderin. *cons.* 15. *de testam.* Diana *d. par.* 8. *tract.* 4. *res.* 24. Marchet. *l. c. num.* 10. & tempus etiam ad exequendum prorogare.

In commutatione ultimarum voluntatum eandem ha- 284
bet authoritatem, quam habebat Episcopus jure ordinario. Diana *l. cit. res.* 34. Marchet. *l. cit. numer.* 16. Barb. *l. c.*

§. XV.

Quandiu duret Jurisdictio Vicarii Capitularis?

Dicendum, quod quando cessat jurisdictio Capituli, 285
cessat etiam jurisdictio Vicarii Capitularis, ad eum modum, quo diximus cessante, vel suspensa jurisdictione Episcopi cessare, vel suspendi jurisdictionem Vicarii Episcopalis. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. numer.* 13. Marchet. *in praxi Vicarii Capitular. par.* 3. *tit.* 36. Barb. *de Canon. c.* 42. *numer.* 136. Pavin. *de potest. Capit. sede vacan. par.* 2. *c.* 10. Riccius *in prax. for. Eccles. par.* 1. *res.* 510. Fermosin. *de potest. Capit. tract.* 1. *quæst.* 9. Antonell. *de reg. Eccles. lib.* 4. *cap. ult. num.* 76. Cessat ergo exercitium Vicarii Capitularis, quando novus Episcopus ingressus fuerit, vel acceperit possessionem, & non ante. Marchet. & DD. cit. ut supra, Imo non tenetur Capitulum desistere ad administratione, antequam litteræ, vel collationis, vel confirmationis, quatenus provisio fuerit facta per electionem, fuerint expeditæ, transportatæ, & præsentatæ, ac ostensæ. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 69. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 54. Riccius *l. c.* Marchet. *d. par.* 3. *tit.* 36. Piasec. *in prax. Episc. in proœmio.* §. *ad superioritatem. num.* 22. *vers. & quod potestas.* Garz. *de Benef. par.* 5. *c. num.* 251. Ratio est, quia novus Prælatus

latus ante litterarum expeditionem, & præsentationem non acquirit ullam jurisdictionem. Diana *par* 12. *tract.* 1. *ref.* 36. Marcher. *l. c. num.* 3. Barb. & Riccius *ll. cc.* Gavant. *in man. verb. Capitulum num.* 23. Adeo ut si Capitulum Prælatum a Sede Apostolica provisum, vel confirmatum, uti supra, sine litterarum expeditione, & præsentatione in authentica forma in suum superiorem acciperet, & admitteret, esset suspensum ab omnibus Beneficiis quæ obtinent in communi vel capitulariter, non tamen ab illis, quæ obtinent in particulari, hoc est, ut singuli Canonici: & hæc suspensio quoad absolutionem esset reservata Summo Pontifici. Ita *in Extrav. Injunctæ. de elect. in* 6. quæ est Bonif. VIII. apud Dianam *l. c. res.* 73. *vers. cæterum.* Archid. quam etiam refert Marchet. *l. c.*

286 Sed pone, quod Vicarius Capituli allegetur suspectus, penes quem residebit potestas, vel jurisdictio? Respondetur, quod tunc Capitulum eliget arbitros ad cognoscendum de suspicione, qua cognita, si fuerit legitima, & militans, causam alii committet, & Vicario auferet. Riccius *l. c. ref.* 551. *par.* 1. *vers. tertio. quæro* Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum. num.* 5. nisi ipsum Capitulum, uti potest, malit cognoscere causam suspicionis, sicut potest Episcopus causas suspicionis sui Vicarii cognoscere. Barb. *de Canon. cap.* 42. *vers. at si Vicarius. num.* 54. Vulpel. *in prax. Jud. Eccles. c.* 44. Marchet. *in d. par.* 3. *tit.* 34. Piasec. *in prax. Episc. in proœmio.* §. *potest tamen. num.* 22. & pendente recusatione Vicarii jurisdictio manet in suspenso. *c. quoties.* 2. *q.* 6. Merlin. *decis.* 562. Lapus *alleg.* 1. Fermosin. *de potest. Capit. trac.* 1. *q.* 10. *nu.* 6. si vero allegetur suspectum ipsum Capitulum, eo ipso poterit allegari suspectus ipse Vicarius Capitularis, quia est idem tribunal. Marchet. *l. c.*

287 Præterea cessat Vicarii officium, si veniat Vicarius Apostolicus, quem Sedes Apostolica, vel S. Congreg. uti aliquando convenit, mittit ad sedem vacantem, ut habetur *in c. is, cui, de elect. in* 6. & docet Quaran. *in sum. Bullar. vers. Capitulum. num.* 13. *vers. secundo cessaret.* Piasec. *l. c.* Nicol. *in flosc. verb. Vicarius.* §. 3. Marchet. *l. c. tit.* 36. *num.* 10. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 4. *c. ult.* §. 5. ubi regulariter durat usque ad novum Episcopum, nisi fuerit electus ad tempus limitatum.

288 Ulterius cessat officium Vicarii Capitularis elapso tempore, ad quod fuit electus, aut deputatus. Quaran. *l. c.* Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 69. Garz. *de Benef. par.* 5. *in addit. cap.* 7. Barb. *de Canon. cap.* 42. Marchet. *l. c. nu.* 8. *tit.* 36.

289 Illud non omittendum, sed notandum Vicario Capitulari, quod imminente provisione futuri Prælati non debet expedire illas causas, quæ possunt dilationem pati, nisi fuissent sibi delegatæ, sed relinquere illas novo Episcopo, ut declaravit S. Congreg. de qua declaratione testatur Nicol. *in flosc. verb. Vicarius.* §. 2. præsertim a dimissoriis, aut testimonialibus ad Ordines. Idem *l. c.* apud Marchet. *l. c. nu.* 22.

290 Ex dictis non levis subnascitur difficultas, an Vicarius Capitularis possit removere Concionatorem ab Episcopo defuncto deputatum, & e contra Episcopus successor possit removere Concionatorem a Vicario Capitulari electum? Ad quod dubium negative respondet Marchet. *in prax. Vicar. Capitular. par.* 3. *tit.* 36. *numer.* 27. qui hanc suam opinionem fundat in declaratione S. Congreg. Episcop. & Regular. *in Marzarien.* 15 *Decembris* 1587. quam refert Nicol. *in flosc. verb. Prædicator. numer.* 4. quia tam Episcopus novus succedit in Jurisdictione per Vicarium Capitularem administrata, quam Vicarius Capitularis succedit in Jurisdictione Episcopali per Episcopum administrata.

291 Quod attinet Vicarios in Beneficiis, Capitulum, & ejus Vicarius eandem quoad hoc habet jurisdictionem, quam habet Episcopus, ideo quoad hoc erit videndum, & relegendum totum id, quod dictum fuit in hac parte de potestate Episcopi.

MEMBRUM Ultimum.

Quoad Visitationem.

Capitulum, & ejusdem Vicarius succedit Episcopo in 292
in Jurisdictione visitandi Diœcesin, ita ut possit visitare omnes illas Ecclesias, personas, & loca, quæ poterat Episcopus jure ordinario, secus quæ de jure speciali, & delegato, & accidentali, & visitanti debentur procurationes, sicut debebantur Episcopo. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *ref.* 13. Genuen. *in prax. cap.* 87. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 73. *numer.* 24. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *c.* 32. Merlin. *dec.* 84. Marchet. *l. c. par.* 2. *tit.* 18. Marescot. *lib.* 2. *var. ref. c.* 15. *numer.* 14. etiam sine mandato speciali. Garz. *de Benef. par.* 5. *in addit. c.* 7. *num.* 29. qui testatur, ita fuisse declaratum a S. Congreg. Barb. *l. c. & de Canon. c.* 42. *nu.* 68. Marchet. *l. c. num.* 5. contra Sbroz. *de off. Vicar. par.* 2. *lib.* 2. *q.* 120.

Quæ tamen non procedunt, nisi postquam fuerit 293
lapsus annus ab ultima visitatione, juxta DD. mox cit. & dummodo Ecclesia non sit proxime providenda. Genuen. *in prax. c.* 87. Barb. *de Canon. c.* 42. *numer.* 70. ubi ita declarasse S. Congreg. testatur Marchet. *loc. cit.* Riccius *in praxi visitat. par.* 1. *ref.* 543. Rota Rom. apud Maresc. *l. c.* Tusc. *litt.* C. *conclus.* 756. Pavin. & alii apud Marescot. & Dianam *ll. cc.*

§. XVI.

De Præcedentia Vicarii Capitularis.

Vicarius Capituli electus de gremio illius non mu- 294
tat sedem in Choro, nec in Capitulo, & debet incedere in suo habitu Canonicali, & ideo non præcedit primæ dignitati post Pontificalem, sed manet in suo gradu, & loco anteriores non præcedendo. Quaran. *in sum. Bullar. verb. Capitulum sede vacante. vers. octavo dubitatur.* Riccius *in prax. for. Eccles. ref.* 499. ubi Rota coram Seraphin. & apud Farin. *par.* 2. *dec.* 288. Barb. *de Canon. c.* 42. *sub numer.* 40. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *c.* 32. Sbroz. *de Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 25. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 4. *c. ult.* §. 5. *num.* 69. contra Dianam *par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 66. contra quem videri potest etiam Fermosin. *de potest. Capit. trac.* 1. *q.* 10. qui citat Rotam *dec.* 288. *num.* 2. apud Farin. *par.* 2. *recent.*

Si vero fuit electus extra gremium, præcedit Cano- 295
nicos tam in sessione, quam in incessu, uti etiam Vicarius Episcopalis. ita Fermosin. *l. c. num.* 3. Pignatel. *to.* 3. *cons.* 63. Fagnan. *in c. ad hæc. de præb.* & DD. supra citati.

Quæres, an Vicarius Capitularis, si non residet in 296
Choro, lucretur distributione? Negat Moneta *in trac. de distribut. quæst.* 11. *a num.* 83. & apud illum alii, sed immerito, quia in praxi contrarium verius videtur, quia non tantum habetur pro præsenti, & fructus lucratur, juxta Pavin. *de off. & potest. Capit. sede vacante par.* 2. *quæst.* 10. *numer.* 5. sed etiam distributiones lucratur, quia talis censetur esse in servitio Ecclesiæ, & absens pro servitio, & utilitate Ecclesiæ distributiones lucratur, si est præsens in loco, ubi est Ecclesia, præsertim si adesset etiam talis consuetudo. *c. un. de Cleric. non resid. in* 6. Covar. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 13. *numer.* 8. *vers. octavo.* Gutierrez *Can. qq. lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 145. Zerol. *in prax. Episc. vers. distributiones.* §. 3. Zech. *de Rep. Eccles. c.* 24. *de Canon. numer.* 9. *vers.* 2. Fermosin. *de potest. Capit. sede vacan. quæst.* 10. *a numer.* 4. *trac.* 1. Garz. *de Benef. par.* 3. *c.* 2. *numer.* 359. Escobar. *de hor. Can.* §. 2. *de distrib. numer.* 18. Lim. in Vicario Episcopi, quia non eadem militat ratio. Diana *par.* 8. *trac.* 4. *ref.* 67. Cened. *Can. quæst.* 1. *numer.* 72. Fermosin. *l. c. numer.* 5. Conclusio procedit, licet Vicarius esset salariatus. DD. mox cit.

§. XVII.

An Vicarius Capitularis, sicut & alii Ministri Capitulares possint syndicari, & a Quo?

297 In primis possunt syndicari ab ipso Capitulo sede vacante, uti supponit Concil. Trid. *sess.* 24. *de ref. c.* 16. Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 6. *sub n.* 23. ubi S. Congreg. Fermosin. *de potest. Capit. sede vacan. tract.* 1. *q.* 11. *num.* 1.

298 Deinde possunt syndicari a novo Episcopo successore. DD. mox supra cit. & Conc. Trid. ut supra. *c. d.* 16. quamvis jam fuisset syndicatus a Capitulo. Solorz. *de Jure Ind. to.* 2. *lib.* 3. *c.* 13. *a nu.* 29. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 15. Genuen. *in praxi c.* 58. Augustin. ad Quaran. *verb. Capitulum sed vacan. nu.* 14. Vulpel. *in prax. for. Eccles. c.* 44. *num.* 19. Fermosin. *l. c. n.* 3.

299 Sed potestne Vicarius Episcopalis mortuo, vel translato Episcopo syndicari a Capitulo, idem de aliis ejus ministris. Affirmativam sequuntur Garz. *loc. cit. num.* 4. Pavin. *de potest. Capitul. par.* 2. *q.* 8. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 3. *q.* 2. quia Capitulum succedit in jurisdictionem Episcopi, & hanc defendit etiam Solorzan. *de Jur. Ind. lib.* 3. c. 13. *n.* 28. negativam tuetur Fermosin. *l. c. n.* 8. & cum eo Barb. *de Canon. c.* 42. *n.* 326. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *c.* 32. *& de potest. Episc. alleg.* 54. *num.* 138. qui fundantur in litteris Gregor. XIII. ad Clerum, & communitatem Tarentinorum, in quibus statuit, quod Vicarii Episcopales, & alii ministri Episcoporum ad syndicatum minime teneantur. Garz. *l. c.* ad has litteras respondet, illas non continere declarationem S. Pontificis, sed mandatum particulare pro illa Ecclesia. At quod sit declaratio ad omnes Ecclesias extendenda, defendit Barb. Vulpe. & alii supra cit. Quaran. *loc. cit. q.* 10. *num.* 14. quia statuta, quæ ratione certorum casuum, ac specialium fuerunt decreta, si nituntur ratione legali, legem faciunt generalem, quod idem tenent etiam Lotther. *de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 22. *n.* 100. & alii uti Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 4. *cap. ult. n.* 80.

§. XVIII.

Vicario Capitulari an debeatur salarium?

300 Dicendum omnino deberi. S. Congreg. apud Barb. *de Canonic. c.* 42. *n.* 35. *& de Jure Eccles. lib.* 1. *c.* 32. cui conclusioni non contradicunt textus. *in c. quia sæpe. & Clem. statutum. de elect.* Pavin. *de potest. Capituli par.* 2. *q.* 10. *n.* 5. Sbroz. *de off. Vicar. lib.* 2. *q.* 55. *n.* 7. Fermosin. *de potest. Capit. sede vac. tract.* 1. *q.* 9. *n.* 32. *&* 33. & quidem de bonis Ecclesiæ vacantis. gl. *in verb. Expensæ. Clem. statutum de elect.* quia nemo tenetur militare propriis stipendiis, *c. tam nunc.* 18. *q.* 1. *c. cum ex officiis. de præscript.* quamvis Vicarius sit Canonicus, quia salarium adhuc debetur propter laborem.

301 Dicendum secundo, etiam Vicario Episcopi deberi salarium. *cap. inter cætera. de officio Ordin.* Sbroz. *de officio Vicar. lib.* 1. *quæst.* 44. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 54. *n.* 178. licet inter Episcopum, & Vicarium nulla intercessetir conventio super salarii præstatione. Campanil. *in diversf. Jur. Can. rubr.* 11. *cap.* 33. *nu.* 14. Ventriglia *in praxi rer. notab. annot.* 36. *n.* 17. Rota coram Seraph. *dec.* 74. Zachias *de salar. quæst.* 90. & has potest petere etiam judicialiter. Neque ad hunc effectum tenetur Vicarius probare, quod Episcopus sit solitus conducere Vicarios pro certa mercede, & Vicarius locare operas suas. gl. *in cap.* 1. *in verb. quantitate. ne Prel. vic. suas.* ubi Innoc. Host. & Gard. Archidiach. *in cap. charitatem.* 12. *quæst.* 2. Angel. *in sum. verb. Vicarius. n.* 9. Sbroz. *l. c.* Gratian. *discept. for. cap.* 561. *n.* 23. Rota ut supra. Limit. nisi Vicarius victum pro se, & famulo, & commodam habitationem habuerit ab Episcopo, & habuerit fructus audientiæ, uti sportulas, nec aliud unquam vivente Episcopo petiit; quia prædicta succedunt loco salarii. Item consuetudo obtinuerit, quod Episcopus non det salarium Vicariis, vel Episcopus illi contulit Beneficia. Rota coram Pennia *dec.* 413. *& dec.* 528.

Sed potestne Vicarius salarium ab antecessore non solutum petere a Successore Episcopo? qui regulariter tenetur ad expensas factas ab Antecessore, juxta Abb. *in cap.* 1. *&* 2. *de solut.* Respondetur negative, quia salarium debitum Vicario non potest dici expensa necessaria, sed voluntaria, quia Episcopus non tenetur necessario habere Vicarium. Mohed. *dec.* 4. *de off. Vicar.* Cavaler. *dec.* 418. *num.* 10 Rota coram Put. *dec.* 45. Paris. *de resign. lib.* 5. *quæst.* 16. *num.* 53. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 54. *num.* 179. sed debebit convenire hæredes Episcopi defuncti. Gratian. *disc. for. cap.* 561. *num.* 18. quod tamen limitatur in Episcopatibus magnis, insignibus, & numerosis, in quibus Episcopi non possunt rebus Ecclesiæ, & fori præesse: nam tali casu tenentur sibi constituere Vicarium. *cap. in nova.* 16. *quæst.* 7. *cap. cum simus.* 9. *quæst.* 4. *cap. quoniam.* 89. *dist.* Abb. *in cap. quoniam. de off. Ordin.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 20. *numer.* 4. Sbroz. *loc. cit. quæst.* 46. Azor. *mor. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 29. *quæst.* 1. Hojeda *de incompatib. par.* 2. *cap.* 10. *numer.* 9. Gratian. *discept. for. cap.* 94. *numer.* 37. *& cap.* 561. *numer.* 18. 302

303 Si vero Vicarius sive ex necessitate, sive ex voluntate constitutus percepisset ex officio tot redditus, quot sufficerent pro remuneratione laborum, non habebit salarium, quia illi redditus succedunt loco salarii, nisi fuisset aliter conventum. Gratian. *disc. for. cap.* 561. *num.* 14. Diuz. *var. qq. lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 6. Caroc. *de locat. tit. de sport. Jud. n.* 84. Sbroz. *l. c.* Zachias. *de salar. l. c. a n.* 14.

§. XIX.

An Vicarius Capitularis possit ad libitum a Capitulo removeri?

304 Certum est ex dictis, quod si Vicarius fuerit deputatus ad limitatum tempus, illo transacto cesset ejus jurisdictio. S. Congreg. apud Barb. *de Canon. cap.* 42. *a n.* 43. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 7. *n.* 30. Fermosin. *de potest. Capit. sede vacan. tract.* 1. *quæst.* 8. *n.* 16. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 4. *cap. ult. numer.* 68. si vero fuit deputatus sine temporis præfinitione, illius officium durat, donec Successor Episcopus possessionem acceperit. Pavin. *de potest. Capit. par.* 2. *quæst.* 10. *n.* 19. Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 69. Fermosin. & Antonell. *ll. cc.* S. Congreg. apud Garz. *l. c. n.* 37. Barb. *de Canon. cap.* 42. *a n.* 43.

305 Si vero Vicarius Capituli male procedat, utique potest Capitulum illum removere ad libitum, idem dic, si est insufficiens, aut negligens. Barb. *de Canon. cap.* 42. *numer.* 47. *&* 48. Fermosin. *loc. cit. num.* 18. sed est difficult. an, quando Vicarius bene procedit, possit ad libitum removeri? affirmant aliqui, uti Quaran. *verb. Capitulum. n.* 2. Suarez *de censur. disp.* 7. *sect.* 3. *n.* 3. & Diana *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 63. *& par.* 6. *tract.* 7. *miscel. res.* 41. quod ampliant, licet juraverit non removere. Riccius *in prax. res.* 482. vide Solorz. *de Jure Indiar. l. c.*

306 Sententiam contrariam, quod non possit ad libitum removeri, defendunt Fermosin. *l. c. n.* 22. ob disparitatem, quæ intercedit inter Episcopum, & Capitulum, ob quam Concil. Trid. voluit, ut Capitulum intra octo dies Vicarium eligerit, quia per unum, aut duos facilius exercetur jurisdictio, & vitantur confusiones inter partes, & Episcopus potest se solo exercere, jurisdictionalia in Diœcesi; non vero Capitulum ob multitudinem votantium, & difficultatem sese in unum congregandi. Novar. *in sum. Bullar. to.* 2. *tit. de Capit. sede vacante. n.* 2. Genuen. *in prax. cap.* 86. *nu.* 4. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 54. *& de Canon. cap.* 42. *n.* 47. *& de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 32. *numer.* 43. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 4. *cap. ult. n.* 68. qui citat declarationem S. Congreg. Vulpel. *in prax. Jud. cap.* 44. *n.* 24.

§. UI-

§. Ultimus.

De Vicariis Miscellanea.

307 Vicarius qua talis non habet jura Episcopalia, quia hæc non sunt annexa officio Vicariatus. *cap.* 2. *& cap. fin. de off. Vicar. in* 6. Ferret. *conf.* 327. *num.* 5. Rota *in Gerund. Benef.* 18. *Jun.* 1640. coram Rojas apud Bich. *dec.* 363. *num.* 3. & quod jura Episcopalia Vicario fuerint data mediante speciali mandato, non præsumitur, sed probandum est. Imol. *conf.* 191. *numer.* 2. Dec. *conf.* 510. *num.* 2. Marsil. *singul.* 471. *numer.* 2. *& in rubr. C. de prob. num* 309. Gratian. *disc. for. cap.* 498. *num.* 15.

308 Vicarius absque speciali mandato Episcopi non potest donationem Jurispatronatus nec explicite, nec implicite confirmare. Ferret. *conf.* 345. *num.* 5. *& conf.* 327. *num.* 6. etiam in absentia Episcopi; quia absentia Episcopi non auget facultatem Vicarii, nisi in casibus a jure expressis, & confirmatio, cum sit actus jurisdictionis voluntariæ, potest ab Episcopo fieri etiam in absentia, & extra territorium. Rota *dec.* 337. *num.* 5. *par.* 2. *recent. & dec.* 420. *a num.* 2. *coram Ludovis.* ita ut nec implicite, nec suppositive possit confirmare Vicarius. Bich. *dec.* 277. *a num.* 3. Bene verum est, quod talis actus præstet Instituto vi talis confirmationis titulum ad præscribendum. Seraphin. *dec.* 884. *num.* 2. Bich. *dec.* 277. *num.* 6. Et ut ex confirmatione donationis Jurispatronatus præsumatur mandatum speciale Episcopi, requiritur ultra temporis lapsum observantia triginta vel quadraginta annorum. Mant. *dec.* 86. *num.* 10. Roccus *de jurepatr. verb. ipse. sub num.* 87. Put. *dec.* 355. *num.* 2. *lib.* 1. *in antiq.* Rota *dec.* 122. *numer.* 6. *&* 406. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* & confirmatio Vicarii generalis jurispatronatus donationis non eruitur ex Institutione facta a Vicario in executione sententiarum latarum ab aliis Judicibus, qui carentes jurisdictione instituendi illam ad Ordinarium remiserunt, quia institutio illa fuit facta in executionem rei judicatæ, & ita ex necessitate officii, & obligatione exequendi sententias aliorum Judicum, qui utpote carentes jurisdictione instituendi, institutionem remittere debuerunt Ordinario. *cap. super eo. de off. Deleg.* Franc. *in cap. bona. numer.* 27. *de appell. in* 7. Rota penes Mant. *dec.* 231. *num.* 3. Bich. *dec.* 363. *num.* 6. Imo talis institutio est potius tribuenda ipsis Judicibus. *L. si hæres testamento. ff. de act. empt.* Surd. *conf.*

309 Vicarii Capitularis deputatio tam ex dispositione Juris communis, quam S. Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 16. *de ref.* sede vacante spectat ad Capitulum Cathedralis Ecclesiæ privative quoad Capitula Ecclesiarum Collegiatarum, & Cleri. Bich. *dec.* 525. *numer.* 2. *&* 26. Gemnon. *de Indult. Card.* §. *ad Beneficia. nu.* 37. Caputaq. *dec.* 297. *a num.* 5. *par.* 1. Socin. *conf.* 43. *numer.* 12. *lib.* 4. Rota *dec.* 296. *num.* 1. *par.* 1. *divers.* Nisi Collegiatæ vel Clerus præscripserint hoc Jus tempore sufficienti, & de scientia ac patientia Capituli Cathedralis constet, nec sufficit præscriptio modici temporis. *cap.* 1. *de præscript. in* 6. *cap. Apostolicæ. cap. cum contingat. de Decim.* Gratian. *disc. for. cap.* 620. *num.* 8. Rota *dec.* 76. *numer.* 1. *&* 2. *par.* 1. *recent.* Seraph. *dec.* 1463. *num.* 5. Mant. *dec.* 40. *num.* 9. *& dec.* 207. *num.* 6. Buratt. *dec.* 912. *num.* 7 Gratian. *disc. for. cap.* 681. Bich. *l. c. numer.* 13. *&* 14. & si Vicarii Capitularis electio fuit facta a Capitulo Collegiatæ Ecclesiæ, & est æquivoca, non sufficit ad præscribendum jus eligendi, contra Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, aut ad acquirendam quasi possessionem eligendi. Rota *dec.* 205. *num.* 1. *&* 2. *& dec.* 229. *numer.* 7. *& dec.* 333. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* præsertim si effectum non fuit sortita. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 569. *num.* 4.

310 Vicarius, qui simul est Canonicus, si confert insimul cum Capitulo, licet in collatione exprimat nomen Vicarii, nihilo minus collationem fecisse dicitur tanquam unus de corpore Capituli, & nominatio Vicarii solum ob præeminentiam adjecta censetur. Dec. *in cap. pastoralis. sub num.* 28. *vers. quod tamen limitatur. de rescript.* Bart. *in L. si servus communis.* 67. *sub num.* 4. *vers. nam ille unus. ff. de stipulat. serv. & in L. centurio. num.* 31. *ff. de vulgar. & pupill.* Paris. *cons.* 4. *num.* 36. *lib.* 4. Berous *conf.* 17. *numer.* 16. *lib.* 1. Bich, *dec.* 241. *num.* 23. Seraph. *dec.* 474. *sub num.* 3. *vers. nec facit.*

Vicarius de Jure non est de Capitulo. gl. *in Clem. ut iis, qui. verb. in eisdem. vers. unde potest dici. de ætat. & qual.* & ibi Card. *in* §. *illi vero. numer.* 10. Gemin. *in cap. fin. numer.* 5. *vers. secus autem est in Prælato. de præben. in* 6. Abb. *in proœm. Decretal. par.* 2. *num.* 21. Caputaq. *dec.* 153. *num.* 3. *par.* 1. Neque debet intervenire in collatione, quæ fit a Capitulo. Put. *dec.* 116. *lib.* 3. *in corr.* Bich. *dec.* 234. *numer.* 26. *&* 27. 311

Vicarius non potest unire Beneficia, nisi de speciali mandato Episcopi doceatur. Rebuff. *in prax. tit. de form. Vicariat. vers.* 102. *vers. nona clausula.* Sbroz. *de Vicar. Episc. lib.* 2. *quæst.* 115. *num.* 3. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 69. *vers. Vicarius autem.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 66. *num.* 7. Rota *in Compostell. Parochialis.* 10. *Jan.* 1625. *coram Manzanedo.* & de hac commissione non creditur assertioni ipsius Vicarii Bald. in *L. ult. num.* 3. *C. de exhib. reis. & in L.* 1. §. *cura carnis. num.* 1. *ff. de off. Præf. Urb.* Decian. *conf.* 66. *nu.* 17. *lib.* 3. Gratian. *disc. for. cap.* 948. *nu.* 15. Bich. *dec.* 275. *num.* 9. 312

VICINUS.

Praxis Vicini.

Vicinus nihil potest facere in fundo alieno invito Domino. *L. hoc quod dictum. ff. de servit. urban. præd. L. quemadmodum. ff. ad L. A.* neque potest tignum in alienam domum immittere, neque projicere aquam in alienam domum. Sperell. *dec.* 57. *per totam.* 1

Vicinus potest prohiberi non tantum ab ædilibus in Civitate deputatis, sed etiam a Vicinis, ne res fœtidas projiciat in viam publicam. *L.* 3. *ff. ne quid in loco publ.* Cæpolla *de servit. urban. præd. cap.* 48. *num.* 10. Sperell. *dec.* 57. *num.* 5. Franc. Marc. *dec.* 498. *num.* 12. Cæpolla *l. c.* 2

Non potest fodere juxta domum vicini, nisi stet remotus per unum pedem. Cæpolla & Sperell. *ll. cc.* neque in muro communi ædificare, vide *Socius.* 3

Vicinus in suo fundo potest exercere quæcunque negotia, etiam præcipitosa, & rumorosa, nisi Vicinus esset Doctor, scholaris, vel persona privilegiata. Sperell. *dec.* 55. *num.* 13. Gail. *lib.* 2. *obs.* 68. Cæpolla. *l. c. cap.* 39. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *cas.* 227. *per totum. & num.* 32. Franch. *dec.* 625. *num.* 10. Honded. *cons.* 81. *lib.* 1. 4

An teneatur contribuere ad expensas factas a Vicino in communem utilitatem. vide *Aggeres*, & *Negotia*, & *Contribuere.* Pajatell. *exped. & annot.* 40. *Sacça cons.* 15. Ciarlin. *controv. for. cap.* 132. An possit cogi ad vendendum fundum, aut domum pro ædificatione Ecclesiæ, vide *Ecclesia.* vide *Fabrica.* 5

Vicinus præsumitur scire facta Vicini. vide Mascard. *de prob. conclus.* 1414. 6

Vicinus ad hoc ut potiatur prælatione in emptione domus vicinæ, vigore juris congrui quatuor copulative requiruntur ad normam Bullæ Greg. XIII. Primo, quod sit vere vicinus. §. 8. 9. *&* 11. Bullæ Greg. XIII. 22. Tiraquel. *de retrac. lignag. in præf. num.* 2. Bard. *de jure protomis. in princ. sub num.* 2. Secundo, ut Vicinus offerat se ædificaturum intra certum tempus, & possit. Tertio, ut ædificium perficiendum non in privatam habitantium tantum commoditatem tendat, sed & in ornatum, ac publicum Urbis decus. *L. penult. ff. de via publ. L.* 1. *ff. de tign. injunc. L. Præses ff. de off. Præsid. L.* 2. *C. de ædif. priv. L. præscriptio. C. de oper. publ.* Paris. *cons.* 21. *num.* 38. *lib.* 1. Cravetta *cons.* 192. *num.* 21. Surd. *cons.* 241. *num.* 17. Barb. *de Jure protomis. in princ. num.* 6. *&* 7. §. 4. *vers. & ex hoc.* Cabal. *cons. civil.* 162. *nu.* 12. Benedel. *de Jure protomis. in rubr. numer.* 14. quarto, quod ædificium cadat &c. apud Merlin. *dec.* 437. 7

Vicinus potest in suo fundo ædificare, aut ædificatum restaurare, & usque ad Cœlum altius tollere. *L. altius.* ubi gl. *C. de servit. & aqua. L. si in ædibus. C. eodem.* Alex. *cons.* 174. *num.* 1. *vol.* 2. Socin. sen. *cons.* 141. 8

141. *num.* 1. *vol.* 1. Cæpolla *de servit. urban. præd. cap.* 39. *num.* 1. Gail. *d. lib.* 2. *obs.* 69. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 156. *num.* 1. *&* *de præs. lib.* 6. *præs.* 29. *nu.* 10. Vivius *dec.* 306. *num.* 1. *lib.* 2. Honded. *cons.* 80. *num.* 14. *vol.* 1. Surd. *cons.* 17. *nu.* 1. Rimin. jun. *cons.* 443. *num.* 10. Cyriac. *controv.* 28. *num.* 9. *lib.* 1. Ciarlin. *controv.* 182. *num.* 1. *lib.* 2. Sperell. *l. c.* quia ædificatio est de jure Gentium, secundum quod, omne prædium tam urbanum, quam rusticum est ab omni servitute liberum. *L. cum eo. ff. de servit. urban. præd. &* *L. altius ff. de R. J.* Gail. & Sperell. *ll. cc.* Ampl. 1. quamvis officiat luminibus vicini, aut alias damno afficiat. *L. Proculus. ff. de damn. infect.* Rol. *cons.* 22. *num.* 2. *lib.* 2. Honded. *cons.* 81. *num.* 17. *lib.* 2. Alex. *cons.* 174. *num.* 2. *vol.* 2. Cephal. *cons.* 130. *num.* 2. Dec. *cons.* 489. *col.* 3. Rimin. jun. *cons.* 443. *num.* 9. *vol.* 4. Vivius *dec.* 306. *num.* 4. *lib.* 2. Rota *in Roman. Tramont.* 7. *Jun.* 1623. *coram Pirovano.* & alii apud Sperell. *l. c.* quia non dicitur dare damnum, aut dolo facere, qui utitur jure suo. *L. nullus videtur. ff. de R. J.* ubi Dec. *num.* 1. Socin. sen. *cons.* 141. *lib.* 1. Alex. *cons.* 174. *num.* 7. *lib.* 2. Gail. *l. c. num.* 11. *lib.* 2. Sperell. *l. c. num.* 6. quamvis domus vicini etiam in totum obscuraretur, si ad hoc non collimaret intentio ædificantis. Unde potest parietem recentem construere juxta alium murum communem, intermisso tamen legitimo spatio, quamvis ex illo sequantur clausura fenestrarum vicini. Mascard. *de prob. conclus.* 621. Menoch. *de arb. cas.* 156. Carpan. *de statut. Mediol. cap.* 333. *num.* 17. *to.* 2. Bursat. *cons.* 37. Intrigliol. *cons.* 345. *lib.* 2. Thes. *dec.* 47. Giurba *cons.* 47. Hinc potest etiam in suo pariete aperire fenestram, quamvis prospiciat vicinos, dummodo id non intendat principaliter, quamvis etiam per centum annos paries nunquam fuisset apertus, juxta *d. L. altius.* ubi Bald. & alii. *C. de servit & aqua* Cæpolla *de servit. urban. præd. cap.* 62. *num.* 1. Sperell. *l. c. num.* 18. Berous *cons.* 134. *n.* 35. *vol.* 3. Ulterius potest in sua domo exercere artificium etiam strepitosum, quamvis ex strepitu vicini turbentur. Mascard. *de prob. conclus.* 21. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. cas.* 156. *& lib.* 6. *de præs.* 29. *numer.* 19. Giurba *obs.* 47. *num.* 4. Mastrill. *de Magistrat. lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 25. Bursat. *dec.* 631. Franc. *dec.* 625. Surd. *cons.* 17. *num.* 27. Cæpolla *l. c. cap.* 50. & alii apud Sperell. *l. c. nu.* 13. nisi tamen vicinus prohibens esset persona privilegiata, uti Doctor, aut scholaris in casu, quo potest fabrum expellere, aut alium artificem strepitum facientem, juxta *L.* 1. *ff. sol. matrim.* Menoch. *de arbitr. cas.* 227. Honded. *cons.* 81. *lib.* 1. Præterea potest in suo fabricando luminibus officere, licet vicinus per mille annos stetisset in libertatis possessione, vel quasi. Gail. *lib.* 2. *obs.* 69. *num.* 34. gl. in *cap. Abbatem. vers. Alciaten. Monachum. de V. S.* Surd. *cons.* 117. *num.* 22. *lib.* 1. Sperell. *l. c. nu.* 15.

9 Conclusio limit. diversimode. Primo, si fabricans haberet servitutem non elevandi, aut non faciendi fenestram. DD. *L. altius. & L. for.* §. *fin. C. de servit. urban. præd.* Cæpolla *de servit. urban. præd. cap.* 62. Gail. *l. c.* Sperell. *l. c. num.* 10. aliter instante vicino debebit ædificatum demoliri. *L. si eo loco. ff. de servit. vend.* Secundo limit. si ædificatur ad æmulationem, & damnum vicini, & non ad proprium commodum. *L. opus novum. ff. de oper. publ. cap. Pisanis. in fin. de restit. spol.* Cæpolla *l. c.* Cephal. *cons.* 120. *num.* 12. *lib.* 1. Gail. *l. c. num.* 17. Vivius *dec.* 306. *num.* 9. Thes. *dec.* 16. *num.* 10. Menoch. *de arbitr. cas.* 156. *& præs.* 29. *lib.* 6. *num.* 28. Mascard. *de prob. conclus.* 630. *num.* 15. *vol.* 2. Excluditur autem æmulatio, si fabricans ex suo ædificio sentit commodum. Et in dubio æmulatio non præsumitur, sed potius utilitas ædificantis. Menoch. Cæpolla, & alii *ll. cc.* Sperell. *l. c. numer.* 26. *&* 27. qua præsumptione stante allegans æmulationem debet illam probare. Vivius *d. dec.* 306. *num.* 5. Rota *in una Romana Tramontana.* 7. *Jun.* 1623. *coram Pirovano.* Gail. *l. c.* Menoch. *l. cit.* Honded. *cons.* 80. *num.* 34. *lib.* 1. Mastrill. *dec.* 230. *num.* 101. Et in dubio Judex debet stare pro ædificiis, ne illa destruantur. Vivius *l. c.* nisi ex circumstantiis appareret de æmulatione. Probatur autem æmulatio, si ædificium, aut opus non prosit ædificanti, & noceat vicino. *L.* 1. *ff. de aqua pluv. arc. L. opus novum. ff. de oper. publ. cap. Pisanis. de restit. spol.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 69. *num.* 28. Cæpolla *l. c. cap.* 62. *numer.* 2. Mascard. *de prob. conclus.* 621. Menoch. *l. c. cas.* 156. Honded. *l. c.* Cancer. *var. res. cap.* 15. *a num.* 5. Secundo probatur, si faciens fenestram potest aliunde habere lumen sine damno suo. Berous *cons.* 155. *num.* 7. *vol.* 3. Sperell. *l. c. num.* 32. Tertio si sumptus ædificii excedunt, & superant commodum inde percipiendum. Sixtinus *de regal. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 83. Sperell. tamen monet, esse magis attendendum pretium affectionis, quam commodum. *nu.* 33. videri potest Mascard. *de probat. conclus.* 620. & Hond. *l. c.* Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 29. Et ad probationem æmulationis utile erit, si Judex eligat duos peritos, qui considerent ædificium, an aliquam ædificanti utilitatem afferat. Quarto probari potest æmulatio, si ædificium ædificanti parum prodest, & vicino multum nocet; quo casu esset prohibendum. Sperell. *l. c.* Quinto æmulatio probatur, si domus elevatur non ad commodum ædificantis, sed ut in domo vicini videre possit filias, aut uxorem illius, aut ut videat Moniales, aut Religiosos, nisi ædificium fieret principaliter propter utilitatem ædificantis, quamvis incidenter videre possit puellas vicinas, secus tamen, si videre possit Religiosos, ut probat Sperell. *dec.* 58. *per totam.*

Vicinus in prædio rustico, si quis habet agrum, in quo granum cujuscunque generis seminari solet, & ab una tantum parte habet solem, non potest ab illa parte ædificare, & solem fructibus impedire favore agriculturæ, & publicæ utilitatis. gl. *in L. fin. ff. de servit.* Cæpolla *de servit. urban. præd. cap.* 39. *num.* 4. *vers.* 10. Sperell. *dec.* 55. *num.* 46. Rimin. jun. *cons.* 421. *num.* 7. *vol.* 4. Idem dicendum de area, in qua granum trituratur, & paleis secernitur, si tantum ab una parte ventum habet, non potest ab illa parte ædificari, ita ut ventus illi impediatur favore publicæ utilitatis. DD. apud Sperell. *l. c. num.* 45. Passer. *cons.* 130. *num.* 13. *vers ad quartum.* 10

Vicinus, quando ædes vicinæ habent lumen ex publico, non potest ædificare in publico nocendo luminibus vicini. *L. ne quid in publico. per totum.* Cæpolla *l. c. num.* 2. *vers. quarto fallit.* Sperell. *l. c. nu.* 48. 11

Hæres non potest ædificando obscurare fenestras vicini, cui a testatore fuit relictus ususfructus. *L. is, qui binas. ff. de usufr.* Cæpolla *l. c.* quia impediret usumfructum contra voluntatem testatoris. 12

Non potest quis in domo sua privata exercere artem, per quam malus odor, seu fœtor fiat vicinis. Cæpolla *cap.* 48. *numer.* 3. *ex L.* 2. §. *idem ait, si odorem. ff. ne quid in loco publ.* Natta *cons.* 23. *num.* 6. *vol.* 1. 13

Vicinus fodiens in suo fundo tam alte, ut paries vicini damnum pati possit, cavere debet de damno infecto. *L. fluminum.* §. *fin. ff. de damno infect.* ubi Castr. *num.* 3. & debet se removere a pariete vicini per spatium saltem unius pedis. Cæpolla *de serv. urb. præd. cap.* 54. *numer.* 15. Sperell. *dec.* 56. Nec potest auferre, aut tollere, vel e loco movere in suo fundo id, quod onera sustinet vicini, puta columnam sustinentem parietem vicini. Berous *cons.* 131. *num.* 13. Sperell. *l. c. num.* 63. 14

In præjudicium loci publici aliquid ædificari non potest, quia interdictum, ne quid fiat in loco publico, procedit etiam in ædificio, quod fit in privato, quod publico nocet. Bart. *in L.* 2. §. *idem Labeo. &* §. *idem ait. ff. ne quid in loco publico.* Rota *in Romana. altius non tollendi. sive Tramontana* 3. *Decembris* 1618. & coram Buratt. 30. *Maii* 1622. Item novum ædificium fieri non potest, quod ab ædibus vicinis excludat ventos aquilonares, & propterea illas redderet insalubres. Rota mox cit. 15

VICTUS VICTORI &c.

Praxis, quod Victus Victori, & Victualium.

Victor in summarissimo non potest cogi ad præstandam cautionem de re restituenda in casum succumbentiæ in petitorio, vel in plenario. Gratian. *disc. for. cap.* 113. *num.* 31. Fab. *in C. lib.* 1. *tit.* 59. *defin.* 9. Post. *de manut. obs.* 104. & Buratt. *dec.* 904. *nu.* 7. *&* 9. quamvis contra sentire videatur Ecclesia *obs. for.* 195. 1

Vi-

2 Victus Victori in expensis est condemnandus, quod maximam habet æquitatem de jure Divino, naturali, & Canonico, quia causam damni dans illud compensare debet. Exod. *cap.* 21. Levit. *cap.* 5. vexare autem litibus est damnum inferre expensas causando. *cap. fin. de injur.* nisi litigans habuerit justam causam litigandi. *L. properandum. C. de Jud. L. qui solidum. ff. de leg.* 2. Gabr. *de expensis. conclus.* 1. Et si Reus habuit ab initio justam causam litigandi usque ad certum tempus, postmodum vero non habet, si succumbat, non est condemnandus in omnibus expensis, sed tantum in illis, quæ fuerunt factæ a tempore, quo desiit justa causa. Fachin. *lib.* 1. *controvers. Jur. cap.* 41. Bart. *in L. si quis inficiatus. ff. depos.* Henric. Temmen. *de expens. litium. cap.* 8. *sect.* 6. *a num.* 15. Bald. Alex. & alii apud Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 52. Menoch. *de arbitr. cas.* 177. Rol. *de lucro dot. quæst.* 26. Covar. *pract. qq. cap.* 27. Rota apud Merlin. *dec.* 261.

3 Victor in prima instantia, & victus in secunda ex iisdem actis est condemnandus in expensis, secus si ex novis probationibus, juxta aliquos apud Fachin. *l. c. cap.* 41. secundum alios vero, quos sequitur Fachin. *l. c.* remittitur arbitrio Judicis. Temmen. *l. c. sect.* 4. ubi Innoc. *in cap. finem litib.* 5. *nu.* 4. *de dolo, & contum.* Lancell. *de attent. par.* 3. *cap.* 31. *num.* 144. Mynsing. *cent.* 2. *obs.* 89. Scaccia *de appell. quæst.* 17. *lim.* 21. *num.* 55.

4 Quando Victor condemnetur in expensis victo, vide Temmen. *l. c. cap.* 9. *sect.* 2. *per. tot.* Puta, si Actor Reum convenit coram Judice incompetente. Temmen. *l. c. nu.* 6. aut differt producere instrumentum, ex quo Reus instrui posset ad illum defatigandum. Wamesio *cons.* 160. *num.* 7. Scaccia *de sent. & re jud. gl.* 14. *quæst.* 7. *num.* 48. Maran. *in spec. par.* 6. *membr.* 7. *num.* 2. Item Actor condemnatur in expensis ob ejusdem absentiam, & sunt plures causæ, ob quas victus Victori non condemnatur in expensis. Prima, si victus fuit vir probatæ fidei, vitæ honestæ, & inculpatæ, quia non præsumitur temere, & calumniose litigasse, juxta *L. si a bona fidei.* 21. *ff. de rei vendic. L. si duas.* 6. §. *valde tamen. ff. de excus. Tutor.* Abb. *in cap. finem litib. num.* 22. *de dolo, & contum.* Mascard. *de prob. conclus.* 36. *num.* 19. & 57. Caroc. *de juram. lit. decis. quæst.* 1. *quæst. princ.* 13. *num.* 10. nisi de manifesta temeritate, & calumnia constaret. Magon. *dec. Lucen.* 29. *num.* 13. Temmen. *l. c. cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 3. & quænam dicatur talis persona, relinquitur arbitrio Jud. Menoch. *de arbitr. cas.* 190. *num.* 13. Pacian. *de prob. lib.* 2. *cap.* 39. *num.* 21. Farin. *in fragmen. crim. lib.* 6. *par.* 2. *n.* 1249. dummodo concurrat justa litigandi causa, quæ quidem non præsumitur, sed probari debet. Abb. *in cap. calumniam. de pœn.* Covar. *pract. qq. cap.* 27. *nu.* 3. qualem præbet obedientia, & litigandi necessitas. Abb. *in d. cap. finem litib.* Menoch. *de arbitr. Jud. cap.* 177. *nu.* 16. ubi si victus ex necessitate officii litigavit. Menoch. *l. c. cas.* 321. *num.* 21. Mascard. *de prob. conclus.* 25. *n.* 9. item justa ignorantia, uti quia victus successit in jus alterius. *L.* 11. *ff. ad S. C. Vellej.* Abb. *in cap. calumniam.* 5. *de pœn.* & alii apud Temmen. *l. c. num.* 24. Ita etiam probabilis error facti excusat ab expensis. Item defensio honoris, & dignitatis. Menoch. *l. c.* Berlich. *pract. qq. par.* 1. *conclus.* 78. *num.* 41. Temmen. *l. c. num.* 30. quod procedere potest in criminalibus, quando crimen impactum non est publicum. Item si a personis honestis, & probis, & fide dignis audivit victus se justam causam fovere, quia verum esse præsumitur, quod ab honestis dictum est. Mant. *de tacit. lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 79. Fel. *in cap. super his de accus.* Menoch. *l. c.* vel pro se habuit publicam famam. Castr. *cons.* 293. Abb. *in cap. cum contingat.* 24. *de rescrip. num.* 4. Vivius *commun. opin. lib.* 1. *opin.* 109. Bart. *in L. cum quidem.* 30. *ff. de acquir. hæred.* §. *quod dicitur.* dummodo hæc ex vano rumore ortum non habuerit. Sicut etiam qui a testibus fide dignis intellexit se fovere bonum jus, qui tamen in judicio contrarium deposuerunt, & ideo victus fuit. Menoch. *l. c.* Berlich. *par.* 1. *conclus.* 78. *n.* 22. Item qui probavit intentionem suam per testes, qui tamen ob exceptiones contra personam fuerunt rejecti. Bald. *in auth. generaliter. nu.* 10. *C. de Episc. & Cler.* Lanfranc. *in cap. quoniam de prob.* Menoch. & Temmen. *ll. c. num.* 49. Item si causa in litem deducta est valde dubia. *L. penult.* §. 1. *C. de fruct. & lit. expend.* Abb. *in d. cap. calumniam. de pœn.* ubi etiam Lanfranc. Menoch. *l. c. num.* 6. Aufrer. ad Capell. Tholosan. *dec.* 223. *nu.* 4. Vivius *dec.* 47. *nu.* 15. Temmen. *l. c. nu.* 52. Item qui suam intentionem fundat in communi opinione. Vivius *d. dec.* 47. Berlich. *d. conclus.* 78. *num.* 30. Gail. *lib.* 1. *obs.* 153. *num.* 5. Temmen. *num.* 60. Item qui excellentis Doctoris viventis consilio litem inchoavit. Vivius *l. c.* Pacian. *de prob. lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 156. Berlich. *l. c.* aut duorum, ut requirunt alii. Fel. *in cap. de quarta. num.* 27. *de præscript.* Menoch. *l. c.* Gail. *lib.* 1. *obs.* 152. *num.* 6. Item qui notorie nihil proprii habet. *cap. reprehensibilis.* 26. *de appell.* Aufrer. ad Capellam Tholosan. *dec.* 88. *num.* 2. Abb. *in cap. cum contingat.* 13. *num.* 24. *de foro comp.* Item qui probavit semiplene. Menoch. *de arb. cas.* 177. *num.* 8. Item si Victor vicit per juramentum suppletorium. Fab. *in C. lib.* 4. *tit.* 1. *defin.* 1. *num.* 10. Magon. *dec. Floren.* 12. *num.* 18. Crivelli *dec.* 10. Temmen. *l. c. sect.* 6. *num.* 3. Item si Victori victus detulit juramentum litis decisivum. Fab. *in C. d. lib.* 4. *tit.* 1. *defin.* 1. Setserus *de juram. lib.* 4. *cap.* 9. Carpzovius *defin. for. par.* 1. *const.* 31. *defin.* 31. quia Victori sufficere debet, quod a probandi necessitate fuerit relevatus, & quasi Judex in propria causa factus, sicut nec is, qui retulit juramentum, in expensis condemnandus est. Temmen. *l. c. sect.* 6. *num.* 3. Limit. si jurans aliunde suam intentionem probare potuisset, quia tunc victus non liberatur ab expensis. Etiam illum, qui juramentum calumniæ præstitit, liberari ab expensis, tenent gl. *in cap. imprimis.* 7. 2. *quæst.* 1. Berlich. *pract. conclus. vol.* 1. *conclus.* 78. *num.* 43. Carpzov. *defin. for. par.* 1. *constit.* 31. *defin.* 30. sed quod non excusatur ab expensis factis ante juramentum calumniæ, sed tantum post illud, tenent Abb. *in cap. finem litib. numer.* 21. *de dolo, & contum.* Bart. *in L.* 1. *num.* 11. *ad S. C. Turpill.* Bald. *in auth. generaliter. num.* 8. *C. de Episc. & Cler.* Covar. *pract. qq. cap.* 27. Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 15. sed quod juramentum calumniæ omnino non excuset ab expensis, defendit Temmen. *l. c. cap.* 9. *sect.* 4. *num.* 15. qui citat Abb. *in d. cap. calumniam.* Lanfranc. Bald. & alios, tum quia juramentum calumniæ solet deferri ab initio, vel etiam in quolibet actu, & quia post titulum juramenti calumniæ sequitur condemnatio expensarum. *L.* 2. *C. de juram. calum.*

Victus Victori, quod sit condemnandus in expensis 5 in criminalibus, tenent Covar. *pract. qq. cap.* 27. Gail. *lib.* 1. *obs.* 153. sed contrarium voluerunt Bart. *in L.* 1. *ff. ad S. C. Turpill.* Butr. *in cap. finem litib. de dolo, & contum.* Fachin. *lib.* 1. *controv. Jur. cap.* 42.

Victualium nomine etiam in odiosis veniunt, fru- 6 mentum, vinum, hordeum, caseus, laridum, pisces, linum, sericum, medicamenta, pix &c. DD. *in cap. cum Apostolicis. de censib. & in cap. Episcopus. de off. Ordin. in* 6. Dec. *in L. de alimentis. C. de transact.* Bald. *cons.* 192. Ripa *de remed. ubertatis. num.* 11. 45. & 48. Boer. *dec.* 246. Rebuff. *in L. verbo victus. ff. de V. S.* Capon. *discept. for.* 313.

VIDUA.

Praxis Viduarum.

Vidua dicitur, quæ nunquam habuit virum, vel quæ 1 virum amisit, vel quæ virum inutilem habet. *L. un. C. quando Imper. inter pupill. & Vid.* Gratian. *disc. for cap.* 666. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 5. *cap.* 4. & hoc ad effectum gaudendi privilegio Viduarum; dummodo tamen agat vitam honestam, quia privilegium non datur inhonestis. Antonel. *l. c.* Bellet. *disquis. Clerical. de privil. Cleric. reali.* §. 5. Covar. *pract. qq. cap.* 7. Sperell. *dec.* 158. Mastrill. *dec.* 127. Communicat suum privilegium electionis fori etiam non privilegiatis viventibus in communione bonorum. vide *Pupill.* Domum per maritum conductam inhabitans tenetur solvere pensionem pro rata temporis. Costa *de portione ratæ. quæst.* 25.

Vidua licite petit ab hæredibus mariti defuncti mo- 2 rosis usuras dotis non restitutæ. Fachin. *lib.* 3. *controv. Jur. cap.* 101. & DD. apud eundem. Lupus *ad L. Curabit. commen.* 1. §. 4. contrarium sustinent Covar. *lib.*

3. *var.*

3. *var. ref. cap.* 1. *nu.* 3. *verſ.* 6. Rol. *conſ.* 55. *num.* 2. Afflict. *dec.* 284. Nevizan. *conſ.* 74. *nu.* 3. niſi ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis, uti ſentit ipſe etiam Fachin. *l. c.* Covar. ut ſupra. Theſ. *dec.* 42. & quando alimenta, vide *Uxor.* Infra annum luctus debet alimenta habere. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 44. Coſta *de port. rata. quæſt.* 25. in domo tamen, & non extra ſine cauſa, alias a dictis alimentis detrahitur rata operum præſtandorum ab illa. Coſta *l. c. quæſt.* 177. Poteſt paciſci cum hæredibus mariti defuncti intereſſe ſibi ſolvendum, donec dos reſtituatur, quod tamen debet commenſurari damno emergenti. Sperell. *dec.* 84. Non lucratur donationem propter nuptias, ſi dos non fuit ſoluta. vide *Donatio.*

3 Vidua etiam dives de Jure Cæſareo. *d. L. unica.* poteſt trahere Reum de loco ad locum, & ab uno Judice Laico ad alium; non tamen de foro ad forum, hoc eſt, ab Eccleſiaſtico ad Laicum, vel a Laico ad Eccleſiaſticum. Sperell. *dec.* 156. niſi Laicus Judex eſſet negligens in adminiſtranda juſtitia, vel a Laico fuiſſet oppreſſa, vel ſpoliata. Sperell. *l. c.* Natta *conſ.* 560. aut ſi non fuit ſpoliata, eſt tamen pauper, dummodo paupertas ab allegante ſaltem ſummarie probetur. Antonel. *de regim. Eccleſ. lib.* 5. *cap.* 4. Et quod indiſtincte trahat Reum de foro ad forum, tenent Pignatell. *to.* 3. *conſult.* 24. Diana *par.* 12. *tract.* 2. *reſ.* 117. Scaccia *de Jud. lib.* 1. *cap.* 12. *ex cap. ex quibuſdam de V. S.* Theſ. *dec.* 177. Menoch. *de arbitr. caſ.* 66.

4 Vidua conventa non poteſt tam de Jure civili, quam Canonico declinare ſuum forum, in quo fuit conventa. Innoc. *in c. ſignificantibus. de off. Deleg.* Sperel. *l. c.* Martha *de juriſdict. par.* 4. *caſ.* 21.

5 Vidua gaudet privilegio ſui mariti. Diana *par.* 8. *tract.* 7. *reſ.* 23. Sylvat. *lib.* 1. *conſ.* 30. vide *Uxor.*

6 Vidua legataria tenetur præſtare cautionem Mutianam, ſi ab hæredibus petatur. Coſta *de portione rata. d.* 1. *nu.* 15. ubi Caball. *conſ.* 137. Berouſ. *conſ.* 29. Rota apud Cyriac. *controv.* 136.

7 Vidua ſi litigat pro reſtitutione dotis, debentur illi litis expenſæ, & alimenta. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæſt.* 118. *num.* 10. Eccleſia *obſ. for.* 10. *num.* 6. ſi tamen eſt pauper, & non poteſt aliunde ſe alere, niſi conſter de malo jure petentis. Eccleſia *l. c. nu.* 12. Novar. *de elect. & variat. fori ſect.* 4. *q.* 67. *n.* 17. Pajatel. *exped. & annot.* 44.

8 Vidua vivens inhoneſte amittit omnia privilegia viduis conceſſa. *L. his ſolis. C. de revoc. donat.* Felin. *in c. ſignificantibus. de off. deleg.* Sperell. *dec.* 158. *nu.* 39. & 40. Covar. *pract. qq. c.* 7. amittit honores prioris matrimonii, & mariti, amittit legatum ſibi a marito relictum. *L. fideicom. C. de fideic.* Cyriac. *contr.* 134. Tiraquel. *de nobil. c.* 18. amittit filiorum tutelam, item dotem. Covar. *de matrim. par.* 2. *c.* 7. §. 6. quia delictum nemini patrocinari debet, neque immunitatem præbere, nec plus debet gaudere luxuria, quam caſtitas. Lim. ſi pœnitentiam egiſſet. Sperell. *l. c.* Paſchal. *de patr. pot. par.* 1. *c.* 5. 53. Menoch. *de arbitr. caſ.* 288.

9 Vivens inhoneſte infra annum luctus cum ſponſo de futuro, non amittit dotem, neque lucra dotalia, nec antefatum, quia ſicut a matrimonio, ita a ſponſalibus cohoneſtantur tales actus. Novar. *in L. ſi qua. C. de ſpectacul.* Menoch. *de arbitr. caſ.* 228. & 375. Fab. *in C. L.* 5. *tit.* 7. *defin.* 7. & alii. Infra annum luctus committens ſtuprum, amittit dotem, & lucra dotalia. Caſtr. *in L. ſororem. C. de his, quib. ut indign.* Vivius *in verb. Uxor. opin.* 447. Boer. *dec.* 338. Franc. *dec.* 431. Urſil. ad Afflic. *dec.* 265. Covar. *de ſponſal. par.* 2. *c.* 7. §. 6. *num.* 11. Clarus *in §. ſtuprum. nu.* 6. Pinell. *in L.* 4. *C. de bon. mat.* ſecus ſi poſt annum luctus; ſed quod imo nunquam amittat dotem, aut lucra dotalia, tenent alii apud Capon. *diſc. for.* 199. vide Farin. *de delict. carn. q.* 142. *par.* 2. *n.* 46. Schrœder. *de feud. par.* 9. *c.* 2.

10 Nubens infra annum luctus amittit antefatum, legatum, & hæreditatem a marito ſibi relictam. Pajatel. *exped. & annot.* 47. *num.* 35. & 37. & hoc ne turbetur ſanguis, & fiat feminum confuſio cum prolis incertitudine. *L. liberorum ff. de his, qui notan. infam. L. Sancimus. C. de Epiſc. & Cler.* Alciat. *lib.* 3. *preſ.* 271. Scipio Gentilis *de ſecund. nupt. c.* 18. præſertim ſi ſunt nimis maturatæ, ut merito poſſit timeri prolis incertitudo etiam de Jure Canonico hoc in caſu. Covar. *par.* 2. *decretal. c.* 3. §. 9. Gutierrez *lib.* 2. *pract. qq. c.* 95. Fab. *in C. lib.* 5. *tit.* 5. Afflict. *dec.* 75. *n.* 5. Gab. *de ſecundis nupt. concluſ.* 5. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 87. Borell. *de ſecund. nupt. to.* 3. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 5. *gl.* 8. *nu.* 11. Antonell. *de temp. leg. lib.* 2. *c.* 14. Surd. *conſ.* 175. qui idem affirmat, ſi nubat infra quatuor menſes, ſecus ſi poſt. vide *Pœna.* Neque obſtant SS. Canones, quia per illos tantum fuit ſublata pœna infamiæ, quæ auſert libertatem ſecundarum nuptiarum. Barb. *in collect. to.* 6. *lib.* 4. *de ſecund. nupt.* Theſ. *qq. for. lib.* 1. *c.* 28. Hieron. Treutlerus *conſ.* 111. apud Capon. *diſc. for. cap.* 195. de quo plura videri poſſunt apud Cyriac. *controv.* 135. 146. & 177.

Vidua nubens infra annum luctus nullo confecto inventario, non petito Tutore, vel non redditis rationibus privatur hæreditate primi mariti, aut legato. Pajatell. *exped. & annot.* 47. Berouſ. *conſ.* 32. Boer. *dec.* 186. Lim. ſi filii non exſtant. Pajatel. *l. c.* Afflict. *dec.* 61. & Mynſing. *obſ.* 24. 11

Vidua pro dotis reſtitutione habet retentionem omnium bonorum mariti, licet creditum dotale ſit parvæ ſummæ. DD. *in L. quamdiu. C. de diſtrac. pignor. L. creditores. ff. eod.* Rota apud Bich. *dec.* 466. *nu.* 30. Et ſi exegit una cum filio pecunias ſpectantes ad hæreditatem viri, pia mediatate præſumitur ad eam perveniſſe. Bich. *l. c. num.* 25. & 28. Lim. ſi bona tanquam Tutrix filii adminiſtravit, & non reddidit rationes. Idem Bich. *num.* 26. 27. & 29. 12

Viduæ opponi non poteſt exceptio dotis non ſolutæ, nec ad hæredibus, nec a creditoribus viri, ſi conſtat de præcedente promiſſione, quæ tollit præſumptionem ſimulationis, aut animi donandi in fraudem legis. Covar. *lib.* 1. *var. reſ. c.* 7. *num.* 6. Mareſcot. *lib.* 1. *var. reſ. c.* 8. *nu.* 13. Sanchez *de matrim. lib.* 6. *diſp.* 9. *nu.* 10. Fontanel. *de ſecund. nupt. to.* 2. *clauſ. fin. gl. un. nu.* 35. Seraph. *dec.* 795. Bich. *dec.* 131. *nu.* 5. & 6. 13

Viduæ pro reſtitutione ſuæ dotis competat retentio bonorum mariti, quæ eſt in illius poſſeſſione, & impediat hæredibus immiſſionem, niſi reſtituta illius dote. *L.* 2. *L. aſſiduis.* §. *& imo. C. qui potior. in pignor. habeantur.* Mynſing. *cent.* 6. *obſ.* 70. *nu.* 5. Rota apud Stattil. *de ſalv. interd. dec.* 75. *nu.* 1. quamvis tamquam Tutrix filiorum viri, ſeu mariti bona adminiſtraverit, & de illis rationem non reddiderit, quia particulari privilegio dotis exceptio hujuſmodi adminiſtrationis non excludit retentionem, niſi ſimul concludenter doceatur ad manus viduæ perveniſſe tot bona, ac effectus hæreditarios, quibus commode de integra dote potuerit ſatisfieri. Neguſ. *de pignor.* 5. *memb.* 5. *par. num.* 36. Rota *dec.* 1455. *nu.* 1 *& ſeq.* apud Seraph. *dec.* 275. *num.* 4. *par.* 4. *recent. & in Fanen. dot.* 14. *Mart.* 1642. *coram Cerro.* apud Bich. *dec.* 466. *nu.* 27. 14

Vidua Tutrix filiorum ante diſpunctas rationes tutelæ dici non poteſt debitrix, ex quo pecunias tutelares exegit, vel quod illas cum ſuo credito dotali compenſare debeat. Anchar. *conſ.* 235. *n.* 1. *verſ. præterea.* Alex. *conſ.* 192. *nu.* 2. & 3. *lib.* 7. Eſcobar. *de ratiocin. c.* 21. *a num.* 12. *uſque ad* 22. Fontanel. *dec.* 234. *num.* 14. Burat. *dec.* 443. *nu.* 2. 15

VIOLANTES.

Praxis Violantium.

Violantes Immunitatem Eccleſiaſticam incidunt in excommunicationem Bullæ reſervatam S. Pontifici. DD. apud Ciarlin. *controv. for. c.* 155. quibus tamen ipſe videtur eſſe contrarius Diana *par.* 6. *tract.* 1. *reſ.* 34. Mar. Ital. *tract. de Immun. c.* 6. Farin. *de Immun. c.* 20. Duard. *de Bull. Cœn. Can.* 15. *quæſt.* 16. Quaran. *in ſum. Bullar. verb. caſus reſervati.* Peregr. *de Immun. Eccleſ. c.* 15. Bonac. *de Cenſur. in pact. diſp.* 2. *quæſt.* 3. *to.* 6. & fiunt de foro Eccleſiæ. Sperell. *dec.* 49. eſt Reus læſæ Majeſtatis, & ultimo ſupplicio afficiendus. *L. fideli. & L. præſenti. C. de his, qui ad Eccleſ. confug.* tenentur pendere Epiſcopo, vel Eccleſiæ læſæ 900. aureos, privantur ipſi Immunitate, ſi confugiunt ad Eccleſiam. Barb. *de Jure Eccleſ. lib.* 2. *c.* 3. *nu.* 168. 1

Diana *par. tract.* 1. *res.* 15. extendentes etiam ad attentantes.

2 Violantes Bullam Greg. XIV. in materia Immunitatis incidunt in excommunicationem reservatam Pontifici. DD. mox cit. sed alii volunt posse absolvi ab Episcopo. Diana *l. c. res.* 41. contrarium videri potest apud Barb. qui tamen cum Barb. *de potest. Episc. alleg.* 51. *num.* 71. Genuen. *in praxi c.* 7. stat pro ordinario. Gratian. *disc. for. c.* 414. Riccius *in praxi par.* 2. *res.* 33. Bonac. *de LL. disp.* 3. *q.* 7. vide *Episcopus quoad absolutionem.*

3 Violantes interdictum personale, vel locale peccant mortaliter. Bonac. *l. c.* Innoc. *in c. tanta de excess. Prelat.* quia faciunt contra Censuram in materia gravi. Et si sunt Clerici, qui violant interdictum per usum Ordinis, fiunt irregulares. *c. is, cu. de sent. excom. in* 6. & possunt per sententiam privari beneficio. *c. pastoralis. de Cler. excom. ministran.*

4 Violantes pacem, vel promissionem de non offendendo sub certa pœna non tantum tenentur ad pœnam, sed etiam ad damna, & expensas. Cabal. *res. crim. cas.* 248. Innoc. & Abb. *in c. tuam. de pœn.* Vulp. *de pace, & promiss. de non offendendo. q.* 64. Paschal. *de patr. pot. par.* 4. *c.* 7. pœna vero est capitalis, licet adsit etiam conventionalis. Farin. *q.* 107. *num.* 7. Honded. *cons.* 39. etiam inter privatos.

5 Violatio sepulchri est mixti fori, & illius pœna est arbitraria. Farin. *to.* 1. *q.* 20. *c. infames* 6. *q.* 1. *ff. & C. de sepulch. viol.* Clarus *in §. fin. q.* 68. Menoch. *de arb. cas.* 387. Antonel. *de regim. Eccles. lib.* 6. *c.* 37.

VIRGINITAS.

Praxis Virginitatis.

Virginitas dicitur plene probata, si mulier juret, se esse Virginem, & accedat testimonium septem mulierum, quæ ex aspectu corporis fateantur, illam esse Virginem. *cap. proposuisti de probat.* P. Pirhing *lib.* 2. *tit.* 19. §. 6. *nu.* 40. *c. causam.* 14. *de prob.*

2 Virginitas antefertur nuptiis. *c. nuptiæ* 32. *q.* 1. suaderi potest, imperari non potest. *c. integritas. q.* 1. Illius defloratio non facit conjugium, sed pactio conjugalis. *c. cum inita* 27. *quæst.* 2.

3 Virgo potius videtur expetita a viro, quam vir a Virgine. *c. honorantur in fin.* 32. *q.* 2.

4 Virgini asserenti se ab aliquo cognitam, an credatur, vide *stuprum.* ejus voluntas si vult suscipi, & profiteri in Monasterio, debet explorari a Vicario. vide *Vicarius.*

5 Virgo lite pendente super matrimonio contrahendo debet sequestrari. vide *lite pendente.*

VISITATIO.

Praxis Visitationis.

Visitatio est actus jurisdictionis. Ludovis. *dec.* 4. Innoc. *in c. in singulis. num.* 1. *de statu Monach.* Pavin. *de visit. par.* 1. *q.* 1. *nu.* 8. Buratt. *dec.* 504. Visitare nil est aliud, quam excessus inquirere, inquisitos castigare, & emendare, observantiam obligationum juxta cujusque personæ, & rei exigentiam, ubi viget, conservare, & ubi defecit, in statum pristinum restituere, & hic est scopus visitationis. Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 3. *de ref.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 73. *num.* 1. & 2. Pax Jord. *de re Benef. lib.* 7. *tit.* 1. *num.* 3. Fusc. *de visit. par.* 1. *cap.* 1.

§. I.

Quibus competat jus visitandi?

1 Primo competit Summo Pontifici in toto mundo, quia ille est Diœcesanus totius orbis, & omnes animas sua habet sub jurisdictione. Pavin. *de Visit. par.* 1. *q.* 2. *num.* 3. Fusc. *lib.* 1. *de visit. c.* 2. *num.* 2. & 3. Pax Jord. *l. c. num.* 22. Et potest visitare omnes quacunque dignitate præditos, etiam Imperatorem, Reges, Principes &c. non tantum per se, sed etiam per alios, & illos corrigere, & alia facere ad utilitatem Reipublicæ Christianæ pertinentia, juxta *cap. grandi. de supplen. neglig. Prel. in* 6. *cap. fundamenta de elect. in* 6. & *Clem. ne Romani de Jurepatron.* Azor. *par.* 2. *c.* 40. *quæst.* 11. Pax Jord. *l. c.* Cuchus *instit. moral. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 47.

Secundo generaliter jus visitandi competit Prælatis Ecclesiasticis habentibus jurisdictionem, & administrationem, quia qui non habet administrationem, jus visitandi non habet. *cap.* 1. §. *fin. de cens. in* 6. Abb. *in c. cum Apostolus in* 3. *notab. de censib.* Cuchus *d. lib.* 4. *tit.* 8. *num.* 29. Barb. *d. alleg.* 73. *num.* 20. Oldrad. *cons.* 204. Mar. Socin. *de visit. lib.* 4. *vers.* 14. Azor. *l. c.* Pax Jord. *l. c. n.* 28. Ejusmodi sunt Prælati Regularium, Abbates, Archidiaconi, si habent jurisdictionem, alias non, nisi longa consuetudine hoc jus præscripserint. Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 3. *de ref.* Item Archi-Episcopi, Episcopi, & Legati a Latere. 2

Et quidem Episcopus non solum potest, sed tenetur suam Diœcesin visitare. *cap. decernimus* 10. *q.* 1. *c.* 1. *de censib. in* 6. Conc. Trid. *l. c.* Ugol. *de off. Episc. c.* 48. §. 1. *num.* 1. Barb. *de alleg.* 73. *a num.* 1. Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. Cuchus *Instit. moral. d. lib.* 4. *tit.* 8. *in princ.* & *nu.* 105. Azor. *l. c. d. c.* 40. *q.* 1. Gavant. *in man. verb. Visitatio* §. 1. *num.* 4. Zerol. *in prax. Episc. par.* 1. *verb. Visitare.* §. 1. Pax Jord. *l. c. num.* 29. ubi dicit, quod si Episcopus in provinciali Concilio fuerit accusatus de negligentia in visitando, S. Pontifex delegat alium Episcopum, qui super tali negligentia se informet, & referat. Et Episcopus, si non est legitime impeditus, debet ipsemet visitare, & non per substitutum, & quando est impeditus, potest quidem visitare per alium, sed opus est, quod illum deleget specialiter. S. Congreg. apud Pacem Jord. *l. c. num.* 32. & quod ad minimum Delegatus sit constitutus in ordine Diaconatus. *cap. Episcopum* 10. *q.* 1. Sermo est de Episcopo visitante Parochias, quas potest per alium substitutum, licet non sit impeditus, visitare, secus si visitaret Ecclesias Collegiatas, Cathedrales, aut Exemptas, virtute Concil. Trid. *sess.* 6. *c.* 4. *de ref.* quia tunc tenetur visitare per se ipsum, si non est impeditus. 3

Illi vero, qui jus visitandi non habent de Jure, sed ex præscriptione, si visitandi per se ipsos facultatem præscripserunt, uti non possunt ministerio substituti, licet sint legitime impediti, quia non possunt extendere limites suæ præscriptionis, quæ stricti juris est, & stricte interpretanda, & tantum censetur præscriptum, quantum possessum. Anchar. *in cap. cum ex officii. de præscript.* ubi Fel. *num.* 12. Idem *in c. auditis. nu.* 14. *de præscript.* Jo. Andr. *in cap. cum contingat. num.* 70. *de foro comp.* Azor. *l. c. d. cap.* 40. *q.* 3. *par.* 2. *lib.* 3. Pax Jord. *l. c. nu.* 33. & probatur *ex c. cum olim. de præscript. c. dilectus. de Capell. Monach. c. cum contingat. & c. cum in tua de Decim.* ubi Innoc. 4

§. II.

Quinam ab Episcopo visitari possint?

Omnes subjectos visitare potest Episcopus, adeo ut nullus Prælatus Romano Pontifice inferior, cui jus visitandi competit, possit subditis suis visitationem remittere, nec debitam correptionem condonare. *cap. cum venerabilis de censib.* Innoc. *in c. cum ex officii de præscript.* Cuchus *l. c. de visit. tit.* 8. *num.* 15. & 16. Azor. *d. c.* 40. *quæst.* 5. Marian. Socin. *de visit. lib.* 6. *quæst.* 14. *num.* 17. & 18. Pax Jord. *l. c. nu.* 47. Et quamvis S. Pontifex ex privilegio, vel generali exemptione possit subditi eximere a visitatione Ordinariorum, isti tamen, qui fuerunt exempti, non erunt liberi a visitatione Legatorum, aut Delegatorum Apostolicorum. *c. cum personæ. de privil. in* 6. *c. cum instantia. de censib.* 5

Neque præscriptio suffragari potest subjectis, quo minus ab Episcopo, seu Prælato visitari possint. *cap. cum ex officii.* ubi gl. & DD. *de præscript.* sicut non excusat ab obedientia. *cap. cum non liceat. de præscript. cap. cum inter de consuet.* Pax Jord. *l. c. nu.* 50. Azor. *par.* 2. *lib.* 3. *c.* 40. *q.* 2. Cuchus *l. c. tit.* 8. *nu.* 3. quamvis talis consuetudo, & præscriptio ad moderandam procurationem plurimum conducere possit, vel ad omnino 6

illam

illam tollendam. *d. cap. cum ex officii.* Alius vero, sive extraneus, sive subditus illius Prælati, cui de jure competit visitatio, præscribere jus visitandi non prohibetur, ut possit visitare eo excluso. *d. c. cum ex officii.* ubi Abb. & Felin. *nu.* 12. & alii *de præscript.* Azor. & Cuchus *ll. cc.* Pax Jord. *uti supra num.* 51. & hoc ob negligentiam ipsius Prælati, qui tamen jus suum recuperare potest contraria præscriptione. Felin. *in d. c. cum ex officii. num.* 72. *de præscript.* Marian. Socin. *de visit. l. c. quæst.* 21. *vers.* 4. Azor. *l. c. q.* 3. Cuch. *l. c. num.* 7. Pax Jord. *l. c.*

7 Et quando Archidiaconi, seu alii inferiores, qui visitare legitime consueverunt, visitant, assumere debent Notarium de consensu Episcopi, & visitationis factæ intra mensem Episcopo rationem reddere tenentur, & acta omnia illi exhibere. Et Episcopus his non obstantibus, vel eo impedito ejus Visitatores ab illo deputati easdem Ecclesias separatim ab eis visitare valent, quia hæc inferiorum potestas visitandi intelligitur cumulativa cum Episcopo, non privativa. Leo *in thes. for. Ecclesf. par.* 2. *c.* 31. *num.* 35. *de visit.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 73. *nu.* 27. Piasec. *in prax. Episc. par.* 2. *c.* 3. *nu.* 62. Pax Jord. *l. c. nu.* 54. *vers. nec non.* Cuch. *l. cit. tit.* 8. *num.* 38. quo tamen casu non poterit punire delinquentem ab Archidiacono jam punitum. S. Congr. apud Barb. *l. c. num.* 31.

8 Non potest tamen visitare ea loca, a quorum visitatione in fundatione fuit exclusus. Riccius *in praxi Visitationis par.* 4. *ref.* 570. sicut non potest visitare Ecclesiam specialiter exemptam a visitatione etiam ut Delegatus. Idem *ref.* 572. secus alias etiam Cathedralem, ita Marescot. *lib.* 2. *var. ref. c.* 15. ubi Rota Rom. secus si Ecclesia fuit quidem exempta, sed non specialiter a visitatione, quia exemptio a visitatione non comprehenditur sub generali concessione exemptionum facta ad favorem alicujus Ecclesiæ. Rota *dec.* 2. *de censib. in antiq.* Achil. *dec.* 2. *de exempt.*

9 Si vero visitandi ipsum Visitatorem admittere contumaciter recusent, nec resipiscant, poterit visitator illos excommunicare, aut Interdicto subjicere absque ulla monitione præmissa, aut scriptura, quia tunc non procedit, ut Judex, sed sicuti pars sua jura defendit, quo casu sicut posset sua jura tueri, etiam materialibus armis, ita potest spiritualibus. Innoc. Host. Jo. Andr. Butr. Abb. & Anchar. *in cap. de Immun. Ecclesf.* Gratian. *disc. for. c.* 110. *num.* 16. *&* 17. Barb. *in L.* 2. *§. hoc interdicto. ff. de itin. actu princ.* Bald. *in L. observare ff. de off. Proconf.* Menoch. *conf.* 257. *nu.* 55. *lib.* 3. *& conf.* 902. *num.* 77. *lib.* 10. Pax Jord. *l. c. num.* 59. *&* 60. qui tamen suadet a materialibus armis abstinere, in quantum potest, videri etiam possunt pro firmanda conclus. Genuen. *in prax. par.* 2. *c.* 4. *num.* 82. Ugolin. *de off. Episc. c.* 49. §. 7. Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 58. Campanil. *rubr* 12. *c.* 13. *num.* 52.

10 Imo Visitator, quia in visitatione non procedit ut Judex, non tenetur probationes exemptionis, aut præscriptionis a visitatis fortassis prætensæ admittere. Pax Jord. *l. c. nu.* 63. ennoc. *in cap. Venerabili. de censibus.*

11 Neque admittuntur a visitatione, aut contra illam appellationes, quia a visitatione, aut correctione morum appellatio non admittitur ad effectum suspensivum. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 10. *de ref.* & S. Congr. declaravit. Zerola *in prax. Episcop. par.* 2. *verb. Visitatio. vers.* 5. Lancell. *de attent. lim.* 18. *numer.* 6. Ruginell. *de appell.* §. 2. *c.* 3. *num.* 6. Marchesf. *de commiss. par.* 1. *de appell. extra Rom. Cur. c.* 6. *num.* 78. *in* 2. *edit.* Barb. *de potest. Episc. alleg.* 73. *num.* 32. Navar. *conf.* 1. *de appell. num.* 3. Pax Jord. *l. c. num.* 67. quamvis appellatum fuerit ad Sedem Apostolicam S. Congreg. apud Zerol. *l. c.* quod tantum procedit, quando Episcopus processit sine scriptis, & sine processu, secus si fuit factus, & compilatus processus, quia tunc appellatio datur, & non intrat dispositio Concilii, sed appellari potest ad utrumque effectum. Barb. *l. c.* Pax Jord. ut supra *num.* 70. nisi Episcopus procederet contra exemptos, vel privilegiatos contra illorum privilegia, quia tunc daretur appellatio ad utrumque effectum. Barb. *l. c. num.* 34. Pax Jord. *l. c. numer.* 73.

12 Non tantum non potest arceri Ordinarius a visitatione per appellationem, sed nec per recusationem. Conc. *Const. sess.* 7. *c.* 8. *de ref.* & rescriptum Pauli V. ad Archi Episcopos Portugalliæ apud Barb. *d. alleg.* 73. & Pacem Jord. *num.* 76.

Episcopus non potest visitare quoscunque Clericos, etiam Protonotarios exemptos. Riccius *in praxi Visitationis. ref.* 573. Item Curatos in Ecclesiis Monachorum, quia Cura animarum a DEO fuit commissa præcipue Episcopis. Conc. Trid. *sess.* 7. *c.* 1. Abb. *in c.* 2. *de Relig. dom.* S. Congreg. apud. Riccium *in praxi Visitationis. ref.* 542. 13

§. III.

De tempore Visitationis.

Visitatio debet fieri singulis annis, & perfici, nisi Diœcesis sit valde ampla, quia tunc sufficiet, quod majore in Diœcesis parte visitatio fuerit peracta, & intra biennium compleatur. Conc. Trid. *sess.* 24. *c.* 3. *de ref.* Zerol. *l. c.* §. 2. Cuch. *de visit. l. c. num.* 2. Pax Jord. *l. c. nu.* 39. Et quamvis nullum certum tempus a Conc. fuerit præscriptum ad perficiendam visitationem, sed arbitrio Episcopi relictum, hoc tamen debet esse discretum, & moderatum, ne graventur subditi superfluis expensis, ut declaravit S. Congreg. & aliis negotiis ad visitationem non spectantibus se minime occupare. Piasec. apud Barb. *alleg.* 73. *num.* 39. *&* 40. Zerol. *in prax. par.* 1. *verb. Visitatio. vers.* 9. nisi forte Visitator procurationem nullam recipiat, vel ob consuetudinem contrariam, aut eo quod illam remittat, quia tunc non ita accelerare cogetur, quia tunc cessat ratio gravaminis. 14

Potest etiam Episcopus Archidiaconis, & Prælatis inferioribus præscribere tempus, intra quod visitationem complere teneantur. S. Congreg. quam affert Pax Jord. *l. c. num.* 42. & licet supra meminerimus, debere visitare singulis annis ex Conc. Trid. semel saltem, non prohibetur tamen Episcopus pluries in anno visitare, si necessitas id deposcat. Socin. *de visit. num.* 66. Azor. *par.* 2. *lib.* 3. *c.* 42. *quæst.* 11. *vers. illo quoque ex c. visitandi. &c. non semel.* 18. *quæst.* 2. *gl.* 2. *&c. mandamus de off. Archid. & c. conquerente verb. annua. de off. ordin.* Cuchus *d. tit.* 8. *de visit.* 116. Pax Jord. *l. c. nu.* 43. & si nullam recipiat procurationem, potest etiam sine ulla necessitatis causa pluries in anno visitare. Henr. Boich. *in c. cum Apostolus. de cens. juxta c. visitandi. & c. non semel.* Cuch. *l. c. num.* 120. Socin. *ut supra nu.* 82. Pax Jord. *l. c. nu.* 44. 15

§. IV.

De Visitatione Ecclesiæ Cathedralis.

Visitatio debet incipere a capite, & digniore, & ideo ab Ecclesia Cathedrali. *cap.* 1. *de censib. in* 6. Conc. Trid. *sess.* 7. *c.* 1. *de ref.* Ugol. *de off. Episc. c.* 49. §. 6. *num* 2. Piasc. *in prax. Episc. par.* 2. *c.* 3. *num.* 5. Barb. *l. c. alleg.* 73. *num.* 4. Fusc. *de visit. lib.* 1. *c.* 15. Pax Jord. *l. c. nu.* 106. 16

Praxis vero visitationis solet esse sequens, Episcopus præscripta die sub baldachino, & pontificali cappa supra Rochettum indutus, pileumque Pontificale supra biretum gestans præcedentibus Canonicis, & Clero, acceptaque in porta aqua benedicta; adorato Sanctissimo incipit visitationem a Venerabili Sacramento, & videbit, an illud decenter custodiatur considerando tabernaculum, & pixidem intus, & foris, & ipsum altare accurate lustrabit, & sequentes faciet interrogationes, quas Notarius scribet per extensum una cum responsionibus, & incensatur Venerab. 17

Interrogatoria ad Tabernaculum.

1 *An Tabernaculum sit ligneum, vel lapideum, aut ex alia materia?*
2 *Qualitatem pixidis, & an adsit alia pro infirmis, cujus qualitatis?*
3 *An clavis sit deaurata sericeis cordulis appensa?*
4 *De tuta illius custodia, ubi, & a quo, & an adsit corporale substratum?*

5 *An habeat pyxis album conpeum, & an tabernaculum coloris officii currentis?*
6 *Quoties mutentur, & renoventur sacræ Hostiæ?*
7 *An lampas continuo ardeat ante Tabernaculum?*
8 *An adsit baldachinum, seu umbella deferenda supra ipsum in Processionibus?*
9 *Quomodo deferatur in Processionibus, præsertim in festo Corporis Christi?*
10 *Quomodo portetur ad infirmos, & an velum album gestetur supra pluviale?*
11 *Quomodo ministretur tempore paschali, & an schedulæ dentur, vel recipiantur pro cognoscendis, qui satisfaciunt vel non præcepto communionis paschalis?*
12 *An adsit Confraternitas Corporis Christi?*
13 *An Laicis post communionem detur ablutio.*
14 *An adsit ferreum instrumentum ad conficiendas hostias, & particulas, & a quo Hostiæ fiant, ac particulæ.*
15 *An adsit cribrum ad excribranda fragmenta particularum, & vas ad asservandas Hostias.*
16 *An adsit bursa coloris albi cum sericeis cordulis ad gestandam illam e collo, & ferendam ad infirmos.*
17 *An adsit laterna, & intortitia pro associatione Sacramenti.*
18 *In qua ætate admittantur pueri ad communionem, & quomodo instruantur ante primam communionem.*
19 *De sepulchro in hebdomade majori.*

18 Deinde fit visitatio Fontis baptismalis dimisso pluviali, & assumpta mozzeta, & primo bene lustratur vas fontis, ex qua materia illud sit, an sit rotundum, nitidum, bene clausum, coopertum, an in conspicuo loco, & fient sequentia interrogatoria circa fontem &c.

1 *Fons baptismalis qualis sit in materia, & in forma, an in loco commodo, decente, & ornato; an adsit pyramis sine rimulis cum imagine S. Joannis Baptistæ Christum baptizantis.*
2 *Conopeum super pyramidem.*
3 *An sit clausus, & cancellis circumdatus.*
4 *De clave, & ejus custodia.*
5 *An aqua sit clara, & nitida, & de illius quantitate.*
6 *An adsit vasculum ad fundendum aquam, & aliud ad illam recipiendam, ne iterum cadat in fontem.*
7 *De gossipio, sive bombice.*
8 *An adsit linteolum ad abstergendum, quod non convertatur ad usus profanos.*
9 *Sal ubi asservetur, & quando benedicatur, & an detur Laicis.*
10 *An adsit Sacrarium ad infundendam baptismi aquam non remotum.*
11 *An adsit mensa ad usum parandi necessaria pro ministrando baptismo.*
12 *An lumina dum ministratur Sacramentum.*
13 *De modo ministrandi baptismum, & an irrepserit aliquis abusus, seu superstitio.*
14 *An ministretur in Ecclesia vel domi.*
15 *Qui, & quot adhibeantur Patrini.*
16 *Quo tempore ministretur a Nativitate infantis.*
17 *An adsint obstetrices, & sint instructæ circa formam, & materiam baptismi, & circa modum illum ministrandi.*
18 *An ministretur cum cotta, & stola.*
19 *An adsit liber baptizatorum, & de modo illos inscribendi.*
20 *De diligentia perquirendi, an fuerit baptizatus domi, & a quo, & qualiter.*

19 Tertio proceditur ad visitationem oleorum sacrorum, an decenter, & tute custodiantur: & fiunt sequentia interrogatoria.

1 *An adsit armarium ex parte Evangelii intra Ecclesiam cum inscriptione majusculis litteris, ejus ornatus interior, & exterior.*
2 *An Adsit clavis tuta, & quomodo custodita.*
3 *De qualitate vasorum tam respectu materiæ, quam formæ, & de gossipio.*
4 *An singulis annis renovetur, & vetus comburatur.*
5 *De arculis cum vasculis, & sua clavi ad mittendum pro oleis accipiendis.*
6 *Quis mittatur.*
7 *De sacculo serico violaceo ad deferendum ruri.*
8 *Liber distributionis oleorum.*
9 *Modus administrandi.*

Quarto visitantur SS. Reliquiæ cum duobus ad minus intortitiis. Fusc. *de visitat. lib.* 1. *c.* 8. *in princ. nu.* 14. Gravant. *in prax. visitat.* §. 8. *nu.* 2. Pax Jord. *l. c. nu.* 115. incensantur. Et inspicitur armarium, in quo asservantur, an sit decens, mundum, & non humidum. Et inspicitur index ipsarum, qui confrontatur cum codice antiquo, an sint integræ, an sepultæ, an in vasis, & quibus. De illarum custodia, & clavibus. De fide antiquitatis, ac earum certitudine, & fiunt etiam interrogatoria sequentia. 20

1 *An & quomodo ostendatur populo, & exponantur, an cum superpelliceo, stola, & luminibus.*
2 *De festis diebus illarum, & quomodo sanctificentur, an fiat de illis officium.*
3 *An adsit tabella generalis Reliquiarum in Sacristia conservanda.*
4 *De pannis sericeis albis pro Confessoribus, & rubris pro Martyribus ad involvendum eas.*
5 *An adsint superstitiones, turpis quæstus, & lucrum in illis ostendendis, aut alias.*
6 *An lampades accensæ ante insigniores.*
7 *An fuerint approbatæ, & a quo. Et an novæ approbentur: & a quo.*
8 *An deferantur ad ægrotos, quod non permittendum.*
9 *An extrahantur absque debita licentia.*
10 *An sint venales, an exponantur extra capsas, quod non permittendum.*

Quinto post Reliquias visitantur Imagines Sanctorum; & non est permittendum profanis virorum, aut mulierum imaginibus Ecclesiam ornari, neque pro Sanctis publice coli, qui canonizati non fuerint, præsertim post decretum Urbani VIII. multo minus nova miracula publicari, donec ab Episcopo recognita, & approbata fuerint; sive fuerint Sanctorum Canonizatorum, quam non Canonizatorum. Pax Jord. *l. c. nu.* 157. & 158. 21

Postmodum visitantur Altaria, & considerandum, ex qua materia sint constituta, an habeant debitam altitudinem, & latitudinem, & longitudinem, an habeat gradus ad ipsum, seu bradellam, telam ceratam, immobilem, mappas tres, vel unam duplicatam, & quoties mutentur. An superior tobalea sit longa usque ad terram. An habeat crucem, candelabra, Iconem, tabellam Secretarum? pallia omnium colorum, umbellam super illud, pulvinar saltem unum, fenestram urceolorum, cereostrata ad elevationem, campanulam, clavum a latere pro appendendo bireto Sacerdotis, fundationem, institutionem, vel titulum, obligationes, servitium, redditus, lampadem. 22

Sequitur Visitatio corporis Ecclesiæ, circa quod sequentia fieri poterunt interrogatoria. 23

1 *An fuerit consecrata, & qualiter appareat de consecratione, an egeat reconciliatione, an egeat reparatione in navi, parietibus, tecto, sive alia parte, an parietes sint albi sine indecenti aliquo epitaphio.*
2 *An quis habitet super eam.*
3 *An adsit imago Crucifixi in medio loco alto collocata.*
4 *An habeat sedem Episcopalem, a qua Ecclesia denominatur Cathedralis cum suis gradibus, & Umbella, seu Baldachino.*
5 *An Chorus sit bene dispositus, separatus a secularibus cum suis sedibus, subsellis, legilibus, libris necessariis, Breviariis, Gradualibus, Antiphonariis, Martyrologio, Pontificali, Cæremoniali, Directorio Chori, Calendario.*
6 *An servetur debitus ordo psallendi, sedendi, standi, silendi &c.*

7 An

7 *An adsint sepulchra pro Sacerdotibus, & pro Clericis a Laicis distincta, & an supra terram elevata contra Constitutionem Pii V.*
8 *An adsit Pulpitum, & an sedes mulierum, & virorum distincta sint.*
9 *An pavimentum planum.*
10 *An vasa aquæ benedictæ cum aspersoriis, & aqua munda, & benedicta, & an fiat populi aspersio.*
11 *An firmas habeat portas, & an congruis horis claudantur, & aperiantur, & habeant firmos claves. An armaria, & arculas eleemosynarum, an fenestras numero, & magnitudine sufficientes.*
12 *An privatorum ædes Ecclesiæ cohæreant, an fimum, aut quidvis immundum, aut perstrepens in propinquo habeatur.*
13 *An Confessionalia numero sufficientia publico, & aperto loco exposita, crates ferreas, laminas perforatas, aut Cancellos habentes, una cum imagine pia, & tabella casuum reservatorum Papæ, & Ordinario, & an claudi possint, ne Laici sedeant in eis. Et an mulieres, & pueri ante solis ortum, aut post occasum admittantur.*

24 Sequitur deinde Visitatio Cœmeterii, an clausum sit, ut impediatur hominibus transitus per illud, aut apertum, ut brutis pateat ad illud accessus. Fusc. *lib.* 1. *de visit. cap.* 25. *per tot.* Pax Jord. *l. c. num.* 173. an habeat crucem lapideam, seu ligneam erectam in loco patenti, an arbores, aut alias immunditias. An in sepeliendo committatur simoniaca labes, aut alius abusus in sepeliendo. An hæretici, excommunicati, aut alii, quibus Ecclesiastica sepultura interdicta est, sepeliantur.

25 Deinde visitatur Campanile, in quo sequentia fieri solent interrogatoria.

1 *An congruentes numero, & qualitate habeat campanas, an benedictas, a quo pulsentur, & an pro negotiis sæcularibus, an funes, & scalas pro ascensu.*
2 *An habeat culmen, tectum, & crucem in summitate, an ostium cum suo clavi, ac debitis horis claudatur, & aperiatur.*

26 Acceditur exinde Sacristia, in qua debent examinari plura, ubi locus, inventarium omnium bonorum, sacra vasa, umbellæ, armaria, Altarium paramenta, linteamina, tobaleæ, & supellex, Altare Pro Paramentis, labrum cum manutergiis, locus ad orandum, & sacramentales Confessiones audiendum. Vasculum pro aqua benedicta. Crux processionalis. Missalia cum signaculis, & pulvinaribus, calices, & patenæ, corporalia, & pallæ, purificatoria, vela, & bursæ. Calendarium, & rubrica colorum, amictus, albæ, cingula, stolæ, manipuli, planetæ, dalmaticæ, pluvialia, mappæ variæ, ampullæ, & pelvicula, campanulæ, suppellex argentea, thuribulum cum navicula, & cochleari. Tabella pacis, Instrumentum ad conficiendas hostias, & particulas, cribrum ad expurganda particularum fragmenta, vas ad lavanda corporalia, & purificatoria. Piscina sacra, seu Sacrarium. Candelabrum triangulare pro matutinis tenebrarum majoris hebdomadæ. Item candelabrum cerei paschalis. Feretrum panni mortuorum. Legilia, libri, & Rituale novum. Quis sit Sacrista, ejusque Ministri. An habeat redditus, & a quo administrentur oblationes, & vota, in cujus cedant utilitatem. Missæ an describantur in speciali libello. Portæ an claudantur debitis temporibus, & quomodo claves custodiantur, & a quo. Pavimentum, fenestræ, parietes, an cautio detur per Sacristam.

27 In Visitatione ædium Ecclesiasticarum fiunt sequentia interrogatoria.

An ædes egeant reparatione, & quæ? an locentur personis infamibus, aut ad usus improbatos, an Clericus cohabitet ancillæ, an sint refugium facinorosorum.

Deinde proceditur ad visitationem Capituli, a qua nullo modo potest excludi attento Decreto Concil. Trid. *sess.* 6. *cap.* 4. & *sess.* 25. *cap.* 6. *de ref.*

28 Quibus peractis Episcopus ad Capitulum debet accedere, illudque visitare, a qua visitatione nullo jure excludi potest, attento Decreto Conc. *l. c.* quod quidem jus visitandi intelligi debet cumulative cum aliis habentibus authoritatem visitandi, ut declaravit S. Congreg. de qua testatur Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc.* §. 2. *proœmiali. nu.* 21. Gratian. *disc. for. cap.* 154. *nu.* 40. Barb. *de Canon. cap.* 28. *num.* 16. & 17. Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 2. *num.* 2. Dummodo tamen talis visitatio fiat duntaxat ad solam correctionem, & emendationem morum, & non ad ordinariam delictorum punitionem, aut privationem, ut declaravit S. Congreg. de qua testatur Rota *dec.* 3. *par.* 2. *divers.* Garz. *de benef. par.* 3. *c.* 2. *num.* 197. Pax Jord. *l. c. nu.* 3. quæ facultas visitandi extenditur etiam ad jura, & bona Capituli, & illorum Administratores. Barb. *l. c.*

29 Locus autem hujus visitationis censetur aula Capitularis consueta præmisso more solito campanæ signo, ac debita singulorum intimatione, aut convocatione, adjuncto proprio visitationis, Notario, & excluso Cancellario Capituli consueto. Pax Jord. *l. c. nu.* 4. Unde non potest Episcopus visitans Capitulum ad se in suum Palatium evocare, sed tenetur locum Capituli accedere, nisi velit visitare singulos Canonicos, quos potest singillatim ad se evocare S. Congreg. apud Pignatell. *to.* 1. *consf.* 59. Non potest in visitatione Canonicos punire sine adjunctis. Idem *consf.* 61. Rota *in una Illerden. coram Justo.* 1602. apud Pignatell. *l. c.* non potest corrigere statuta Capituli non confirmata a Pontifice, quia hoc non tangit correctionrm morum, quæ attenditur in visitatione. ita Pignatel. *consult.* 64. ubi S. Congreg. Pax Jord. *l. c. n.* 6. Zerola *in prax. par.* 2. *verb. Capitulum.* 2. Gavant. *in man. verb. Capitulum. n.* 4. nisi consuetus locus congregandi Capitulum esset palatium Episcopale; quod si aula Capitularis esset legitime impedita, conceditur convocatio in alium locum arbitrio Episcopi, dummodo locus sit congruus dignitati rei, & personarum.

30 Secuta ergo Capitularium coadunatione Notarius refert illam in actis exprimendo nomina singulorum Canonicorum intereffentium. Et Episcopus format sequentia interrogatoria.

1 *Quæ, & quot existant Dignitates, & quis earum ordo? & quibus præeminentiis utantur; quæ illarum institutio, & an illis sit annexa cura animarum.*
2 *Quot sunt numero Canonici, an sint compatibiles cum dignitatibus, an sint supranumerarii & expectantes.*
3 *Quoties congregentur, quo tempore, & quo in loco.*
4 *An habeant statuta, & quæ, & an jurata, an consuetudines. omnia examinentur.*
5 *An omnes resideant, & intersint, & munera per se obeant.*
6 *Ubi habitent, & an fidei professionem emiserint etiam in Capitulo.*
7 *Qualiter soleant recipere novos Canonicos, an vivant in concordia.*
8 *An habeant Ecclesias unitas, & circa statum illarum.*
9 *Quo habitu utantur in Choro? & an præbendæ sint distinctæ.*
10 *An præbendati susceperint Ordines suis præbendis annexos, quos redditus habeant. Quomodo, & quibus locentur, qualiter administrentur, & dividantur, & an, & cui rationes reddantur.*
11 *Quod cujusque servitium. Et quid circa distributiones, qui Punctatores, & qualiter se gerant.*
12 *Qui Officiales Capituli, Computista, Secretarius.*
13 *Acta quomodo serventur.*
14 *Sigillum apud quem, an adsit archivium cum inventario.*
15 *De oneribus, & illorum tabella.*
16 *Quæ Missæ solemnes. Horas Canonicas an ipsi recitent cum reliquis.*
17 *An adsit Theologus, & legat. An Pœnitentiarius, & audiat.*
18 *Quæ disciplina Chori.*
19 *Anniversaria quæ. Missarum numerus, Officia propria, Festa.*
20 *An adsit Inventarium bonorum mobilium, & immobilium.*
21 *Quot Capellani, & de Mansionariis, habitus eorum, servitium, & merces,*

22 *Consuetudo Ecclesiæ, Processiones, & ritus. Magister Cæremoniarum, Sacristæ, Coadjutores, Clerici, & a quo erudiantur, & an proprium habeat Confessarium Organista, Musici, alii, qui, & quot, & quod illorum ministerium.* videri potest Fuscus *lib.* 1. *de Canon. cap.* 29. Piasec. *in praxi par.* 2. *cap.* 3. *num.* 6. Gavant. *in man. verb. Canonicus.* & in praxi *Visitationis.* §. 1.

31 Episcopus tamen non potest visitare archivium Ecclesiæ Cathedralis, quia cum sæpe incidant controversiæ inter Episcopum, & Capitulum, hoc esset sumere arma de domo Rei, & ideo neque Capitulo permittitur perlustrare archivium Episcopi ob regulam *quod quisque juris.* Pignatell. *consult.* 65.

32 Post visitationem realem Capituli succedit visitatio personarum Capituli. Primæ dignitati fiunt sequentia interrogatoria.

1 *An habeat litteras suæ provisionis, quas prima vice regulariter tenetur omnis Beneficiatus exhibere.*
2 *Quæ præbenda.*
3 *Qui redditus.*
4 *Qui Ordines.*
5 *Beneficia quæ.*
6 *Licentia celebrandi.*
7 *Habitus, & Tonsura.*
8 *Ritus celebrationis.*
9 *De litibus particularibus.*
10 *De habitatione, Consanguineis, & facultatibus, Mulieribus, & familia. Doctrina, studiis, & similibus, fidei professione &c.*
11 *De ætate, ac tempore Canonicatus &c.*

33 Deinde duo, vel tres ultra prædicta erunt interrogandi de vita, moribus, & vitiis inferiorum Clericorum, uti de concubinatu, filiis, simonia, lusibus, scandalis, armis, discordiis, negotiationibus, & similibus.

Visitatio Lecturæ Theologalis.

34 Concilium Trid. *sess.* 5. *cap.* 1. *de ref.* decrevit, Episcopos debere deputare Lectores S. Scripturæ tam in Cathedrali, quam in Collegiatis insignibus, in quibus reperitur aliquod stipendium ad hoc destinatum. Item in Ecclesiis Monachorum, & in Conventibus Regularium, & in ipsis etiam publicis Gymnasiis; ubi vero præbenda ad hunc effectum non reperitur destinata, illam erigere. Ugolin. *de off. Episc. par.* 2. *cap.* 43. Fuscus *de visit. lib.* 1. *cap.* 17. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 56. *& de Canon. cap.* 27. Garz. *de Benef. par.* 5. *cap.* 4. *num.* 153. Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 3. *nu.* 3. Excipe Cathedrales Regularium, in quibus non sunt distinctæ præbendæ, quia tunc coguntur Monachi providere de Theologo. Plura de hac materia vide apud Pacem Jord. *l. c. per totum.* & quæ diximus in praxi *Præbendæ.*

Visitatio Seminarii.

35 Ad Seminarium non quicunque pueri admittendi sunt, sed qui ad minimum 12. ætatis annum exegerint. De legitimo matrimonio nati sunt, legere, & scribere competenter noverint, & quorum indoles, & voluntas spem afferant, eos Ecclesiasticis mysteriis, & ministeriis perpetuo inservituros. Præterea debent admitti pauperes, & divites non nisi solvant expensas convictus. Alumni debet cogi ad spondendum, & subidonea fidejussione cavendum Deo, & Ecclesiæ inserviendi perpetuo. Tot, & non plures debent recipi, quot ex pecunia, & proventibus ad seminarium destinatis ali queunt. Spurii, quamvis legitimati sint, admitti non debent. Et ut commodius instituantur in Ecclesiastica disciplina, tonsura, mox ac ingressi fuerint, & Clericali habitu decorari debent. Missam singulis diebus audire, singulis mensibus sua confiteri peccata, & juxta Confessarii consilium S. Eucharistiam sumere. Cathedrali, aliisve Ecclesiis loci diebus Dominicis, & festivis inservire. Grammaticæ, cantus, computi Ecclesiastici, aliarumque bonarum artium disciplinam addiscere, sacram scripturam, libros Ecclesiasticos, Catechismum, Homilias legere, sacrum cæremoniarum, & rituum formas sectari, quæ omnia, & alia necessaria, vel opportuna Episcopus cum consilio duorum Canonicorum seniorum, & graviorum, quos ipse elegerit, prout Spiritus S. suggesserit, constituere curabit. Dyscolos, & incorrigibiles acriter puniendo, & si opus fuerit, etiam expellendo. Concil. Trid. *sess.* 23. *cap. ult.* §. *ut vero. de ref.* Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 7. Zerola *in prax. verb. seminarium.* §. 2. 3. *&* 4. *par.* 1. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 77. *a n.* 34. Gavant. *in man. verb. Seminarium. a nu.* 4. Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 4. *nu.* 10. *vers. Grammatices.*

Porro duorum Canonicorum ad Curam, & regimen Seminarii eligendorum consilium in eligendo, locum pro fabrica, Magistros, Confessarios, in constituendis regulis, in corrigendis, aut expellendis dyscolis, in visitationibus requirere debet Episcopus, licet illud sequi non teneatur. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gl.* 46. *n.* 47. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 191. Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 13. Zerola *in prax. verb. Seminarium.* §. 3. Barb. *d. alleg.* 77. *nu.* 32. *&* 33. qui testantur, ita fuisse declaratum a S. Congreg. & omnia gesta sine horum consilio nullius esse valoris, præsertim Unio Beneficiorum pro sustentatione Seminarii, declaravit S. Congreg. 13. *Jan.* 1594. testib. Barb. *l. c. nu.* 33. Gavant. *nu.* 43. nisi tamen requisitio talis esset valde difficilis propter absentiam Canonicorum, aut unius ex illis. *cap. un.* §. *fin. ne sede vac.* 36

Porro electio Canonicorum ab Episcopo semel facta ad illius beneplacitum cassari non potest, alium, vel alios de novo eligendo, nisi justa, & rationabilis causa aliud exigat, quod casu duntaxat variatio erit licita. S. Congregat. apud Zerol. *l. c.* §. 3. Barb. *d. alleg* 77. *nu.* 31. Pax Jord. *l. c. nu.* 17. Præter quos Canonicos ad regimen ejusdem Seminarii quatuor alios deputatos habere tenetur, duos quidem Canonicos, unum a se, alterum a Capitulo eligendos, qui eidem Episcopo consilium præbeant in provisione redditwum, & proventuum necessariorum ad fabricam Seminarii pro mercede Magistrorum, & Ministrorum, ad alendam juventutem, & reliquos sumptus. Item quando Episcopus, quot annis rationes redditwum, & expensarum Seminarii recipit, de taxatione vero pro Seminario facienda plura vide apud Pacem Jord. *l. c. a n.* 22. ubi qui contribuere teneantur. 37

Pro visitatione Collegiatarum Ecclesiarum deserviant proportionaliter illa, quæ tradita fuerunt in visitatione Cathedralis. Et quæ dicatur Ecclesia collegiata, & quomodo collegialitas probetur. vide apud Pacem. Jord. *lib.* 7. *tit.* 5. *per totum.* 38

Succedit jam Visitatio Ecclesiarum Parochialium, quas omnes Episcopatus tenetur visitare, etiam Curatas, etiam annexas, & subjectas Regularibus. Item Equitibus Hierosolymitanis. Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 7. *de ref.* Gavant. *in man. verb. Visitatio Episc. nu.* 10. *&* 11. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 74. *nu.* 18. Villagut. *in specul. Visit. nu.* 6. S. Congreg. apud Pacem Jord. *l. c. tit.* 6. *num.* 2. Limit. quoad illas Parochiales Monasteriorum, & Conventuum, in quibus Magister generalis illius Ordinis, aut Congregationis primariam sedem habet, quia tales ob reverentiam Generalis exceptæ sunt, & subtractæ ab Episcopi Visitatione. Conc. Trid. *sess.* 25. *cap.* 11. *de Regular.* Barb. *l. c. nu.* 14. Gavant. *in verb. visitare. n.* 12. Pax Jord. *l. c. nu.* 4. quæ tamen exceptio non extenditur ad Parochiales talibus Monasteriis, & Conventibus Ordinum capitibus unitas, quas Episcopus visitare non prohibetur. DD. cit. qui testantur de declarat. S. Congreg. & quod attinet visitationem realem Ecclesiæ, eadem deservient interrogatoria, quæ in Ecclesia Cathedrali proportionaliter. quo vero ad visitationem personalem Parochi, fieri poterunt interrogatoria sequentia. 39

1 *Nomen ipsius, ætas, patria, Ordo, habitus, & tonsura, fidei Professio, titulus suæ provisionis, a quo, & quando, qualiter, an per concursum, ac simoniace, & per sordes, aliis Beneficiis, seu pensionibus.*
2 *Inventarium bonorum mobilium, stabilium, jurium, & actionum occupatione eorundem bonorum, & litibus.*
3 *Patrimonium, habitatio Capellani, si quos habere tenetur, cæteris Clericis, & Ministris, legatis piis, & obligationibus, eorundem implementum, celebratio, & an pro Defunctis, Concio, & Missæ expositio.*

4. Pu-

4 *Publicatio Festorum, Vigiliarum, edictorum. Confessio generalis Dominicis, & festivis diebus, doctrina Christiana, & modus illam docendi.*
5 *Vesperæ, Processiones, Festa propria, infirmi, & illorum cura, morientes, & illorum sepultura, secularia negotia.*
6 *Libri pro studio, qui & quot. Rituale, Breviarium.*
7 *Quæ consuetudines. Conferentiæ casuum conscientiæ, an habeantur.*
8 *Benedictio Cinerum, Palmarum, candelarum, cerei Paschalis, fontis, domorum, & similium.*
9 *Lytaniæ majores, minores & de modo.*
10 *Ritus celebrandi solemniter & private.*
11 *Piæ repræsentationes.*

Circa Baptismum.

1 *Compatres quot, & qui. Obstetrices quæ, & de illarum peritia, dilatio ad suscipiendum Baptismum, quis locus administrationis illius, quis liber ad scribendum, & quæ scribendi forma.*
2 *Fonte, oleis, sale & cæteris, ac de illorum tuta custodia.*
3 *Admonitiones pro cura infantium.*

Circa Pœnitentiam.

1 *De habitu audiendi Confessiones. Tempore quoad mulieres, & pueros. Loco & confessionali. Notitia casuum Bullæ Cœnæ & Episcopalium, assiduitate auscultandi, & promptitudine toto anno, alienis subditis.*
2 *Licentia suorum alibi confitendi, aut abusibus in hoc. De eleemosyna tunc largitione.*
3 *Medicorum diligentia circa observantiam Bullæ Pii V. de monendis infirmis ad Confessionem. De Inconfessis.*
4 *De libro status animarum.*
5 *Forma scribendi confessos ac communicatos, ac habendi in Paschate notitiam illorum.*

Circa Confirmationem.

1 *De libro, in quo inscribuntur confirmati, & forma scribendi.*
2 *De Patrinis, numero & qualitate illorum.*
3 *De notitia eorum, qui Confirmationem suscepere.*

Circa S. Communionem.

1 *De Instructione puerorum prima vice communicantium. De vigilantia communicandi eos, quam primum ad ætatem pervenerint. De schedulis pro Communione Paschali. De iis, qui non communicaverunt, & diligentia, ut satisfaciant.*
2 *De publicis peccatoribus non recipiendis ad eam.*
3 *De aparatu ad S. Communionem, & instructione Communicantium.*
4 *De modo deferendi ad infirmos.*
5 *De frequentia populi suscipiendi sacram communionem, & adhortationibus ad ejusmodi frequentiam.*
6 *De Festo SS. Corporis Christi, & ritu illud celebrandi.*
7 *De renovatione S. Eucharistiæ.*

Circa Extremam Unctionem.

1 *Qualiter ungantur manus Sacerdotum. An renes mulierum.*
2 *An Sacra olea dimittat in domo infirmi, aut gossipium.*
3 *An sæpius invisantur infirmi, & opera, ac consilio solatium illis afferatur.*
4 *An in tempore mortis illis assistatur, anima commendetur eo tempore, & post mortem pro ipsis oretur.*

Circa Matrimonium.

1 *An Denuntiationes præmittantur juxta formam Ritualis.*
2 *An sponsis permittatur cohabitatio ante contractum matrimonium per verba de præsenti.*
3 *An uterque sponsus separatim interrogetur.*
4 *An exteri admittantur ad contrahendum absque attestationibus, & non consulto prius desuper Ordinario.*
5 *An Sponsi confiteantur, communicent, & Ecclesiæ Benedictionem ante consummationem suscipiant.*
6 *An scribantur matrimonia in libro aliquo particulari cum nominibus testium. Et an circa matrimonium sint abusus & facinationes.*
7 *An contrahentes, & ipsemet Parochus probe calleat impedimenta matrimonii, & de illis populus erudiatur, & an habeatur sermo tempore contractus.*
8 *An aliqui conjugati propria se authoritate separaverint, & ita vivant absque licentia Ecclesiæ.*

Circa Bona Ecclesiæ.

1 *An adsint particulares pro fabrica Ecclesiæ, a quo ministrentur, an fideliter, & cui reddantur rationes.*
2 *An aliquando publicetur Decretum Concil. Trid. contra usurpatores bonorum Ecclesiasticorum.*
3 *Qui sint Parochiani melioris vitæ.*

Circa alias functiones.

1 *Quis concionetur in Quadragesima, a quo alatur, & eleemosynam suscipiat.*
2 *An sint Oratoria, Societates, aut Confraternitates.*
3 *An populus sit devotus, & pauper.*
4 *An adsint publici peccatores, usurarii, blasphemi, concubinarii &c. An inimicitiæ, & an Parochus studeat inimicorum reconciliationi.*
5 *Qualis sit familiarum numerus in Parochia, & quis eorum, qui sunt apti ad Communionem. An visitetur frequenter Parochia.*
6 *An omnes in Quadragesima diligenter observent jejunium, aut cibis vetitis utantur. An sint Parocho obedientes, & quomodo se Parochus gerat erga inobedientes.*
7 *An vigeat aliqua hæresis, seu nova opinio.*
8 *An Ludimagistri, Medici, & alii, qui de jure tenentur, fidei professionem emiserint.*
9 *An pueri turpia, & inhonesta doceantur.*
10 *An Clerici honestum, & decentem gestent habitum, & tonsuram, & inserviant Ecclesiæ & modeste se gerant, & sine scandalo, & sint bonæ indolis & spei, & an ex illis sint, qui puellas doceant.*
11 *An libros Baptizatorum, Confirmatorum, matrimoniorum, mortuorum, status animarum, Missarum, & eleemosynarum pro Missis habeant, scribant, & diligenter custodiant.*

40 Tandem separatim vocantur quatuor, aut quinque ex Laicis vitæ melioris, & interrogantur de vita, & moribus Parochi, & an bene gerat suum officium, ac functiones Parochiales, resideat, & gratis administret Sacramenta prompte, & omni tempore.

41 Deinde visitantur Capellæ, Beneficia simplicia, & Altaria, ac Oratoria, de quibus suis in locis jam dictum fuit, & Beneficiatis sequentia fieri possunt interrogatoria.

Nomen, ætas, patria, Beneficii titulus, & a quo impetratus, an habeat alia Beneficia, & pensiones, a quo fuerit præsentatus, an fecerit Professionem fidei, de redditibus Beneficii, ejus obligationibus, & implemento. De Officio Divino. De inventario bonorum mobilium, & stabilium. De prædiis cum suis finibus. De alienatione, & recuperatione bonorum. De Locationibus, pactis simoniacis, facultate celebrandi, & servitia præstandi. Unione Beneficiorum, Dismembratione, renuntiationis publicatione.

42 Quid dicendum de Capellanis Regiis, poteruntne ab Episcopo visitari? Respondetur, quod respectu Capellæ Regiæ visitari non possint, quoad alias autem Ecclesias, & Capellas possunt visitari, quia quoad illas subsunt Episcopo. *cap. cum Capella. de privil.* Conc. Trid. *sess.* 24 *cap.* 11. *de reform.* Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. Pax Jord *lib.* 7. *tit.* 7. *nu.* 22.

43 Imo juxta Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 8. *de ref.* possunt Ecclesias quascunque, & quomodolibet exemptas autho-

authoritate Apostolica singulis annis visitare, & opportunis juris remediis providere, ut quæ indigent reparatione, reparentur, & cura animarum, si quæ illis immineat, aliisque debitis obsequiis minime defraudentur, appellationibus, consuetudinibus etiam immemorabilibus non obstantibus. S. Congreg. apud Pacem Jord. *l. c. n.* 24.

44 Oratoria privata ab Episcopo non visitantur, nisi quando in eis Divina celebrantur, publica vero indistincte sunt visitanda. Abb. *in cap. fin. nu.* 3. *in fin. de censib.* Ugolin. *de off. Episc. c.* 49. §. 5. *nu.* 9. Fusc. *de visit. lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 7. Concil. Trid. *l. cit. cap.* 8. Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 9. *nu.* 8.

In Visitatione Hospitalium Interrogatoria.

1 *De fundatione, & jurepatronatus, obligationibus, statutis, & eorum examine, Privilegiis, opibus, Indulgentiis, Inventario bonorum mobilium, & immobilium, Archivio, Prafecto, seu Magistro, & ejus qualitatibus, Cura, & administratione. De Officialibus, & eorum electione, tempore durationis illorum.*
2 *De modo vivendi, & inserviendi.*
3 *De tabella onerum.*
4 *De distinctione locorum pro maribus, & fœminis & pro honestioribus, & de expensis.*
5 *Rationes redditunm, cui, & quoties reddantur.*
6 *Sacramentorum administratione.*
7 *De Missa, & sacra Communione.*
8 *De Missis solemnibus, & quando.*
9 *De Divino officio majore. Oratione quadraginta horarum.*
10 *De ordine in infirmis recipiendis.*
11 *De supellectile eorum, qui moriuntur.*
12 *De porta Hospitalis, & ejus inscriptione, & collectoribus eleemosynarum. De observantia prohibitorum eisdem Collectoribus.*
13 *De Patronis Laicis, vel Ecclesiasticis.*

Circa infirmos maxime morientes sequentia interrogari possunt.

1 *An confiteantur sua peccata, & aliis spiritualibus subsidiis foveantur.*
2 *Qualiter tractentur circa necessaria viventes.*
3 *An bona indigentium fideliter custodiantur, & fideliter, quibus opus est, restituantur.*
4 *An ab infirmis petantur exactiones.*
5 *An post mortem debita charitate sepeliantur.*

45 Quæres, an hospitalia sæcularium, quæ non fuerunt erecta authoritate Ordinarii, nec tacita, nec expressa, possint ab Ordinario visitari? Respondetur, posse visitari tanquam loca pia; sed tunc potest tantum inquiri de operibus piis, & pro illorum executione insistere, administratores negligentes coercendo. Si vero fuerunt erecta authoritate ordinaria, potest inquiri tam super profanis, quam piis. Maschard. *de prob. conclus.* 869. *n.* 30.

Visitatio Montis Pietatis.

46 Supposita Montis pietatis justitia, licet aliquid accipiatur pro mutuo, ut declaravit Leo X. *anno* 1515. *in Concil. Lateran.* prohibendo sub excommunicatione, ne contrarium doceatur, visitari debet ab Episcopo, qui sequentia formabit interrogatoria.

1 *Cui mutuo dentur pecuniæ, & quantus sit valor pignorum, an excedat medietatem pecuniæ numeratæ.*
2 *An pignora saltem singulis mensibus a pulvere, & immunditiis excutiantur.*
3 *An adsit certa taxa quantitatis mutuandæ.*
4 *An recipiantur pignora, quæ de facili corrumpi possunt, aut quæ difficulter solent recuperari, uti arma, ac libri.*
5 *An sint statuta certa pœna contra officiales negligentes, & delinquentes.*
6 *An pignora accommodentur aliis ad illis utendum, quæ facti species est.*
7 *An Officiales per seipsos exerceant, aut aliorum utantur ministerio, cum augmento expensarum Montis.*
8 *An adsint legata pia, & quid de illorum exequiis.*
9 *An rationes reddantur, quando, quomodo, & quibus.*
10 *An adsit inventarium omnium bonorum mobilium, & immobilium.*
11 *An libri introitus, exitus, pecuniarum, pignorum, diligenter, & distincte conscripti, ac probe custoditi.*
12 *An adsint priores Societatis, vel Magistri montis, Officiales, & de singulorum mercede, & unde solvantur. Custodes pignorum. Deputati ad illa vendenda, & de forma venditionis. Computista, mulieres, an aliquid pro usura recipiatur.*
13 *An pecunia expendatur in alios usus, quam pauperum.*

Visitatio Confraternitatum.

47 De Confraternitatibus diximus in praxi *Confraternitatum*. Hic de eorum visitatione aliqua notanda, & quidem interrogatoria in illa facienda.

1 *De fundatione, & quis sit ejus finis primarium, statuta, & privilegia.*
2 *De aggregationis diplomate, tabella Indulgentiarum Congregationibus, quoties, & quando? & de abusibus.*
3 *De recitatione officii B. V. Mariæ.*
4 *De Missis solemnibus, Missis Defunctorum, & majore Officio.*
5 *De oratione 40. horar. Frequentia Communionis, Legatis piis, & eorum executione, tabella ipsorum publice affixa.*
6 *De numero, & habitu Confratrum.*
7 *De tabella Confratrum, & Sororum, qualitatibus admittendorum, & forma admissionis.*
8 *Inventario bonorum, & stabilium.*
9 *De expensis, & quomodo fiant, & an in pios usus tantum.*
10 *Eleemosynis, & earum erogatione.*
11 *Archivio scripturarum, & Sacristia.*
12 *Officiales, qui, & quot, & an perpetui, ac quomodo eligantur.*
13 *De redditione rationum annuatim, & quibus præsentibus.*
14 *Capellanis, ac illorum stipendio.*
15 *Arcula eleemosynarum.*
16 *Sepulturis.*

48 De Monasteriis Monialium multa tractat Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 12. *per totum.* præsertim quoad clausuram, & nos diximus in praxi *Monialium*, ac *Monasteriorum*. Hic ergo agendum est duntaxat de illarum visitatione, ad quam deserviant sequentia interrogatoria.

Pro Abbatissa.

1 *Nomen, ætas, tempus, religionis, & regiminis.*
2 *Numerus Monialium an sit determinatus.*
3 *Redditus an sufficiant, & quomodo ministrentur.*
4 *Pecuniæ ex laboribus, & eleemosynæ an deserviant pro Communitate.*
5 *De obedientia Monialium, & de observantia Regulæ, præsertim circa vota. De honestate & clausura.*
6 *Communitas an servetur in omnibus, de Choro, oratione mentali, an fiat, & quomodo, & quando. De confessione, & communione singulis mensibus.*
7 *De modo recipiendi Novitias, admittendi ad professionem, qua ætate, & an finito probationis anno, & certiorato prius Episcopo.*
8 *An recipiatur aliquis intra clausuram sine licentia Episcopi inscriptis.*
9 *Puellæ, quæ adsunt pro educatione, quomodo tractentur.*
10 *An legatur in mensa, & qui libri.*
11 *An habeantur Constitutiones, & illæ legantur, & quoties.*
12 *An Moniales habeant libros particulares.*
13 *An Moniales eo die, quo communicaverunt, permittantur colloqui cum aliquo.*
14 *An adsint auscultatrices, quæ semper assistant, dum Moniales colloquuntur cum aliis.*
15 *An adsit infirmaria, & aliqua Monialis deputata ad illam, an provideantur infirmæ pharmacis, & aliis necessariis, & an visitet infirmas singulis diebus.*

16 *An*

16 *An adsint Portitariæ, Rotariæ, Auscultatrices, Magistra Novitiarum, Præfecta laborum, Sacrista, Computatrix expensarum Conventus.*
17 *An adsit inventarium bonorum mobilium, & immobilium Monasterii.*
18 *An detineantur in deposito bona, & pecuniæ secularium.*
19 *An permittat Monialibus inducere vestes viriles, aut arma recreationis causa.*
20 *An scribantur, vel recipiantur litteræ in Monasterio a Monialibus, antequam ab ipsa videantur, an aliqua retineat privatim, atramentum, & alia ad scribendum necessaria, & an aliqua mittat, aut recipiat donaria.*
21 *An Confessarius sit diligens in officio suo.*
22 *Aliæ vero Moniales ultra prædicta erunt examinandæ circa regimen, & vitam Abbatissæ, & circa illius vitam, nec non aliarum Monialium.*

Visitatio Regularium.

49 Quamvis Regulares, qui de Jure communi erant subjecti in omnibus Episcopis, fuerint in pletisque a S. Greg. Magno, & aliis Pontificibus successoribus exempti a Jurisdictione Episcoporum; tamen quibusdam in casibus adhuc subsunt Episcopis. Primo illa Monasteria, quæ sunt commendata, in quibus non viget Regularis observantia, quæ debent, & possunt ab Episcopis visitari. Conc. Trid. *sess.* 21. *cap.* 8. *de ref.* & *sess.* 25. *de Regul. cap.* 20. Campanil. *rubr.* 12. *cap.* 13. *a num.* 45. Piasec. *in prax.* 4. *c.* 3. *nu.* 45. Ugolin. *de off. Episc. c.* 20. §. 5. *num.* 2. Fusc. *de visit. lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 56. Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 14. *nu.* 9. Lim. in illis Abbatiis, in quibus Commendatarii habent territorium, sive Diœcesin, in qua exercent jurisdictionem quasi Episcopalem. Zerola. *in prax. verb. Visitatio. vers. duodecimo.* Pax Jord. *l. c. nu.* 10.

50 Præterea Regulares visitari possunt, & corrigi ab Episcopo quoad ea, quæ pertinent ad Curam animarum. *cap.* 1. *de Capell. Monac. cap. un. eod. tit. in* 6. Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 7. *de ref.* & *sess.* 25. *de Regular. c.* 11. Campan. *d. c.* 13. *num.* 46. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 105. *num.* 28. Ugol. *de off. Episc. c.* 2. §. 4. & 8. *num.* 2. Piasec. *in prax. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 46. Gavant. *in manual. verb. Regularium jura. num.* 10. Plura vide in praxi *Regularium*, & apud Pacem Jord. *l. c. tit.* 14. *per totum.*

Visitatio Laicorum, in qua fieri possunt sequentia interrogatoria.

1 *An omnes confessi fuerint, & Communionem Paschalem peregerint, qui non, ob quam causam.*
2 *An sint aliqui heretici, schismatici, apostatæ, aut similes.*
3 *An adsint, qui in privatis domibus clanculo conventus habent, an filios mittant ad scholas hereticorum, libros, picturas, & alia hereticorum prohibita secum retineant.*
4 *An de fide Catholica palam, vel occulte disputent*, & hi, si moniti non desistant, possunt excommunicari. *cap.* 2. §. *inhibemus. de heret. in* 6.
5 *An ad sint malefici, sortilegi, divinatores, incantatores, & similes lamiæ, blasphemi, usurarii, incestuosi, adulteri, polygami*, contra quos procedi debet tanquam suspectos de hæresi. *Sodomitæ, concubinarii, habitantes cum mulieribus suspectis. Maritati a thoro maritali propria authoritate separati, aut in gradibus prohibitis conjuncti. Excommunicati, meretrices, leones, simoniaci.*
6 *An Laici spiritualia munia obeant, uti convocando contra prohibitionem, cum ex injuncto, & c. sicut. de heret.* Fusc. *l. c. nu.* 5. *aut judicando, aut arbitrando ex causis Ecclesiasticis contra c. decernimus. de Jud. & c. contingit. de arbitr.* Specul. *de sent.* §. 4. *vers. penult.* Covar. *pract. qq. cap.* 35. *n.* 1. *vers.* 2. Fusc. *l. c. nu.* 10. Pax Jord. *l. c. n.* 12. nisi Laicus ratione societatis cum Clerico esset arbiter in causa Ecclesiastica. *c. per tuas de arbitr.* ubi gl. *vers. auctoritate.* & Abb. *nu.* 3. Fusc. *d. n.* 10. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 108. *nu. ult.*
7 *An Incendiarii, an Ecclesiasticæ libertati, vel Immunitatis oppressores.*
8 *An arma deferant in Ecclesia.*
9 *An festa observent, choreas ducant in diebus festivis, nundinas, & mercatus faciant, ludos prohibitos, aut inhonestos, an vestes, aut alia Divino cultui dicata ad profana applicentur.*
10 *An sint perjuri.*
11 *An Medici, Ludimagistri, & cæteri publici Professionem fidei ediderint.*
12 *An obstetrices circa formam, & materiam baptismi sint sufficienter instructæ.*
13 *An annona justo pretio vendatur.* Plura videri possunt apud Pac. Jord. 4 *nu.* 47. *usque ad fin. tit.* 15.

De Procuratione.

Quamvis Episcopi curare debeant, non quæ sua sunt, sed quæ JESU Christi, quia tamen testatur S. Paulus, *non esse magnum, si qui seminant spiritualia, metant carnalia*, & nemo cogatur militare propriis stipendiis, juxta *cum ex officii.* ubi B. Id. DD. & Host. Archid. Jo. Andr. & alii. *in cap.* 1. *de censib. in* 6. Ideo procuratio per sacros Canones Visitantibus fuit permissa, præsertim in signum subjectionis, & hospitalitatis. 51

Est autem procuratio hæc expensa victualium, quæ Visitatoribus ministrari debent. *cap. cum Apostolus. c. procurationes. c. cum instantia de censib. c.* 1. & *seq. eod. in* 9. Et ideo Episcopo visitanti, & ejus familiæ, ac equis procuratio illius diei debetur, quo visitat quoad necessaria personæ, non vero quoad superflua. Riccius *in praxi Procurationis par.* 4. *res.* 148. quæ procuratio dari potest in pecunia, & Episcopus tenetur illam recipere. *c. felicis. de censib. in* 6. Conc. Trid. *sess.* 23. *c.* 1. *de ref.* Riccius *l. c.* 1. *de res.* 150. non potest præscribi quoad substantiam, sed tantum quoad modum; quia alias tolleretur visitatio. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 129. Pignatell. *tom.* 1. *consult.* 47. ubi S. Congreg. Pax Jord. *lib.* 7. *tit.* 18. *per totum.* 52

Miscellanea Visitationum.

Visitari exempti qua ratione possint, & debeant. vide Conc. Trid. *sess.* 7. *c.* 15. *de ref.* Riccium. *in prax. Visitationis par.* 4. *res.* 579. 53

Visitatio Ecclesiarum, quæ nullius sunt Diœcesis, pertinet ad Episcopum viciniorem. Dicitur autem Episcopus vicinior juxta Judicis arbitrium. ita Menoch. *de arb. cas.* 222. & DD. apud. Riccium. *l. c. res.* 575. ubi, an, & quando possint visitari Monasteria exempta, & Hospitalia. Idem *res.* 571. 54

Visitatio Ecclesiæ Cathedralis, & ipsius personarum in correctione morum non potest impediri per appellationem, bene in aliis. Pignatel. *to.* 1. *consult.* 61. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 10. *de reform.* 55

Visitatores, sicut nec Notarius, non possunt aliquid accipere pro actis, aut decretis visitationis, neque pro ostensione Bullarum. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 75. *num.* 55. & *seq.* Genuen. *in prax. c.* 33. Zerola. *in prax. par.* 1. *verb. visitatio.* §. 2. *dub.* 7. Bellet. *disquis. Clerical. par.* 1. *de Cler. debitore.* §. 11. neque possunt accipere munera etiam comestibilia, ut illa secum asportent. Genuen. *c.* 35. Piasec. *in prax. par.* 2. *c.* 3. neque equorum vecturas. DD. cit Genuen. *c.* 35. *nu.* 9. Capon. *disc. for.* 1. *nu.* 36. Visitationis decreta in iis, quæ pertinent ad munus Visitationis, probant Seraph. *dec.* 798. Merlin. *dec.* 798. Coccin. *dec.* 229. & 666. Tranchedin. *consult.* 96. *nu.* 6. 56

Visitationis edicta possunt proponi ab Episcopo sine consensu Capituli, nisi visitatio fieret in forma judicii. Pignatel. *cons.* 57. & Visitator non potest in edictis præcipere populo sub præcepto, minus sub excommunicationis pœna revelationem delictorum. ita Pignatell. *consult.* 58. 57

Visitatio potest etiam institui a Capitulo sede vacante, quia est actus jurisdictionis Episcopalis, & quidem ordinariæ, in qua Capitulum succedit, secus in iis, in quibus Episcopus visitat jure delegato. Idem *l. c.* & Marescot. *lib.* 2. *var. res. c.* 15. *num.* 14. & *seqq.* ubi Rota. Diana. *par.* 8. *tract.* 4. *res.* 13. Garz. *de Benef.* 58

par.

par. 5. *cap.* 7. *num.* 45. Solorz. *de jure Ind. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 18.

59 Visitare enim potest Episcopus non tantum jure ordinario, sed etiam delegato, seu tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus. Conc. Trid. *sess.* 7. *cap.* 8. *& sess.* 21. *cap.* 8. Bich. *dec.* 100. *nu.* 9. & habet assistentiam juris in visitando omnes Ecclesias, & Monasteria Monialium. *cap. cum Venerabilis. c. cum Xenodochiis. de Relig. Dom. cap. conquerente de off. ordinar. & c. cum Episc. de off. ordin. in* 6. Clem. *attendentes. de statu Monach. c. persone de privil.* Rota apud Bich. *decis.* 194. *a nu.* 8. Item Ecclesias Regularium, Curam animarum habentes in iis, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, non obstante quacunque exemptione. Conc. Trid. *sess.* 25. *de Regular. c.* 11. Rodriquez. *qq. Regular. to.* 1. *q.* 36. *art.* 4. Mar. Antonin. *var. res. lib.* 1. *res.* 17. *nu.* 3. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 74. *nu.* 18. Conc. Trid. *sess.* 7. *c.* 7. Cardin. *in d. Clem. attendentes n.* 8. *de statu Monach.* Erasm. Cochier. *de jurisdict. in exem. par.* 2. *quest.* 45. *nu.* 11. *& par.* 4. *q.* 23. *nu.* 2. dictarum tamen Ecclesiarum Altaria, quibus non incumbit Cura animarum personarum sæcularium, visitare non permittitur ob Constitutionem Gregorii XV. & declarationis S. Congregat.

60 Visitationis quasi possessio qualiter acquiratur, vide Bich. *l. c. & dec.* 267. *nu.* 20. *&* 21. *& dec.* 289. *n.* 10. certe non acquiritur, quando actus fuit contradictus, & dedit causam liti, acquiritur autem etiam ex unico actu, qui præcessit illi, qui dedit causam liti. Ripa. *in c. cum in Ecclesia Sutrina nu.* 91. *de caus. posses. & propriet.* Rom. *cons.* 311. *nu.* 7. Oldrad. *cons.* 312. *num.* 2. Dec. *cons.* 117. *sub num.* 2. *vers. quod autem quasi possessio.* Garz. *de Benef. par.* 5. *c.* 5. *nu.* 59. acquiritur autem ex uno actu, si concurrat scientia, & acquiescentia visitati. *L.* 3. §. *dare ff. de usufr. lib.* 2. ubi gl. *verb. sciente.* Afflict. *dec.* 67. *sub. nu.* 1. *&* 2. Rota. *dec.* 165. *sub nu.* 5. *par.* 4. *divers. & dec.* 25. *nu.* 10. apud Tambur. *de Jure Abbatis.* & ad effectum prædictum visitatio æquivoca non suffragatur, præsertim si fuit contradicta; dicitur autem æquivoca, si Episcopus visitavit jure delegato. Rota. *dec.* 635. *nu.* 2. *vers. & quamvis par.* 3. *recent.* Ferentil. ad Butatt. *dec.* 578. *nu.* 18. Bich. *dec.* 295. *num.* 26. Rota *dec.* 447. *n.* 4. *par.* 1. *recent. & dec.* 59. *nu.* 5. impressa post Tambur. de Jure Abb. *to.* 3. *& dec.* 118. *nu.* 13. *par.* 7. *recent.*

61 Visitationis liber plene probat. Gratian. *discept. for. c.* 727. *nu.* 3. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 73. *nu.* 43. Ciarlin. *controv. for. lib.* 1. *cap.* 65. *nu.* 14. apud quem alii. Bich. *dec.* 397. *nu.* 8. Riccius. *in prax. visitationis. res.* 535. *nu.* 1. & sufficit unicus, & ultimus actus. Gratian. *disc. for. c.* 100. *nu.* 65. Ciarlin. *l. c.*

VITIUM.

Praxis Vitii, & Vitiosi, & Vitrici.

1 Vitium transit ad quemcunque successorem universalem, & singularem. *L. vitia. C. de acquir. possess.* Noal. *de transmiss. cas.* 28. personale vero uti dolus, mala fides &c. transit in successorem universalem, quia censetur eadem persona cum defuncto, non tantum cum vult uti accessione temporis sui authoris, sed etiam cum non vult uti, quia hæres tenetur exonerare conscientiam sui authoris. *c. fin. de sepult.* Noal. *de transmission. cas.* 28. transit etiam ad successorem singularem, si is vult uti accessione temporis sui authoris, secus si non vult uti.

2 Vitium patris quoad pœnam spiritualem non transit in filios. *c. undecunque* 56. *dist.* quia anima, quæ peccaverit, ipsa punietur, & filius non portabit iniquitatem Patris, nec ullus pro delicto alterius debet excommunicari. *c. Romana. de sent. excom. in* 6. neque quoad pœnam temporalem corporis, vel bonorum, quia pœna debet tenere suos authores. *L. sancimus. C. de pœn.* excepto crimine læsæ Majestatis, vel hæresis. Lim. quoad pœnam honoris temporalem, vel dignitatis, quæ transmittitur secundum communiorem contra communem apud Noal. *de transmiss. cas.* 30. etiam in filios illegitimos, quia præsumuntur iisdem vitiis laboraturi: etiam in nepotes, quia licet in odiosis non veniant nomine filiorum; tamen ex præsumptione juris, cum descendant ex radice infecta, præsumuntur iisdem vitiis laborare. Noal. *l. c.* & ideo pœnæ contra Reos Majestatis transeunt in filios, & nepotes. Paschal. *de patria potest. par.* 4. *c.* 5. *a num.* 9. Filiæ tamen fœminæ habent falcidiam ex bonis maternis, & debent dotari. Idem Paschal *l. c.* Clar. *in* §. *lese Majest. num.* 18. Cabal. *res. crim. cas.* 276. *cent.* 3. Covar. *lib.* 2. *var. res. c.* 8. Gomez. *var. res. to.* 3. *c.* 2. ampliatur idem procedere in crimine barratariæ. Farin. *de var. crim. q.* 111. Clarus *in* §. *fin. q.* 73. Menoch. *de arbitr. cas.* 342. Paschal. *l. c.*

Vitium impedit præscriptionem, donec fuerit purgatum per reditum in potestatem Domini, aut possessionem expulsi. *L. sequitur. ff. de usucap.* Noal. *de transf. miss. cap.* 28. 3

Vitiosum, quod est ab initio, tractu temporis non convalescit. *L.* 1. §. 2. *C. de controv. Jud.* Dec. *in L. que ab initio. ff. de R. J. c. non confirmatur.* 18. *de R. J. in* 6. Alex. *cons.* 171. *vol.* 2. si tamen perpetuum illud est, quod rem ab initio vitiosam facit. 4

Vitricus non potest privignum verberare, quia hoc non reperitur in jure concessum, & percussio est de genere prohibitorum, ideoque standum est regulæ negativæ. Paschal. *de patr. potest. par.* 3. *cap.* 4. *nu.* 16. non habet usumfructum in bonis spectantibus ad filios primi matrimonii. Cyriac. *controv.* 271. Et contra illum a privigno potest institui actio famosa. *de furt. L. si nondum. C. de furt.* potest in jus vocari sine venia. Alex. & Jas. *in L. parentes ff. de in jus vocan.* apud Paschal. *l. c. nu.* 19. 5

ULTIMUS STATUS.

Praxis ultimi Status.

Ultimus status in Beneficialibus est attendendus, quidquid sit quoad futuras vacationes, unde si ultimus status Beneficii, quod alias est de Jurepatronatus, sit de libero, sustinetur collatio facta ab Episcopo. *c. consultationibus de jurepatron.* ubi Abbas. Ferter. *cons.* 132. Put. *dec.* 206. Farin. *dec.* 435. *&* 613. *&* 154. Vivian. *de Jurepatron. lib.* 11. *cap.* 7. Ciarlin. *controv. for. c.* 107. *nu.* 11. & hoc præsertim quoad manutentionem. *c. cum Ecclesia Sutrina.* ubi Abb. & Ripa. *de caus. poss.* §. *retinende.* Instit. *de interd. retin.* Alex. *cons.* 92. maxime si ultimus status habet pro se juris assistentiam. Maresc. *l.* 1. *var. res. cap.* 55. non acquiritur ex unico actu, quando actus ille fuit admissus cum clausula sine præjudicio, quia hæc præservat jus tam in petitorio, quam in possessorio. Dec. *in c. cum accessissent num.* 17. ubi Felin. *nu.* 30. *de constit.* Put. *dec.* 188. *lib.* 2. Maresc. *l. c. nu.* 31. Neque ex unico actu conditionali. Idem *num.* 32. neque quando constat de violentia, & mala fide possidentis. Rota. *in nov. dec.* 7. *de jurepatr.* Marescot. *l. c. num.* 53. non attenditur in actibus negativis, præsertim in illis qui sunt meræ facultatis. Felin. *in c. cum accessissent. nu.* 26. *constit.* Caputaq. *dec.* 306. *nu.* 7. Rota apud Maresc. *l. c. num.* 57. Ita si constat de actu contrario anteriore. Idem *nu.* 63. Ludovis. *dec.* 77. *n.* 12. Gratian. *disc. for. c.* 577. Post. *de manut. obs.* 71. *&* 73. & post ejus tract. Rota. *dec.* 3. *&* 172. Moneta. *de commun. ult. vol. cap.* 10. 1

Ultimus status in Beneficiis semper attenditur, quando per probationes perfectas non constat de anteriore contrario. Caldetin. *cons.* 23. *de prob.* Rota. *dec.* 2. *de preben. in nov. & dec.* 465. *num.* 7. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 300. *num.* 24. 2

Status ultimus attenditur in Beneficialibus pro cognoscendi qualitate Beneficii ad effectum includendæ, vel excludendæ reservationis. Calderin. *l. c.* Put. *dec.* 206. *nu.* 1. Cavaler. *dec.* 639. *nu.* 9. Rota. *dec.* 154. *num.* 3. *par.* 1. *& dec.* 340. *nu.* 5. *par.* 3. *recent.* & aliæ apud Bich. *dec.* 312. *nu.* 18. præsertim quando ultimo loco provisus beneficium possedit per quadraginta, & amplius annos. Abb. *in cap. fin. num.* 18. *vers. distingue tamen. de consuet.* Dec. *cons.* 134. *nu.* 1. *vers. ut notat Abbas.* Rota. *dec.* 290. *nu.* 8. *&* 9. *par.* 5. *recent.* 3

Ultimus status debet attendi inter plures præsentatos de institutione contendentes. *cap. consultationibus. de jurepatron.* Bich. *dec.* 387. *nu.* 6. 4

Ultimus status sufficit, & attenditur pro obtinenda exe- 5

executione litterarum Apostolicarum, nisi doceatur de anteriore statu contrario legitime præscripto. *c. cum de Beneficio*. ubi DD. *de preben. in* 6. Felin. *in c. eam te sub num.* 22. *de rescript.* Feder. de sen. *cons.* 240. *nu.* 1. Cavaler. *dec.* 390. *num.* 5. Rota *dec.* 233. *num.* 1. *in fin. par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 405. *nu.* 21. apud quem Rota.

6 Præterea ultimus status debet attendi ad dignoscendum, an Beneficium sit sæculare, vel regulare. DD. *in c. cum de Benef. de preb. in* 6. Rota. *dec.* 2. *de preb. in nov.* & in puncto regulæ reservatoriæ mensium. *dec.* 154. *num.* 3. *&* 4. præsertim si agatur inter provisos super validitate collationis, & non inter Collatores; nisi in continenti per rem judicatam, aut confessionem partis, aut publica instrumenta constet de antiquiore statu contrario. Marescot. *lib.* 1. *var. ref. c.* 55. *nu.* 66. Rota *dec.* 435. *num.* 4. *par.* 2. *& dec.* 13. *nu.* 26. *par.* 6. *recen.* Ferentil. ad Buratt. *dec.* 776. Bich. *dec.* 433. *nu.* 29. *&* 30. quia cum non constat de anteriore statu contrario, præsumitur, quod etiam anteactis temporibus eodem modo Beneficium fuerit collatum. Rota. *dec.* 482. *nu.* 1. *coram Ludovis. dec.* 188. *num.* 1. *dec.* 229. *nu.* 1. *par.* 1. *recent. & dec.* 659. *nu.* 6. *coram Pennia.* Bich. *dec.* 436. *nu.* 6.

7 Ultimus status pro libertate Beneficii, qui contrarius est unioni, attendi debet tam ad inducendam reservationem per obitum antecessoris in mense Apostolico, quam ad excludendam justificationem gratiæ adversarii unionis narratæ, præsertim cum agitur inter provisos, & non inter collatores super qualitate Beneficii. Bich. *dec.* 457. *nu.* 9. *&* 10. ubi citat. Rotam. *in Valentina Rectoria* 24. *Mai.* 1647. *coram se.*

8 Ultimus status non attenditur, si dedit causam liti in beneficialibus. Rota. *dec.* 417. *n.* 4. *coram Ludovis. & dec.* 30. *nu.* 1. *par.* 2. *recent. & dec.* 23. *num.* 19. *coram D. Urgellen.* Bich. *dec.* 368. *nu.* 9.

9 Ultimus status collativus, constito de statu anteriori unionis non attenditur, nec statum contrarium constituit. Rota. *dec.* 205. *nu.* 1. *&* 2. *par.* 1. *diver. & dec.* 229. *nu.* 7. *& dec.* 333. *num.* 6. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 620. *nu.* 11. quia provisiones Apostolicæ non mutant statum Beneficii. Calderin. *cons.* 28. *de preben.* Buratt. *dec.* 926. *n.* 10. Rota *dec.* 248. *nu.* 2. *par.* 4. *& dec.* 57. *par* 6. *num.* 6. *recent.*

10 Ultimus status sufficit ad effectum justificationis gratiæ. Rota. *par.* 1. *recent. dec.* 340. *num.* 5. *par.* 3. Bich. *dec.* 244. *nu.* 39.

11 Ultimus status Beneficii mutati nequit ab Ordinario ex defectu potestatis. DD. *in c. cum de Beneficio. de preben. in* 6. Rota. *dec.* 308. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.* & coram Buratt. *dec.* 636. *nu.* 8. *&* 9. Bich. *dec.* 336. *num.* 13.

12 Ultimus status quasi possessionis præsentandi sufficit, ut præsentato sit ad judicandum Beneficium, quatenus etiam status antecedens esset difformis, & varius. Bich. *dec.* 361. *nu.* 26. *c. consultationibus. de Jurepatron.*

13 Ultimus status non relevat, ubi non est legitime præscriptus, & ex instrumento publico constat de non jure habentis ultimus statum pro se, quia possessorium absorbetur a petitorio. DD. *in cap. consultationibus. de jurepatron.* Rota. *dec.* 167. *nu.* 9. *&* 10. *par.* 2. *divers. & dec.* 374. *nu.* 4. *&* 5. *par.* 1. *recent. & dec.* 18. *nu.* 8. apud Vivian. & alios, quos citat Ciarlin. *controv. for. c.* 153. *num.* 16. Nec admissio alicujus ad præsentandum, si admisso repugnant verba fundationis, efficit, quin contra illum in futura vacatione admittens excipere possit de non pertinentia Jurispatronatus, quia quamvis habens pro se ultimum statum fuerit per admissionem constitutus in quasi possessione præsentandi, tamen jus præsentandi non acquisivit. Lambertin. *de jurepatron. par.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 17. *art. num.* 11. *&* 13. Innoc. *in c. cum Ecclesia Sutrina sub nu.* 4. ubi Abb. *nu.* 35. *de caus. possess. & propriet.* Rota. *dec.* 53. *nu.* 3. *& dec.* 284. *nu.* 7. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 396. *num.* 31. quidquid sit, quando non est evidens jus patroni, & non ejus, quia ultima vice præsentavit.

14 Ultimus status est probandus in individuo, de quo agitur, quia quasi possessio non extenditur ad alios actus, etiam ejusdem speciei, in quibus alter fundatam habet intentionem. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 557. *nu.* 12. *in fin.* Cavaler. *dec.* 487. *num.* 4. Rota post tract. Viviani. *de Jurepatron. dec.* 88. *nu.* 8. & aliæ apud Post. *de manuten. obs.* 73. *n.* 177. Bich. *dec.* 467. *nu.* 16. *&* 17.

U N I O.

Praxis Unionis.

§ I.

Quid sit Unio.

Unio Beneficiorum est contractus stricti Juris. Rota *dec.* 2. *de reb. Eccles. non alien.* Turricell. *de Unione. Benef. cap.* 2. *num.* 1. quare litteræ Unionis stricte veniunt interpretandæ. Duran. *dec.* 92. *nu.* 10 Rota *dec.* 337. *par.* 9 *to.* 2. *nu.* 32. *recent.* & mandatum ad uniendas Ecclesias, vel Beneficia non extenditur ad operariam Ecclesiæ, quæ est quid distinctum, alias unio erit invalida. Mohedan. *de officio Vicar. dec.* 1. & concessa in eventum vacationis per obitum, non habet locum in vacatione per privationem. Seraph. *decis.* 1055. *nu.* 5. Est odiosa, & juri communi repugnans, quod desiderat, quamlibet Ecclesiam suum habere Rectorem. Put. *dec.* 204. *nu.* 4. Cavaler. *dec.* 405. *num.* 2. Ottobon. *dec.* 179. *nu.* 2. Dunozet. *dec.* 911. *nu.* 2. Rota *dec.* 557. *par.* 3. *divers. & dec.* 294. *par.* 5. *recent.* Turricell. *l. c. nu.* 4. 1

Unio non præsumitur, sed est probanda, & quidem concludenter, cum sit quid facti. Buratt. *dec.* 303. *nu.* 11. Pennia *dec.* 677. *num.* 2. neque sufficit præsumptiva probatio. Pennia *dec.* 704. *num.* 6. præsertim si unioni repugnat ultimus status, qui sit collativus, si agatur de probanda unione principaliter. Seraph. *dec.* 1256. *n.* 2. Ottobon. *dec.* 179. *nu.* 1. secus, si non agitur de probanda unione principaliter. Merlin. *dec.* 625. *num.* 9. Seraph. *dec.* 1246. *num.* 2. Rota *dec.* 485. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* tunc enim sufficiunt leviores probationes. DD. cit. & Turricel. *l. c. nu.* 8. Sicut etiam cum agitur in possessorio, quo casu sufficiunt leviores probationes, secus in petitorio, in quo requiruntur exactæ probationes. Turricell. *l. c. nu.* 10. 2

Unio semper intelligitur facta sine præjudicio juris tertii. Seraph. *dec.* 1401. *num.* 1. *&* 5. *& dec.* 1410. *nu.* 19. Coccin. *dec.* 157. *nu.* 9. Rota *dec.* 690. *par.* 4. *divers. nu.* 1. & apud Penniam *dec.* 1020. *nu.* 4. *& dec.* 5. *nu.* 28. *par.* 9. *recent.* Turricell. *l. c. nu.* 11. & si non fit mentio juris tertii, non valet. Millin. *dec.* 46. *nu.* 1. & licet unio fieret per Papam, qui nunquam præsumitur velle tertio præjudicare. Merlin. *dec.* 370. *nu.* 2. *&* 3. *ex c. de relig. dom.* Feder. de sen. *cons.* 195. *nu.* 4. Cardin. *cons.* 96. *nu.* 3. & Turricell. *l. c. nu.* 13. Conclusio vero, quod unio censeatur facta sine præjudicio tertii, procedit, quando jus tertii est compatibile cum unione, secus vero, si est incompatibile. Seraph. *dec.* 1410. *nu.* 20. *&* 21. Pennia *dec.* 1020. *nu.* 5. Rota *dec.* 48. *nu.* 7. *par.* 2. *recent. & dec.* 451. *par.* 5. *to.* 2. *recent.* & tali casu Pontifex non dicitur præjudicare tertio, quia cum sit Dominus Beneficiorum, in re sua utitur jure suo, nec habetur in consideratione præjudicium, quod venit tantum in consequentiam. Serap. *l. c. nu.* 23. Pennia *l. c. num.* 7. Hinc est, quod si Capitulum habeat jus percipiendi annatam de Beneficiis vacantibus in sua Diœcesi, non potest illam prætendere de Beneficiis accessorie unitis, cum per unionem desinant esse Beneficia. Turricellius. *l. c. num.* 16. Præterea conclusio procedit, quando jus tertii est certum, & radicatum, quia hoc casu præjudicium non habetur in consideratione, & quamvis de illo non fuerit facta mentio, unio non erit subreptitia. Pennia *l. c.* ubi Rota, & Turricell. *num.* 18. 3

§. II.

De diversis Unionibus, & earum effectibus.

Unio alia est perpetua, alia temporalis. Facta Ecclesiæ, ob utilitatem illius censetur perpetua, quia Ecclesia nunquam moritur, quæ vero fit contemplatione personæ, est temporalis; nam mortua persona unio exspirat. Censetur etiam perpetua, si fit ad beneplacitum Apostolicum. 4

In

In dubio vero censetur potius facta contemplatione Ecclesiæ, quam personæ. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. *par.* 2. *nu.* 4. Rebuff. *de union. benef. nu.* 9. & 10. Hoieda *de incompatibil. Benef. par.* 2. *cap.* 3. *nu.* 1.

5 Est autem unio Beneficiorum vel Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio Superiore facta annexio. Rebuff. *in prax. tit. de Unionibus*. Petr. de Perusio. *in trac. de union. Eccles.* Hoieda *de incompatib. Benef. par.* 2. *c.* 3. Fusc. *de visit. lib.* 2. *c.* 26. Dupliciter fit, primo, cum ex duobus Beneficiis fit unum, quæ parum est in usu. Secundo, cum una Ecclesia, vel Beneficium alteri subjicitur, aut accessorie annectitur. Tertio, cum duo Beneficia connectuntur æque principaliter. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 12.

6 Unio Beneficii accessorie alteri facta operatur extinctionem Beneficii uniti. Fel. *in c. in nostra. de rescript.* Rota apud Garz. *l. c. nu.* 13. Cassad. *dec.* 2. *de unione.* Put. *dec.* 6. *eod. tit.* & ideo non datur vacatio uniti, sed tantum attenditur natura, & qualitas Beneficii principalis, cui facta fuit unio, & in impetratione debent tantum exprimi Beneficium principale, & non unitum, & obtentu principali est etiam obtentum unitum sine alia collatione, & residentia debet fieri in principali, & in unito non habet locum regula de triennali. Hæc vero unio plures habet effectus. 1. quod fructus Beneficii uniti, & ejus, cui facta fuit unio, percipiantur tanquam ex unio Beneficio. Merlin. *dec.* 22. & 37. *per tot.* 2. quod omnes fructus, & emolumenta Beneficii uniti transeant ad Beneficium, cui facta fuit unio, & sic omnia jura tam temporalia, quam spiritualia. Seraph. *dec.* 1009. Verell. *dec.* 349. Ludovis. *dec.* 304. Merlin. *dec.* 817. Turricell. *de union. benef. c.* 4. Onus tamen Beneficii uniti non transit in Beneficium, cui fit unio, quod quidem fit pinguius, sed ad nova onera non obligatur. Merlin. *dec.* 122. Et quamvis Religiosi teneantur subire onera Beneficii uniti, juxta Penniam *dec.* 1020. & ex earum solutione unio desumatur, non tamen sequitur, quod Beneficium, cui fit unio, ad dicta onera teneatur, sed tenentur Religiosi respectu Beneficii uniti, quod possident, & transit ad Monasterium cum onere suo, & cujus bonorum liberam habent administrationem. Rota *dec.* 758. *num.* 4. *par.* 1. *divers.* Turricell. *de union. Benef. c.* 4. *nu.* 13. nisi tamen unione aliter cautum fuisset. Merlin. *d. dec.* 122. *nu.* 1. Rota *dec.* 6. *nu.* 1. *par.* 7. *recent.*

7 Præterea Beneficium unitum gaudet privilegiis illius, cui fuit unitum, & iisdem exceptionibus. Durant. *dec.* 303. *nu.* 3. & 4. Rota *dec.* 30. *nu.* 4. & 7. *par.* 11. *recent.* Ideo si Ecclesia, cui facta fuit unio, est exempta, etiam Beneficium unitum erit exemptum.

8 Beneficium accessorie unitum cum petitur ut unitum, causa non censetur beneficialis, sed prosana. Ludovis. *dec.* 325. *nu.* 14. & *dec.* 562. *num.* 2. & *dec.* 2. *nu.* 5. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* quia beneficia unita tanquam prædita transeunt in temporalitatem. Mant. *dec.* 359. *nu.* 1. & *dec.* 2. *num.* 2. *de. excess. Prælat. in nov.* nam Beneficium unitum non possidetur uti titulus, sed uti prædium tituli. Veral. *dec.* 349. *num.* 2. *par.* 3. Turricell. *de union. Benef. cap.* 4. *a num.* 18.

9 Beneficium unitum non comprehenditur sub regula de triennali, quia regula requirit possessionem, & titulum; imo nec in regula de annali, quia illa loquitur de Benef. sed Beneficium unitum perdit nomen Beneficii, & transit in temporalitatem. Rota *dec.* 10. *de reb. Eccl. non alien. in antiq.* Turricell. *l. c. cap.* 4. *num.* 24. Dummodo non fuerit impetratum uti Beneficium. Rota apud Cassad. *super. reg. dec.* 13. *nu.* 2.

10 Unio Ecclesiæ, cui prius alius Beneficium erat unitum, non subreptitia, licet non fuerit facta mentio de Beneficio eidem Ecclesiæ ante unito, quia per unionem amisit titulum Beneficii. Put. *dec.* 240. *num.* 4. *lib.* 1. & Rota *dec.* 13. *de reb. Eccles. non alen. in antiq.* Turricell. *l. c. nu.* 25.

11 Et licet unio fuerit facta per viam cessionis, tamen non habet locum Bulla Pii V. *de publican.* quia hæc loquitur de cessione juris ad effectum transferendi titulum, sed cum fit unio, non transfertur titulus, sed extinguitur. Rota *dec.* 133. *nu.* 16. *par.* 2. *divers.* & Turricell. *l. c. nu.* 26.

12 Præterea Beneficium unitum non vacat, quamvis vacet illud, cui fuit unitum; quia possessio Beneficii uniti, sicut aliorum bonorum remanet apud Ecclesiam vacantem. Rota *dec.* 19. *par.* 2. *nu.* 8. *divers.* quia repugnat vacatio Beneficii uniti. Seraph. *dec.* 1011. *nu.* 1. & *dec.* 1410. *num.* 21. Ludovis. *dec.* 112. *num.* 3. ubi Beltram. *nu.* 5. Caval. *dec.* 628. *num.* 1. Card. Ottobon. *dec.* 44. *nu.* 19. & *dec.* 179. *nu.* 7. Cels. *dec.* 197. *num.* 8. Dunozet. *dec.* 525. *num.* 1. Rota *recent. par.* 2. *dec.* 186. *num.* 2. & aliæ apud Turricell. *l. c. num.* 28. & ideo non potest impetrari. Seraph. *dec.* 1078. *num.* 6. Cavaler. *dec.* 375. *nu.* 3. Dunozet. *l. c.* nec cadit sub reservatione. Ottobon. *dec.* 261. *nu.* 5. Caval. *dec.* 345. *num.* 2. & Rota *par.* 4. *recent. to.* 2. *dec.* 90. *num.* 2. Dunozet. *l. c.* & ideo conferri non potest, quia collativus status repugnat unioni. Caval. *dec.* 408. Merlin. *dec.* 37. nisi Beneficium fuerit unitum tantum ad vitam. *cap.* 2. *de preb. in* 6. Cassad. *dec.* 2. *de union.* Turricell. *l. c. num.* 32. Et ideo cum Beneficium unitum non vacet, capta possessione Ecclesiæ principalis censetur etiam capta possessio Ecclesiæ unitæ. Dunozet. *dec.* 806. *num.* 8. Beltramin ad Ludovis. *dec.* 112. *n.* 5. Caval. *dec.* 330. *n.* 6. Buratt. *dec.* 734 *num.* 2. & Rota *par.* 2. *recent. dec.* 199. *nu.* 6.

Præterea Beneficium unitum non habet Rectorem, sed Rector illius, cui fuit facta unio, est etiam Rector Beneficii uniti. Seraph. *dec.* 1009. *n.* 5. Ottobon. *dec.* 179. *num.* 11. Rota *p.* 2. *recent. dec.* 710. *nu.* 2. Merlin. *dec.* 625. Rota apud Turricell. *l. c. a num.* 39. Et tunc Rector Ecclesiæ, cui fuit facta unio, non potest per se exercere curam Beneficii, sed debet in eo habere Vicarium. Seraph. *l. c.* ex dispositione Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 7. nisi aliter videatur Ordinario, & si Ecclesia unita est Parochialis, Vicarius debet esse perpetuus, si vero Beneficium est simplex, potest esse amovibilis, & Vicarius est deputandus ad nominationem Rectoris Ecclesiæ, cui fuit facta unio sine alio concursu. *cap. de Monac. de preb.* Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 13. Constitutio Pii V. *dec.* 214. ubi S. Congreg. Merlin. *dec.* 115. quia jus præsentandi est in fructu, & ideo pertinet ad Ecclesiam, cui omnia Beneficii jura, fructus, & emolumentum fuerunt annexa. Ottobon. *dec.* 159. *nu.* 2. Rota *dec.* 798. *in fin. par.* 1. *divers.* & *par.* 1. *recent. dec.* 102. *n.* 2. & 15. *par.* 11. Turricell. *l. c. nu.* 53. Et supposita unione accessorie facta non possunt collationes per concursum factæ ad nominationem ejus uti Capituli, cui facta fuit unio, turbare statum Beneficii, quin inposterum possit fieri nominatio personæ, cui conferatur Beneficium sine concursu, quia tales concursus per errorem facti præsumuntur; obstat enim Bulla Pii V. teste Turricell. *l. c. nu.* 55. Duran. *dec.* 2. *nu.* 2. Cavaler. *dec.* 595. *nu.* 4. Rota *par.* 9. *recent. dec.* 330. *nu.* 8. & 9. Turricell. *nu.* 56. *vers. sed supposita.* neque præjudicant provisiones Apostolicæ ex causa resignationis, aut per obitum de persona nominata a Capitulo, cui fuit facta unio, factæ, quia illæ non possunt alterare statum Beneficii uniti antecedentem. Seraph. *dec.* 1301. Coccin. *dec.* 230. quamvis Beneficium fuerit collatum tanquam vacans. Limit. quoad Parochiales unitas Mendicantibus, quia quoad istas revocavit Gregor. XIII. Constitutionem Pii V Tandem Vicarius non potest agere ad Decimas, sed tantum ad congruam sustentationem; quia Decimæ tantum debentur Ecclesiæ, cui Beneficium fuit unitum. Crescen. *de off. Vicar. dec.* 1. Molredan. *dec.* 5. Veral *dec.* 339. Merlin. *dec.* 812. Bich. *dec.* 280. 400. & 421. 13

Unio Beneficii alteri facta æque principaliter, nihil aliud operatur, quam quod Rector unius sit etiam Rector alterius, & quoad Rectorem reputatur tantum unum Beneficium, & utrumque Beneficium retinet easdem qualitates, & prærogativas. Duran. *dec.* 355. *nu.* 5. Rota *dec.* 642. *nu.* 8. *par.* 4. *to.* 3. *recent.* Unde si duæ Cathedrales, vel inferiores Ecclesiæ æque principaliter fuerunt unitæ, intelliguntur unitæ respectu Rectoris, seu Prælati, & sunt duæ Ecclesiæ sub regimine unius, & ita quoad Prælatum reputatur una Diœcesis, interim tamen unaquæque manet Ecclesia in suo statu, dignitate, & prærogativis, & habet propria statuta, ac privilegia. ita Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 37. Dunozet. *dec.* 651. *num.* 30. Caval. *dec.* 330. *num.* 1. & 2. & *dec.* 418. *num.* 3. Et Episcopus residendo in uno 14

unn Episcopatū potest explere negotia utriusque etiam cum uno tantum Vicario generali, quia tunc reputatur una Diœcesis. Turricell. *l. c. cap.* 3. *n.* 20. *& seq.*

15 Quæres, quomodo dignosci possit, quod unio fuerit facta principaliter, vel accessorie. Respondetur primo, dignosci posse, si in provisione Apostolica narretur, utramque Ecclesiam vacare; quia accessorie unita nunquam vacat. Secundo si in provisione fiat mentio utriusque; quia si accessorie facta fuisset, fieret tantum mentio de Ecclesia principali. Cavaler. *l. c.* Mant. *dec.* 224. *nu.* 3. Rota *dec.* 46. *de rescript. in antiq. & dec.* 114. *nu.* 5. *par.* 2. *divers.* Turricell. *l. c. nu.* 17. Item si utriusque Ecclesiæ possessio fuit capta seorsim, & separatim, DD. mox cit. quia quando unio fuit facta accessorie, sufficit capere possessionem unius, scilicet illius, cui fuit facta unio.

16 Unio duorum Beneficiorum, vel duarum Ecclesiarum ita facta, ut fiat unum Beneficium, vel una Ecclesia, operatur, quod duæ Ecclesiæ fiant unum corpus, ita ut si sint collegiales, consensus majoris partis omnium Canonicorum, qui sunt in ambabus Ecclesiis, sufficiat in actibus expediendis, neque requiratur consensus majoris partis utriusque Capituli. Turricell *d. c.* 3. *a nu.* 1. Cæs. de Graff. *dec.* 1. *de iis, quæ fiunt a maj. parte Capit.* & si Resignans expressit Beneficium unius Ecclesiæ, Resignatarius possit etiam capere Beneficium in alia Ecclesia hoc modo unita.

17 Dicitur vero unio facta accessorie, si in illa adest clausula, *perpetue unimus, annectimus, incorporamus.* Est enim unio accessorie facta suppressio, & donatio, ex qua Beneficium unitum efficitur prædium, & alteri applicatur. Rota *dec.* 2. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* & est species perpetuæ alienationis. Rota *l. c. dec.* 1. Turricell. *de union. Benef. cap.* 4. & facit, quod Beneficium unitum amittit nomen, & titulum Beneficii, & fit prædium illius, cui unitur. Seraph. *dec.* 645. Cavaler. *l. c.* Merlin. *dec.* 37. & de tali unione judicatur, uti de incremento per alluvionem; non amittit tamen nomen, & naturam Beneficii, nisi fuerit expressum. ita Pennia *dec.* 823. quia unio tantum videtur facta quoad temporalia. Bellam. *dec.* 701.

18 Unio accessorie facta ad tempus tantum idem operatur, quod unio facta principaliter. DD. apud Garz. *de Benef. par.* 12. *c.* 2. *nu.* 37. *& seq.*

§. III.

Quæ requirantur ad Unionem.

19 Inprimis requiritur causa evidentis utilitatis, aut necessitatis Ecclesiæ. *c. exposuisti. de probat.* ubi DD. Oldrad. *cons.* 261. Hojeda *de Benef. incompatib. p.* 2. *c.* Garz. *de Benef. p.* 12. *c.* 2. *nu.* 108. aliter est nullius valoris. Abb. Imol. Hojeda, & alii apud Garz. *l. c.* quæ secundum alios est annullanda. Rota *dec.* 1. *de excess. Prel. in novis.* Mascard. *de prob. conclus.* 1419. etiam facta a Papa, etiam facta motu proprio ex causa falsa est nulla. Felin. *in c. ad aures de rescript.* & DD. supra cit. Garz. *l. c. n.* 116. Barb. *de jure Eccl. lib.* 3. *c.* 16. *nu.* 37. Et non sufficit causa, nisi interveniant etiam solemnitates. Rota *dec.* 223. & licet *ex cap. ad audientiam. de Eccles. ædif.* & Concil. Trid. *sess.* 21. *c.* 4. aliter videretur esse dicendum, quod nimirum sola causa sufficeret, ut tenuit Rota in terminis dismembrationis. *p.* 4. *to.* 2. *dec.* 464. Ludovis. *dec.* 504. & Turricell. *de union. Benef. c.* 7. tamen hæc solummodo procedunt, cum aliter provideri non potest. Rota *dec.* 223. adeoque non valet etiam ipso jure. Rota *dec.* 1. *de excess. Prel. in nov. & dec.* 12. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* Limit. si fuit facta ex falsa causa, sed servato juris ordine, quia tunc probata causæ falsitate annullari debet, quamvis contrarium teneat Cassad. *dec.* 8. *de concess. preb. & dec.* 1. *de unione.* Causa vero est evidens Ecclesiæ utilitas, vel necessitas. Mant. *dec.* 87. Caval. *dec.* 408. Merlin. *dec.* 95. uti paupertas Ecclesiæ, cujus ratione congrua Monachorum, vel Clericorum sustentatio deficit in detrimentum Divini cultus. Seraph. *dec.* 1078. Pennia *dec.* 592. Caval. *dec.* 449. Item si aggravata intolerabili ære alieno. Bellam. *dec.* 376. Item si ob bella redditus sunt valde attenuati. Bellam. *dec.* 516. Et necessitas debet esse præcisa, cui aliter obviari non possit: Rota apud Turricell. *l. c. cap.* 8. & augmentatio, aut commodior sustentatio non dicitur causa necessaria. Garz. *de Benef. p.* 12. *c.* 2. Rota *dec.* 281. Neque sufficit, Canonicos esse pauperes, sed debet esse talis paupertas, ut non inveniantur, vel saltem pauci, qui tales Canonicatus velint. Turricell. *l. c.* neque sufficit augmentum Divini cultus, nisi adsit etiam necessitas mox dicta. Seraph. *dec.* 982.

Unio prædicta requirit easdem solemnitates, quas requirit alienatio rerum Ecclesiæ, scilicet Scripturam. Rota *dec.* 606. Item tractatum, quia talis unio numeratur inter alienationes perpetuas. Rota *dec.* 1. *de reb. Eccles. non alien.* Bellam. *dec.* 513. & si fit ab Episcopo, requiritur etiam consensus Capituli. Caval. *dec.* 411. propter arctissimam unionem, quæ est inter Episcopum, & Capitulum, quia propterea ardua sine Capitulo expedire non potest, & quia hæc solemnitas favore Capituli fuit introducta non Ecclesiæ, ideo solum Capitulum potest opponere de nullitate (quamvis in hoc Rota variaverit, teste Turricellio *de unione Benef. cap.* 9. sufficit tamen, quod consensus Capituli superveniat. Pignatell. tamen *to.* 1. *consult.* 77. distinguit, & admittit sufficere, quod consensus Capituli superveniat, quando requiritur propter interesse consentientis, juxta *L. fin. ff. ad Maced. & L. honores. in fin. ff. de Decur.* Rota coram Duran. *dec.* 83. *nu.* 13. non vero quando consensus requiritur ad solemnizandum. DD. *in L. si quis mihi bona.* §. *jussum. ff. de acquir. hered. & in cap. cum nos. de his, quæ fiunt a Prel.* Rota coram Duran. *dec.* 265. *nu.* 19. Bursat. *cons.* 185. *lib.* 2. & alii apud Garz. *l. c. num.* 149. in qua etiam Rota recessit a decisis. Et consensus Capituli requiritur non obstante consuetudine in contrarium, vel præscriptione. Seraph. *dec.* 1078. Garz. *de Benef. p.* 12. *c.* 2. Concil. Trid. *sess* 21. *c.* 5. & S. Congreg. contra Navar. *cons.* 10. *de off. D. leg.* Zerol. *in prax. Episc. p.* 2. *verb. Unio.* §. 9. Etiam in unionibus faciendis pauperi Ecclesiæ, aut Cathedrali pauperi, vel insignibus Collegiatis. Merlin. *dec.* 713. ubi S. Congreg. tales uniones tamen debent fieri præbendis Ecclesiæ Cathedralis distributive, & non mensæ Capituli. Turricell. *l. c.* 20

Si vero unio fiat mensæ Capitulari, aut Episcopali, non tantum requiritur consensus Capituli, sed etiam Pontificis. *Clem. si una de rebus Eccles. non alien.* Pennia *dec.* 1282. quia nemo potest authorizare in causa propria. Rota *d. dec.* 1. *de reb. Eccles. non alien. in antiq* Turricell. *d. c.* 9. *n.* 33. licet non fiat unio principaliter ipsi Capitulo, sed resultet in ejus utilitatem. Rota *dec.* 3. *in antiq. de reb. Eccles. non alienan.* Pennia *dec.* 1379. quamvis etiam contrarium tenuerit *dec.* 1. uti testatur Turricell. *loc. cit. num.* 35. & quamvis Episcopus procedat ut Delegatus Apostolicus, vel esset Cardinalis. Concil. Trid. *sess.* 21. *c.* 5. *de reform.* 21

Si vero unio fit Seminario, quamvis non requiratur consensus Capituli, tamen requiritur consilium duorum Deputatorum a Capitulo, & duorum a Clero, juxta Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 18. quamvis Episcopus eorum consilium sequi non teneatur. Rota apud Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. a *nu.* 191. Riccius *in prax. seminar. res.* 415. *to.* 2. *par.* 3. 22

Unio valet etiam Beneficiorum reservatorum, & affectorum. Caval. *dec.* 472. eorum tamen, quæ sunt reservata tempore vacationis, ut declaravit S. Congregat. Trid. sub Clem. VIII. Turricell. *l. c. cap.* 9. *n.* 22. non ea autem, quæ ante vacationem sunt reservata, ad cujus tamen unionis valorem requiritur, quod tempore unionis Seminarium sit erectum. Rota *dec.* 361. *nu.* 3. *par.* 2. *recent.* quia unio Seminario nondum erecto fieri nequit. Merlin. *dec.* 837. *nu.* 1. Rota *par.* 4. *divers. dec.* 835. *nu.* 5. Turricell. *l. c. n.* 24. Sicut non valet unio pro Collegiata erigenda. Rota *dec.* 309. *n.* 3. *p.* 3. *recent.* nec valet donatio facta Collegio futuro, aut Ecclesiæ nondum ædificatæ. Merlin. *l. c.* ubi Adden. *n.* 20. Dicitur autem Seminarium erectum ad hunc effectum, quando Collegium fuit institutum in domo conducta, aut aliter obtenta, dummodo habeat Scholares, quia Seminarium non constat ex parietibus, & domicilio, sed ex cætu puerorum litteras addiscentium. Rota *dec.* 835. *num.* 4. *& 6. & dec.* 836. *num.* 4. *par.* 4. *divers.* Merlin. *l. c.* Turricell. *l. c. num.* 27. S. Congregat. apud eundem. Præterea requiritur, 23

tur, quod præcedat dismembratio fructuum ipsius Cathedralis, & aliorum Beneficiorum Diœcesis. S. Congregat. Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 18. Merlin. *l. c.* Caval. *dec.* 478. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 8. ubi plura.

§. IV.

Quomodo Interventus Solemnitatum probetur.

24 Unio Beneficiorum etiam Præbendis Canonicatuum fieri potest ab Episcopo cum consensu Capituli. *cap. Pastoralis. de donat. Clem. si una. de reb. Eccles. non alienan.* Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de ref.* Garz. *de Benef. p.* 12. *cap.* 2. *num.* 170. Barb. *de potest. Episc. alleg.* 66. *nu.* 31. quia tunc non dicitur authorizare in causa propria, sicut si uniret Capitulo, quo casu requireretur S. Pontificis authoritas, Ciarlin. *controv. for. cap.* 213.

25 Quæres, quid si dubitatur an unioni intervenerit causa vera, valebitne unio? Respondetur, quod si causa fuit expressa, præsumitur vera; quia Episcopo asserenti causam creditur, & præsumptio est pro decreto, vel actu Judicis, in quo enumerantur solemnitates. *L. ab ea. ff. de prob. cap. in præsentia.* Gratian. *disc. for. cap.* 153. Alex. Jas. & alii *in L. sciendum. ff. de V. O.* Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 75. *nu.* 6. Put. *dec.* 410. Mascard. *de prob. conclus.* 1311. dummodo causa fuerit nominatim & specifice expressa, secus si tantum in genere.

26 Diximus supra, esse necessarium consensum Capituli ad unionem, & sufficere, quod superveniat; sed quæritur modo, an consensus Capituli, quod intervenerit, vel supervenerit, præsumatur, & quando? Respondetur, præsumi ex lapsu diuturni temporis, scilicet triginta annorum, & unionis observantia. Gomez. *var. res. to.* 2. *cap.* 11. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 75. Mascard. *de prob. conclus.* 587. Riccius *in praxi unionis. res.* 388. Garz. *l. c.* Bursat. *cons.* 424. Gabr. *cons.* 1. *de præsumpt.* & alii apud Garz. *l. c. nu.* 178.

27 Unio cum fit, non est necessario vocandus Beneficiatus possessor Beneficii uniendi, aut Parochus, quia illis non præjudicatur, nec unio sortitur effectum iis viventibus. *cap. consultationibus. de donat.* sed tantum illi, quorum interest. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. *nu.* 40. & *seqq.* Merlin. *dec.* 837. *nu.* 8. alias est nulla tam de jure civili, quam Concil. Trid. *sess.* 7. *cap.* 6. *de ref.* Rota *dec.* 133. & hinc debet vocari Patronus tam Ecclesiasticus, quam Laicus, licet unio fiat Seminario. Merlin. *dec.* 837. & probatur *ex Clem. si una. de reb. Eccles. non alien.* Seraph. *dec.* 1078.

28 Unio facta a Papa sine solemnitatibus valet, ut dictum fuit in verb. *Alienatio*, nisi fuerit sub vel obreptitia ob falsa narrata, aut taciturnitatem narrandorum, uti si fuit narratum, quod Beneficium esset perpetuum, cum tamen revera esset manuale. Merlin. *dec.* 370. Item si non fuit expressus numerus Beneficiorum, quæ veniunt in unione. Pennia *dec.* 385. Item si non fuit narrata qualitas Beneficiorum unitorum. Item si non fuit narratum, quod Papa Antecessor univerit. Turricell. *l. c. cap.* 9. *nu.* 46.

29 Et regulariter unio præsumitur facta ex justa causa. Achil. *super reg. revocat. union. dec. un. num.* 5. & *dec.* 1. *nu.* 4. *de reb. Eccles. non alien.* Si unio tamen est antiqua, quæ etiam utilis fuisse censetur. Rota *dec.* 30. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 142. Etiam solemnitates in jure requisitæ ad unionem debent justificari, & non sufficit, quod enuntientur in instrumento, nisi aliunde probentur. Rota *dec.* 294. *n.* 16. *par.* 5. *recent.* & alias unio, nisi justificetur tam causa, quam solemnitates, non valet. Seraph. *dec.* 867. *nu.* 2. Pennia *decis.* 572. *n.* 7. & Rota *par.* 7. *recent. dec.* 174. *nu.* 11. quæ non probantur ex assertione Prælati. Turricell. *de union. cap.* 10. *n.* 10. & *seq.* qui plures allegat decis. Sed quod pro decreto, vel actu Judicis, in quo enuntiatur interventus solemnitatum, præsumatur, tenent Cæs. de Grass. *dec.* 1. *n.* 17. *de reb. Eccles. non alien.* Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *n.* 121. qui plures affert Rotæ decis. dummodo causa, & solemnitates requisitæ nominatim, & specifice, non autem in genere tantum fuerint expressæ, unde quod assertione Ordinarii probetur solemnitas, tenuit Rota apud Cavaler. *dec.* 439. *n.* 7. 8. *par.* 5. *recent.* & *dec.* 318. *a num.* 12. *par.* 9. *recent* nisi contrarium probetur. Turricell. *l. c. cap.* 10. *n.* 16. In unione vero observata per centum annos omnes solemnitates adhibitæ præsumuntur, sicut etiam in unione effectum sortito, & observata per quadraginta annos. Seraph. *dec.* 1432. *n.* 4. Pennia *dec.* 441. *nu.* 6. Burat. *dec.* 734. *nu.* 6. Card. Celsus *dec.* 70. *n.* 6. & 7. Imo Ludovis. *dec.* 57. *n.* 6. & Dunozet. *dec.* 525. *n.* 4. volunt, sufficere spatium triginta annorum, observantia vero probatur ex præsentationibus, & institutionibus factis ad Beneficium uti unitum, & ex pacifica ejus possessione successive obtenta. Pennia *dec.* 30. *nu.* 11. Duran. *dec.* 303. *n.* 5. Merlin. *dec.* 95. *n.* 4. Rota *par.* 2. *recent. dec.* 274. *nu.* 10. Uti ex scientia, & tolerantia Episcoporum pro tempore possidentium, quia non est verisimile, Episcopos diu passuros fuisse, ut quis cum titulo invalido Beneficium possederit. Turricell. *l. c. nu.* 22.

§. V.

Quæ Beneficia uniri possint?

30 Unio Beneficiorum simplicium Præbendis Canonicatuum facta ab Episcopo, pro augendis eorum distributionibus valet, & quomodo, vide Concil. Trid. *sess.* 24. *cap.* 15. *de ref.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 213. *nu.* 17. secus facta aliis Beneficiis, & Capellaniis, nisi adsit evidens utilitas, aut necessitas, juxta dicta.

31 Beneficium patronatum non potest sine consensu Patroni uniri. Concil. Trid. *l. c.* Rochus *de Jurepatron. verb. honorificum. c.* 3. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 3. *quæst.* 6. *art.* 2. Riccius *in praxi Unionum. res.* 387. aliter est nulla. *cap. cum debitus. de Jurepatron.* Paris. *de resign. lib.* 2. *quæst.* 4. *nu.* 11. Bellam. *dec.* 107. & 128. Put. *dec.* 312. Rota apud Riccium *res.* 179.

32 Unio ab Episcopo fieri non potest, nisi, Beneficiorum suæ Diœcesis. Coccin. *dec.* 249. & quidem non exemptorum, potest tamen Episcopus unire Beneficia sæcularia Monasteriis, & locis Religiosis etiam exemptis. Turricell. *de Unione Benef. c.* 6. aliter facta non tenet ex defectu potestatis. Idem *c.* 7. sed quod unio Beneficii sæcularis cum Regulari non teneat, nisi adsit beneplacitum Apostolicum, sentit Turricell. *l. c. cap.* 5. Caval. *dec.* 411. Ita unio Beneficii unius Diœcesis cum Beneficio alterius Diœcesis fieri non potest etiam accedente consensu Episcopi illius. Concil. Trid. apud Barb. *de jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 15. sicut nec Parochiæ Monasterio fieri potest. Idem *l. c.*

33 Unio ab Ordinariis fieri tantum potest Cathedralibus, vel Parochialibus habentibus tenues redditus. Rota *dec.* 294. nec hæc potestas ad alia extendi potest, nam concessa in uno casu, in alio negata censetur. Turricell. *l. c.* mensæ tamen Capitulari ab Episcopo fieri non potest, sed tantum singulis præbendis discretive. Turricell. *l. c.* apud quem Rota *dec.* 565.

34 Unio Beneficii Curati simplici fieri non potest. Rota *dec.* 698. *par.* 2. *recent.* Turricell. *l. c. cap.* 5. neque Beneficium liberæ collationis Benef. Jurispatron. Rota, & Turricell. *ll. cc.* neque Monasterium Monialium Monasterio Monachorum. Rota *dec.* 9. *nu.* 20. apud Ottobon. & probatur ex *cap. in nullo.* 22. *quæst.* 2. Turricell. *l. c. nu.* 20.

35 Unio potest fieri non tantum Beneficiorum vacantium, sed etiam non vacantium. Cassad. *dec.* 2. *de Unione.* etiam plenorum, sine præjudicio tamen possidentium; quia unionis effectus suspenditur, donec Beneficiatus vivit. Rota *dec.* 627. neque fit unio effectualis sine consensu possidentis. Seraph. *dec.* 1459. quamvis enim unio statim perfecta sit, effectus tamen illius protrahitur, nisi Beneficiatus consenserit, & cesserit Beneficio. ita Rota *dec.* 352. Serap. *dec.* 1011. Turricell. *d. cap.* 5.

36 Unio Beneficiorum plenorum licet effectuetur per obitum, aut possidentis cessionem, uti dictum fuit, hoc tamen non procedit, quando cessio non est simplex, sed ad favorem, quia tunc suspenditur usque ad mortem Resignatarii. Put. *dec.* 347. Ludovis. *dec.* 159. Merlin. *dec.* 713. quia cessio, aut resignatio ad favorem

rem

rem est conditionalis, quæ non sortitur effectum, donec purificetur conditio. Mohed. *dec.* 36. *de renunt.* Ludovis. *l. c.* & Put. *l. c.* etsi in unione adsint clausulæ derogantes futuris dispositionibus, quia regulantur a dispositione principali, & operantur tantum in simplici cessione, quamvis unio fuerit facta Seminario, quæ secundum Concil. Trid. suspendi non potest. Merlin. *dec.* 713. præsertim si resignatio fuit admissa cum clausula suspensiva quarumcunque unionum, quamvis in supplicatione non fuerit facta mentio unionis. Merlin. *l. c.* & licet unio prætendatur facta ex causa onerosa, & consistorialiter, & pro dote. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 159. Merlin. *dec.* 357. Turricell. *l. c.* quæ quidem procedunt quoad Resignatarium, non vero quoad illi subrogatum in causam mortis, quia privilegium est personale.

37 Unio Beneficiorum reservatorum non potest fieri ab Episcopo. Cæs. de Graff. *de reb. Eccles. non alien. dec.* 1. Veral. *dec.* 345. Seraph. *dec.* 1078. Ludovis. *dec.* 419. *num.* 4. quia quoad reservata Episcopus habet ligatas manus, dummodo reservatio sit clara, & plene, ac concludenter probata. Rota *dec.* 433. *num.* 15. *par.* 9. *recent.* sermo est de unione effectuali, ita, ut effectum sortiatur, quia effectus, licet unio teneat, per reservationem suspenditur; nam unio respicit ipsum Beneficium, reservatio vero ipsos fructus Beneficii, quos inter est collatio. Rota *dec.* 4. *&* 6. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* Turricell. *loc. cit. cap.* 6. *num.* 23. usque ad ejus vacationem, nisi contingeret in Curia; quia tunc subintraret nova reservatio. Conclusio tamen principalis limitatur, ubi unio ab Episcopo fieret ex causa paupertatis etiam de reservato, juxta Concil. Trid. *sess.* 21. *cap.* 5. maxime si processit omni meliori modo, uti Delegatus. Seraph. *dec.* 1078. sicut potest ex causa necessitatis uniri Beneficium, ad quod quis habet expectativam, vel Beneficium, cujus provisio spectat ad Capitulum mensæ Episcopali. Turricell. *l. c.* Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 8. Bich. *dec.* 400. *a num.* 10.

§ VI.

Quomodo probetur Unio, & ejus effectuatio?

38 Unio cum sit quid facti, non præsumitur, sed est probanda. Buratt. *dec.* 303. *nu.* 11. Bich. *dec.* 525. *n.* 5. præsertim cum sit odiosa, ut supra diximus. Probatur vero instrumentis, vel per litteras unionis. Item diuturnitate temporis 30. vel 40. annor. secundum diversas sententias. Gabr. *de præs. concl.* 1. Barb. *de Jure Eccles. lib.* 3. *cap.* 16. Item ex verbis enuntiativis plurium instrumentorum fama uniformi, & non æquivoca. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *a nu.* 191. Item ex enuntiativis antiquissimis, dummodo ex duobus saltem instrumentis illæ deducantur, aut proveniant. Turricell. *de Union. cap.* 11. *nu.* 47. Put. *dec.* 204. *nu.* 1. *lib.* 2. *in correct.* Pennia *dec.* 1373. *num.* 6. Ludovis. *dec.* 142. *num.* 1. Buratt. *dec.* 303. *num.* 12. Rota *par.* 4. *divers. dec.* 153. *nu.* 7. *& par.* 1. *recent. dec.* 626. *nu.* 2. Turricell. *de Union. cap.* 11. *nu.* 47. Item ex creatione Vicarii perpetui cum assignatione congruæ, & onere solvendi certam portionem. Item ex longissima observantia deducta ex pluribus collationibus, & institutionibus, & præsumuntur etiam tunc solemnitates intervenisse. Seraph. *dec.* 626. & Put. *dec.* 109. Mant. *dec.* 355. Rota apud Rubeum *dec.* 341. Turricell. *l. c.* Bich. *dec.* 336. ubi alii modi probandi. *n.* 6. 7. 8. *& seq.* Unionis tamen causa non probatur ex unientis assertione, sed tantum ex processu. Ciarlin. *controv. for. c.* 213. *cit.*

39 Unio Beneficii dicitur effectum sortita, quando fuit capta possessio. ita Hojeda *de Benef. incompatibil. par.* 2. *cap.* 3. Garz. *de Benef. d. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 224. *& seqq.* Riccius *in praxi Unionis. res.* 386. & alii apud eundem.

40 Unio Beneficii ante vacationem ejusdem facta non fit ex nunc, prout ex tunc, sed in futurum, cum scilicet vacaverit. Ciarlin. *l. c.* DD. in Clem. *un. de reb. Eccles. non alien.* Garz. *l. c.* Rota apud Rubeum *dec.* 441. *to.* 2. *par.* 5. *recent.*

41 Unio probatur non effectuata, si vacatio contigit post mortem Pontificis concedentis. Merlin. *dec.* 49. Turricell. *de Union. cap.* 14. *nu.* 33. Item sit constat Beneficium fuisse possessum ut liberum, & separatum. Pennia *dec.* 704. vel cum constat, fuisse a Sede Apostolica collatum in titulum. Pennia *dec.* 1379. *nu.* 2. & Turricell. *loc. cit. num.* 33. 34. *&* 35. Ottobon. *dec.* 261. *num.* 8. Merlin. *dec.* 49. *nu.* 7.

Unio probatur ex confessione Episcopi, quando aliæ probationes concurrunt, & non agitur principaliter de unione, sed ad effectum excludendi provisum, & absolvendi Reum, ac possessorem Beneficii. Rota *dec.* 485. *nu.* 13. *par.* 4. *recent. to.* 2. Seraph. *dec.* 780. secus si agitur principaliter de unione, nec alia concurrunt. Rota apud Coccin. *dec.* 468. *&* 30. Turricell. *cap.* 11. *num.* 55. Probatur etiam ex confessione patris dissolutionem, vel revocationem unionis; nam qui petit divortium, fatetur matrimonium, Veral. *dec.* 344. Item ex confessione Parochi Antecessoris. Rota *dec.* 89. *num.* 16. *par.* 12. *recent.* Item si Ecclesia fuit ædificata in territorio proprio alterius Ecclesiæ, quia Ecclesia Domina territorii, dicitur etiam Domina Ecclesiæ in suo territorio ædificatæ. Rota *dec.* 102. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.* Turricel. *l. c. cap.* 11. *nu.* 69. 42

Unio probatur ex litteris Apostolicis. Rota apud Cæs. de Graff. *dec.* 16. *n.* 5. *de preben. & dignit.* Burat. *dec.* 734. *n.* 1. *& dec.* 870. Merlin. *dec.* 817. *n.* 1. Dunozet. *dec.* 640. *n.* 1. Rota *par.* 4. *recent. dec.* 448. *n.* 1. *& par.* 11. *dec.* 305. *nu.* 2. Turricell. *d. cap.* 11. *nu.* 9. Item ex observantia, quæ deducitur ex præsentationibus factis ab eo, cui Ecclesia fuit unita, & effectum sortitis per possessionem captam a præsentato, ex qua probatur præsentationis effectuatio. Dunozet. *dec.* 61. *num.* 4. *&* 5. & Rota *par.* 8. *recent. dec.* 248. *nu.* 2. *& par.* 11. *dec.* 305. quamvis non probaretur, quod omnes præsentationes habuerint effectum, quia probato initio effectuationis, & fine, mediantibus ultimis præsentationibus media præsumuntur ad quemcunque effectum, nisi in contrarium doceatur de intermedio statu libertatis. Burat. *dec.* 172. *nu.* 10. ubi Ferentil. *nu.* 32. Rota *par.* 8. *recent. dec.* 248. *nu.* 3. *& par.* 10. *dec.* 152. *nu.* 4. Turricell. *l. c. nu.* 17. *vers. quod procedit.* 43

Præterea probatur ex præscriptione immemorabili, aut quadragenaria cum titulo. Fel. *cons.* 2. *nu.* 12. Rota *dec.* 97. *nu.* 3. *& dec.* 233. *nu.* 5. *& dec.* 626. *nu.* 1. *par.* 1. *recent.* Veral. *dec.* 344. *nu.* 1. *par.* 3. Ludovis. *decis.* 196. *nu.* 2. ubi Beltramin. *nu.* 3. Pennia *decis.* 337. *nu.* 2. Dunozet. *dec.* 911. *num.* 3. Turricell. *l. c. cap.* 11. *nu.* 23. Seraph. *dec.* 1304. Cæs. de Graff. *dec.* 127. *num.* 5. Put. *dec.* 204. *nu.* 2. *lib.* 2. *in connec.* quia immemorabilis deservit pro titulo, adeo, ut habens pro se immemorabilem non habeat opus allegare titulum, quia tempus, cujus initii memoria non exstat, est melior titulus de mundo. Rota *dec.* 9. *nu.* 2. *& dec.* 10. *de reb. Eccles. non alien. in antiq.* Imo sufficit in quadragenaria etiam titulus putativus. Merlin. *dec.* 625. *nu.* 8. *& dec.* 725. Pen. *dec.* 30. *nu.* 10. Rota *par.* 1. *recent. dec.* 233. *nu.* 5. *& par.* 2. *dec.* 222. *num.* 4. ubi unio etiam invalida præscribitur spatio 40. annor. Imo loco tituli sufficit probare communem reputationem, & famam, quæ probet titulum coloratum. Rota *dec.* 724. *nu.* 2. *par.* 2. *recent. & dec.* 624. *nu.* 5. *&* 6. *par.* 4. Beltram. ad Ludovis. *dec.* 196. *nu.* 3. 44

Probatur etiam ex donatione Principis de Ecclesia cum Decimis, Primitiis, & obventionibus; nam talis Ecclesia pleno jure concessa videtur. Rota *dec.* 626. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.* apud Turricell. *n.* 70. dummodo alia concurrant adminicula inferentia unionem, alias donans non videtur unire, quia aliud est donare, aliud unire. Ludovis. *dec.* 77. *num.* 6. ubi Beltram. *nu.* 11. Ottob. *dec.* 179. *nu.* 12. 45

Item ex creatione Vicarii amovibilis, quia Ecclesia regulariter providetur de Rectore, & non de Vicario. Item ex creatione Vicarii perpetui cum assignatione Congruæ, ut dictum fuit supra. Item ex Crescent. *de off. Vicar. dec.* 1. *& de Decimis. dec.* 1. Veral. *dec.* 339. Merlin. *dec.* 817. Cavaler. *dec.* 599. Item ex attestatione, vel denuntiatione Officialium Cameræ Apostolicæ. Turricell. *l. c. nu.* 86. *cap.* 11. 46

Item probatur per antiquas collationes factas ab Episcopo de Parochia sine concursu ad nominationem, vel præsentationem Rectoris. Caval. *d. dec.* 599. Merlin. *dec.* 625. & alii apud Turricell. *l. c.* nisi de 47

alio titulo doceatur. Item ex instrumento possessionis apprehensæ vigore litterarum unionis, & ex effectuali observantiæ subsecuta. Turricell. *l. c.* Item ex taxa annua Ecclesiæ tanquam subjectæ Monasterio, cum asseritur unita, facta ab Abbate, vel Monachis, confirmata ab Executore Apostolico, & successive observata per plures annos. Rota apud Turricell. *de Union. cap.* 11. *num.* 95. Item ex Visitationibus factis ab Abbate Monasterii, cui asseritur facta unio, cum assertione, quod talis Ecclesiæ collatio pertineat ad Monasterium; nam Visitatio est actus jurisdictionis. Ludovis. *dec.* 4. Burat. *dec.* 504. Item ex paupertate Ecclesiæ actualiter enunciatæ in litteris Apostolicis. Rota apud Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. §. 3. Turricell. *l. c. nu.* 98. Item ex alienatione bonorum ad Beneficium unitum spectantium, de quibus citra unionem disponi non potuisset. Item ex pluribus enunciativis Unionis etiam non antiquis, quia faciunt vehementem præsumptionem ad effectum adminiculandi enunciativas antiquas a personis interessatis emanatas. Turricel. *l. c. nu.* 102. Item ex visitatione Episcopi unionem veram asserentis. Seraph. *dec.* 1127. & 1272. Merlin. *dec.* 625.

48 Unio facta post cessum, vel decessum Beneficiati non dicitur effectuata ante illius mortem. Rota *dec.* 627. apud Turricell. *cap.* 14. aut nisi cesserit libere Beneficio, neque hoc sufficit, nisi unio fuerit etiam acceptata, & capta possessio præbendæ unitæ. Dicitur autem acceptata, si fructus Beneficii uniti fuerunt percepti. Idem *l. c.*

49 Unio non præsumitur effectuata, sed est probanda. Veral. *dec.* 11. Rota, & alii apud Turricell. *l. c.* 19. Probatur autem illius effectuatio ex provisionibus subsecutis tanquam de unito. Oldrad. *cons.* 229. *num.* 12. Cavaler. *dec.* 373. *num.* 1. Seraph. *dec.* 1459. *num.* 8. Pen. *dec.* 30. *nu.* 7. Comitol. *dec.* 9. *num.* 7. Turricell. *l. c. num.* 21. Item ex possessione Beneficii sibi vigore unionis per sententiam adjudicati. Item ex instrumento possessionis apprehensæ de Beneficio, cui facta est unio, in quo dicitur, quod detur possessio etiam Beneficii annexi. Burat. *dec.* 857. Item ex pluribus, & successivis deputationibus Vicariorum. Item ex testium depositione de decimatione in vim incorporationis. Rota *par.* 6. *num.* 10. *recent. dec.* 30. Turricell. *l. c. a num.* 22. Item ex enunciativis antiquis in litteris Apostolicis, in quibus refertur effectuatio Unionis, & possessio, Item ex alienatione bonorum Beneficii annexi. Burat. *dec.* 857. *nu.* 3. quamvis instrumenta, in quibus enunciatur effectuatio, viderentur non esse in forma probante, si adsit observantia illorum. Item ex locationibus effectum sortitis. Item ex observantia Unionis per annos quadraginta. Item ex verbo *Unimus* in litteris apposito. Item ex annuo censu, seu præstatione a Vicariis Rectoribus soluta. Rota *par.* 1. *divers. nu.* 5. *dec.* 758. & *dec.* 330. *num.* 20. *par.* 9. *recent.*

§. VII.

De Unionis dissolutione, vel revocatione.

50 Unio ad tempus soluta, tempore adveniente restitui debet in pristinum. Buratt. *dec.* 660. apud Turricell. *de union. Benef. cap.* 12. *nu.* 4. Mant. *dec.* 277. *num.* 1. Et si Ecclesia, vel Beneficium taliter dismembratum fuerit resignatum ad favorem alterius, & Papa acceptavit resignationem sine derogatione Regulæ de Jure quæsito non tollen. non valet resignatio in præjudicium Ecclesiæ, cui reuniri debet finito tempore dismembrationis. Put. *dec.* 288 quamvis Pontifex sciverit præjudicium. Turricell. *l. c. cap.* 12. *num.* 5.

51 Unio non revocatur, nisi expresse fuerit revocata. Mant. *dec.* 29. suspenditur tamen cum clausula generali suspensiva unionum, nec gratia, vel suspensio potest esse subreptitia ex non facta mentione unionis, Cassad. *dec.* 5. *de reserv.* Rota *dec.* 38. *nu.* 3. *par.* 1. *recent.* apud Turricell. *cap.* 13. *nu.* 5. sive unio fuerit facta pro dote, sive pro Seminario, sive ex causa onerosa, aut consistorialiter. Merlin. *dec.* 713. & licet clausula suspensiva non legatur in litteris, sed in supplicatione, vel in supplicatione non adsit, sed tantum in litteris. plura apud Turricell. *l. c.*

Unio facta pro dote non venit sub clausula derogatoria, seu revocatoria Unionum, venit tamen sub generali suspensione Unionum, licet non fuerit facta mentio, quod unio facta esset pro dote Ecclesiæ. Rota *dec.* 175. *nu.* 2. *par.* 4. *recent.* apud Turricell. *de union. Benef. cap.* 3. *nu.* 3. 52

Unio perpetuo resoluta operatur, quod Ecclesia retineat honores, statum, & privilegia, quæ obtinebat, antequam uniretur, & recuperat pristinum statum. Turricell. *l. c. cap.* 12. *nu.* 7. qui citat Rotam. Et cum fuit resoluta, vacat ut prius, unde si Beneficium erat reservatum, quia vacaverat in mense Apostolico, vel quia Papa unionem faciendo apposuit manum, non potest ab Ordinario conferri. Crescent. *dec.* 2. *de Paroch.* Veral. *dec.* 345. *par.* 3. Put. *dec.* 13. apud Turricell. *l. c. nu.* 9. quod intellige, quando unio dissolvitur ut nulla, quia tunc non datur nova vacatio, secus si fuit valida, & dissoluta. Cassad. *dec.* 2. *de union.* Seraph. *dec.* 1309. Turricell. *l. c. n.* 9. 53

Unio facta a Pontifice non potest ab Inferioribus dissolvi. Caval. *dec.* 373. *par.* 2. Lim. in Legato, qui potest id facere, & bona dismembrata aliis bene meritis unire. Rota *dec.* 70. apud Turricell. *l. c.* a quibus, & qualibus ex causis revocari, & dissolvi possit, vide Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *a nu.* 302. 54

Potest dissolvi cessante causa, propter quam facta fuit, & multo magis propter causam contrariam, uti propter Ecclesiæ detrimentum, aut Divini cultus diminutionem. Rota *divers. par.* 3. *lib.* 3. *dec.* 578. *num.* 4. *divers.* Limit. si impedimenta, quæ incidunt, & propter quæ patitur Divinus cultus, aut ipsa Ecclesia, non provenerunt ab unione? quia tunc Ecclesia non debet intentare dissolutionem unionis, sed agere via ordinaria, ut sibi subministrentur necessaria, maxime si unio fuit observata per longum tempus, quia tunc ex observantia utilitas præsumitur. Et si causæ unionis fuerunt plures, una deficiente unio dissolvi non potest. Rota *dec.* 642. *par.* 3. *lib.* 3. *divers.* apud Turricell. *loc. cit.* si manet causa principalis, ob quam facta fuit. 55

Facta pro erectione Monasterii, vel pro dote Ecclesiæ erectæ non est revocanda, si non fuit revocata Monasterii erectio, nam accessorium, quale est unio, sequitur suum principale, scilicet erectionem. Crescen. *de Paroch. dec.* 1. Buratt. *dec.* 787. & 612. præsertim non vocatis, vel citatis, quorum interest. Garz. *de Benef. d. par.* 12 *cap.* 2. *nu.* 308. Mant. *dec.* 29. & alii apud Turricel. *loc. cit. nu.* 19. 56

Unio non censetur dissoluta, vel revocata, nisi constet de expressa revocatione, neque sufficit tacita, licet in aliquo videretur recessum a primo contractu unionis. Turricell. *l. c. nu.* 20. ubi Rota. Item licet Pontifex providerit de Beneficio sine mentione unionis, etiam cum decreto, quod quam primum per cessum, vel decessum vacare contigerit, censeatur de novo unitum. Cavaler. *dec.* 411. *nu.* 5. 57

Unio soluta per quadraginta annos præscribitur, scilicet si Beneficium fuit collatum per quadraginta annos, & ultra per concursum. Buratt. *dec.* 857. *nu.* 10. Turricel. *l. c.* aut alias constat de illius statu collativo, quo casu si quis habuisset ex antecedenti unionis titulo possessionem nominandi Vicarium ad nutum amovibilem, eam amisisset, & Ordinarius possessionem conferendi acquisivisset. Cursus autem viginti annorum non sufficeret ad inducendam dissolutionem unionis, quando constat de unione observata per quadraginta annos, quia una præscriptio completa non tollitur nisi per aliam completam, Buratt. *dec.* 734. *num.* 10. 58

§. VIII.

De Unionum suspensione.

Suspensio Unionis plurimum differt a revocatione unionis, ut de una ad aliam inferri minime possit; suspensio enim est temporanea, & modici præjudicii. Revocatio vero est perpetua, & magni præjudicii, Rota *dec.* 175. *num.* 2. *par.* 4. & *dec.* 57. *num.* 4. & 5. *par.* 4. *recent.* sive suspensio fiat in gratia resignationis, in qua Beneficium stat super una tantum vita, sive suspensio fiat in gratia coadjutoriæ cum futura 59

suc-

succeſſione, in qua Beneficium ſtat ſuper duabus viris Coadjutoris, & Coadjuti. Hinc licet unio facta pro dote neceſſaria Eccleſiæ non veniat in regula revocatoria unionum, venit tamen in generali ſuſpenſione unionum, licet non fuerit facta mentio, quod unio eſſet facta pro dote. Rota *dec.* 175. *num.* 2. *par.* 4. & *dec.* 57. *num.* 1. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Et licet pro revocanda unione requiratur expreſſa revocatio. Mant. *dec.* 29. *nu.* 4. tamen pro ſuſpenſione unionis ſufficit clauſula generalis ſuſpenſiva quarumcunque unionum, quamvis clauſula generalis ſuſpenſiva unionum non legatur in litteris, ſed tantum in ſupplicatione, ut dictum fuit ſupra. De qua materia plura vide apud Turricellium *de union. cap.* 13. *per. totum*.

60 Quid erit agendum, ſi proviſus Apoſtolicus immiſſionem petat in poſſeſſionem Beneficii, & Reus ſeu poſſeſſor, aut alius excipiat de unione dicti Beneficii, quæ revera detur, aut illius ſaltem aliqnis ſumus detur? Reſpondetur, eſſe per aliquod breve tempus ſuperſedendum in executione immiſſionis, ut interim contradictor poſſit oſtendere unionem. Rota apud Turricell. *de union. Benef. cap.* 16. etenim talis proviſio ſtante unione prædicta dicitur ſpoliativa. Comitol. *dec.* 9. *nu.* 13. Neque Pontificis intentio eſt jus validæ unionis perimere. Comitol. *l. cit. nu.* 15. & 16. apud Turricell. *l. c. num.* 5. Neque obſtat, ſi proviſus ſit triennalis poſſeſſor, quia regula de triennali non ſuffragatur in ſpolio. DD. mox cit.

§ IX.

De Unione Miſcellanea.

61 Unio acceſſorie facta de conſenſu Patroni extinguit juſpatronatus. Zabarel. *con.* 96. *num.* 3. *verſ. requiritur conſenſus.* Lotther. *de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *nu.* 168. Rota *dec.* 222. *num.* 2. *par.* 2. *recent.* & ſine illius conſenſu fieri non poteſt, & ſi ſunt plures Patroni, omnium requiritur conſenſus. *cap. ſuggeſtus. de Jurepatron. Clem. un.* §. *ad hæc. de ſtatu Monach.* Conciol. Trid. *ſeſſ.* 24. *cap.* 15. *de ref.* Pariſ. *de reſign. lib.* 2. *quæſt.* 4. *nu.* 11. Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 202. Bich. *dec.* 382. *num.* 11. 13. & 14. ſi vero fuit facta æque principaliter, titulus Beneficii uniti manet in ſtatu primævo. Lambertin. *de Jurepatron. lib.* 3. *q.* 7. *art.* 10. *verſ. cum unitur.* gl. *in cap.* & *temporis.* 48. *verb. unice. verſ. tertio modo.* 16. *quæſt.* 1. & *in cap.* 1. *verb. uniendo.* Garz. *de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *nu.* 37. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 7. *n.* 29. Azor. *moral. lib.* 6. *cap.* 28. *quæſt.* 2. *verſ. totus mundus*.

62 Unio Beneficii patronati non efficit, quod Beneficium unitum acquiratur Patrono Beneficii, cui unitur, quia unitum non fundavit, nec conſtruxit, neque dotavit, ſed reſidet penes primum Patronum. Lambertin. *de Jurepatr. lib.* 1. *par.* 1. *quæſt.* 6. *art.* 1. *num.* 1. *verſ. ego comprobo.* Speculat. *in tit. de Jurepatron. nu.* 17. quem ſequitur Jo. Andr. *in cap.* 2. *ſub nu.* 4. *verſ. de unita. de Relig. dom.* Card. *in cap. quoniam.* 8. *de Jurepatron.* Rochus *de Jurepatron. verb. honorificum. ſub nu.* 12. *verſ. pone.* Lambertin. *l. c. art.* 5. Bich. *l. c. a nu.* 17. ſaltem ad effectum præſentandi ſimultanee cum Patrono principali Beneficii, cui facta fuit unio, ſeu alternative. ita Bich. *l. c. nu.* 21. & DD. cit.

63 Unio Beneficiorum non poteſt fieri ab Ordinario ſine cauſæ cognitione. Rebuff. *in prax. Benef. tit. de unionib. num.* 43. Calderin. *conſ.* 4. *de reb. Eccleſ. non alienan.* Rota *in Milevitana Unionis.* 22. *Jun.* 1640. apud Bich. *dec.* 140. *num.* 15. Facta tamen ab Epiſcopo in actu viſitationis habet præſumptionem pro ſe quoad ſolemnitates enuntiatas in unione. Cæſ. de Graff. *dec.* 1. *a num.* 15. *de reb. Eccleſ. non alien.* Garz. *d. cap.* 2. *num.* 121. aut in terminis unionis antea factæ ſolemniter, & in viſitatione poſtmodum approbatæ. Seraph. *dec.* 1372. ſecus cum unio fuit facta in viſitatione, & agitur de probatione non ſolum ſolemnitatis, ſed etiam cauſæ. Rota *coram Cavaler. dec.* 339. *num.* 7. & 8. *par.* 5. *recent. dec.* 318. *a num.* 12. quia ſolemnitas facilius præſumitur, quam cauſa, quæ plene probanda, & quamvis circa eam multum deferatur aſſertioni Epiſcepi, tamen non creditur neque in prohibitis, qualis eſt unio, ſine cauſa ſtandum eſt dicto, aut aſſertioni unientis, ne aperiatur via eludendi prohibitionem legis. Ægid. *dec.* 617. Barb. *de poteſt. Epiſc. alleg.* 66. *num.* 23. Rota *dec.* 716. *num.* 1. & *dec.* 752. *num.* 3. *par.* 1. *diverſ.* Bich. *dec.* 140. *num.* 25.

Unio non cenſetur effectuata, ſi conſtat de ſtatu collativo, qui repugnat unioni. Arct. *conſ.* 63. *per totum.* Lotther. *de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *nu.* 104. & non effectuata cadit ſub regula Cancellariæ revocatoria unionum. Bich. *dec.* 275. *nu.* 18. Et ultimus ſtatus collativus repugnat unioni. Ludoviſ. *dec.* 77. *nu.* 3. & 9. & *dec.* 112. *nu.* 2. Lotther. *de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 28. *num.* 104. Bich. *dec.* 146. *num.* 10. 64

Unione Beneficii Patronati non amittitur juſpatronatus, ſi Patronus conſenſit unioni cum reſervatione Juriſpatronatus, ſecus, ſi non reſervavit. Bich. *dec.* 382. *a num.* 11. ſicut neque, quando fuit facta unio æquo principaliter. Et in dubio unio Beneficii Patronati præſumitur facta æque principaliter. Rebuff. *in prax. tit. de union. num.* 20. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gl.* 5. §. 7. *nu.* 134. Cavaler. *dec.* 330. *nu.* 2. Garz. *Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 37. Rota apud Bich. *dec.* 383. *nu.* 15. & 16. Azor. *lib.* 6. *moral. cap.* 28. *quæſt.* 2. 65

UNIVERSITAS.

Praxis Univerſitatis.

Univerſitas per ejus Officiales repræſentatur, ac regitur. Bich. *dec.* 319. *num.* 2. utitur privileg. minor. qnia minori æquiparatur. *L. Reſpubl. C. ex quib. cauſ. maj. L. Rempubl. C. de Jure Reipubl.* Fachin. *lib.* 1. *controverſ. Jur. cap.* 12. & ideo reſtituitur in integrum contra omiſſas probationes, vel appellationem. Pajatel. *exped.* & *annot.* 53. & contra omnem actum læſivum. An poſſit jurare de calumnia, vide *Juramentum*. Non tenetur reſpondere poſitionibus, niſi data copia illarum cum termino. ita Eccleſia *obſ. for.* 61. *num.* 24. niſi poſſit reſpondere per adminiſtratores informatos, ſine Judicis decreto non poteſt tranſigere. Rol. *conſ.* 90. *lib.* 1. Ludoviſ. *dec. Peruſin.* 23. *nu.* 29. Trentacinq. *var. reſ. lib.* 2. *de Procurat. reſ.* 1. & alii apud Tranchedin. *conſult.* 3. *nu.* 32. 1

Univerſitas non tenetur de delicto, niſi ad hoc fuerit congregata ſolemniter, facta propoſitio, & ſecuta deliberatio. Mohed. *dec.* 1. Pajatell. *annot.* 53. *num.* 21. Gratian. *diſcept. for. cap.* 601. *nu.* 49. Tuſch. *litt. I. concl.* 273. ſi vero delictum eſt in committendo, non requiritur conſenſus, ſed ſufficit tolerantia. 2

Univerſitas eſt excutienda, non Syndic. illius, ſi fuit condemnata. *L.* 4. §. *Actor. ff. de Jud.* Poſt. *de manut. obſ.* 102. *num.* 62. ubi Rota, & ſi non habet bona, debet indicere collectam. Bart. *in d. L.* 4. Craveta *conſ.* 195. Natta *conſ.* 520. Poſt. *l. c.* etiam cum agitur de debito fiſcali. Fab. *in C. tit. quibus res jud. non noc. defin.* 1. quia iniquum eſt, aliquem moleſtari pro alieno debito. Limit. ſi Syndicus fuit negligens in exigenda collecta, quia tunc fit executio contra ejus bona ſalvo jure rehabendi contra Univerſitatem. Fab. *l. c. tit.* 22. *defin.* 1. *lib.* 7. *tit.* 33. *def.* 1. & *lib.* 4. *tit.* 7. *defin.* 5. Fontanel. *de pact. nupt. clauſ.* 6. *gl.* 1. *par.* 4. Imo poteſt etiam perſonaliter capi, donec ſolvat. Poſt. *l. c.* Eccleſ. *obſ. for.* 162. 3

Non poteſt cogere forenſes ad ſolvendas majores collectas, quam cives vi ſtatuti a ſe conditi, vel conſuetudinis a ſe introductæ, ſi recognoſcit Superiorem. ita Conciol. *alleg. civil.* 28, *a nu.* 20. præſertim Clericos, quamvis collecta indicta fuerit pro ſalario Medicorum, Chirurgorum &c. ſi eorum opera non utuntur. Theſ. *dec.* 149. *nu.* 5. Catena *reſ.* 17. *nu.* 13. ex defectu juriſdictionis non obſtante conſuetudine, quæ eſt merus abuſus, & corruptela. Merlin. *dec.* 5. *nu.* 6. Cyriac. *controv.* 512. *in fin.* Conciol. *l. c. nu.* 22. 4

Univerſitas non dicitur dediſſe conſenſum validum, ſi ſinguli tantum de Univerſitate conſenſum dederunt, quia requiritur conſenſus in communi, non in particulari, ita, ut debeant omnes de univerſitate, vel major pars in unum fuiſſe congregata. Bart. *in L. omnes populi. ff. de Juſt.* & *Jure.* Trentacinq. *var. reſ. lib.* 1. *tit. quod cujuſque Univerſ. nom.* Tepat. *var. ſent. tit.* 537. Tranchedin. *conſult.* 3. *nu.* 5. 5

6 Universitas an, & quando possit concedere statuta, vide Cyriac. *controv.* 506. potest licentiam dare ferendi arma subditis. *L. observare. ff. de off. Procons.* Menoch. *de arbitr. cas.* 394. Spectll. *dec.* 122. nisi fuissent prohibita a Principe. Farin. *quest.* 188. *num.* 21.

7 Universitas non potest excommunicari, sed interdici. Illi vero, qui sunt de Universitate, possunt nominatim excommunicari. *cap. ex parte. de privil. cap. quamquam. de censib. in 6.* Ansald. *de Jurisdict. par.* 2. *tit.* 8. *cap.* 12. *cap. Romana. de sent. excom. in 6.* ne ligentur Innocentes. Potest autem Universitas suspendi. *cap. non est. de sponsal.* Pajatell. *annot.* 53. *nu.* 34. Tusc. *litt. V. concl.* 266. Magon. *dec. Lucen.* 7. Seraphin. *de privil. juram. privil.* 83.

8 Universitatis obligatio, vel debitum non afficit singulos de Universitate. Rota apud Merlin. *dec.* 182. Fel. *in cap. eam te.* ubi Ripa *nu.* 43. *de rescript.* Gabr. *concl.* 1. *num.* 1. *vers. contrarium quod cujuscunque universit. nom.* Dec. *cons.* 61. *num.* 2. Natta *cons.* 150. *num.* 1. *&* 2. Bart. *in L. sicut. ff. quod cujuscunque univers. nom.* Menoch. *cons.* 726. *num.* 22. Cephal. *cons.* 568. *n.* 22. Coller. *de process. execut. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 269.

9 Universitatis jus an possit remanere in uno solo aliis omnibus mortuis, vel privatis, vide *Capitulum*, vel *Collegium*.

10 Universitatis quod est, non est singulorum, nec e contra. *L. si municipes. ff. quod cujusque univers.* Rol. *cons.* 53. *lib.* 4. Borgnin. *dec.* 1. *par.* 5. Tranchedin. *consult.* 3.

11 Universitas repræsentatur per ejus Officiales, & regitur. *L.* 1. §. *municipes. ff. de acquir. possess.* Jo. Franc. a Fonte *cons.* 158. *num.* 16. *lib.* 2. Buratt. *dec.* 691. *nu.* 8. Bich. *dec.* 319. *n.* 2.

12 Universitatis bona ut possint alienari valide, requiruntur plura, nimirum quod saltem duæ de tribus partes fuerint congregatæ, & consentiant, & de consensu constet descriptis nominatim nominibus singulorum hominum de Communitate, quod præstitum fuerit juramentum super utilitate contractus, & quod fuerit præsens Gubernator loci, & intervenit decretum Judicis. *L. fin. C. de venden. reb. Civit. lib.* 11. Ruin. *cons.* 41. *num.* 7. Alex. *cons.* 1. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 4. Gratian. *disc. for. cap.* 196. *num.* 11. Ludovic. *dec. Perusin.* 93. *nu.* 37. *&* 38. *par.* 2. & alii apud Bich. *dec.* 261. Et contractus celebratus ab Universitate, seu Communitatibus cum requisitis solemnitatibus præsumitur utilis, donec constet de contrario. Bald. *in cap.* 1. *n.* 6. *de his, qui feud. dar. poss.* Alex. *cons.* 79. *num.* 6. *vers. fortificatur. lib.* 1. Paris. *cons.* 24. *num.* 5. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 1. *nu.* 355. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 17. *nu.* 2 *post med. vers. optius sane.* Manet. *dec.* 101. *num.* 3. Rota *dec.* 625. *num.* 5. *par.* 1. *recent.* Bich. *l. c. nu.* 11. Et quamvis in contractibus voluntariis requiratur consensus omnium de Communitate. *gl. in cap. cum omnes. in fin. de constit.* Innoc. *in cap. humilis. num.* 3. *in fin. de major. & obed.* Fel. *in d. cap. cum omnes. nu.* 17. Gratian. *disc. for. cap.* 934. *num.* 1. Rota *dec.* 755. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.* hæc tamen doctrina non procedit, quando actus voluntarius est utilis. Fel. *in c. cum omnes. nu.* 18. *vers. sed concludererm.* Gratian. *disc. for. cap.* 721. *nu.* 17. *& dec. March.* 183. *n.* 21. Aym. *cons.* 27. *n.* 8. Cornel. *cons.* 181. *nu.* 31. *lib.* 2. Bald. *cons.* 85. *vers. praeterea. lib.* 4. Lim. *alleg.* 85. *nu.* 2. *& alleg.* 131. *nu.* 1. Vinc. de Franch. *dec.* 2. *num.* 24.

VOCATIO.

Praxis Vocationis.

1 Vocatio de filiis natis refertur etiam ad nasciturós, quando subest verisimilis voluntas Testatoris. Surd. *cons.* 125. *num.* 20. *vers. quia* Giurba *ad consuetudinem Messanæ. cap.* 1. *gl.* 4. *nu.* 92. Phanut. *de lucro dot. gl.* 5. *nu.* 8. Bich. *dec.* 54. *nu.* 24.

2 Vocatio fœminarum in casu deficientiæ omnium masculorum, non excludit, quin inter masculos, donec supersunt, dicatur contemplata agnationis conservatio. Gabr. *cons.* 116. *num.* 13. *lib.* 2. Pereg. *de fideic. art.* 25. *num.* 26. *vers. in ista controversia.* Molina *de primogen. lib.* 3. *cap.* 5. *sub nu.* 50. *vers.* 2. Fusar. *de substit. quæst.* 499. *sub num.* 24. Bich. *dec.* 287. *num.* 20.

Vocatio Patris, & filiorum ex eo nasciturorum an operetur, quod filii, qui nec tempore mortis testatoris erant nati, aut concepti, succedant in simul cum Patre. Plures DD. tenent negativam, eo quod, cum non essent cogniti Testatori, non præsumantur ab eo dilecti saltem ea dilectione, qua dilexit eorum patrem, tum quia quoad filios tempore purificatæ conditionis non natos, aut conceptos vocatio habetur pro non scripta, quia alias hæreditas pro parte deferenda ad filios, qui nascentur, staret in suspenso, & ita testator interea decederet, pro parte testatus, pro parte intestatus, aut pater, qui in totum ob non existentiam filiorum fuit hæres, desineret esse hæres in ea parte, qua filii postea nati avocarent. Alex. *cons.* 13. *numer.* 4. *vers. sed præmissis. lib.* 4. Socin. sen. *cons.* 113. *num.* 5. *lib.* 1. Dec. *cons.* 253. *nu.* 5. Fusar. *cons.* 77. *nu.* 5. *& de sub. stit. quæst.* 476. *a nu.* 48. Peregrin. *de fideicom. art.* 17. *num.* 16. Surd. *dec.* 346. *nu.* 16. *& cons.* 439. *nu.* 2. *&* 3. Rota apud Seraph. *dec.* 934. *nu.* 3. Alii vero contrarium sentiunt ob *cap. Raynutius. de testam.* ubi vocatio patrui, & filiorum indefinite dicitur simultanea. Soc. *in L. Gallus.* §. *quidam recte. nu.* 3. *ff. de liber. & posthum. & cons.* 113. *nu.* 4. *vers. sed his non obstan. lib.* 1. Gabr. *cons.* 130. *nu.* 20. *lib.* 1. Honded. *cons.* 65. *nu.* 14. *lib.* 1. Peregr. *d. art.* 17. *sub. nu.* 26. *vers. verum.* Vinc. de Franch. *dec.* 633. Rota *dec.* 574. *nu.* 11. *par.* 4. *recent.* & ad decis. Rotæ apud Seraph. citatam respondent, quod in illo constaret de clara mente testatoris ex pluribus conjecturis ad argumentum in contrarium dicunt, quod volente testatore hæreditas possit stare in suspenso, ita ut, donec filii nascantur, hæreditas maneat apud Patrem, revocabiliter tamen quoad portionem filiorum, ita Casanat. *cons.* 45. *num.* 195. *& cons.* 49. *nu.* 34. Cancer. *var. resol. to.* 1. *cap.* 1. *sub. n.* 146. *vers. huic optime.* Molina *de primogen. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 31. Castil. *quotid. controv. lib.* 5. *cap.* 91. *nu.* 42. Cyriac. *contr.* 550. *num.* 95. Bellon. *de jure accresc. cap.* 7. *quæst.* 17. *nu.* 13. & hæc posterior videtur vera, quam secuta fuit Rota *d. dec.* 574. *par.* 4. *recent.* Bich. *dec.* 274. *nu.* 26. *usque ad* 30. *inclusive.* 3

Vocatio proximioris in primogenitura an sit intelligenda respectu gradus, vel lineæ. vide in praxi *Primogenituræ.* 4

A vocatione ad rem particularem an inferri possit ad fideicommissum universale, vide Bich. *dec.* 424. *n.* 5. Et an a vocatione in causam delicti inferatur ad causum obitus, vide Bich. *dec.* 605. *nu.* 13. 5

Vocationis conjecturæ nisi concurrant, tunc ex una substitutione regulariter non infertur ad aliam. Rota *dec.* 22. *num.* 9. *par.* 4. *to.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 605. *num.* 19. *&* 20.

VOLUNTAS.

Praxis Voluntatis.

Voluntas alicujus, qualis fuerit, ex actibus contemporaneis dignoscitur. Ruin. *cons.* 192. *num.* 5. *lib.* 2. Socin. jun. *cons.* 32. *nu.* 12. *lib.* 4. Surd. *dec.* 54. *nu.* 6. Rota *dec.* 765. *sub num.* 10. *par.* 2. *recent.* Bich. *dec.* 71. *num.* 7. Et voluntas agentis ut eliciatur, attendi debet discretivus modus loquendi. Rota apud Bich. *dec.* 492. *nu.* 24. 1

Voluntas contrahentium servanda est, ubi non deficit potestas. Peregr. *cons.* 93. *nu.* 6. *lib.* 1. Bich. *dec.* 158. *n.* 21. Voluntas contrahentium declaranda est tum ab ordine scripturæ, tum ab absurdo evitando, ne in eodem instrumento repugnantia reperiatur. *L. quoties.* 40. *ff. de usuf.* Pasch. *cons.* 22. *n.* 3. Rimin. jun. *cons.* 151. *nu.* 61. Surd. *cons.* 450. *n.* 58. Seraph. *dec.* 24. *nu.* 2. Dec. *in L. ubi repugnantia. ff. de R. J.* Honded. *cons.* 33. *nu.* 58. *&* 59. *lib.* 1. Surd. *dec.* 49. *n.* 6. Et contrahentium voluntas magis inspicienda est, quam verba. *L. Jurisgentium.* §. *pactorum. ff. de pact.* Duaren. *comment. lib.* 2. *tit.* 14. *fol.* 60. *vers. ex mente.* Et ubi certa, & determinata est voluntas contrahentium, nisi modum licitum excedat, a conventionis observantia quælibet causa non excusat, ut in terminis pœnæ conventionalis docet Alex. *cons.* 119. *nu.* 18. *lib.* 2. Corset. *in suis singular. verb. pœna.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 70. *num.* 20. Dec. *cons.* 615. *& L. qui cum alio. nu.* 1. *vers. & ista ratione. ff. de R. J.* 2

Vo-

3 Voluntas collitigantis superstitis non prosequendi litem non elicitur ex taciturnitate per aliquod breve tempus, quia de Jure Canonico tempus prosequendi litem non est præfixum. Milis. *in repert. verb. litis pendentia non finitur. fol.* 250. Bich. *dec.* 276. *num.* 9.

4 Voluntas dividentium renuntiandi fideicommisso elicitur ex facultate libere disponendi, quæ est incompatibilis cum fideicommisso, & ideo illius remissionem in necessarium antecedens inducit, quando præsertim divisio fit, ut quilibet de bonis libere possit disponere. Bart. *in L. qui Romæ.* §. *duo fratres. num.* 21. *vers. vel fuit dictum. ff. de V. O.* Rimin. jun. *cons.* 78. *nu.* 20. Honded. *cons.* 33. *num.* 22. *lib.* 1. Peregr. *de fideic. art.* 52. *sub numer.* 38. *&* 44. Fusar. *de substit. quæst.* 593. *a num.* 21. Capyc. Latro *dec.* 103. *numer.* 12. Rota *dec.* 493. *par.* 4. *divers.* Cancer. *var. res. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 176. Gabr. *de fideicom. conclus.* 1. *num.* 30. Crass. *in fideicom. quæst.* 63. *num.* 6. Menoch. *lib.* 3. *præs.* 115. *nu.* 42. *&* 47. Osasc. *dec.* 164. Magon. *dec. Flor.* 92. *num.* 4. Barz. *dec. Bonon.* 96. nam fideicommissum repugnat liberæ dispositioni bonorum, & arbitrio libero faciendi de illis, quidquid placuerit, ex quibus verbis palam fit voluntas renuntiandi fideicommisso reciproco. Alex. *cons.* 62. *num.* 4. *lib.* 7. Bursat. *cons.* 64. *num.* 28. Menoch. *cons.* 87. Rimin. jun. *cons.* 80. *num.* 38. Fusar. *l. c. num.* 11. & alii apud Bich. *dec.* 137. *num.* 3. præsertim si facultas disponendi sit perpetua.

5 Voluntas expressa in testamento non censetur mutata in codicillo, nisi circa id, quod in illo disponitur, & est incompatibile cum testamento. Castr. *in L. heredes palam.* 21. §. *si quid post. sub num.* 7. *ff. de testam.* Cephal. *cons.* 67. *num.* 7. Cyriac. *controv.* 168. *num.* 54. *&* 55. Bich. *dec.* 247. *num.* 15.

6 Voluntas metienda est a verbis, a verisimili, & ab actuum correspectivitate, juxta *L. semper in stipulationibus. ff. de R. J. L. solutum.* §. *solutum. ff. de pignorat. act.* Gabr. *cons.* 6. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. Mant. *de tacit. lib.* 2. *tit.* 15. *num.* 1. *&* 6. & Bich. *dec.* 5. *num.* 26. & magis ex facto, quam ex verbis declaratur. Buratt. *dec.* 13. *nu.* 20. Cavaler. *dec.* 100. *num.* 7. Rota *dec.* 194. *num.* 11. *par.* 6. Bich. *dec.* 86. *num.* 21.

7 Voluntas, & animus renuntiantis probatur etiam unico teste, præsertim, cum concurrunt conjecturæ, & agitur de favore dotis non secus, ac testibus singularibus. Gabr. *cons.* 51. *num.* 8. *lib.* 2. Castr. *cons.* 395. *num.* 1. *col.* 3. *lib.* 2. Aym. *cons.* 73. *num.* 33. Seraph. *dec.* 559. *num.* 13. Rota *dec.* 765. *num.* 7. *par.* 2. *recent.* & coram Buratto *dec.* 205. *numer.* 2. Gratian. *disc. for. cap.* 739. *a num.* 2. Benint. *dec.* 61. *sub numer.* 6. Put. *dec.* 409. *lib.* 1. *in correc.* & Gabr. *de confess. conclus.* 1. Bich. *dec.* 18. *numer.* 9. *&* 10. *& dec.* 31. *num.* 12.

8 Voluntas Testatoris conservandi bona in agnatione non arguitur ex sola vocatione masculorum, nisi Testator progressus fuerit ad plures gradus substitutionum. Decian. *cons.* 1. *numer.* 185. *vers. octavo etiam. lib.* 2. Rota coram Ludovis. *dec.* 464. *num.* 17. *& part.* 1. *recent. numer.* 5. *dec.* 316. & alii apud Bich. *dec.* 279. *num.* 36.

9 Voluntas Testatoris quomodocunque de illa constet, servanda est. Castr. *cons.* 123. *num.* 2. *in fin. lib.* 1. Mant. *de conject. lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 2. Rota *dec.* 363. *num.* 13. *par.* 1. *recent. L.* 1. *C. de SS. Eccles. L. si pars. ff. de inoffic. testam. L. in conditionibus. ff. de condit. & demonstrat.* gl. *in cap. tria nobis. verb. voluntatem. de testam.* Rota *dec.* 388. *num.* 2. Bich. *decis.* 307. *num.* 17. *&* 18. Ita tamen interpretanda est, ut absurda evitentur. Dec. *cons.* 433. *num.* 17. Surd. *cons.* 160. *num.* 74. Rota *dec.* 215. *num.* 5. *par.* 6. *recent.* Bich. *dec.* 337. *num.* 15.

10 Volutas Testatoris etiam in extremis laborantis, si alioquin sani judicii est, servari debet. Castill. *de conject. ult. volunt. cap.* 27. *num.* 5. Cyriac. *controv.* 407. *num.* 115. Rota *inter consil. Farin. cons.* 97. *nu.* 30. Bich. *decis.* 458. *num.* 7.

11 Voluntas Testatoris non est mandanda executioni, sit in Testatore non fuit potestas disponendi. Covar. *in cap. cum esses. de testam.* Cravetta *cons.* 784. Farin. *dec.* 27. *ex L. si quis sub conditione. C. de cond. instit.* Abb. *cons.* 41. Ciarlin. *controv. for. cap.* 7. *num.* 67. quæ, & quando dicatur captatoria, vide Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 20.

Voluntas Virginis, quæ vult fieri Monialis, quomodo, & quando debeat explorari, vide in praxi *Vicarii*. 12

VOTUM.

Praxis Voti.

§. I.

Quid, & quotuplex sit Votum?

Quamvis aliqui existiment, ad votum emittendum sufficere solum propositum voluntatis, quos refert Azor. *to.* 1. *Instit. lib.* 12. *cap.* 12. *quæst.* 5. quod probari posset *ex cap. pervenit.* 2. *de jurejur.* & quia votum aliquando accipitur pro sola voluntate mutandi vitam, ut patet *ex cap. Beneficium. & cap. statuimus. de regular. in* 6. tamen verum est propositum voluntatis non sufficere ad votum. S. Tho. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 1. *& in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 1. & probatur ex *cap. litteraturam. de voto, & voti redempt.* ubi Abb. & Gonzal. *num.* 2. Sylvest. *in sum. verb. votum.* 1. *quæst.* 2. Archidiac. *in cap. qui bona.* 17. *quæst.* 1. quia potest aliquis habere propositum, aut voluntatem etiam firmam aliquid faciendi absque eo, quod promittat, aut se obliget ad faciendum; quia hæc duo diversa sunt, proponere aliquid facere, & velle se obligare, vel promittere. Tum quia votum inducit obligationem erga alterum faciendi, quod vovimus, sed qui habet purum propositum, non habet obligationem erga alterum aliquid faciendi, nisi accedat promissio. 1

Est ergo votum promissio de meliore bono Deo deliberate facta, quæ promissio quamvis homini fieri non possit, nisi per verba, aut alia signa exteriora, tamen Deo potest fieri per solam internam cogitationem, & mentem. P. Pithing. *lib.* 3. *tit.* 34. §. 1. Abb. *in cap. litteraturam.* 3. *de voto, & voti redemptione.* Hinc est, quod votum factum calore iracundiæ non valeat, quia non est deliberate factum, ut dictum fuit in praxi *Iracundiæ*. Sic votum, quod proficiscitur ex ignorantia antecedente, & versante circa substantiam rei promissæ, non obligat, quia ignoti nulla cupido, quamvis ignorantia sit vincibilis. Dicitur autem ignorantia antecedens, quando fuit causa voti. Item cum fuit erratum circa notabilem partem rei promissæ, ut si quis vovit ire Romam, quam putabat distare tantum decem milliaribus. Item si fuit erratum circa materiam rei promissæ, uti si vovisti ingredi Monasterium A. ratus incoli a PP. Benedictinis, cum tamen incoleretur a PP. Capucinis. Item si fuit erratum circa personam. Item si fuit erratum circa causam finalem, ut pro impetranda sanitate ejus, qui jam valebat. Item si fuit erratum circa vim voti, ratus obligare sub veniali, quod tamen obligat sub mortali. Suarez *de voto. cap.* 21. Gobat. *de impediment. matrim. cap.* 3. *num.* 93. Denique non obligat votum, quando ignorantia est talis, ut si contrarium fuisset scitum, votum non fuisset emissum. Molina *de just. tract.* 2. *disp.* 272. quia gratuita promissio non plus obligat, quam voluerit promittens. Item si fuit emissum ex levitate. Diana *par.* 6. *tract.* 17 *res.* 23. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 20. 2

Sed quid de voto edito per metum intrinsece illatum, puta per morbum &c. valetne? Respondetur valere, quia tunc est voluntarium, ita etiam factum per metum extrinsece incussum, non ad extorquendum votum, sed alium finem. Navar. *in manual. cap.* 12. secus si fuit factum ex metu gravi ab extrinseco incusso ad extorquendum idem votum, & quidem injuste incusso. Bonac. *in Decal. disp.* 4. *quæst.* 2. *p.* 3. §. 1. 3

Item non valet votum de re mala, vel de indifferenti, vel de re partim bona, partim mala. Bonac. *l. l. c. p.* 3. *disp.* 4. §. 1. *q.* 2. 4

Ideo etiam non obligat cessante causa finali voti. Item si supervenit mutatio notabilis, & difficultas, quæ si fuisset prævisa, votum judicio prudentis factum non fuisset. Suarez *de voto. lib.* 4. *cap.* 9. Navar. *in man. cap.* 18. Bonac. *l. c. p.* 7. 5

Votum aliud est solemne, aliud simplex. Solemne est, 6

eft, quod ab Ecclefia ut tale acceptatur, & voventem inhabilem reddit in perpetuum, & immutabiliter fine difpenfatione Pontificia ad contrahendum matrimonium, & ad dominia rerum acquirenda, vel retinenda. Simplex vero eft, quod talem vim non habet, aut folemnitatem. Solemne a fimplici non differt effentialiter, fed accidentaliter. Theol. apud Garz. *de Benef. par.* 7. *cap.* 10. *num.* 54. P. Pithing. *l. c. num.* 5. Azor. *par.* 1. *lib.* 12. *cap.* 6. *q.* 1. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *difp.* 27. *num.* 2. Solemne folo jure Ecclefiaftico dirimit matrimon. Sanchez, Suarez & plerique apud Garz. *l. c cap. quod votum. de voto, & voti redempt. in* 6. ubi Franc. *nu.* 1. *not.* 3.

7 Poft Conftitutionem tamen Gregor. XIII. anno 1584. quæ incipit. *Afcendente Domino.* Vota fimplicia Religionis Societatis Jefu edita reddunt voventes inhabiles ad contrahendum matrimonium, nifi per legitimam poteftatem a Societate, folutis votis, dimittantur. Gabat. *de impedim. matrim. cap.* 6. *num.* 149. Pirhing *loc. cit. num.* 4.

Votum aliud eft reale, aliud perfonale, aliud mixtum, perfonale eft, quando a vovente aliquid promittitur præftandum ab ipfo vovente, uti caftitatis, jejunii, peregrinationis, orationis &c. Reale eft, quo res aliqua Deo promittitur, ut Eleemofyna. Mixtum, cum res, & actio promittitur, uti peregrinatio cum eleemofyna. Bonac. *in Decal. difp.* 2. *quæft.* 2. *p.* 2. §. 2. Perfonale non tranfmittitur, fecus reale, & mixtum quoad partem realem. Navar. *in cap.* 12. Bonac. *l. c.*

§. II.

An Hæres teneatur implere votum Defuncti?

8 Dicendum cum diftinctione, quod hæres votum defuncti perfonale implere non tenetur, fi eft mere perfonale. Ratio eft, quia obligatio perfonalis extinguitur cum ipfa perfona. *L. un.* §. *ne autem. C. de caducit. tollen. L. non folum.* 2. §. *tale. ff. de deliberat. legat. L. centefimis.* §. 1. *ff. de V. O.* Noal. *de transmiff. caf.* 28. *num.* 143. Pirhing *lib.* 3. *tit.* 34. §. 3. Realia tamen tenetur implere, vel etiam illa, quæ funt partim perfonalia, partim realia, quoad partem realem, quia hæres adiens hæreditatem, illam acquirit cum omnibus juribus, & oneribus eidem annexis, tenetur autem illa implere non vi Religionis, fed ex juftitia, & quafi contractu. *cap. ex parte. de cenfib. L.* 2. *ff. de pollicitat.* Noal. *l. c.* Et fi hæres vota realia ab eodem acceptata monitus a Judice intra annum non exequitur, reddit fe indignum hæreditate, cujus commodo privatur. *auth. hoc amplius. C. de fideicom.* excepta tamen legitima. *cap. licet.* 6. *de voto, & voti redempt.* & ad talis voti adimplementum poteft hæres etiam excommunicationis fententia a Judice Ecclefiaftico compelli, quod intellige de quolibet voto ad piam caufam edito, efto hæres fit Laicus. *d. cap. licet.* ubi Abb. *num.* 3. *& cap. quod fuper.* 7. *de fide inftrum. cap. ex parte.* 18. *de cenfib.* P. Pirhing *l. c.* §. 3. *num.* 13. De quibus plura videri poffunt *in d. cap. licet. num.* 6. Gonzal. *in lib.* 3. *Decretal. tit.* 34. *de voto. num.* 5. *per totum. &* 6. Covar. *in cap. Raynutius.* §. 2. *de teftam.* videri poteft etiam Cyriac. *to.* 3. *controv.* 402. *num.* 16. Covat. *in cap. hæredes. num.* 8. *de teftam.* præfertim fi hæres defuncto promifit adimplere votum. Pereira *de manu regia. cap.* 14. *num.* 6. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 5. & probatur etiam *ex cap. alius. cum fequente.* 15. *quæft.* 2. *cap. venerabilem* 34. §. *idem. de elect. cap. licet. de foro compet.* & probant DD. congefti a Barb. *in to.* 6. *in felect.* Pereira *de manu reg. prælud.* 2. Salcedo *lib.* 3. *de regim. Princ. cap.* 10 *differt.* 36. *& cap.* 19. *differt.* 41. videri etiam poteft Marin. *lib.* 1. *refol. cap.* 165. qui tractat de obligatione adimplendi votum a defuncto emiffum.

§. III.

De Voti permutatione.

9 Votum quodlibet poteft etiam propria voventis voluntate permutari in votum folemne Religionis. *cap. pervenit.* 2. *de jurejur. cap. admonere.* ubi gl. *verb. Monafteriis.* 33. *quæft.* 7. *cap. defponfatum. cap. agathofa. cap. fcripfit.* 27. *quæft.* 2. *L. fin. princ. C. de Epifc. & Cler.* S. Thom. 2. 2. *quæft.* 8. *art.* 12. Barb. *in cap. fcripturæ. de voto, & voti redempt. & lib.* 1. *Jur. Ecclef. cap.* 42. *num.* 184. Tamburin. *de jure Abb. difp.* 6. *to.* 3. *quæft.* 27. *num.* 9. Laym. *in fum. tract.* 5. *cap.* 10. Diana *par.* 3. *tract.* 6. *refol.* 65. Caftropal. *tract.* 16. *difp.* 2. *p.* 7. & alii apud Gonzal. *lib.* 3. *Decretal. tit.* 34. *cap.* 4. *num.* 2. quia votum Religionis eft adeo perfectum, ut omne aliud refolvat. *auth. de nupt. collat.* 4. §. *diftrahuntur.* & eft Deo gratius quocunque alio voto. Concil. Trid. *feff.* 24 *cap.* 6. *&* 10. *de ref.* Neque refert, quod juxta *cap. rurfus. qui Clerici, vel voventes. cap. fi quid bonum. & cap. viduas.* 27. *quæft.* 1. votum fimplex, & folemne æqualiter apud Deum obligant, fed votum folemne non poteft commutari propria voluntate, ergo nec fimplex; quia licet votum fimplex, & folemne æqualiter obligent quoad Deum, tamen folemne eft perfectionis, & ideo non eft commutabile, nifi in ftrictius & perfectius. *cap. licet. d. Regular.* votum vero fimplex eft imperfectius, & ideo commutari poteft in perfectius, uti in votum Religionis. Neque obftat *cap. commiffum. de fponfal.* ubi qui juravit contrahere matrimonium cum aliqua fœmina, fi vellit ingredi Religionem, tenetur prius juramentum implere, ergo etiam votum fimplex debet prius adimpleri, juxta *cap. commiffum. de fponfal.* Refpondent ibi Panorm. & Felin. textum procedere, cum juramentum fuit præftitum in gratiam alterius, quia tunc non admittitur commutatio etiam in melius, nifi parte, cui fuit juratum, fatisfacta. Sylveft. *in fum. verb. matrimonium.* 7. *quæft.* 5. Covar. *de fponfal. par.* 1. *cap.* 5. *in princ. num.* 11. alii volunt textum continere tantum confilium, non præceptum, vide Gonzal. *lib.* 3. *tit.* 32. *cap.* 2. *num.* 10. Minus obftat, quod ftatus Epifcopalis fit perfectior ftatu religiofo. *cap. nifi cum pridem.* §. *nec putes. de Renuntiatione. cap. fi Religiofus. de elect. in* 6. fed qui promifit ingredi Religionem, fi eligatur Epifcopus, prius debet ingredi Religionem, quam confecretur in Epifcopum. *cap. per tuas. de voto, & voti redempt.* ergo per ftatum perfectiorem non liberatur quis a votis emiffis. Refpondetur, claram effe refponfionem, quia & voto, & confecrationi in Epifcopum fatisfieri poteft, ut patet, & §. proximo explicabitur. Manet ergo, quod votum fimplex in melius commutari poffit, uti in votum Religionis; imo quodcunque votum Novitii per profeffionem in Religione, & vota folemnia, exfpirat. Barb. *de jure Ecclef. lib.* 1. *cap.* 42. *nu.* 183. an fit difpenfabile ab Epifcopo, vide in praxi *Epifcopi*.

Quæres, an valeat votum non acceptandi Epifcopatum? Refpondetur, tale votum valere, quia eft actus humilitatis, & tale votum habent PP. Societ. & ediderunt plures Sancti, uti teftatur Diana *par.* 6. *tract.* 7. *ref.* 27. qui citat Suarez *de Relig. to.* 2. *lib.* 2. *cap.* 13. *de jurament.* Laym. *lib.* 4. *tract.* 4. *de voto. cap.* 2. *num.* 14. Caftropal. *to.* 3. *tract.* 15. *difp.* 1. *p.* 8. §. 5. *num.* 7. & alios. 10

Diximus fupra, poffe voventem mutare votum fuum in melius etiam propria authoritate; fed poteftne mutari non tantum in evidenter melius, fed etiam in evidenter æquale. Refpondetur, controverti hoc inter Theologos, & affirmativam tenet P. Thom. Tamburinus *lib.* 3. *in Decal. cap.* 16. §. 5. *num.* 14. & alii apud Sanchez *moral. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 10. quam probabilem vocat P. Pirhing *l. c.* §. 5. *num.* 25. *verf. contrarium tamen.* qui res, five materia voti, fi fit evidenter æque bona, non poteft non effe æqualiter grata Deo. Quod vero privata authoritate non poffit commutari in evidenter æquale, docent Sanchez *loc. cit. num.* 12. Suarez *lib.* 6. *de voto. cap.* 19. *n.* 3. quia quamvis opus fubrogatum fit æquale operi promiffo fecundum fe confiderato, tamen hoc ipfo, quod fit promiffum, melius eft, quam non promiffum. 11

Præterea votum commutare poteft S. Pontifex, uti peregrinationis in terram fanctam, in eleemofynas, jejunia, & fimilia opera, imo etiam totaliter relaxare. Votum autem fimplex caftitatis a Summo Pontifice relaxari, aut commutari folet ex caufa periculi incontinentiæ, ad quam tamen non fufficiunt quæcunque tentationes carnis, nec timor unius, vel alterius lapfus. Filiuc. *to.* 1. *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 10. *num.* 353. Diana 12

par.

par. 8. *tract.* 3. *ref.* 107. Item propter facilitatem, & levitatem voventis in vovendo. Navar. *in man. cap.* 12. *num.* 7. qui citat Abb. *in cap.* 2. *de voto.* qui tamen non loquitur de voto castitatis, sed jejunii. Item propter necessitatem, vel utilitatem publicam, non autem propter privatam. *cap.* 1. *&* 2. *de voto.* Navar. *l. c.*

§. IV.

An, qui vovit ingredi Religionem, aut etiam profiteri; possit licite ante impletum votum Episcopatum accipere?

13 Innoc. *in cap. per tuas. de voto, & voti redemptione* statuit, ut is, qui emisit votum Religionis, & neglexit illud implere, Episcopum electum, debere adimplere votum renuntiatio Episcopatu, & si iterum eligatur, postquam ingressus fuit Religionem, aut ratificetur prior electio, posse confirmari, & consecrari in Episcopum. Sed huic Innocentii decisioni obstare videntur, quæ supra diximus *ex cap.* 1. *de voto, & voti redemptione.* quod non sit fractor voti, qui illud in melius permutat, & perfectius bonum; cum ergo Episcopatus sit perfectior status, quam Religionis, acceptando Episcopatum, videtur votum melius & perfectius adimplere.

14 His non obstantibus tenenda est Innocentii decisio cum sequenti tamen distinctione, quod si vovens non tantum ad Episcopatum fuit electus, sed etiam confirmatus, aut consecratus, non possit relicto Episcopatu ingredi Religionem inconsulto Pontifice propter vinculum matrimonii spiritualis inter ipsum, & Ecclesiam contracti. *cap. nisi cum pridem. de renunt.* Suarez *de Relig. to.* 3. *lib.* 1. *cap.* 19. Basseus *verb. Religio.* 2. *num.* 1. Castropal. *oper. moral. to.* 3. *tract.* 16. *disp.* 1. *p.* 7. §. 1. & alii apud Gonzal. *in cap. per tuas de voto, & voti redempt. lib.* 3. *tit.* 34. P. Pirhing *lib.* 3. *tit.* 34. §. 4. *num.* 21. & probatur *ex cap.* 2. *de translat. Episc. cap. nisi cum pridem.* 10. *de renunt.* Azor. *par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 22. *quæst. ult.* Laym. *lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 6. *num.* 16. *&* *in* 3. *Decretal. tit.* 34. *cap. per tuas. de voto, & voti redempt.* Si vero vovens Religionem fuit solum electus ad Episcopatum, tenetur ingredi Religionem. DD. cit. neque obstat argumentum in contrarium factum, quia licet Episcopatus sit altior, & perfectior status, non potest tamen votum Religionis privata voventis authoritate commutari in Episcopatum tanquam meliorem; quia Episcopatus est status perfectionis potius alienæ, quam propriæ, hoc est, non est ita ordinatus ad salutem propriam, quam alienam; quia hominem per se non perficit, & meliorem reddit, sed potius perfectum esse supponit, neque est medium ita aptum ad perficiendum se ipsum, sicut status Religionis, quia propterea ipsi voventi melior est, & Deo gratior; & ideo, si aliud non exigat necessitas, uti defectus aliorum æque idoneorum, præferri debet. Ad hæc quamvis non repugnet, quod Religiosus fiat Episcopus, quia solum eximitur ab obedientia suorum Superiorum, & subditur S. Pontifici, & de cætero remanet Religiosus, non est tamen conveniens, Episcopum fieri Religiosum, ne fiat ex Magistro Discipulus, & ea subire debeat, quæ Episcopali non competunt dignitati, nisi ab Episcopatu deponeretur, quo casu obligatio ingrediendi Religionem, quæ durante Episcopatu fuit in suspenso, reviviscéret. vide Pirhing. *l. c.*

§. V.

Utrum, & quando obliget votum, & adimpleri debeat, an etiam impedimento interveniente?

15 In voto verum est illud, quod, quæ ab initio sunt libertatis, ex post facto fiant necessitatis. *L. sicut* 5. *C. de oblig. & action.* quia licet unicuique liberum sit, vovere, & non vovere, votum tamen factum implere debet. *cap. licet.* 6. *de voto, & voti redempt.* Votum vero absolutum & sine temporis præfixione editum statim obligat, & impleri debet, ac commode potest. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 2. *ad* 3. quod probatur *ex cap.* 23. *Deuteron. vers.* 21. *& ex cap. non est.* 5. *de voto, & voti redempt.* ita ut si in tempore, seu substantia a Superiore non fuerit dispensatus, dicatur voti transgressor; quia omnis promissio absoluta non limitata ad tempus, statim obligationem parit. *L. eum, qui,* 41. §. *quoties. ff. de V. O. &* §. *omnis stipulatio.* ubi gl. *verb. confestim. Instit. de V. O. & reg.* 14. *ff. de R. J.* quamvis justa concurrente causa voti executio differri possit, juxta *cap. non est. de voto, & voti redemptione;* quia tamen nemo debet interpretari suum votum, nisi sit certus de non obligatione, ideo authoritas Superioris requirenda est, scilicet Pontificis pro differenda voti executione. P. Pirhing *l. c.* §. 2. *nu.* 9.

Causa vero justa est differendi voti executionem, quod non est ad certum tempus determinatum; est, si spes sit postea commodius exequendi, nisi probabile sit periculum superventuri impedimenti, si vero impedimentum occurrat, quod difficilem facit voti executionem, si votum est temporale, differri debet, si est perpetuum, redimi debet, aut permutari, aut dispensatione auferri. *cap. quod super his.* 8. *de voto &c.* Pirhing *l. c. n.* 10. 16

Votum eleemosynæ indeterminatum quoad quantitatem, & qualitatem valet, & vovens ad quantitatem saltem minimam, & qualitatem utilem præstandam obligatur, juxta Panorm. *in cap. ex parte.* 18. *de censib. a num.* 2. ubi Butr. *num.* 7. Suarez *de voto. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 15. & probatur etiam ex *L. nummis.* 75. *ff. de legat.* 3. si vero est indeterminatum quoad individuum, uti si vovisti equum ex pluribus, quos habes, in tuo, vel hæredis arbitrio est dare, quem velis. Molina *de Just. & Jur. disp.* 270. *num.* 6. *L. qui ex pluribus.* 106. *ff. de V. O.* 17

Votum castitatis emissum ab eo, cui utilius est matrimonium ob incontinentiam non valet secundum aliquos apud Dianam *par.* 10. *tract.* 11. *ref.* 47. qui tamen contrarium ut tutius defendit, & merito ob stylum Curiæ dispensandi super ejusmodi votis. 18

Quæres primo, an vovens castitatem dependenter a Religione teneatur eam servare in sæculo? Laym. *lib.* 4. *moral. tract.* 1. *cap.* 6. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 20. Gobat. *de imped. matrim. cas.* 3. *num.* 102. tenent, non teneri, sicut nec illum, qui dubitat, an voverit. 19

Quæres secundo, an vovens ingredi Religionem satisfecerit, si fuit in Novitiatu, & fuit dimissus? Respondetur satisfecisse, nec teneri ingredi aliam Religionem. Gobat. *de imped. matrim. cas.* 3. *num.* 101. Item si sit eques Melitensis. Diana *par.* 3. *tract.* 4. *ref.* 243. Item si petiit ingressum, & fuit rejectus. Diana *par.* 6. *tract.* 7. *ref.* 53. 20

Quæres tertio, an vovens Religionis ingressum, & in illa profiteri, possit infra annum probationis egredi? Dicendum, quod possit; quia non potest anno Novitiatus renuntiare, & intelligitur se obligasse sub conditione, quatenus placeat Religio. Diana *par.* 2. *tract.* 17. *ref.* 10. ubi DD. pro utraque sententia. 21

Quæres quarto, vovisti alicui imagini calicem, & illum transmisisti per personam, quæ credebatur fidelis, quæ tamen illum non tradidit, fuistine liberatus ab obligatione? Respondetur affirmative a Diana *par.* 10. *tract.* 16. *ref.* 97. 22

Quæres quinto, an vovens, postquam illius votum fuit commutatum in melius, possit redire ad suum votum pristinum? Affirmant Diana *par.* 2. *tract.* 16. *ref.* 8. Sanchez *de matrim. lib.* 8. *disp.* 9. Bonac. *de LL. disp.* 4. *quæst.* 2. *p.* 7. negant vero Suarez, & alii apud Dianam *l. c.* 23

Quæres, quando votum cesset quoad obligationem? Respondetur cessare primo, si cessat causa finalis adæquata. *cap. cum cessante.* 60. *de appellat.* veluti si vovisti non ingredi domum hospitis, seu tabernam propter periculum ebrietatis, si cessavit esse hospitium, aut taberna, & ita cessat periculum, potes illam ingredi. Idem, dic, si cesset causa vovendi; puta si ad impetrandam sanitatem patri vovisti celebrationem Missæ, aut eleemosynam, mortuo patre non teneris ad votum, quia in casum mortis te non obligasti. Panorm. *in cap. magnæ.* 7. *num.* 14. *de voto.* Sylvest. *verb. votum.* 2. *quæst.* 8. 24

Secundo cessat lapsu temporis voto adimplendo præfixi, in quo materia voti taliter fuit mutata, ut de jure, vel de facto reddatur impossibilis, aut majoris boni impeditiva, aut inutilis esse incipiat *L. pluribus.* 140. 25

§. 2.

§. 2. *ff. de V. O.* Laym. *moral. lib.* 4. *tract.* 4. *cap.* 8. *num:* 3 Tertio cessat, si votum fuit conditionale, & deficiat conditio; quia votum conditionale non obligat ante conditionis eventum, neque tenetur vovens illum expectare. Sanchez *mor. lib.* 4. *de voto. cap.* 22. Gobat. *de impedim. matrim. cas.* 2. *num.* 87. Vovens tamen sub conditione non potest se reddere ineptum ad ejus executionem post conditionis eventum. Bonac. *in Decal. disp.* 5. *quæst.* 2. *p.* 2. *num.* 5. Diana *par.* 9. *tract.* 8. *res.* 3. ubi DD. P. Pirhing *d. lib.* 3. *tit.* 34. §. 4. *num.* 18.

§. VI.

De Votorum irritatione.

26 Cessat voti obligatio, quando irritatum fuit ab illo, sub cujus potestate vovens exivit. Ita pater potest irritare omnia vota personalia, & realia filiorumfam. & patre absente, vel amente eorum avi paterni. *Can.* 1. *Can. puella.* 20. *quæst.* 2. & *Can. mulier.* 32. *quæst.* 2. Sanchez *loc. cit. cap.* 35. *num.* 7. Suarez *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 1. & in defectum patris, aut avi paterni irritare vota filii impuberis mater, juxta *Can.* 1. & *Can. puella cit.* Laym. *moral. lib.* 4. *cap.* 7. *tract.* 4. *num.* 10. eandem potestatem irritandi vota impuberum habet Tutor, etsi Pupillus factus sit pubes, dummodo votum fuerit emissum in impubertate, & post pubertatem illa non confirmarit, juxta *cap. fin. de sent. excomm.* Navar. *in man. cap.* 12. *num.* 7. Laym. *l. c. nu.* 11. apud quem Suarez, Sanchez *ll. cc.* & alii. Possunt etiam a prædictis irritari vota a puberibus facta, si præjudicent administrationi domesticæ, & gubernationi. *d. cap. puella. L. Deo nobis.* 56. §. 1. *C. de Episc. & Cler.*

27 Ita votum servi potest irritari a Domino, quatenus eidem præjudicat, secus si non præjudicat, quia in istis non subsunt servi Dominis, sed sunt sui juris. S. Thom. *in* 4. *dist.* 38. *quæst.* 2. *art.* 1. Sylvest. *in sum. verb. votum.* 4. *quæst.* 2. Suarez *de voto. lib.* 4. *cap.* 3. Bonac. *in Decal. dist.* 4. *quæst.* 2. *p.* 7. §. 2. Et votum servi collatum in tempus libertatis ita valet, ut nequeat irritari a Domino, juxta Less. & Suarez, apud Dianam *par.* 7. *tract.* 7. *res.* 26.

28 Ita votum Uxoris impediens familiæ gubernium, aut præjudicans marito, potest ab illo irritari, aut suspendi, sive sit factum ante, sive post matrimonium, secus quoad alia vota, quæ marito non præjudicant, sicut neque vota, quæ vim obligativam tantum habent post mortem mariti, quia quoad hæc non est subjecta viro, neque illi præjudicat. Quod ampliatur, licet vir dederit uxori licentiam vovendi, quia per hanc non abdicavit jus, quod habet in illam, uti contingit etiam in votis servorum, filiorumfam. Religiosorum &c. ob identitatem rationis. Bonac. *l. c.* videri possunt Pont. *de matrim. lib.* 10. *cap.* 17. § 1. *num.* 3. Laym. *l. c. cap.* 7. *num.* 12. & quoad Religiosos videri potest *cap. licet.* 18. *de Regularibus.*

§. VII.

De Votorum permutatione.

29 Vidimus supra, quod vovens possit votum suum in melius commutare etiam propria authoritate, jam quæritur, a quibus adhuc possint vota commutari? Regula est, quod vota possint eleemosynis redimi, aut in aliud commutari, ut ait Alex. III. *in cap. de Peregrinationis. de voto, & voti redempt.* & probatur *ex cap.* 1. 20. *quæst.* 3. *cap. magnæ. de votor. &c.* ubi Barb. & alii. Diana *par.* 2. *tract.* 2. *res.* 7. Laym. *lib.* 4. *moral. tract.* 4. *cap.* 8. *num.* 12. Manrique *de differ. utriusque for. cap.* 163. *num.* 21. Escobar. *de utroque foro. art.* 5. §. 18. *num.* 180. & alii apud Gonzal. *in* 3. *Decretal. cap.* 1. *de voto, & voti redempt. tit.* 34. *num.* 3.

30 Vota redimi possunt a quolibet Episcopo in sua Diœcesi illis exceptis, quæ S. Pontifici sunt reservata, quæ Episcopus nec redimere, nec commutare potest. Sanchez *de matrim. lib.* 4. *disp.* 9. *num.* 3. Pont. *eod. tract. lib.* 8. *cap.* 8. Hinc votum peregrinationis ad terram sanctam, cum sit de reservatis, non potest redimi, nec commutari, nisi a S. Pontifice, qui illud solet commutare in eleemosynas, jejunia, vel similia opera. Votum vero peregrinationis ad alia loca non reservata potest redimi, & commutari etiam ab Episcopo, & quamvis Cajet. *in summa.* existimet, votum reale esse commutandum in aliud reale, personale in aliud personale, mixtum in mixtum, tamen hoc esse arbitrarium Episcopis, monet Gonzal. *l. c.* & probat *ex cap.* 2. *cap. magnæ. & cap. quod super his. de voto, & voti redempt.*

31 Quamvis omnia vota extinguuntur per professionem in Religione ipso jure absque omni intentione illa commutandi, etsi professionem faciens de illis nihil cogitet. Sanchez *in Decal. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 39. Pirhing *l. c. num.* 28. sive vota sint realia, sive personalia, & ideo votum peregrinationis ad Terram sanctam per professionem tollitur non tantum quoad laborem profectionis, sed etiam quoad subsidium Terræ sanctæ, nisi ejusmodi vota realia edita sint in favorem, vel commodum Ecclesiæ, aut alterius Communitatis, seu privatæ personæ, quæ non extinguuntur, cum parti jus fuerit quæsitum, nisi huic juri suo renuntiet, quia Deo gratum esse non potest obsequium, si quid illi promittitur cum præjudicio alterius, seu injuria erga alium. Imo etiam vota emissa a professo, si transit ad strictiorem, extinguuntur, sive sint temporalia, sive perpetua. Per vota tamen simplicia in Societate Jesu edita post biennium Novitiatus, aut etiam Coadjutorum formatorum, quæ publica sunt, sed non solemnia, non extinguuntur ipso facto vota facta in sæculo, aut in Novitiatu, aut in Societate ante solemnem professionem, sed suspenduntur tantum, & ideo si e Societate dimittantur, illa reviviscunt.

32 Votum tamen conditionale est dispensabile, aut permutabile etiam ab Episcopo, aut a Regularibus habentibus privilegium. Gobat. *in tract. de Jubilæo. nu.* 317. & *de impedim. matrim. cas.* 3. *num.* 100. Bonac. *in Decal. disp.* 4. *quæst.* 2. *p.* 7. §. 4.

De dispensatione votorum diximus in praxi *Dispensationis.*

33 Votum redeundi ad Religionem non probatur ex scripturis informibus productis, præsertim si concurrunt testes in contrarium, ac factum perseverantis permanentiæ in sæculo, & satis est facere dubias probationes Actoris, ne suffragentur. *cap. in præsentia. de probat.* Castr. *in L. penult.* §. *docere. num.* 45. *ff. ne quis eum.* Dec. *cons.* 37. *sub num.* 9. Rota *in Astensi Coadjutoriæ.* 21. *Junii* 1652. *coram Celso.* Bich. *dec.* 625. *num.* 9. & 10. Neque relevat, quamvis fuerit probatum, nisi a Superiore fuerit acceptatum. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 189. *art.* 3. *ad* 2. Azor. *Instit. moral. par.* 1. *lib.* 11. *cap.* 23. *quæst.* 5. Castropal. *moral. to.* 3. *tract.* 16. *disp.* 1. *p.* 3. *num.* 10. Sanchez *in Decal. lib.* 4. *cap.* 15. *nu.* 28. Bich. *l. c. num.* 11.

USUSFRUCTUS.

Praxis Ususfructus.

§. I.

Quotuplex sit ususfructus, & quid?

1 Est ususfructus duplex, causalis, & formalis. Causalis est, qui est cum proprietate conjunctus, formalis dicitur, qui a proprietate est separatus, qui quidem servitus est ita cohærens personæ, ut ab ea separari non possit. *L.* 1. *ff. de servit. L.* 4. *ff. de novat.* Angel. *cons.* 153. Barb. *in L. si alienam. num.* 56. *ff. sol. matrim.* Morla *in emptor. par.* 1. *tit.* 6. *ff. de servit. q.* 1. *num.* 5. Dicitur autem personalis servitus, quia a persona, qui debetur, non a prædio serviente nomen accipit, & quia cum persona extinguitur. *L. sicuti.* §. *fin. ff. quib. mod. ususfruct. amittatur.* Bart. *in d. L.* 1. *ff. de servit.* De Castillo *de usufr. cap.* 1. *a. num.* 3. qui probat hanc divisionem ex diversis juris textibus, & multorum DD. auctoritate, quibus accedit Mascard. *de prob. conclus.* 1426. *numer.* 10. contra Alciatum, & alios.

2 Est etiam ususfructus alius conventionalis, alius legalis, juxta Bald. & Angel. *in L.* 1. §. *si ususfructus.*

ff. ad

ff. ad L. Facid. Pinell. par. 2. L. 1. C. de bon. mat. num. 68. Gomez var. ref. to. 2. c. 15. de servit. num. 1. Molina de Primogeniis Hispaniæ. lib. 1. cap. 27. num. 11. Garz. de expen. & melior. cap. 11. num. 1. verf. quod quidem de usufructuario dato. num. 7. Castillo de usuf. cap. 2. num. 1. Conventionalis est, qui oritur ab hominis dispositione facta inter vivos, aut in ultima voluntate. Legalis est, qui sola Legis dispositione, & voluntate absque facto aliquo hominis inducitur. Castillo l. c. num. 7. & 8. quod exemplificatur in conjuge transeunte ad secundas nuptias, & in patre bonorum adventitiorum filii legitimo administratore, & usufructuario. Gomez l. c. cap. 15. num. 1. de servit. Ita mulier transiens ad secundas nuptias exstantibus filiis, tenetur illis reservare non tantum omnia bona, quæ habuit a priori merito titulo lucrativo, sed etiam quæ per successionem ab intestato filiorum primi matrimonii consecuta est solo usufructu apud illam manente. L. fœmine. C. de secund. nupt. & L. hoc edictali. eod. L. mater. C. ad S. C. Tertull. Rol. conf. 95. num. 8. vol. 1. Afflict. dec. 75. Ruin. conf. 113. vol. 2. Cephal. conf. 288. num. 2. vol. 2. Bursat. conf. 12. lib. 1. Menoch. conf. 237. num. 3. lib. 2. Gail. lib. 2. obs. 98. n. 1. secus si filii prioris matrimonii non exstant, quando transit ad secunda vota, quia tunc non amittit ea, quæ habuit a primo marito titulo lucrativo, aut ex successione filiorum ex substantia ejus, sed in usufructu, & proprietate pleno jure succedit. Cephal. commun. contra commun. quæst. 671. vol. 2. Jo. Franc. a Ponte conf. 191. num. 64. lib. 1. nisi nepotes ex filiis existent, quia pœna hæc conjugi ad secundas nuptias transeunti fuit imposita filiorum favore, quibus succedunt nepotes. L. fœminæ. §. illud. verf. nullam. L. generaliter. & L. hac edictali. C. de secundis nupt. Gabr. de secun. nupt. conclus. 1. num. 8. Mynsing. cent. 5. obs. 24. num. 4. Bursat. conf. 12. nu. 9. lib. 1. Crass. in §. successio ab intestato. quæst. 17. nu. 8. Menoch. conf. 155. num. 22. lib. 2. de Castillo l. c. a num. 12. quæ pœna non fuit sublata a Jure Canonico per cap. penult. & cap. fin. de secund. nupt. Innoc. in cap. fin. ubi Ant. de Butrio num. 2. Gabr. l. c. Covar. in 4. par. 2. cap. 3. §. 9. num. 4. Gail. l. c. De Castillo l. c. num. 16. sed tantum pœnæ in odium secundarum nuptiarum inductæ. d. cap. penult. & fin. de secund. nupt. Gabr. de secund. nupt. conclus. 5. Rol. conf. 95. num. 6. vol. 1. Afflict. dec. 75. videri etiam potest Vivius commun. opin. litt. M. conclus. 5. Crass. in §. successio ab intestato. quæst. 17. a num. 4. Cancer. var. res. cap. 5. a num. 19. Gail. & Mynsing. ll. cc. Et an fructus, quos pater poterat percipere ex bonis filiorum prioris matrimonii, sed morte præventus non percepit, spectent unice ad filios priori matrimonii, an vero dividi debeant etiam inter filios secundi matrimonii, vide Castill. l. c. num. 38. & seqq. affirmantem, si sunt pendentes, quia sunt pars fundi. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 7. num. 37. Covar. var. res. lib. 1. cap. 15. & cap. 3. num. 1. & 2. Thes. dec. 55. per tot.

3 His notatis usufructus est facultas percipiendi fructus ex re sive propria, sive aliena jure servitutis personalis salva rei substantia. L. 1. L. 3. §. constitit. L. usufructu. 7. ff. de usufr. L. 1. §. 1. ff. de usufr. De Castillo de usufr. cap. 4. num. 1. Gomez to 2. var. resol. c. 15. de servit. num. 3. Gabr. de usufr. conclus. 2. Bursat. conf. 360. num. 16. lib. 4.

§. II.

Quæ actiones competant ad consequendum fructum, & quomodo acquiratur usufructus?

4 Primo Usufructuarius habet actionem personalem ex testamento, per quam petit rem sibi dari, non tantum tradi. Secundo interdictum adipiscendæ possessionis. Menoch. de adipisc. remed. 2. num. 83. usque ad num. 86. Tertio habet actionem in rem, aut vendicationem. Franc. Marius dec. 832. n. 3. par. 1. Pinell. 2. par. L. 1. C. de bon. mater. n. 18. Gomez to. 1. var. res. cap. 12. de legat. n. 7. Burgnin. de usufr. mulieri relict. nu. 7. & 15. Castill. de usufr. cap. 6. nu. 8. & seqq. Quarto habet actionem hypothecariam pro usufructu rei legatæ. DD. mox cit. quæ tamen actiones non nascuntur nisi adita hæreditate, quia ante aditam hæreditatem non potest confirmatum esse testamentum. Bald. in L. 1. C. commun. de leg. nu. 5. & ususfructus legatum non cedit nisi a die aditæ hæreditatis. L. 1. §. dies autem. ff. quando dies ususfruc. legati cedat. L. si servo hæreditario. ff. quib. mod. usufruc. amittatur. tamen habet usufructuarius actionem contra hæredem ob retardatam hæreditatis aditionem dolo commissam. L. si usufr. ff. de usufr.

Ususfructus non acquiritur Usufructuario ipso facto, 5
nec potest illius possessionem propria authoritate apprehendere, nisi aliter testator tacite vel expresse disposuerit, sed debet accipere possessionem a manu hæredis, alias cadit jure suo. L. non est dubium. C. de legat. Benedict. in cap. Raynutius. de testam. Covar. lib. 3. var. res. cap. 16. n. 7. verf. bis præterea suffragatur. Menoch. de recuper. rem. 5. nu. 30. usque ad 37. Gomez to. 1. cap. 12. n. 10. Natta conf. 477. nu. 3. lib. 2. Crass. in §. legat. quæst. 67. nu. 13. in §. testamentum. quæst. 67. & in §. fideicommissum. quæst. 43. Castill. loc. cit. cap. 6. num. 18. Boer. dec. 199. Ciarlin. controv. for. cap. 109. num. 25. nisi usufructuarius haberet legatum usufructus non ex legato, sed ex institutione. Rota post Pajuel. dec. 24. aut nisi usufructuarius accepisset rem legatam nondum adita per hæredem hæreditate, & nondum per illum acquisita illius possessione, quia tunc non cadit jure suo, sed tantum si post aditam hæreditatem, & acquisitam rerum hæreditariarum possessionem legatum propria authoritate accepit, & non de manu hæredis. Potest tamen hæres agere contra legatarium, seu usufructuarium, qui ante aditam hæreditatem legatum occupavit, ut possessionem rei ablatæ sibi restituat. L. 1. §. rediguntur. ff. quorum legator. L. un. C. eod. tit. quamvis etiam in hoc contrarium sentiat Covar. l. c. cum Oldrado, & Alberic. De Castillo l. c. nu. 22.

Conclusio limitatur ab aliquibus in Usufructuario uni- 6
versali omnium bonorum, qui secundum illos potest adire usumfructum propria authoritate. Ita Fachin. lib. 4. controv. Jur. cap. 16. verf. ego priorem. Bellon. de jure accrescendi. cap. 7. quæst. 16. a nu. 202. Sperell. dec. 145. nu. 8. qui citat Dec. conf. 277. n. 9. Guliel. de Bened. in cap. Raynut. in verb. reliquit. nu. 8. verf. 2. Ruin. conf. 51. verf. & quia jure. num. 6. & conf. 54. sub num. 14. verf. & propterea. vol. 2. sed Castillus d. cap. 6. nu. 26. tenet, Usufructuarium sive particularem, aut certæ rei, sive universalem omnium bonorum non posse possessionem accipere nisi de manu hæredis, aut proprietarii, alias illum omne jus amittere, & citat Alex. conf. 50. nu. 5. lib. 7. Socin. conf. 131. num. 8. lib. 1. Pinell. 2. par. L. 1. C. de bon. mat. n. 61. & 62. Rol. conf. 77. num. 38. vol. 1. Franc. Mar. dec. 493. nu. 1. par. 2. Borgnin. de usufr. mulier. a nu. 9. Menoch. conf. 105. nu. 96. lib. 1. Peregr. de fideic. art. 47. nu. 51. & plurimos alios, nisi adsit licentia expressa, vel tacita testatoris.

Usufructuarius, cum vere, & naturaliter possideat nomine proprio, sibi, & non Domino fundum, seu rem, in quibus habet usumfructum, juxta gl. in verb. ex contrario. L. 3. §. ex contrario. ff. de acquir. possess. Bart. & DD. in L. naturaliter. ff. de acquir. possess. Menoch. de recuper. remed. 1. quæst. 5. num. 70. & remed. 9. num. 297. & retin. rem. 3. num. 70. & 77. Boer. dec. 28. a num. 1. Franc. Marius dec. 867. num. 1. par. 1. Covar. in reg. possessor. par. 2. num. 5. Oddo conf. 82. nu. 19. lib. 1. Surd. conf. 162. nu. 13. lib. 2. Hippolytus Rimin. con. 545. nu. 4. Castill. d. cap. 6. nu. 28. habet remedia, seu interdicta possessoria tanquam verus possessor. Menoch. adipisc. rem. 2. a nu. 83. & si fuit spoliatus, interdictum recuperandæ, juxta L. 3. §. un. de vi interdictum. ff. de vi, & vi armata. Ita DD. cit. & communis contra alios.

Præterea Usufructuarius pro vendicanda servitute de- 7
bita prædio fructuario habet vendicationem utilem. DD. apud Castill. l. c. cap. 7. nu. 14. contra Bart. in L. 1. §. Item Juliano. ff. de remiss. n. 5. Felician. de censi. in præfat. nu. 14. verf. estque magis amica. fol. 7. eo quod usufructuarius in re fructuaria dominium non habeat, quod idem fatetur Castill. loc. cit. nu. 20. ut suo nomine vendicare non possit, sed nomine Domini, seu procuratorio, velut Procurator in rem suam, juxta Castill. loc. cit. in cap. 20. per tot.

§. III.

§. III.

Quando usufructus dies cedat?

8 Usufructus pure relicti dies non cedit nisi ex die aditæ hæreditatis, si vero fuit relictus ad diem, vel sub conditione, nullo modo cedit etiam post aditam hæreditatem, nisi vel dies advenerit, vel conditio fuerit impleta. *L.* 1. §. *dies. ff. quando dies usufr. legati cedat.* Bald. *in L. filius a patre. num.* 3. *ff. de liber. & posthum.* Cephal. *cons.* 429. *nu.* 56. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 159. *num.* 20. *& cons.* 105. *num.* 8. *lib.* 1. Craff. *in* §. *legatum. quæst.* 23. *nu.* 1. Borgnin. *de usufr. mulieri relict. nu.* 93. *vers. quia dies.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 143. *nu.* 1. Castill. *de usufr. cap.* 8. *nu.* 1. *&* 2. in quo usufructus differt a legato in annos singulos relicto, quia legatum annuum cedit statim a die mortis testatoris, & non a die aditæ hæreditatis. *L.* 12. *ff. quando dies leg. ced.* legatum vero usufructus non cedit, nisi a die aditæ hæreditatis.

9 Usufructus omnium bonorum relictus uxori, aut alteri alio hæredes universali post mortem ejus instituto an valeat, discrepant DD. affirmativam probant Craff. *in* §. *legatum. q.* 23. *nu.* 2. Menoch. *cons.* 273. *num.* 1. *lib.* 3. Gail. *lib.* 2. *obs.* 143. Negativam tuentur Jo. Andr. ad Specul. *tit. de pignor.* §. *fin.* Alex. *in L. extraneum. n.* 8. *C. de hæred. instit. & cons.* 162. *nu.* 2. *vol.* 2. Innoc. & Petrus de Ancharano *in cap. fin. de pignor.* quia dies usufructus non cedit, nisi a die aditæ hæreditatis per hæredem institutum, sed in hoc casu hæres institutus adire non potest hæreditatem vivente uxore, aut usufructuario omnium bonorum. Neque confirmari potest mortua uxore, quia eo tempore jam extinctus est usufructus. *L. Titio cum morietur. ff. de usufr.* Affirmativa tamen videtur verior, quam defendit Castill. *de usufr. cap.* 8. *nu.* 30. Bald. *in L. id quod pauperibus. q.* 14. *n.* 27. *C. de Episc. & Cler.* Jas. & Salyc. *in d. L. extraneum.* Cephal *cons.* 607. *n.* 27. qui citat quatuordecim alios DD. Hippol. Rimin. *cons.* 590. *a nu.* 28. *lib.* 5. Benedic. *in cap. Raynut. de testam. verb. reliquis. n.* 7. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 2. *nu.* 5. Craff. *in* §. *legatum. q.* 23. *n.* 2. Borgnin. *de usufr. n.* 69. Simon. de Prat. *de interpret. ult. vol. lib.* 3. *solut.* 1. *n.* 35. *fol.* 6. Oddus *cons.* 91. *n.* 9. quam benigniorem, & æquiorem vocat Gail. *lib.* 2. *obs.* 143. *a nu.* 2. quorum ratio est, quod in hac specie tempus mortis usufructuarii non debeat censeri adjectum institutioni, ut aditionem impediat, sed tantum differendi gratia, ut hæres non habeat commodum usufructus, quamdiu vixerit usufructuarius, & ideo in hoc casu hæres institutus statim adire potest, & transmittere hæreditatem utpote pure institutus hæres, in quo videri potest Gail. *l. c. d. obs.* 143. *n.* 2. sed tenebiturne hoc casu ad solutionem æris alieni? Respondetur affirmative, etiam non dato hæreditati Curatore. Ita Socin. Covar. apud Craff. *in* §. *legatum. q.* 35. *n.* 7. Borgnin. *de usufr. mul. rel. nu.* 224. & alii apud Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 143. *nu.* 15. Castill. *l. c. n.* 33. quo tamen in casu tenebitur uxor sic usufructuaria relicta cautionem præstare, inventarium conficere, ac alia implere, ad quæ tenentur alii usufructuarii, quia adest hæres institutus, cui debet talis cautio præstari. Ruin. *cons.* 206. *n.* 23. *vol.* 2. Castill. *l. c. n.* 35.

10 Præterea dubitatur, an usufructus in testamento relictus ipso jure, & sine facto hæredis in usufructuarium transeat. Dicendum, quod si fuit relictum verbis directis ad ipsum legatarium, dicendo v. g. do, lego, capito, sumito, sive habeto &c. recta via a morte testatoris transit in legatarium, seu usufructuarium sine traditione hæreditatis, sed propria authoritate legatarius possessionem poterit capere. Castill. *loc. cit. cap.* 9. *nu.* 11. Si vero usufructus fuit relictus per damnationem, videlicet verbis ad hæredem directis, dicendo, hæres meus esto, & damnas dare, seu dare facito, aut dato, aut hæredem meum dare jubeo, tunc usufructus ipso jure non acquiritur sine facto, aut patientia hæredis. Castill. *loc. cit. nu.* 13. quia tunc testator hæredem voluntatis suæ executorem elegisse videtur.

§. IV.

Usufructus quibus modis constituatur?

Usufructus quadrupliciter constitui potest. 1. a Lege. 2. a Judice. 3. a Testatore. & 4. a contrahentibus. 11
a Lege constituitur usufructus patri in bonis adventitiis filii. *L. cum oportet. C. de bon. quæ lib.* & matri transeunti ad secundas nuptias in bonis, quæ titulo lucrativo a marito defuncto consecuta est. *L. fœminæ. C. de secund. nupt. a Judice* constituitur usufructus in judicio familiæ ercíscundæ, & communi dividundo, cum proprietas uni, alteri usufructus adjudicetur. *L. usufr. pluribus. ff. de usufr. L. & puto.* §. 1. *ff. familiæ erciscun. a Testatore* si leget usumfructum alicui, aut si proprietas deducto usufructu legatur. *L. usufr.* 6. *ff. de usufr.* §. 1. *Instit. de usufructu.* Petrus Gregor. *in syntagm. juris. lib.* 4. *cap.* 5. *de acqu. s. & extinct. usufr. n.* 1. Morla *in empor. par.* 1. *tit.* 6. *ff. de servit. n.* 69. *in fin. & n.* 70. *ac seqq. a Contrahentibus* pactionibus, & stipulationibus. Castill. *loc. cit. cap.* 10. *a num.* 1. *usque ad nonum.*

Quæres, utrum usufructus, aut alterius servitutis constituenda obligatio sit dandi, vel faciendi? & qui servitutem, aut aliam servitutem constituere tenetur, an præcise ad constitutionem adstringi possit? Concluditur usumfructum, aut alterius servitutis constituendæ obligationem esse dandi. DD. communiter apud Castill. *l. c. cap.* 13. *num.* 2. quia simplex obligatio dandi dicitur quoties dare duntaxat est in obligatione principaliter, sicut simplex obligatio faciendi dicitur, quoties factum principaliter solummodo est in obligatione, quamvis etiam datio rei accessorie veniat, & ita obligatus ad usumfructum tenetur ad dandum, & accessorie, ac in consequentiam etiam ad tradendum. Bart. *in L. stipulationes non dividuntur. n.* 27. *ff. de V. O.* & ibi Socin. jun. *n.* 347. Fulg. *s. nu.* 4. Et promittens servitutem dicitur simpliciter obligatus ad dandum, nec est attendendum, quod teneatur præstare patientiam, quæ succedit loco traditionis, quia hoc venit duntaxat in consequentiam. videri potest Castill. *l. c. cap.* 13. *per totum.* ubi hanc materiam late examinat. 12

Quæres præterea, an usufructus earum rerum, quæ usu consumuntur, obligatio sit dandi tantum, aut etiam faciendi? Respondetur, esse tantum dandi, ex quo non requiritur aliqua patientia, sed dominium, & possessio transfertur in usufructuarium. *L. si tibi. ff. de usufr. earum rerum.* ubi Alciatus *in* §. *& harum. n.* 50. Castill. *de usufr. cap.* 13. *n.* 19. 13

§. V.

De obligatione usufructuarii.

Usufructuarius tenetur præstare duas cautiones circa rem fructuariam, una est ex edicto Prætoris, altera ex Senatus consulto. Ex edicto Prætoris est generalis, & locum obtinet in rebus, in quibus proprie usufructus constituitur. Ex Senatus consulto cautio proposita est in in illis rebus, in quibus proprie usufructus constitui non poterat, hoc est, in illis, quæ in abusu consistunt, quarum per cautionem quasi usufructus introductus est. *s. constituitur. Instit. de usufructu.* DD. *in L.* 1. *ff. de usufructu earum rer.* Alex. *cons.* 58. *nu.* 7. *vol.* 3. Craveta *cons.* 300. *n.* 4. *&* 5. Rol. *cons.* 73. *n.* 61. *lib.* 2. Ruin. *cons.* 115. *n.* 11. *lib.* 2. Castill. *l. c. cap.* 14. *n.* 1. 14

Cautio prima, scilicet ex edicto Prætoris continet in se, quod usufructuarius sit fruiturus arbitrio boni viri, nec deterioraturus causam usufructus, & cætera facturus, quæ diligens pater familias in re sua faceret. Præterea debet cavere in illis rebus, in quibus proprie usufructus constituitur, & quæ usu non consumuntur, quod rem usufructuariam mobilem, aut immobilem finito usufructu restituet. *L.* 1. §. *cavere. ff. usufructuarius quemadmodum caveat.* Petr. Gregor. *in syntag. jur. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 10. Arius Pinell. *par.* 2. *L.* 1. *C. de bon. mater. n.* 75. Afflict. *dec.* 342. Socin. jun. *cons.* 49. Gabr. *de usufr. conclus.* 1. Clar. *in* §. *testamentum. q.* 64. *&* 66. Cephal. *cons.* 653. *lib.* 5. Ludovic. *dec. Perus.* 61. *n.* 12. *par.* 2. Villalob. *commun. lit. V. n.* 59. Borgnin. *de usufr. mulier. relic. n.* 88. *&* 146. Vivius *commun. opin. lit. C. fol.* 10. *in fin. & fol.* 11. *nu.* 2. Sim. de Præt. 15

de

de interpret. ult. volunt. lib. 4. *dub.* 10. *nu.* 74. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 10. *num.* 161. Cautio vero secunda, vel ex S. Consf. ad eas duntaxat res pertinet, quæ in abusu consistunt, & usu consumuntur, in quibus usufructuarius cavere tenetur, quod quandocunque restitutio fieri debeat, ejus qualitatis restituantur, cujus sunt, cum dantur, aut æstimatis rebus pecuniæ nomine caveatur, cujusmodi sunt vinum, oleum, frumentum, & similia. §. *constituitur. Instit. de usufr. L.* 2. *ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consumuntur.* Bart. *in L. num.* 12. *C. de usufr.* Alex. *cons.* 58. *n.* 10. *lib.* 3. Dec. *cons.* 565. *n.* 5. Rol. *cons.* 92. *n.* 6. *&* 8. *&* 22. Petr. Greg. *in syntag. jur. lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 12. *par.* 1. Gail. *lib.* 2. *obs.* 46. *n.* 3. Thes. *dec.* 80. *n.* 2. Castill. *de usufr. cap.* 14. *n.* 3.

16 Præterea usufructuarius tenetur conficere inventarium, sive sit particularis legatarius quarundam rerum, sive universalis omnium bonorum; quia alias cognosci non posset, an arbitrio boni viri, & plenam rerum, quæ ad manus suas pervenerunt, restitutionem faceret. *L.* 1. §. *recte. ff. usufructuarius quemadmodum caveat.* Rol. *cons.* 92. *nu.* 15. *lib.* 1. Pinell. 2. *par. L.* 1. *C. de bon. mat. n.* 22. Molina *de primogen. Hisp. lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 8. Garz. *de expens. & meliorationib. cap.* 11. *n.* 64. Peregr. *de fideicom. art.* 35. *n.* 26. Castill. *de usufr. cap.* 14. *n.* 4.

17 Hæc autem cautio hunc habet effectum, ut proprietatius, aut is, cui cautum de fruendo arbitrio boni viri, si usufructuarius re abutatur, finito ususfructu plena restitutio fiat, ut sit salva rerum substantia. *L. damni infecti stipulatio.* 18. §. *ei, cujus. & L. inter fructuarium. ff. de damno infecto. L.* 1. §. *habet. ff. de usufructuarius quomodo caveat.* Castill. *l. c. n.* 5.

18 Quæres primo, an usufructuario possit remitti a testatore cautio prætoria de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, quæ ab illo hæredi præstanda est. Et videtur remitti non posse ob text. *in L.* 1. *C. usufructu. & in L. penult. C. ut in possessionem legatorum. & L. pecuniæ ff. eod.* ubi Bart. & in *L. nemo potest. ff. de leg.* 1. *opposit.* 5. *nu.* 3. Gabr. *lib.* 5. *de usufr. conclus.* 1. Clar. *in* §. *testamentum. q.* 64. Rol. *cons* 92. *lib.* 1. *& de confect. invent. quæst. ult. n.* 4. *&* 5. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *interpret.* 1. *solut.* 5. *dubit.* 10. *num.* 74. Ludovic. *dec. Perus.* 61. *nu.* 13. Borgnin. *de usufr. mul. rel. n.* 148. Molina *de just. & jur. trac.* 2. *disp.* 7. Etiam ex licentia Principis sibi concessa, nec tacite, nec expresse, & non obstante hæredis vel proprietarii promissione, quod illum libere frui patientur, nec aliquam molestiam inferent; quia promissio intelligitur de injusta, non de justa, & legitima. Gabr. *loc. l. nu.* 23. Sim. de Præt. *loc. cit. d. dubit.* 10. *nu.* 83. & Communis apud Castill. *de usufr. cap.* 15. *nu.* 5. *&* 6. si vero ususfructus inter vivos constituatur, constituens poterit cautionem remittere. DD. apud Castill. *l. c. nu.* 14. sicut etiam hæres, postquam successit testatori, potest dictam cautionem remittere. Ruin. *cons.* 115. *n.* 5. Dec. *cons.* 565. Craveta *cons.* 187. Borgnin. *loc. cit.* & plures alii apud Castill. *l. c. n.* 16.

19 Porro usufructuarius non præstans cautionem prædictam de utendo, & fruendo arbitrio boni viri, & de restituendis rebus finito usufructu, non facit fructus suos, & est privandus usufructu, quamvis testator remisisset etiam sub pœna privationis. *L.* 1. *& L. si tibi. ff. de usufr.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 109. *n.* 27. Dec. *l. c. n.* 2. *&* 3. Pinell. *in L.* 1. *par.* 2. *n.* 75. *&* 76. *C. de bon. mat.* etiam proprietario non petente. Gail. *lib.* 2. *obs.* 46. *nu.* 7. qui tamen id limitat, nisi usufructuarius bona fide sciente & permittente proprietario in possessionem rerum hæreditariarum venerit; sed tantum quando mala fide, aut invito, & inscio hærede possessionem habuerit. videri etiam potest Castill. *l. c. cap.* 16. *per totum.* qui idem tenet, si hæres, aut proprietarius petiit cautionem, quam tamen non dedit, cum sit in mala fide, & possessor malæ fidei, secus si cautio non fuit petita ab hærede, quia sine interpellatione usufructuarius non constituitur in mora, & ideo facit fructus suos etiam ante cautionem, si possidet, & citat Gabr. *de usufr. lib.* 5. *conclus.* 1. *nu.* 40. Ludovic. *dec. Perus.* 31. *n.* 7. Thes. *dec.* 80. *n.* 3. Natta *cons.* 477. *n.* 1. *lib.* 2. Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 19. *n.* 17. Castill. *l. c. n.* 14.

20 Quæres, an juratoria cautio aliquando sufficere possit? Dicendum, regulariter juratoriam non sufficere; sed debere fieri per dationem fidejussorum. *L.* 4. *C. de usufr. & in L. tribus. ff. de usufr. earum rerum, quæ usu consumuntur.* Jas. *in L.* 1. *col. ult. vers.* 10. *ff. qui satisdare cog.* Alex. *cons.* 57. *nu.* 4. *lib.* . Ruin. *cons.* 206. *nu.* 2. *vol.* 2. Rol. *cons.* 92. *nu.* 11. *lib.* 1. Mynsing. *cent.* 6. *obs.* 48. *nu.* 2. Pinell. *par.* 2. *L.* 1. *C. de bon. mat. num.* 79. Gomez *var. res. to.* 2. *cap.* 15. *de servit. n.* 1. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 11. Molina *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 29. Gail. *lib.* 2. *obs* 47. *n.* 2. & alii, quos sequitur Castill. *de usufr. cap.* 18. *n.* 6. quia usufructuarius idonee cavere debet, juxta superius dicta. Castill. *l. c. & n.* 7. Idonea vero cautio in jure dicitur, quæ fit datis fidejussor. aut pignore. *L. si mandato.* §. *fin. ff. mandati.* ubi gl. *in verb. accepta. L.* 4. §. *si sub conditione. ff de fideicommissariis libertatibus.* Gail. *loc. cit. n.* 4. Tamen qui ex necessitate juris satisdare tenetur, & qui est pauper, aut forensis, & sic non potest invenire fidejussorem. gl. *fin. in L.* 1. *ff. qui satisdare cog.* Ita communissima DD. apud Castill. *l. c. num.* 10. Fachin. *lib.* 8. *controv. Jur. cap.* 40. Rota post tract. Pajatelli *dec.* 24. Barb. *in L. divortio.* §. *interdum. n.* 26. *vers. ult. fol.* 1117. Gail. *loc. cit.* Rol. *cons.* 65. *n.* 24. *lib.* 3. quamvis Castill. *l. c.* post rejectas aliorum sententias, hoc totum Judicis arbitrio relinquendum existimat, qui consideratis personarum qualitatibus, negotii, de quo agitur, circumstantiis, & quantitate patrimonii legatarii, quid fieri debeat, inspiciet. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *dubit.* 10. *num.* 81. Surd. *dec.* 141. *num.* 13. *&* 14. *vol.* 1. an juratoria sit deneganda, uti si usufructuarius sit suspectæ, & improbatæ vitæ, quo casu hæredes, vel proprietarius oblatam ab usufructuario cautionem juratoriam acceptare non tenetur, aut res fructuaria sequestrari debet penes virum aliquem bonum, qui respondeat usufructuario de fructibus secundum *L. postquam.* §. *Imperator. ff. ut legatorum nomine caveatur. & L. si fidejussor.* §. *fin. ff. qui satisdare cog.* Bart. *in L.* 1. *n.* 6. *C. de usufr.* Sim. de Præt. *l. cit. n.* 81. Panorm. & Canonistæ *in cap. ult. de pignor.* Gomez *d. to.* 2. *cap.* 15. *de servit. n.* 3. Pinell. *l. c. n.* 79. *vers. illud autem.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 109. *n.* 32.

Quæres secundo, an maritus, cui ab uxore fuit relictus ususfructus omnium bonorum, aut alicujus partis 21
illorum, alio hærede instituto in proprietate cavere teneatur, sicut alii usufructuarii tenentur etiam respectu dotis, quam actione de dote restituere tenetur hæredibus uxoris? Conclusio est affirmativa, quia regula generalis est, omnem usufructuarium cavere debere, juxta dicta *L. si cujus. L. seq. ff. de usufr. L.* 1. *&* 4. *C. eod. tit. cap. ult. de pignor.* & quod lex non limitat, nec nos limitare debemus. Et hanc tenet Castill. *de usufr. cap.* 19. *a nu.* 9. Neque propterea hæc cautio faciet cessare actionem dotis, juxta Castill. *l. c. a num.* 16. contra Gabr. *de R. J. conclus.* 8. *&* Menoch. *cons.* 151. *nu.* 37. *lib.* 2. Decian. *cons.* 10. *nu.* 19. *vol.* 2. quorum argumenta refellit.

Præterea Usufructuarius tenetur conficere inventarium 22
bonorum, quod Testator remittere non potest. Borgnin. *de usufr. mul. rel. nu.* 141. Ruin. *cons.* 202. *num.* 2. *lib.* 2. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 26. *nu.* 11. *usque ad* 24. Castil. *de usufr. cap.* 15. *nu.* 1. *&* 17. Gratian. *disc. for. cap.* 696. *nu.* 11. *&* 12. Ciarlin. *controv. for. cap.* 109. *nu.* 28. Cyriac. *controv.* 415. *n.* 44. Rolan. *de confect. invent. quæst. ult. num.* 9. Clar. in §. *testamentum. quæst.* 64. *&* 66. *nu.* 3. Ludovis. *dec. Perus.* 61. *nu.* 16. Molina *de primogen. Hisp. lib.* 1. *cap.* 28. *nu.* 13. 15. *&* 16. quamvis testator hæredi inventarium petenti pœnam adjecerit. Bellon. *cons.* 54. *nu.* 4. Sim. de Præt. *cons.* 96. *nu* 6. si tamen testator inventarii confectionem usufructuario remisit, remissio hoc operabitur, quod usufructuarius non teneatur conficere inventarium secundum formam, & solemnitatem Legis fin. §. *sin autem. C. de jure delib.* sed sufficiet, quod facias aliquam descriptionem, juxta Rol. *cons.* 92. *num.* 20. *lib.* 1. Borgnin. *l. c. n.* 337. Gabr. *lib.* 5. *de usufr. conclus.* 1. *nu.* 35. Ludovic. *d. dec.* 61. *n.* 37. Thes. *dec.* 80. *n.* 2. *vers. sed ego crederem.* Secundum quem etiam, quando non fuit facta remissio, sufficit descriptio bonorum facta coram Judice, cum testibus, & juramento usufructuarii. DD. apud Rol. *de confect. inventarii. quæst. ult. n.* 11. Castil. *l. c. nu.* 20.

Quæres tertio, quare remissio cautionis, aut inven- 23
tarii a testatore usufructuario remitti non possit? Respondendum, non tantum propter favorem hæredis, sed ne

ne usufructuarius invitetur ad delinquendum. *L. convenire. ff. de pact. dotal. L. si unus.* §. *illud. ff. de pact.* Rol. *cons.* 92. *nu.* 2. *lib.* 1. *& de confect. invent.* q. 36. *nu.* 1. *& quaest. ult. nu.* 7. apud quem communis DD. Molina *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 27. Sim. de Praet. *lib.* 4. *dubit.* 10. *nu.* 75. *&* 76. quam tamen rationem rejiciunt alii ex eo, quod probaret, etiam haeredem posse remittere, ut diximus supra ex Castillo, & ob alias rationes, quae videri possunt apud Clar. *in* §. *testamentum*, q. 64.

§. VI.

Ex quibus causis privare possit, & quomodo uti, & frui possit re fructuaria?

24 Usufructuarius possessione adepta, & cautione praestita uti, & frui tenetur arbitrio boni viri, & juxta modos a jure praescriptos, & in rebus, in quibus habet usumfructum, maximam curam, custodiam, & diligentiam adhibere, & facere omnia, quae diligentissimus paterfamilias facere omnia, quae diligentissimus paterfamilias facere posset, & deberet, tenetur. *L. ea igitur. ff. de pignorat. act.* Ruin. *cons.* 57. *n.* 7. *vol.* 7. Craveta *cons.* 300. *a n.* 1. Borgnin. *l. c. n.* 156. Gomez *var. res. cap.* 15. *de servit. n.* 6. *to.* 2. Molina *l. c. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 3. Cephal. *cons.* 653. *n.* 5. *lib.* 5. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 11. *in princ.* quia censetur usufructuario demandata custodia rei, & jurium, tam in judicio, quam extra. Bart. *in L. apud Trebatium.* §. 1. *n.* 1. *ff. de aqua pluvia arcen.* Alex. & Jas. *in L.* 1. §. *ult. n.* 3. *ff. de nov. oper. nunc.* Dec. *cons.* 418. *n.* 7. Menoch. *cons.* 66. *n.* 30. *lib.* 1. & usufructuarius censetur Procurator in rem propriam, & habere mandatum generale. Gomez *l. c. c.* 15. *de servit. n.* 6. apud quem DD. Pinell. *L.* 1. *par.* 2. *C. de bon. mater. n.* 16. Garz. *l. c. d. cap.* 11. *nu.* 3. Ruin. *cons.* 206. *n.* 29. *vol.* 2. Crass. *in* §. *legatum. q.* 34.

25 Hinc si usufructuarius non utatur, nec fruatur arbitrio boni viri, sed male versetur in re fructuaria, illam deteriorando, aut arbores frugiferas incidendo, expelli quidem non potest, ad interesse tamen tenetur, juxta Ruin. *in L. divortio.* §. *si fundum. n.* 2. *ff. sol. matr.* Beroum *cons* 54. *a n.* 19. *lib.* 3. Sed quod expelli possit, & usumfructum amittat, docent Bald. *cons.* 290. *vol.* 2. Castr. *in auth. qui rem. n.* 2. Jas. *n.* 4. *C. de SS. Eccles.* Rol. *cons.* 49. *nu.* 12. *lib.* 2. Tiraquel. *de retract. convent.* §. 3. *gl.* 1. *n.* 22. Pinell. 2. *par. L.* 1. *C. de bon. mat. n.* 60. Cephal. *cons.* 653. *n.* 4. *lib.* 5. Menoch. *de arbitr. cas.* 78. *n.* 1. *&* 3. Ludovic. *dec. Perus.* 22. *n.* 5. *&* 6. Barb. *in d. L. divortio.* Castill. *de usufr. cap.* 21. *n.* 9. & probant *ex auth. qui rem. C. de SS. Eccles.* Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 11. *n.* 34. Ut possit tamen Usufructuarius expelli, non sufficit qualibet deterioratio, sed debet esse notabilis, non modica, & debet esse perpetua, & non circa fructus, & culturam, sed circa rem ipsam, & insuper deterioratio debet esse dolosa, & culpabilis. Jas. *cons.* 3. *nu.* 7. Carocius *de locat. & conduc. q.* 7. *n.* 41. Ludovic. *dec. Perus.* 22. *n.* 21. Natta *cons.* 477. *n.* 7. Garz. *de expen. & meliorat. cap.* 11. Borgnin. *de usufr. mul. rel. num.* 157. quaenam vero deterioratio sit notabilis, aut magna, seu modica, remittitur Judicis arbitrio. Menoch. *de arbitr. cas.* 78. *n.* 8. Castill. *l. c. n.* 17. Et in dubio, an deterioratio contigerit dolo, vel culpa usufructuarii, an praesumatur contra usufructuarium, & onus probandi, cui incumbat, vide Menoch. *cons.* 130. *nu.* 4. Bald. *cons.* 190. *vol.* 2. Crot. *cons.* 215. *vol.* 1. Ludovic. *dec. Perus.* 22. *n.* 25. Castill. *l. c. n.* 19.

26 Dicitur autem Usufructuarius non frui arbitrio boni viri, qui contra solitum testatoris usum re fructuaria utitur, aut modum illius non servat, uti si testator de triennio in triennium, aut de septennio in septennium incidere arbores solitus erat, eodem modo usufructuarius incidere debet, & non citius, alias non dicetur uti arbitrio boni viri. Crass. *in* §. *legatum. q.* 33. *in fin.* & si testator, quia nolebat, non utebatur ad usum destinatum, tunc ad rei naturam, & modum, & boni patrisfamilias rationem usufructus exigi debet. Castill. *de usufr. cap.* 22. *n.* 6. *&* 7.

27 Praeterea usufructuarius in rebus fructuariis debet se habere solitus erat. Cephal. *cons.* 653. *n.* 10. *lib.* 5. per text. *in L. sed & si quid.* §. *& si vestimentorum vers. sed an locare. & L. Item. si fundi. ff. de usufr.* quae comprobantur *ex L. Sempronio.* 22. §. *codicillis. ff. de usufr. leg. & L. cum servus.* 81. *ff. de condit. & demonstrat.* Sim. de Praet. *de interpret. ult. volunt. lib.* 1. *interpret.* 1. *dubit.* 3. *solut.* 5. *n.* 51. Mant. *de conject. lib.* 6. *tit.* 9. *per totum. & lib.* 12. *tit.* 15. *n.* 16. Crass. *in* §. *testamentum. q.* 76. *n.* 7. Caroc. *de locat. & conduc. tit. de mercede consuetudinaria. q.* 3. *n.* 3. Menoch. *lib.* 4. *praes.* 106. *n.* 2. Signorol. *cons.* 175. *n.* 6. & alii DD. apud Castill. *l. c. n.* 12. *& seqq.*

Quaeres, an usufructuarius, qui non colit solicite agrum, sive terras arari, & laborari non curat, cadat ab usufructu, aut proprietario ad damnum, seu interesse teneatur? Dicendum, non teneri, quia praedicta pertinent ad commodum fructuum, qui ad usufructuarium pertinent, nisi ager, terra, aut fundus ex eo, quod non fuerit cultus, & laboratus, fuerit factus deterior perpetuo. DD. apud Castill. *de usufr. cap.* 3. *n.* 11. *& seqq.* 28

Usufructuarius, qui non fruitur arbitrio boni viri, & rem fructuariam deteriorat, & versatur male in una re, an cadat etiam ab usufructu aliarum rerum, quae non fuerunt deterioratae, dubitatur. Borgnin. *de usufr. mul. rel. n.* 144. *de Tutore, & Curatore. n.* 79. tenet, amittere duntaxat usumfructum illius rei, in qua male fuit versatus, seu quam deterioravit, non vero illarum rerum, quae non fuerunt deterioratae. Ruin. *cons.* 48. *n.* 12. *vol.* 2. Cephal. *cons.* 139. *n.* 3. *lib.* 1. Petra *de fideic. q.* 10. *n.* 35. tum quia poena debet correspondere delicto. *L. heres. & L. rescriptum. ff. de his, quib. ut indign. L. sancimus. C. de poen.* gl. *in cap. quaesivit. de his, quae fiunt a maj. par. Capit.* Rol. *cons.* 17. *n.* 3. *&* 4. *vol.* 2. Curt. sen. *cons.* 70. *n.* 9. Natta *cons.* 479. *n.* 2. *vol.* 3. tum quia si delinquitur circa rem, hactenus res perditur, quatenus in ea peccatum est. *L. Paulus. & L. Beneficium* ubi DD. *ff. ad L. Falcid.* & DD. cit. & Caroc. *de locato, & cond. tit. de locat. emphyteut. q.* 4. *n.* 1. & contraveniens in parte non privatur in toto. Castill. *l. c. cap.* 24. *n.* 4 *&* 5. & alienans partem feudi, non amittit totum. Curt. jun. *de feud.* 4. *part. princ. dubit.* 1. Clar. *in* §. *feudum. q.* 31. *n.* 4. Grammat. *dec.* 49. *nu.* 2. sed Castill. *l. c. n.* 10. defendit, usufructuarium, qui male versatur in una re, commodo, & jure totius ususfructus privari, juxta Cravet. *cons.* 300. *nu.* 1. *lib.* 2. Borgnin. *de usufr. mul. rel. n.* 144. Petram *de fideicom. q.* 10. *num.* 53. Menoch. *de arb. cas.* 78. *n.* 8. Rol. *cons.* 49. *nu.* 16. *vol.* 2. Corbul. *de caus. ex quib. emphyt. jure suo privatur. caus.* 13. *n.* 14. Caroc. *de locat. tit. de* 4. *grad. accident. q.* 7. *n.* 9. Nattam *cons.* 481. *nu.* 21. *vol.* 3. tum quia, si usufructuarius propter deteriorationem, & dolum in parte commissum caderet tantum a parte deteriorata, illius adjudicatio proprietario esset damnosa, quia tunc culpa usufructuarii acquireret rem tantum deterioratam, quod rationi non convenit. 29

Quaeres ulterius, an Usufructuarius possit incidere arbores frugiferas? Respondetur negative; alias amittit usumfructum, & tenetur ad interesse damni, & deteriorationis. DD. *in L. divortio.* §. *si fundum. ff. sol. matrim.* Dec. *in auth. qui rem. n.* 5. *C. de SS. Eccl.* Rol. Clar. Ludovic. Menoch. & alii, quos sequitur Barb. *in L. divortio.* §. *si fundum. n.* 17. *&* 18. *ff. sol. matrim.* Alex. *cons.* 118. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 5. Crass. *in* §. *legatum. q.* 33. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 11. *a n.* 31. Sicut in emphyt. & vocatione. Caroc. *de locat. grad.* 4. *q.* 7. *nu.* 5. Borgnin. *dec.* 44. *n.* 72. Bursat. *cons.* 91. *n.* 3. *lib.* 1. Clar. *in* §. *emphyt. q.* 26. Garz. *l. c. n.* 34. & alii apud Castill. *de usufr. cap.* 25. *n.* 2. *&* 3. Clar. *in* §. *emphyteusis. q.* 26. quod ita verum est, ut in dubio arborum incisio, & quodcunque aliud damnum facto, & culpa usufructuarii, coloni, aut emphyteutae contigisse praesumatur. Limit. primo, quod incidere possit ad usum destinatum. Natta *cons.* 601. *n.* 6. *vol.* 3. Borgnin. *de usufr. mul. rel. n.* 146. *& dec.* 44. *n.* 52. Caroc. *d. q.* 7. *n.* 20. *&* 21. Limit. secundo, quia incidere potest arbores fructiferas pro reparatione fundi fructuarii. DD. *in L. divortio.* §. *si fundum. ff. sol. matrim.* Tiraquel. *de retract. conventionali.* §. 3. *gl. un. n.* 29. Crass. *in* §. *legatum. q.* 33. Ludovic. *dec. Perus.* 8. *num.* 4. Menoch. *cons.* 13. *n. ult. lib.* 1. Caroc. *loc. cit. nu.* 28. Corbul. *de caus. ex quib. emphyteuta jure suo privatur. caus.* 10. *num.* 4. *& seqq.* Castill. *de usufr. cap.* 25. *a n.* 7. Carpan. *de statum Mediol. cap.* 379. *nu.* 372. Mant. *de tacit. lib.* 22. *tit.* 30

22. *tit.* 29. *nu.* 33. & 34. Giurb. *in constit. Messanæ. par.* 1. *cap.* 15. *gl.* 4. *n.* 17. Rosent. *de feud. cap.* 11. *conclus.* 33. *nu.* 12.

31 Quæres, an usufructuarius possit mutare formam rei fructuariæ faciendo illam meliorem, uti faciendo pratum ex sylva, aut terram arativam, si utilior sit? Respondetur negative, quia debet uti fructu salva rei substantia, sicut nec emphyteuta hoc potest. Corbul. *l. cit.* Tiraquel. Fusc. Molica, Rimin. & alii, quos citat Barb. *in d. L. divortio.* nisi aliter forte obtineret, & servaret regionis consuetudo. vide Castill. *loc. cit. cap.* 25. *n.* 10. Caroc. *de loc. & conduct.* 4. *grad. accidentium. quæst.* 7. *nu.* 26. & 27. *fol.* 191.

32 Quæres tertio, an usufructuarius, emphyteuta, seu colonus licite possit incidere arbores frugiferas, si fundus ex incisione sit fructuosior? Affirmat Tiraquel. *de retrac. convent.* §. 3. *gl. un. nu.* 27. & 28. Post Bald. *cons.* 290. *n.* 2. *lib.* 2. Bolognet. *cons.* 67. Molina *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 22. *nu.* 5. Garz. *de expens. & melior. cap.* 14. *nu.* 11. & *cap.* 16. *n.* 41. contrarium tenet Castill. *l. c. nu.* 16. & citat pro se DD. in quæstione præcedenti mox citatos.

33 Quæres quarto, an usufructuarius possit incidere arbores non fructiferas pro usu suo ad comburendum? Respondetur, posse, si moderate tamen arbitrio boni viri, & minus utiles tanquam bonus pater cædat. gl. & Castr. *in L. divortio. ff. sol. matrim.* Gratian. *disc. for. cap.* 25. Ciarlin. *controv. for. cap.* 51. ubi Costa *de port. rata. q.* 78. Sed quid dicendum de arboribus nocivis sua umbra, aut si sunt perniciosæ vitibus? Respondetur, licitum esse illas incidere. Ciarlin. *d. cap.* 51. *per totum.* sicut etiam vetustas, & corruptioni proximas, præsertim si velit novas substituere. Alex. Castr. & Jas. *in d. L. divortio.* Tiraquel. *l. c.* Natta *cons.* 477. Menoch. *cons.* 460. Corbul. *l. c.* Rosent. *l. c. conclus.* 33. Imo ventorum impetu dejectas, si proprietarius velit illas asportare, eo quod ususfructus in illis sit extinctus, tamen usufructuarius potest de illis sumere, quantum opus habet pro suis usibus; ergo multo magis solo hærentes, in quibus usumfructum habet. Auth. *multo magis.* ubi Bald. *C. de SS. Eccles. L. si quando. ff. de testib. cap. cum in cunctis.* ubi Abb. Jo. Andr. & Imol. *de elect. cap. quamquam.* ubi Franc. *de censib. in* 6. Ciarlin. *l. c.*

34 Quæres quinto, utrum usufructuarius possit incidere arbores cæduas, quæ brevi, aut non brevi tempore renascuntur? Respondetur, sylvam cæduam esse in fructu, & ideo usufructuarium arbores cæduas incidere non tantum pro suo usu, sed etiam ad vendendum. *L. ex sylva. & L. item si fundi. ff. de usufr. L. in sylva. ff. de usucap.* Gutierrez *de tutel. & cur. par.* 3. *cap.* 27. *n.* 9. Crass. *in §. legatum. quæst.* 33. Dicuntur arbores cæduæ non tantum, quæ cito, sed etiam longo tempore renascuntur. Alex. Curt. jun. Paris. & alii apud Arium Pinell. *par.* 2. *L.* 1. *C. de bon. mat. n.* 59. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 11. *n.* 35. Barb. *in d. L. divortio.* §. *si fundum. n.* 2. qui ampliant etiam ad arbores grandes in sylva existentes. Alex. *cons.* 118. *n.* 3. *lib.* 5. Barb. *l. c. n.* 9. *vers. usufructuarius.* & poterit incidere arbores etiam usque ad radicem. Boer. *dec.* 51. *nu.* 9. & Barb. *l. c.* Castill. *l. c. cap.* 25. *n.* 26. & *seqq.* Et hactenus dicta procedunt certe, si ususfructus sylvæ cæduæ principaliter fuerit legatus, si vero sylva fuerit non cædua, potest usufructuarius ad usum vineæ cædere ramos, & pædamenta arborea. DD. *in L. divortio.* §. *si fundum. ff. sol. matrim.* text. *in L. sylva.* 11. *ff. de usufr.* Barb. *in d. L. divortio.* §. *si fundum, a n.* 10. Gutierrez *de tutel. par.* 3. *cap.* 17. *num.* 15. & si legatum esset inutile, aut ususfructus, posset usufructuarius, ne esset inutile, sylvam non cæduam cædere, arbores incidere, & vendere. *L. divus. ff. de usu, & habitat.* Tiraquel. *de retrac. convent.* §. 3. *gl. un. nu.* 30. Caroc. *de locat. & conduc. grad.* 4. *accidentium q.* 7. *nu.* 29. *fol.* 192. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 11. *n.* 37. dummodo moderate hæc fiant. In quo tamen, quod Regionis consuetudo utendi debeat, tenet Castill. *l. c. n.* 41. Crass. *in §. testamentum. q.* 76. *n.* 7. & 11. Mant. *de conject. ult. vol. lib.* 6. *tit.* 7. *n.* 3. & 4. & *lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 15. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 143. Dicitur autem sylva non cædua, quæ non datur ad cædendum, sed ad alios usus, & quæ cæsa non renascitur ex radicibus, aut stirpibus. *L. sylva cædua. ff. de V. S.* Pinell. *par.* 2. *L.* 1. *C. de bon. mat. num.* 59. Molina *de primogenitis Hisp. lib.* 1. *cap.* 22. *n.* 6. Garz. *de expens. l. c. n.* 31. & 37. Gutierrez *l. c. cap.* 27. *n.* 4. & 5. Barb. *l. c. in d.* §. *si fundum. n.* 10. Castill. *l. c. n.* 42.

Limit. supra dicta quoad deteriorationem fundi fructuarii usufructuario prohibitæ procedere etiam in patre, qui habet usumfructum in bonis adventitiis filii, cui non solum notabilis deterioratio prohibetur in bonis adventitiis filii, sed & quæcunque alia, quæ proprietati nocere possit, alias ab usufructu removeri posset. *L. ult.* §. *sin autem. C. de bon. quæ liber. L. si servum.* §. *Prætor ait.* ubi Barb. *ff. de acquir. hered.* Socin. sen. *cons.* 275. *col.* 2. *lib.* 2. Craveta *cons.* 294. *n.* 4. Menoch. *cons.* 4. *num.* 18. *lib.* 1. & *de recuper. poss. rem.* 13. *n.* 8. Castill. *de usufr. cap.* 26. *per totum.* 35

§. VII.

Ususfructus gregis, vel armenti, equitii, item singulorum capitum quid contineat?

Usufructuarius fruitur fœtibus pecudum. text. *in L. vetus. vers. fœtus tamen pecorum. ff. de usufr. & in L. pecud.* §. *in pecud. ff. de usur.* & non tantum habet usumfructum singulorum animalium, sed etiam gregis, & armenti legati. Et grege legato, quod adjicitur, vel diminuitur, legatario, seu usufructuario accrescit, vel decrescit. *L. grege.* 21. *L. si grege.* 22. *ff. de leg.* 1. DD. apud Castill. *de usuf. c.* 27. *n.* 5. & *seqq.* & in legato usufr. gregis, quamvis fœtus, qui nascuntur usufructu durante, spectent ad usufructuarium, tamen capita principalia semper debent esse salva, & si aliqua fuerunt perempta, vel facta inutilia etiam sine culpa usufructuarii, usufructuarius tenetur substituere alia in locum demortuorum, aut inutilium, alias non dicitur usus arbitrio boni viri. *L. fœtus consequentibus. ff. de usufr.* si vero usufructuarius non habuit, quæ substitueret ex fœtibus, aliunde substituere non tenetur, sed tantum restituere gregem talem, ad tantum, prout reperitur tempore ususfructus finiti. Paris. *cons.* 96. *nu.* 6. *vol.* 2. Borgnin. *de usufr. mul. rel. num.* 84. *vers. ubi etiam dicit.* Gomez *to.* 2. *var. res. cap.* 15. *de servit. num.* 7. Crass. *in §. legatum. quæst.* 30. *num. ult.* Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *sol.* 5. *dubit.* 10. *n.* 43. Castill. *l. c. nu.* 12. dummodo non adfuerit negligentia, aut culpa usufructuarii, qui, si totus grex, aut illius capita casu interiissent, ad nihil teneretur. Ratio est, quia ususfructus est jus utendi rebus alienis salva earum substantia; ergo substantia debet manere illæsa substitutione fœtuum. Si vero ususfructus singulorum capitum tantum fuit relictus, usufructuarius nihil supplere, aut substituere tenetur, quia in his, quæ numero certo sunt designata, non est locus augmento, & tunc tot dicuntur ususfructus quot sunt capita, & morte unius finitur ususfructus illius. Castill. *l. c, n.* 15. 36

Quæres, ususfructus gregis quamdiu duret, vel quando extinguatur? Respondetur, quod uno, aut altero pecore extincto, non pereat ususfructus gregis, donec ad tam exiguum numerum fuerit redactus, ut grex esse desinat, grex vero constituitur non minore numero, quam decem. gl. *in verb. gregis.* §. *sed si gregis. Instit. de rer. divis.* Bart. *in L. oves. num.* 2. *ff. de abigeis.* Castill. *l. c. cap.* 27. *num.* 18. tenet ex usu, & facultatibus testatoris id esse dijudicandum, & ex consuetudine patriæ. 37

§. VIII.

Quomodo usufr. usus, & habitatio inter se differant, aut conveniant?

Ususfructus est jus utendi alienis rebus, & fruendi salva rerum substantia, ex quo infertur, quod ususfructus sit servitutis species. L. 1. ubi gl. & Bart. *ff. de servit.* Cæpolla *de servit. c.* 3. *n.* 1. Socin. jun. *cons.* 174. *n.* 1. *vol.* 1. est autem servitus personalis, & non mixta. *L.* 1. *ff. de servit.* 38

Usus est servitus personalis, quæ ea sola complectitur, quibus pro necessitate nostra utimur, aut est jus utendi re aliena, quatenus ad usuarii necessitatem satis est. *L. plenum.* 12. §. 1. *ff. de usu, & habitat.* aut est jus utendi rebus alienis ad quotidianum usum, quod in alium transferri non potest, vel est jus alienis rebus utendi salva earum sub- 39

substantia, & differt ab usufructu, quod ille sit jus utendi, & fruendi, hic vero usus sit tantum jus utendi, & ita ususfructus plenior est, quam usus, quia ususfructus, quidquid emolumenti de re sumi potest, illud totum amplectitur non modo ad usum, sed usque ad lucrum, & voluptatem, & quoscunque alios usus. Usus vero non habet plus, quam quantum opus est, ut nec aliquid desit, nec abundet. Et usus sine fructu esse potest, ususfructus vero sine usu esse non potest, quatenus usus est commoditas, & facultas percipiendi fructus. Gomez. *to. 2. var. res. cap. 10. de individ. nu. 19. vers. sed vera, & mentalis solutio.*

40 Ususfructus legatum, regulariter jus utendi, & fruendi aliquando solum usum continet; uti cum testator, quamvis verbis relinquere videatur usumfructum, tamen solum usum relinquere intendit, quod ex conjecturis conjici potest, & ex illis duntaxat pendet, juxta Castr. *cons.* 415. *lib.* 2. Craveta *cons.* 25. *n.* 28. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 135. Castill. *de usufr. cap.* 28. *n.* 15.

41 Habitatio servitus personalis est, & est jus proprium ab usu, & usufructu differens, in habitando consistens, quod tantum in domo constituitur. Quemadmodum vero usus, & ususfructus constituuntur inter vivos, pactionibus, & stipulationibus, & in testamento, ita iisdem modis habitatio constituitur. *gl. in verb. aliquo modo. §. fin. Instit. de usu, & habitat.* Præterea habitatio convenit cum usufructu in hoc, quod sicut potest usufructuarius jus suum alteri concedere, locare, & alienare, ita qui habet habitationem, illam locare, & gratis concedere alteri potest. *L. cum antiquitas. C. de usufr.* Usuarius vero jus suum alteri locare non potest, §. *item is, qui edium. n.* 1. 2. & 3. *Instit. de usu, & habitat.*

42 Hic etiam venit notandum, quod aliud sit domum legare ad habitandum, & aliud legare habitationem, & aliud legare facultatem habitandi; nam si domus fuit legata ad habitandum, intelligitur legata plena proprietas; si vero habitatio, hoc est, jus habitandi, servitus, & jus habitandi censetur relictum, & juri locandi locus est. Si vero fuit relicta facultas habitandi, ea non potest alteri cedi, aut locari, quia in facto, non in jure consistit. Mant. *de conject. ult. volunt. lib.* 9. *tit.* 4. *n.* 9. Castill. *de usufr. cap.* 28. *n.* 27.

43 Habitatio morte illius, cui conceditur, finitur, non tamen capitis diminutione, aut per non usum, quia magis in facto, quam in jure consistit. *L. si habitatio.* 10. *ff. de usu, & habitat. L. si habitatio. C. de usufr.* Hotoman. & Pichard. *in §. ult. Instit. de usu, & habitat.* Riciardus *ad rubr. instit. de usufr. n.* 135. *vers.* 1. *quia usufr.* Cujacius *in paratit. ad titulum. ff. de usu, & habitat.* Castill. *de usufruct. cap.* 28. *n.* 31.

44 An fructus tantum, an jus ipsum usufr. relictum præsumatur, & quando, si fructus tantum fundi, aut fructum, vel annuos fructus, aut redditus quis legavit, vide Castill. *de usufr. c.* 29. *per totum.*

45 Plures sunt casus, in quibus, quamvis ususfructus mentio fiat, etiam proprietas legata præsumitur, & non solus ususfructus. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 2. *n.* 28. & *tit.* 5. *n.* 8. Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 1. *per totam.* Castill. *l. c. cap.* 29. *n.* 3. Uti primo si testator legavit fundum ad usum, & usumfructum, aut ad utendum, & fruendum, aut ad alimenta, juxta *L. libertis.* 4. *ff. de alim. & cibar. legat.* quia tunc proprietatem ipsam legasse præsumitur. DD. & Bart. *in L. donationes. §. sp ctes ff. de donat. & in L. species ff. de aur. & argento.* Menoch. *lib.* 4. *præs.* 133. *nu.* Dec. *cons.* 202. *n.* 6. Cæpolla *de servit. urban. cap.* 4. *n.* 4. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 1. *n.* 29. Molina *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 19. *n.* 9. Crass. *in* §. *legatum. q.* 38. *n.* 2. Sim. de Prætis *de interpret. ult. volunt. interpret. ult. volunt. interpret.* 1. *solut.* 5. *dubit.* 10. *n.* 26. Surd. *cons.* 11. *n.* 4. *lib.* 1. & *de alim. tit.* 21. *q.* 1. *in princ.* Honded. *cons.* 69. *n.* 2. & *cons.* 91. *n.* 3. *vol.* 1. & tale legatum dicitur esse perpetuum, & transmissibile ad hæredes, cum proprietas ipsa relicta censeatur. DD. cit. & Castill. *l. c. n.* 4. & 5. quod procedit, licet in eadem dispositione ex præcedentibus, & subsequentibus appareat, aliarum rerum solum usum, vel usumfructum fuisse relictum. Honded. *cons.* 91. *n.* 4. *vol.* 1. Et ita legatum certæ quantitatis pecuniarum ad alimenta alicui factum proprietatem quantitatis relictæ continet, nisi adjectum fuerit, ut mortis tempore pecunias restituat legatarius. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *dubit.* 11. *n.* 2. & 3. Ita si fundus in gaudimentum alicui fuit legatus, non solum ususfructus, sed etiam proprietas legata censetur. Borgnin. *de usufr. mulier. n.* 78. *fol.* 264. De Præt. *l. c. dubit.* 10. *n.* 29. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 133. *num.* 11. Castill. *l. c. nu.* 9. qui idem tenet, sive fuerint instituti hæredes extranei, sive filii.

Præterea si testator legavit alicui usumfructum domus adjecto onere, ne domus altius tollatur, domus ipsa quoad plenam proprietatem relicta censetur, & non solus ususfructus. Bart. *in L. ex hac scriptura. n.* 3. *ff. de donat.* Menoch. *lib.* 4. *præs.* 133. *n.* 3. Mantica *de conject. lib.* 9. *tit.* 5. *n.* 8. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 10. *n.* 21. & 22. Mascaro. *de prob. conclus.* 1421. *n.* 9. Castill. *l. c. n.* 25. qui id desumunt ex tacita testatoris voluntate, quod prohibuerit altius tollere, qui alias ædes altius tollere non potuisset. *ex L. usufructuarius.* 1. & 2. & *L. æquissimum. §. proinde.* & *§. Nerva. ff. de usufr.* & ne ideo verba testatoris sine effectu maneant, & sint superflua. DD. cit. Pinell. *par.* 3. *L.* 1. *C. de bon. mat. n.* 41. Castill. *l. c. n.* 27. quamvis Pinell. contrarium tenere videatur. 46

Et quando ususfructus præsumatur relictus sine proprietate, vide Menoch. *lib.* 1. *præs.* 134. Castill. *l. c. a nu.* 51. *usque ad finem.* 47

§. IX.

Quaenam prohibeantur Proprietario durante usufructu?

Proprietarius nihil facere potest in re sua, quod detrimentum afferat usufructuario, Pinell. *par.* 2. *L.* 1. *C. de bon. mat. nu.* 57. *vers. & est notandum.* & ideo usufructuario invito nihil facere potest circa res fructuarias, aut proprietatem illarum, quod in damnum usufructuarii cedat, & ideo nec formam, vel speciem aut usum rei fructuariæ etiam in melius mutare, aut quocunque modo utendi, & fruendi facultatem impedire. Corneus *cons.* 8. *col.* 3. *lib.* 2. Borgnin. *de usufr. mulier. rel. nu.* 159. & probatur ex *L. sed & si quid.* 19. §. *proprietatis. ff. de usufr.* Dec. *cons.* 417. *n.* 20. alias tenetur ad totale damnum, & interesse pro rata temporis, quo usufructuarius fuit impeditus. *L. Proculus.* 23. §. *ultimo. ff. de usufr.* Tiraquel. *de retrac. conventionali.* §. 1. *gl.* 6. *nu.* 29. 46

Ex quibus tamen non sequitur, proprietarium non posse vendere proprietatem sine consensu usufructuarii, ut aliqui tenuerunt apud Castill. *de usufr. cap.* 34. *nu.* 8. quia ex tali alienatione usufructuarius nullum damnum patitur, cum ejus non intersit, an Petrus, vel Paulus sit proprietarius, dummodo non turbetur in usufructu. Castr. *in L.* 2. *C. de usufr.* Gomez *to.* 2. *var. res. cap.* 15. *de servitut. num.* 9. Pinell. 2. *par. L.* 1. *C. de bon. mat. num.* 31. excipe in patre usufructuario, qui debet consentire in alienatione proprietatis. *L. ult.* §. *filius autem. C. de bon. quæ liber.* DD. cit. & Castill. *d. cap.* 44. *num.* 8. & ratio est, quia usufructuarius non habet magis liberum usumfructum, quam proprietarius proprietatem, quia proprietarii fortius est jus, & magis liberum, ac radicatum. Bald. *in L. locum.* §. *ex eo. ff. de usufr.* sed usufructuarius potest vendere usumfructum sine consensu proprietarii. Verum tamen est, quod si ex alienatione proprietatis damnum eveniret usufructuario, sine illius consensu illa alienari non posset. Tiraquel. *de retrac. convent.* §. 2. *gl. un. num.* 53. *vers. nam licet.* quia usufructuarius invitus non cogitur proprietarium rixosum, aut malæ conditionis admittere. Sforzia *cons.* 84. *n.* 14. Castr. *in L.* 2. *C. de usufr.* 49

Sic ergo proprietarius fundo fructuario imponere non potest servitutem, aut servitutem amittere, quia nihil potest in præjudicium, seu detrimentum usufructuarii. Petrus Gregor. *in syntagmate juris. lib.* 4. *cap.* 3. *num. ult. vers. nec servitutem. L.* 2. §. *primo. L. per quem locum. ff. de servit. rustic. L. in concedendo. ff. de aqua pluvia arcen.* quia licet rerum suarum quis liberam habeat dispositionem. *L. sed & si lege.* §. *consuluit. ff. de petit. hered. L. in re mandata. C. mandati.* hoc tamen procedit, si non publicum, aut privatum alicujus commodum lædatur. *L. opus novum. ff. de oper. publ.* Acquirere tamen servitutem etiam invito usufructuario proprietarius potest. Usufructuarius vero acquirere, vel imponere servitutem non potest, quia Dominus non est. *L.* 1. *ff. commun. præd.* Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 20. *numer.* 1. Felic. de Solis *tract. de censib.* 50

censib. lib. 2. *cap.* 4. *nu.* 9. *vers. & hinc est.* Gomez *to.* 2. *var. res. cap.* 15. *de servit. nu.* 6. Castill. *de usufr. cap.* 20. & 35.

§. X.

De fructibus, quos percipere potest usufructuarius.

51 Quæres primo, an mineralia, creta, arena; lapidicina, vena marmorea, aut lapidea, sive aurea, aut argentea, metallica, salinaria, aut similis, quæ in fundo fructuario reperiuntur, aut thesaurus repertus in fundo fructuario, seu augmentum alluvionis in eodem fundo usui, & commodo usufructuarii cedant.

52 Jo. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 22. *nu.* 47. *per totum* distinguit, quod si mineralia, lapidicinæ, & ejusmodi antiquæ sunt, & quibus aurum, & argentum, creta & cætera ejusmodi colligebantur tempore Majorum, & ita consuetum erat, potest usufructuarius illis uti ad usum, & commoditatem, quæ a principio a Majoribus percipiebatur. *L. si fundus. ff. sol. matrim.* si vero ejusmodi mineralia antiqua non sunt, sed de novo reperta, & sunt ejus naturæ, ut quod ex illis percipitur, de novo renascatur, earum usus, & fructus usufructuarii commodo cedit. *L. fin. ff. de fundo dotali.* Molin. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 33. *n.* 8. Castill. *de usufr. cap.* 37. *nu.* 9. Petr. Gregor. *in syntagmate juris lib.* 1. *c.* 9. *n.* 3. *par.* 1. si vero, quod ex illis percipitur, non renascatur, eodem modo Usufructuarii commodo cedit; ita tamen, ut arbitrio boni viri utatur, hoc est, fundum meliorem, fructuosiorem, aut utiliorem reddat, & expensas in eo factas non repetat. *L. Item si fundi. & L. usufructu. ff. de usufr.* Garz. *l. c. cap.* 22. *n.* 47. Castill. *d. cap.* 37. *n.* 16.

53 Thesaurus vero repertus in fundo fructuario, commodo, & usui usufructuarii non cedit, quia non censetur pars fundi, sed quid ab eo separatum, & ideo cum thesaurus in fructu non sit, ad fructuarium pertinere non potest. *L. divortio.* §. *si fundum. ff. sol. matrim.* Molina *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 2. *vers. item thesaur.* Garz. *l. c. cap.* 22. *n.* 51. Barb. *in d. L. divortio.* §. *si fundum. nu.* 25. Castill. *l. c. n.* 20. Gutierrez *de tutel. & cur. par.* 3. *cap.* 26. *a nu.* 12. & *nu.* 18. vide in praxi *Thesauri* plura.

54 Argumentum alluvionis in prædio fructuario factum quoad usum, & commodum ad usufructuarium pertinet. *L. item si fundi. ff. de usufr.* Molinæus *in consuet. Paris. tit.* 1. *gl.* 1. *q.* 5. *n.* 45. & *gl.* 5. *nu.* 99. & 100. Clar. *in* §. *feudum. q.* 188. Molina *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 26. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 22. *n.* 39. Menoch. *cons.* 34. *n.* 16. *lib.* 1. Castill. *de usufr. cap.* 37. *nu.* 22.

§. XI.

Ususfructus omnium bonorum quæ complectatur?

55 Legatum usufructus omnium bonorum valet, sive extranei, sive filii hæredes instituantur; quia filii legitimam liberam, & exemptam detrahunt, nec pater eos per institutionem in pura proprietate defraudat. Auth. *novissima. C. de inoff. testam.* & ex usufructu etiam detrahere possunt suam legitimam. Jas. *in d. auth. novissima.* Corneus *cons.* 255. *vol.* 1. Dec. *cons.* 620. *nu.* 8. Paris. *cons.* 94. *num.* 37. *vol.* 2. Graff. *in* §. *legatum. q.* 28. Castill. *de usufr. cap.* 38. *nu.* 8.

56 Si ususfructus omnium bonorum fuit relictus simpliciter, non adjecto *mobilium*, vel *immobilium*, in tali legato veniunt omnia bona mobilia, seu moventia, immobilia, venalia, fructus quicunque, & proventus ex rebus provenientes, jura, actiones, & nomina debitorum ubique locorum existentia, pensiones domorum, annui redditus, etiamsi fuerit in legato dictum: *omnium bonorum meorum, aut suorum.* Ita DD. mox citati. Tiraquel. *in L. si unquam. verb. bona. n.* 5. *C. de revoc. donat.* Benedict. *in cap. Raynut. de testam. verb. catera bona. n.* 24. Borgnin. *de usufruc. mulier relic. n.* 84. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *dubit.* 10. *nu.* 22. Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 30. Surd. *dec.* 31. ubi quod veniat pecunia inventa in hæreditate, frumentum pro seminandis agris. Mant. *de conject. ultim. volunt. lib.* 9. *t.* 6. *n.* 12. Craveta *cons.* 300. *n.* 5. *vers. secundo dubitatur. lib.* 2. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 142. *nu.* 16. & *seqq.* Graff. *in* §. *legatum. quæst.* 19. *n.* 1. Castill. *loc. cit. n.* 10. & 11.

In usufructu omnium bonorum mobilium continentur omnia mobilia, & se moventia, quæ non consumuntur usu pertriennium, uti vestes, supellectilia, animalia, & ea, quæ ad motum mobilium sunt destinata, item fructus nondum separati a solo, secus ea, quæ usu consumuntur, quia in eis proprie non cadit ususfr. *L. moventium. ff. de V. S.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 81. Dec. *cons.* 381. *n.* 3. Castill. *l. c. cap.* 38. *n.* 12. Sed 57

Quæres, quid si in legato universali bonorum mobilium fuerunt enunciatæ certæ species mobilium, complectiturne legatum etiam non expressa? vide pro affirmativa Dec. *cons.* 472. *n.* 4. & *cons.* 653. Castill. *l. c. a nu.* 14. contra Hyppolytum Rimin. *cons.* 216. *nu.* 18. 58

Quæres secundo, an in legato ususfructus omnium bonorum mobilium veniat etiam ususfructus pecuniæ in area, aut alibi in domo repertæ? Castillus pro contrariis sententiis plures citat Doctores, ipse tamen communiorem reputat opinionem illorum, qui censent, pecuniam esse mobilem, & in legato ususfructus mobilium contineri: *cap.* 38. *ante n.* 23. & citat Borgnin. Pinell. & alios, & signanter Menochium *lib.* 4. *præs.* 138. *per totam.* Thesaur. *dec.* 160. *num.* 5. Rota *dec.* 332. *in noviss.* licet pecunia sit fœnori, & cambiis destinata. Pinell. *par.* 2. *L.* 1. *num.* 45. *C. de bon. mat.* Limit. si pecunia fuit reposita in area, ut impenderetur, vel mutuo daretur, & testator legavit res mobiles existentes in domo, & ita legavit mobilia domus, quia tunc non censetur legata pecunia. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 5. *n.* 1. *vers. quarta conclusio.* Thes. *loc. cit. n.* 10. & Menoch. *loc. cit. nu.* 8. 59

Quæres tertio, an legato generaliter usufructu bonorum mobilium tantum veniant venalia, quæ mercis causa parata sunt? videri potest Menochius *l. c. præs.* 137. qui, si testator legavit omnia sua bona mobilia, aut usumfructum illorum, defendit comprehendi in legato etiam venalia, qui citat Curt. iun. *cons.* 45. *n.* 4. Beroum *q.* 29. Neguf. *de pignor. par.* 2. *memb.* 2. *n.* 16. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 5. *n.* 1. Dec. *in L. omnia. n.* 1. *ff. si cert. pet.* & *cons.* 76. *n.* 2. vide Castill. *l. c. nu.* 27. 60

Quæres quarto, an ususfructus omnium bonorum legatus generaliter comprehendat etiam bona feudalia, emphyteutica, & fideicommissaria, & an etiam illa, de quibus inter vivos, revocabiliter tamen, majoratus constitutus fuit? Et quidem loquendo de feudalibus, de quibus testator non potuit disponere, non comprehendi in legato ususfructus, tenent Paris. *cons.* 98. *nu.* 3. & 4. *vol.* 2. Clar. *in* § *feudum. quæst.* 37. *vers. sed nunquid.* Borgnin. *de usufruc. mul. rel. n.* 97. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 6. *nu.* 6. Graff. *in* §. *legatum. quæst.* 26. Surd. *cons.* 73. *n.* 18. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 516. *num.* 11. *lib.* 4. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 142. *n.* 4. Castill. *l. c. cap.* 39. *num.* 1. præsertim, si testator legavit usumfructum bonorum suorum, quia bona feudalia non possunt dici testatoris. Menoch. *l. c. num.* 8. *præs.* 142. sermo est de feudo antiquo, non vero in feudo novo, quod alienabile est, si est hæreditarium. Castill. *l. c. nu.* 9. & DD. cit. 61

Quod attinet ad bona emphyteutica, eadem est conclusio. Paris. *cons.* 98. *nu.* 8. & *seqq.* Berous *q.* 95. *n.* 2. Clar. *in* §. *emphyt. q.* 1. Borgnin. *loc. cit. nu.* 98. Menoch. *loc. cit. nu.* 10. & 11. quæ procedunt in casu, quod emphyteusis sit inalienabilis, secus in nova, & hæreditaria. Alex. *cons.* 120. *lib.* 1. & *L.* 3. §. *ex contrario. col. penult. ff. de acquir. possess.* Castil. *de usufr. cap.* 39. *nu.* 10. qui tamen explicat supra tactas conclusiones, quod ususfructus relictus in feudo, aut emphyteusi valeat in præjudicium constituentis usumfructum, & ita testatoris, & hæredum illius, secus illorum, qui veniunt ab intestato. Borgnin. *de usufr. mulier. relic. n.* 98. *per totum.* Graff. *in* §. *legatum. quæst.* 26. *num.* 2. *vers. prædicta tamen intellige.* Clar. *in* §. *emphyteusis. quæst.* 21. & §. *feudum. quæst.* 37. Castill. *l. c. cap.* 39. *num.* 10. 11. & 12. 62

Ita legatum ususfructus omnium bonorum non complectitur bona fideicommisso subjecta. DD. *in L. qui Romæ.* §. *duo fratres. ff. de V. O.* ubi Jas. *nu.* 33. *vers. in eadem gl.* Borgnin. *loc. cit. n.* 99. Graff. *in* §. *legatum. q.* 27. Cephal. *cons.* 516. *nu.* 10. *vers. his tamen. vol.* 4. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 6. *nu.* 8. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 142. *nu.* 12. quia bona fideicommisso subjecta non sunt ipsius testatoris propria, sed aliena, nempe illius, cui restitui debent. *L. unum ex familia. ff. de leg.* 2. Dec. *cons.* 378. *n.* 1. Alex. *cons.* 168. *n.* 6. *vol.* 2. Quæ tamen conclusio procedit, quando sumus in dubio, secus vero, si testator bono- 63

bonorum fideicommisso subjectorum expressam mentionem fecit, quia tunc usufructuarius debet habere usumfructum, vel æstimationem illius ab hærede, sive bona sint hæredis, sive alterius personæ. Ita procedit conclusio, si testator habet alia bona, secus, si tantum fideicommissaria, Borgnin. *l. c. n.* 102. *usque ad* 105. Conclusio procedit etiam, quamvis testator legasset usumfructum omnium, singulorum, & quorumcunque bonorum suorum ubique existentium. Castill. *de usufr. cap.* 39. *n.* 18.

64 Ita legatum ususfructus omnium bonorum, ita quibus majoratum revocabiliter instituit, si fuit factum expresse etiam de bonis majoratui subjectis, valet; quia sicut potuit revocare majoratum, ita potuit usumfructum bonorum majoratus relinquere. Mant. *de conject. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 1. Bursat. *cons.* 12. *nu.* 56. *vol.* 1. Menoch. *cons.* 200. *nu.* 100. *lib.* 2. Petra *de fideicom. quæst.* 9. *nu.* 8. & 45. Castill. *loc. cit. nu.* 25. & si omnia bona sunt subjecta majoratui, ususfructus illorum spectabit ad usufructuarium, & proprietas remanebit apud illum, in cujus favorem majoratus fuit institutus; si vero majoratus fuit irrevocabiliter institutus expresse, tunc legatum ususfructus bona majoratui subjecta non comprehendit, quia donatio perfecta & irrevocabilis impedit testamenti factionem super bonis donatis. Castr. *cons.* 831. *n.* 1. *vol.* 2. Paris. *cons.* 63. *nu.* 16. *lib.* 10. Cephal. *cons.* 531. *n.* 22. *lib.* 4. Borgnin. *dec.* 45. *n.* 6. Castill. *loc. cit. n.* 42. Curt. jun. *cons.* 189. *num.* 22. *vol.* 5. Afflict. *dec.* 365. Joseph. Ludovic. *dec. Perus.* 29. *nu.* 25.

65 Quid dicendum de usufructu omnium bonorum tam mobilium, quam immobilium, comprehendit ne census annuos testatoris? Affirmant Menoch. *lib.* 4. *præs.* 142. *n.* 3. Borgnin. *de usufr. mulier. rel. n.* 83. tum quia census creati super immobilibus computantur inter bona immobilia, ut defendit communior apud Castill. *loc. cit. cap.* 41. *n.* 5. qui citat Gail. *lib.* 2. *obs.* 10. *per totam.* Molinam *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 6. Gabr. *de V. S. lib.* 6. *conclus.* 8. *per totam.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 7. *num.* 2. *vers.* 2. Caroc. *de locat. & conduc. q.* 15. Gutierrez *pract. quæst. lib.* 2. *q.* 146. *n.* 2. Felician. *de censib. lib.* 1. *cap.* 7. *nu.* 2. *vers. quæ ea potissimum.* & Cancer. *var. resol. cap.* 7. *de Tutor. n.* 78.

66 Ususfructus omnium mobilium legatus non continet fructus pendentes tempore mortis testatoris, quamvis maturi sint. Gabr. *cons.* 98. *nu.* 5. *usque ad nu.* 11. *lib.* 1. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 3. *nu.* 7. neque illos, qui tempore testamenti pendebant, & maturi erant, & reperti sunt tempore mortis a solo separati, sed illos duntaxat, qui tempore testamenti erant a solo separati. Alciat. *cons.* 182. *lib.* 9. quia mobilium nomine non veniant fructus pendentes, sed tantum separati a solo; quia pendentes, cum sint pars fundi, inter immobilia reputantur. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *num.* 37. & *de retrac. convent.* §. 5. *gl.* 4. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 15. Ludovic. *de Perus.* 79. & 83. Thes. *dec.* 55. Jo. Franc. de Ponte *cons.* 34. *nu.* 11. Castill. *loc. cit. cap.* 42. *num.* 7.

67 Quæres, si fuerunt legati fructus fundi simpliciter, aut generaliter, an legatus dicatur ususfructus quotannis percipiendus, an vero tantum fructus primi anni. Respondetur, legatum deberi quolibet anno, sive legatum sit unicum, sive plura, ut voluerunt aliqui apud Castill. *de usufr. cap.* 34. *n.* 3. & legatum intelligitur perpetuum, & quotannis debetur, si res legata suapte natura iterabilis est, vel si legato adjicitur qualitas, quæ ex se reiterabilis est, & ideo si testator simpliciter legavit aliquam quantitatem in diem, vel casum reiterabilem, legatum censetur perpetuum. *L. cum quidam.* 23. *ff. de an. leg.* Castill. *loc. cit. cap.* 43. *n.* 11.

68 Ususfructus omnium bonorum legatus an intelligatur de bonis existentibus tempore testamenti, vel extendatur etiam bona acquisita post testamentum? De hac revideri potest Menoch. *lib.* 4. *præs.* 127. *per totam.* Crass. *in* §. *legatum. q.* 29. Peregr. *de fideicom. ar.* 13. *nu.* 79. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 22. *nu.* 33. Mant. *de conject. lib.* 3. *tit.* 11. *per totum.* De Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *dubit.* 9. *a numer.* 35. Ludovic. *dec. Perus.* 61. *nu.* 37. Honded. *cons.* 63. *a nu.* 1. *usque ad* 34. & *a nu.* 41. *usque ad nu.* 74. *vol.* 1. Regulariter vero verba testatoris referri debent ad tempus testamenti. Castill. *loc. cit. cap.* 44. *num.* 1. & 2. *L. si ita scripsisset.* & *L. ult.* §. 1. *ff. de leg.* 2. *L. si ita legatum,* & *L. ult. ff. de auro, & argento leg.* & ideo in dubio intelligendum esse de rebus, quæ fuerunt testatoris tempore testamenti. Menoch. *l. c.* Honded. ut supra. Mant. *lib.* 3. *cit. tit.* 11. *nu.* 4. & DD. supra cit. & legatum generale bonorum, quando testator non potuit prævidere futura, refertur ad bona præsentia. Ita DD. cit. & Alex. *cons.* 171. *nu.* 2. *lib.* 6. etiamsi testator non dixerit, lego bona *mea*, ut tenet Castill. *l. c. nu.* 7. contra Menoch. *loc. cit. præs.* 127. *lib.* 4. & ante Castill. Covar. *pract. quæst. cap.* 2. *num.* 2. videri etiam potest Borgnin. *de usufr. mulier. rel. n.* 85. *usque ad n.* 88. Crass. *in* §. *legatum. q.* 29. *nu.* 1. *vers. sed certe.* Thes. *dec.* 168.

Legatum ususfructus uxori relictum exstantibus filiis, 69
illisque institutis continet duntaxat alimenta, & illam præeminentiam, quam habebat vivente testatore, nisi aliud suaderent conjecturæ. Bart. & DD. *in auth. hoc locum. C. si mulier secundo nupserit.* Jas. *in L. alimentis. nu.* 1. *C. de transact.* Dec. *cons.* 454. *nu.* 1. Borgnin. *de usufr. mulier. rel. num.* 17. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 7. *n.* 1. De Præt. *d. dubit.* 10. *n.* 44. Crass. *in* §. *legatum. q.* 24. *n.* 1. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 139. *a n.* 1. Cæval. *commun. contra commun. q.* 497. Surd. *de alim. tit.* 2. *q.* 8. & 15. Castill. *de usufr. cap.* 45. *n.* 8. & sufficiunt conjecturæ probabiles in contrarium. DD. cit. puta, si testator voluit, quod uxor filiis hæredibus institutis, ad integrum, & formalem usumfructum admitteretur, & non solum alimenta cum dicta præeminentia consequatur. Item si testator reliquit hæredem extraneum, & uxorem reliquit usufructuariam; quia consuetudo vulgaris, quod tantum alimenta consequatur, fuit inducta favore filiorum, & non extranæorum, Bart. *in L. Titia cum testamento.* §. *Titia cum nuberet. num.* 9. *ff. de legat.* 2. Gabr. *de usufr. conclus.* 2. *nu.* 54. & *conclus.* 3. *per totam.* Mant. *de conject. loc. cit. post num.* 33. De Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 4. *dubit.* 10. *num.* 47. Crass. *in* §. *legatum. quæst.* 24. *a num.* 12. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 140. *num.* 5. Castill. *loc. cit. num.* 28. & 29.

§. XII.

An legatum ususfructus omnium bonorum, seu alicujus fundi uxori factum computetur cum debito arrharum, cum dote, donatione propter nuptias, & an legatum factum Creditori præsumatur factum animo compensandi?

Conclusio prima. Debitor ex causa voluntaria legans 70
suo creditori, non præsumitur legasse animo compensandi. *L. unica.* §. *primum. vers. sciendum. C. de rei. uxor. act. L. creditorem. ff. de leg.* 2. Mant. *de conject. lib.* 10. *tit.* 2. *n.* 1. Gomez *to.* 1. *var. res. cap.* 12. *de leg. n.* 27. Phanut. *de lucro dot. gl.* 8. *n.* 87. Covar. *in cap. officii. n.* 2. *de testam.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 110. *num.* 7. Castill. *de usufr. cap.* 46. *nu.* 3. Dicitur autem debitum voluntarium, quod habuit causam, & originem voluntariam, uti si procedit ex contractu, vel quasi. Debitum vero necessarium, quod ex necessitate legis inductum est, seu quod ita jubente lege immediate absque facto hominis præstandum est. Menoch. *lib.* 4. *præs.* 109. *nu.* 2. & talis debitor scilicet ex causa necessaria legans suo creditori. *L. cum dotem.* §. *si pater. ff. sol. matrim.* ubi Barb. *num.* 1. Mant. *loc. cit. nu.* 5. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 106. *per totam.* & DD. supra cit. Mascard. *de prob. conclus.* 333. Bursat. *cons.* 60. *vol.* 1. Peregr. *de fideicom. art.* 33. *n.* 41. & 42. Honded. *cons.* 63. *a nu.* 81. Castill. *l. c. n.* 6.

Debitum arrharum non dicitur necessarium, quia ori- 71
ginem habet a promissione voluntaria mariti. Covar. *in cap. officii. nu.* 4. *de testam. vers. quod si arrhæ.* Gutierrez *pract. q. lib.* 2. *q.* 124. Barb. *in L. si cum dotem.* §. *si pater. ff. sol. matrim. n.* 11. *vers. secundo principaliter.* Ita donatio propter nuptias debitum necessarium non dicitur. Barb. *loc. cit.* Castill. *l. c. cap.* 46. *n.* 11. & ideo legatum ususfructus uxori relictum non præsumi factum animo compensandi cum debito arrharum, donationis propter nuptias, & dotis, & ideo illam usufructuariam, dum fruitur usufructu, posse exigere suam dotem, donationem propter nuptias, & arrhas. Bart. *in auth. hoc locum. nu.* 14. *C. si mulier secundo nupserit.* Castr. *cons.* 224. *nu.* 1. *lib.* 2. Rol. *cons.* 74. *num.* 26. *vol.* 2. Peregr. *de fideic. art.* 33. *num.* 51. Cephal. *cons.* 184. *lib.*

lib. 2. Cancer. var. res. cap. 9. de dote, & donat. propt. nupt, nu. 90. Borgnin. de usufr. mul. rel. nu. 200. nisi aliud declaraverit, & expressterit testator. Debitum vero legitimæ, & dotis dicitur debitum ex causa necessaria. Menoch. lib. 4. pres. 109. nu. 2. Bald. cons. 58. col. 2. vers. tertia ratio. lib. 2. Et ideo si pater filio suo legavit, cui legitimam relinquere tenebatur, tunc præsumitur legasse animo compensandi cum ipso credito, seu legitima. L. omni modo. §. imputari. & L. quoniam novella. C. de inoff. testam. Castr. in L. si cum dotem. §. si pater. ff. sol. matrim. Alex. cons. 51. n. 2. lib. 4. Gabr. cons. 106. nu. 3. lib. 1. nisi pater legans dixisset, se legare de bonis suis, quia tunc non præsumitur habere animum compensandi cum legitima; quia bona dicuntur deducto ære alieno, legitima vero, & dos dicitur æs alienum. Menoch. l. c. nu. 7. & 8. & quando pater legat filiæ etiam non expresso nomine dotis, præsumitur legasse pro dote, nisi aliter expresserit, quod etiam extenditur ad filium, si ipse promisisset, quia factum filii habetur pro facto patris. Imo idem dicendum est de hærede extraneo patris, quia succedendo patri illius, cui dos, vel legitima habetur, efficitur debitor necessarius, ut erat antecessor. Covar. l. c. Menoch. l. c. n. 25. & 26.

An, & quando in legatis detur jus accrescendi, vel jus non decrescendi. vide in praxi *Juris accrescendi*.

§. XIII.

Ad quas expensas teneatur usufructuarius?

72 Pater, qui habet usumfructum in bonis adventitiis filii, tanquam legitimus administrator, debet facere expensas litis, quæ super eisdem movetur. 1. C. de bon. mat. & in L. fin. §. ubi autem in unum. C. de bon. quæ liber. Bald. in L. 1. §. recte autem. in finalibus verbis. ff. usufructuarius quemadmodum caveat. Crot. in L. frater a fratre. n. 123. ff. de cond. indeb. Gomez to. 2. var. res. cap. 15. de servit. n. 7. vers. ex quo deducitur. Pinell. part. 2. L. 1. C. de bon. mat. n. 68. Molina de primogen. Hisp. lib. 1. cap. 27. nu. 10. & 11. Garz. de expens. & meliorament. cap. 11. n. 5. Barb. in L. divortio. §. fin. sol. matrim. nu. 44. vers. argum. Limit. si tantæ forent expensæ, quæ usumfructum superarent, quia tunc filius, cujus nomine lis fuit agitata, teneretur patri de excessu. Garz. d. cap. 11. num. 11. Limit. 2. in sumptibus factis ad perpetuam rei utilitatem, vel perpetuam adventitiorum meliorationem. Pinell. loc. cit. Castill. de usufr. cap. 55. nu. 2.

73 Alii vero usufructuarii, quibus ususfructus competit non ex dispositione juris, sed ex dispositione hominis, si lis movetur respectu solius ususfructus, sive ab usufructuario, sive contra ipsum mota fuerit, tenentur usufructuarii indistincte expensas facere, nec repetere illas possunt, quia utilitas expensarum & litis usufructuarii tantum sunt. Pinell. loc. cit. n. 68. vers. adverto etiam. Garz. l. c. cap. 11. num. 10.

74 Si vero litigatur super proprietate tantum, usufructuarius, cui ex legis dispositione ususfructus debetur, non tenetur ad expensas, quæ excedunt usumfructum; usufructuarius vero, qui habet usumfructum ex dispositione hominis, non tenetur ad magnas, sed parvas tantum, videri potest Pinell. l. c. nu. 68. Molina l. c. lib. 1. cap. 27. nu. 11. Garz. l. c. a nu. 5. usque ad num. 11. vide Castill. l. c. cap. 55. per totum.

75 Usufructuarius legitimus vel ex dispositione legis expensas, quæ in ædificando, aut reædificando consistunt, easdem debet facere, sicut alii, quia eadem in omnibus subest ratio, ut modica impensa ad usufructuarium, immodica ad proprietarium spectent. Garz. de expens. & meliorat. cap. 11. nu. 12. Castill. de usufr. cap. 56. n. 3. quænam vero dicatur magna, aut modica, remittitur Judicis arbitrio. gl. in L. hactenus. ubi Angel. ff. de usufr. Bart. in L. omnino. ff. de impens. in reb. dotal. Molina l. c. cap. 27. n. 6. Garz. l. c. cap. 11. n. 16. Menoch. de arbitr. cas. 225. Surdus cons. 155. n. 9. lib. 1. Barb. in L. divortio. §. fin. nu. 36. ff. sol. matrim. Castill. loc. cit. nu. 6. Veruntamen.

76 Impensa facta causa colligendorum fructuum sive magna, sive parva, pertinet ad usufructuarium, nec repeti potest. Garz. l. c. nu. 12. nec a marito contra uxorem, sed cum fructibus compensatur. Barb. loc. cit. vide Castill. de usufr. cap. 56. per totum.

77 Usufructuarius pro reparatione rei magnam impensam facere non tenetur, & si est necessaria a principio, proprietarium compellere potest, ut sibi pecuniam erogandam præstet, & non tenetur prius impendere, & postea repetere, alias proprietarius est privandus proprietate, & ad interesse tenetur, sicut usufructuarius privatur usufructu, & tenetur ad interesse, si nolit reficere, quando tenetur. Castill. loc. cit. cap. 57. per totum. Garz. de expens. & meliorat. cap. 11. nu. 16. Surd. de alim. tit. 6. quæst. 3. num. 37. & 74.

Usufructuarius omnium bonorum legata solvere non tenetur, neque a legatariis conveniri potest, sed ad hæc solvenda tenetur hæres. Bart. in L. fin. in fin. ff. de usufr. leg. Covar. lib. 2. var. res. cap. 2. n. 7. Benedict. in cap. Raynu. de testam. Garz. de expens. & meliorat. cap. 11. nu. 6. Rol. cons. 8. a nu. 20. usque ad 30. vol. 2. Gabr. cons. 114. n. 8. vol. 4. Menoch. lib. 4. pres. 143. nu. 18. Borgnin. de usufr. mul. rel. nu. 220. Gail. lib. 2. obs. 146. Crass. in §. legatum. quæst. 36. Surd. dec. 28. nu. 5. Barb. in L. maritum. n. 21. ff. sol. matrim. fol. 237. Castill. de usufr. cap. 58. num. 3. Conclusio procedit tam in usufructuario legitimo, qualis est pater in bonis adventitiis filii, quam in testamentario, excipere legata annua, quæ usufructuarius omnium bonorum ex redditibus ususfructus tenetur præstare. L. fin. §. sin autem. ff. de bon. quæ liber. dummodo ususfructus onus annuorum legatorum ferre possit, alias si ususfructus redderetur inutilis, illa solvere non teneretur. DD. cit. & Bursat. cons. 123. nu. 12. lib. 1. aut nisi aliud disposuisset testator, aut constaret de contraria illius voluntate. Et ita nec æs alienum solvere teneretur. Communior apud Castill. l. c. cap. 59. sed hæres tenetur, ita tamen, quod ex rebus ipsis hæreditariis satisfacere possit creditoribus, & in consequentiam minuere usumfructum. Et si hæres non habeat bona defuncti penes se, sed tradidit jam usufructuario, vel usufructuarius ipse ex voluntate testatoris possessionem propria authoritate consecutus fuerit, tunc tenebitur patientiam præstare, ut bona venundari possint ab hærede pro ære alieno solvendo, aut cautionem dare de solvendo, aut de conservando hæredem indemnem a creditoribus in casum molestationis alicujus. DD. communiter, quos citat, & sequitur Castill. l. c. cap. 59. nu. 19. Covar. lib. 2. var. res. cap. 2. nu. 4. & 6. Menoch. lib. 4. pres. 143. nu. 8. Gail. lib. 2. obs. 146. per totam. Crass. in §. legatum. quæst. 35. nu. 1. & 2. Borgnin. de usufr. mul. rel. nu. 221. Gabr. cons. 114. n. 8. Cephal. cons. 742. nu. 22. lib. 3. Bursat. cons. 123. nu. 14. lib. 1. Barb. in L. maritum. nu. 21. ff. sol. matrim. apud Castill. l. c. nu. 9. Et sicut usufructuarius conveniri non potest a creditoribus, ita nec contra debitores hæreditarios usufructuarius agere potest. Rol. cons. 8. nu. 19. lib. 2. sed hæc actio spectat ad hæredes, qui tamen pecunias exactas usufructuario præstare tenentur, & ab eo cautionem recipere. Castill. loc. cit. nu. 27. & DD. apud illum. 78

Usufructuarius omnium bonorum, solutis debitis, & satisfacto testamento, omne, quod superest ex patrimonio, & bonis defuncti, habere debet pro tempore vitæ suæ ad utendum, fruendum, & usufructuandum. Castill. de usufr. cap. 60. nu. 1. 79

§. XIV.

Quomodo, & quando ususfructus finiatur?

Ususfructus finitur primo morte usufructuarii, & cum proprietate consolidatur. L. corruptionem. C. de usufr. L. 3. §. fin. quib. mod. usufr. amitt. Borgnin. de usufr. mul. rel. n. 81. 137. & 178. Castill. de usufr. c. 61. Cæpolla. de servit. urban. c. 2. n. 13. Gomez. var. res. to. 2. cap. 5. de servit. n. 19. Cephal. cons. 175. n. 4. lib. 1. Bursat. cons. 32. n. 57. lib. 1. Decian. cons. 42. nu. 35. vol. 5. Menoch. cons. 201. num. 26. lib. 3. Et cum usufructuario extinguitur omne onus illi ratione ususfructus impositum. Sim. de Præt. de interpret. ult. volunt. lib. 1. interpret. 2. salut. 3. n. 19. & lib. 4. dubit. 11. n. 87. uti onus præstandi alimenta &c. Ratio conclusionis est, quia ususfructus est ejus personale & personæ cohærens. L. 1. ff. de servit. L. 3. §. fin. ff. quib. mod. usufr. fin. & alias proprietates inutiles essent. L. 3. vers. ne tamen. ff. de usufr. Hinc inutiliter legatur ususfructus alicui, quando ipse morietur. L. usumfructum. 3. ff. de usufr. leg. quia confertur in tempus, quo extingui debet. L. Titio cum morietur 58. ff. de usufr. 80

Usuf-

81 Ususfructus ex voluntate testatoris, aut Domini transit de una persona in aliam. *L. Sempronius Athalus. ff. de usufr. leg.* Menoch. *cons.* 141. *nu.* 19. *lib.* 2. & finite potest ante mortem usufructuarii, uti si testator legavit usumfructum unius fundi, aut aliquorum bonorum sub conditione, si caste, & vidualiter vixerit, & post ejus mortem Titio, si uxor postea secundas nuptias contraxerit, secundum communiorem, & veriorem sententiam, quia tunc ususfructus statim post secundas nuptias viduæ, non exspectata illius morte, debetur Titio. ita DD. communiter apud Castill. *de usufr. cap.* 62. *n.* 7. Mant. *de conject. lib.* 3. *tit.* 19. *num.* 19. Borgnin. *de usufr. mul. rel. nu.* 70. *vers. hinc est, quod legatum.* Gomez. *var. res. to.* 2. *cap.* 11. *de contrac. nu.* 4. Sim. de Præt. *de interpret. ult. volunt. lib.* 1. *interpret.* 2. *solut.* 14. *nu.* 5. Crass. *in* §. *legatum. quæst.* 45. & 52. Villalob. *commun. opin. verb. legatum. nu.* 12. Cephal. *cons.* 391. *num.* 1. *lib.* 3.

82 De usufructu relicto filiofamilias pater non acquirit nisi solam commoditatem, & facultatem quandam percipiendi fructus, non vero usumfructum, & ideo pater non est verus usufructuarius earum rerum, quarum ususfructus solus fuit filio relictus, ne detur servitutis. DD. apud Castill. *loc. cit. cap.* 63. *nu.* 16. & 17. Ruin. *cons.* 294. *vol.* 2. Capyc. *dec.* 73. *nu.* 10. Berous *cons.* 139. *a nu.* 10. Borgnin. *de usufruc. mulier. rel. nu.* 179. *vers. tamen dubium est.* Bursat. *cons.* 133. *nu.* 37. *vol.* 2. Francisc. Marcus *dec.* 877. *nu.* 2. *par.* 1. & tenetur cavere de utendo arbitrio boni viri, & restituendo fructus perceptos, vel æstimatione illorum finita commoditate. Borgnin. *loc. cit. n.* 179. *vers. & post ejus mortem.*

83 Quæres, an ususfructus, quem habet pater, seu quilibet alius usufructuarius, finiatur per ingressum patris, seu usufructuarii in Religionem post ejus professionem? Dicendum, quod non regulariter, sed transit in monasterium, apud quod, donec vivit professus, remanet, quia mors civilis quamvis sub latissima verbi significatione veniat mortis appellatione, non tamen veniat proprie, nec regulariter, sed tantum in casibus a jure expressis, juxta gl. *in cap. placuit.* 2. 16. *quæst.* 1. Trentacinq. *de sufsistit. par.* 4. *cap.* 6. Honded. *cons.* 62. *nu.* 4. & 35. *vol.* 1. Berous *in cap. in præsentia de prob.* Covar. *in cap.* 2. *n.* 8. *de testam.* Gutierrez *Canon. quæst. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 98. & plurimi tum Canonistæ, cum Legistæ apud Castill. *cap.* 64. *nu.* 3.

84 Sed quid si filius, in cujus bonis pater habet usumfructum, ingrediatur Religionem, & in illa profiteatur, privatur ne usufructu? Respondetur negative, quamvis ingressus in Religionem tollat patriam potestatem. Ita communis apud Pinell. *par.* 1. *L.* 1. *C. de bon. mat. n.* 45. & 46. apud Castill. *l. c. cap.* 65. *nu.* 1.

85 Quæres secundo, an ususfructus amittatur capitis diminutione? est autem capitis diminutio prioris status commutatio. *L.* 1. 3. & *fin. ff. de capit. diminut.* est autem triplex, maxima, media, & minima. Castill. *l. c. cap.* 66. *num.* 2. maxima est, cum quis perdit simul civitatem, & libertatem, quo casu quis efficitur servus pœnæ, & ita damnatus ad mortem civilem, vel naturalem testari non potest, & testamentum antea conditum non valet. Media dicitur, cum quis civitatem, & familiam amittit, libertatem tamen retinet, ut is, cui aqua, & igni interdictum est, uti deportatus. Minima est, cum quis libertate, & civitate retenta familiam tantum amittit, ut emancipatione. Ususfructus ergo tantum maximam, & media capitis diminutione amittitur, si jam constitutus est, secus si ante aditam hæreditatem, aut ante diem cedentem quis capite minutus est, quia tunc non amittitur. Castill. *l. c. cap.* 66. *a n.* 11.

86 Ususfructus, sicut & cætera jura non utendo amittitur, sicut utendo retinetur. *L. arboribus.* 13. §. *de illo Pomponius. ff. de usufr.* & ususfructus rei mobilis olim anno, hodie triennio non utendo amittitur, ususfructus vero rei immobilis olim biennio, hodie triennio inter præsentes, aut viceennio inter absentes non utendo amittitur. Covar. *lib.* 1. *var. res. cap.* 17. *nu.* 11. Castill. *de usufr. cap.* 67. *nu.* 3.

87 Ususfructus, si constituatur ab eo, qui Dominus non est, & usufructuarius titulo, & bona fide per legitimum tempus decem, vel viginti annorum utatur, etiam nulla interveniente scientia, vel patientia adversarii, præscribitur contra Dominum proprietatis. *L. ult. vers. fin. C. de præscript. long. temp.* ubi Bald. *n.* 9. Castr. *nu.* 9. Batt. *in L. instu.* §. *non mutat. ff. de usucap.* Cæpolla *de servit. urban. cap.* 19. *nu.* 9. *vers. quartus casus.* Bald. *de præscript.* 2. *par.* 4. *par. princ. quæst.* 2. *num.* 6. Gomez *to.* 2. *var. res. cap.* 15. *de servit. nu.* 26. *vers. servitus vero mixta.* Castill. *l. c. cap.* 68. *nu.* 3.

Ususfructus amittitur etiam cessione in jure. DD. 88
apud Castill. *loc. cit. cap.* 69. *nu.* 14. ubi probat; posse usufructuarium impune, ac ipso jure usumfructum, quem habet, seu jus ususfructus alienare, juxta *L. arboribus.* 13. §. *usufructuarius. ff. de usufr.* Non potest tamen usufructuarius cedere usumfructum extraneo, quamvis possit illum vendere; differentia est, quia cedere in jure dicebantur illi, qui dominium rei suæ in alium transferebant, quod fieri non poterat sine consensu Domini. vide Gutz. *de expens. & meliorat. cap.* 10. *nu.* 36. Castill. *loc. cit. cap.* 69. *nu.* 19. qui citat alios, & si ususfructus ceditur extraneo, cessione non amittitur ususfructus, nec cum proprietate consolidatur. Felician. *de cens. lic.* 2. *cap.* 4. *nu.* 4. Barb. *in L. usufructus ff. sol. matrim.* Borgnin. *de usufr. mul. rel. post nu.* 67. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 10. *nu.* 37.

Ususfructus sicut vendi, & locari potest, ita etiam 89
pignori dari, & hypothecari, tam a Domino proprietatis, quam fructuario. Neguf. *de pignor. cap. quæ res obligentur. nu.* 10. *per totum.* Castill. *l. c. cap.* 10. *per totum.*

Ususfructus extinguitur etiam permutatione, & cum 90
proprietate consolidatur. Petr. Gregor. *in syntag. Jur. lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 4. Garz. *de expens. & meliorat. cap.* 11. *nu.* 18. & si res non in totum, sed tantum pro parte mutatur, aut extinguitur, pro parte etiam extinguitur ususfructus. Castill. *l. c. cap.* 72.

Quæres, an finito usufructu proprietarius teneatur 91
stare colono fructuarii, & an fructuarius teneatur stare colono proprietarii? Respondetur, non teneri proprietarium stare colono fructuarii finitio usufructus. DD. apud Castill. *l. c. cap.* 73. *nu.* 17. Gomez. *to.* 2. *var. res. cap.* 3. *de locat. nu.* 8. Borgnin. *l. c. n.* 176. Cephal. *cons.* 181. *n.* 20. *lib.* 2. Caroc. *de locat. & cond. grbdu.* 3. *person. quæst.* 6. nisi colonus in re conducta fecerit aliquas expensas necessarias. Sicut nec usufructuarius tenetur stare colono proprietarii, sive sit usufructuarius universalis, sive particularis. DD. cit.

Quæres secundo, si Usufructuarius velit locare bona, 92
in quibus habet usumfructum, an debeat præferre proprietarium conducere volentem? Resolutio prima est, quod in venditione ususfructus non habeat locum jus retractus, sive proprietario, sive extraneo vendatur. Tiraquel. *de retrac. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *n.* 55. Covar. *lib.* 3. *var. res cap.* 11. *nu.* 4. quoad locationem vero Caroc. apud Castill. *cap.* 74. *nu.* 3. dicit de honestate proprietarium fore præferendum. ita Caroc. *de locat. grad.* 3. *personar. quæst.* 3. *nu.* 37. 38. & 39. & *quæst.* 17. *num.* 1.

§. XI.

Miscellanea de usufructu.

Usufructuarius, cui post mortem fuit datus cohæres, 93
non dicitur hæres, sed legatarius. DD. apud Sperell. *dec.* 145. *nu.* 13. & 19. Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 5. Gail. *lib.* 2. *obs.* 143. *sub num.* 5. *vers. sed Molin. nu.* 6. Bellon. *de Jure accrescen. cap.* 7. *quæst.* 16. qui tamen *n.* 313. pro contraria videtur stare, Surd. *cons.* 439. *nu.* 15. *vol.* 3. Castill. *de usufr. cap.* 8. *nu.* 43. Rota *dec.* 192. *nu.* 1. *par.* 2. *recent. & in Camerinen. coram Merlin. dec.* 22. *nu.* 7. *par.* 6. *recent. & in Trident. bonorum.* 7. *Aprilis.* 1606. *coram Card. Sacrat. & apud Card. Caval. dec.* 310. *n.* 1. quamvis contrarium teneant multi apud Sperell. *l. c.* Crass. *in* §. *legatum. quæst.* 23. *nu.* 2. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 141. *sub nu.* 26. Peregr. *de fideicom. art.* 5. *nu.* 20. sermo autem est de usufructuario universali, & conclusio procedit, sive ususfructus fuerit relictus titulo institutionis, sive titulo legati. Limit. primo, si usufructuario fuit datus substitutus; tunc enim diceretur hæres gravatus, quia substitutio supponit institutionem. Limit. secundo, si bona sunt in dispositione, ususfructus vero in executione, uti instituto in omnibus bonis

nis ad fruendum. Limit. tertio, si institutus in usufructu fuit prohibitus alienare; tunc enim censetur illi relicta proprietas, alias prohibitio esset frustranea. *L. Proculus ff. de usufr.* Mant. *de conject. lib. 9. tit. 5.* Surd. *cons.* 572. Gratian. *disc. for. cap.* 216. Limit. quarto, si Testator illis, quibus reliquit usumfructum, dedit facultatem alienandi. Item si prohibuit Trebellianicæ detractionem. Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 2.* vide *Institutus*, & *Substitutus*. Limit. tandem, si ususfructus usufructuario fuit relictus titulo institutionis, & alteri proprietas eodem titulo. Rota *post Pajatell. dec.* 24.

94 Usufructuarius omnium bonorum, cui fuit relictus ususfructus cum onere solvendi æs alienum ex ipsis fructibus, tenetur ex illis sibi solvere suum creditum, & si est usufructuaria, suam dotem, nisi testator aliter disposuisset de dote. vide *Uxor.* & universaliter, quamvis non fuerit facta mentio in testamento, tenetur solvere æs alienum testatoris, & propter illud possunt vendi bona. Costa *de port. ratæ. quæst.* 150. Natta *cons.* 7. Covar. *lib. 2. var. res. cap.* 2. Gail. *lib. 2. obs.* 146. non tenetur tamen extinguere census super proprietate fundatos, sed potest illos ad sui favorem a Domino census emere; quia debitum dicitur, quod juris remediis potest extorqueri, sed Dominus non potest prætendere sortem principalem sine usuraria labre; ergo illa non dicitur debita. Fachin. *lib. 11. controv. Jur. cap.* 74. Mant. *de tacit. lib. 19. tit.* 3. DD. apud Spetell. *dec.* 177. ubi Cenc. *de censib.* & alii. At quod non teneatur solvere æs alienum, sed hæres, vide Cyriac. *controv.* 489.

95 Usufructuarius rerum, quæ usu consumuntur, non tenetur præstare cautionem de illis restituendis in eo statu, in quo erant, finito usufructu. Fachin. *controv. Jur. lib. 8. cap. 41. & lib. 12. cap.* 50. Non possidet naturaliter, sed civiliter, & non sibi, sed Domino. Fachin. *loc. cit.*

96 Usufructuarius non habet actionem adversus furem fructus auferentem, sed proprietarius. *L. Julianus. ff. de usufr.* ubi Bart. Bald. Angel. & alii. Castil. *de usufr. cap. 77 nu.* 9. Merlin. *dec.* 165. *nu.* 2. habet tamen actionem furti ad interesse, quia illius interfuit, fructus non fuisse ablatos. Bart. *in L. si apes. §. item constat. n.* 1. *vers. interest autem. ff. de furt.* Angel. *in §. is vero. n.* 4. *Instit. de rer. divis.* Merlin. *loc. cit. nu.* 6.

97 Usufructuarius potest conveniri actione hypothecaria a creditoribus, non vero personali. gl. *in cap. quoniam frequenter. 5. §. & quod si super, ut lite non contest. & in L. 2. vers. sed alii. C. ut in rem actio.* Gram. *dec.* 265. Cancer. *var. res. lib. 2. cap. 13. nu.* 65. Castill. *de usufr. cap. 6. n. 28. & cap.* 59. Covar. *lib. 2. var. res. cap. 2. nu.* 4. Costa *de port. rata quæst.* 145. *nu.* 13. *in fin.* Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 5. quæst.* 48. Contrarium tenet Cyriac. *controv.* 429. *nu. 30. & 31.* Trentacinq. *var. res. lib. 1. tit. de pecul. res. 6. nu.* 4. qui citat Borgnin. *de usufr. nu.* 217.

98 Usufructuarius universalis tenetur solvere annua legata ex fructibus. *L. fin.* ubi Salyc. & DD. *C. de bon. quæ liber.* Socin. jun. *cons.* 115. Rol. *cons. 8. lib.* 2. Natta *cons.* 7. Ciarlin. *controv. for. cap.* 47. & alii apud eundem, secus vero æs alienum. Fachin. *lib. 4. controv. Jur. cap.* 19. contra alios volentes, teneri. *& lib. 13. cap.* 28. Covar. *lib. 2. var. res. cap.* 2. excepto patre. Paschal. *de patr. pot. par. 1. cap. 3. n.* 106. Gail. *lib. 2. obs.* 146. Menoch. *de arb. cas.* 3. *lib.* 2. Tranchedin. *cons.* 43. & Cyriaco *controv.* 486. Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 3. quæst.* 5. quia hoc est officium hæredis, tantum tenetur ad expensas, quæ serviunt ad fructuum perceptionem. vide *Conductor.* Tenetur pro rata concurrere ad expensas necessarias, quæ tangunt proprietatem, & usumfructum. Garz. *de expens. cap.* 11. Costa *de port. ratæ. quæst.* 76. sed quoad legata contrarium diximus supra ex Castillo §. 13.

99 Usufructuarius universalis omnium bonorum potest formam rei, vel fundi mutare fructuosiorem faciendo. *L. ususfr.* Menoch. *cons.* 372. Ciarlin. *controv. for. cap. 47. & 51.* qui affert decis. S. Rotæ, sed vide, quæ supra diximus in contrarium §. 6. secus vero usufructuarius particularis singularum rerum. Costa *de port. rata. quæst.* 78. qui etiam non tenetur de suo solvere onera hæreditatis. Costa *loc. cit. quæst.* 213.

100 Usufructuarius non potest uti, & frui bonis sibi relictis, vel legatis ante præstitam satisfactionem, seu cautionem. gl. *in L. si homo. ff. de usucap.* Socin. *cons.* 131. *lib.* 1. Rol. *cons.* 92. *n. 13. & 14. lib.* 1. Borgnin. *de usufr. n.* 143. Ciarlin. *controv. for. cap.* 148. *n.* 9. & interim hæres retinere potest bona hæreditaria, donec usufructuarius præstet cautionem. Malignat. *in tract. de tent. quæst.* 92. *per. tot.*

Usufructuarius jus ususfructus in alium transferre non potest sine consensu Domini, aliter illud ipso facto amittit, & acquiritur proprietatio. *L. si si usufr. ff. de Jur. dot.* P. Pirhing. *lib. 3. tit. 21. §. 8. nu. 35. vers. hot.* 3. commoditatem tamen transferre potest, vendendo, locando, aut pignorando, aut donando. Idem *l. c.* ex *L. arboribus.* 12. *§. usufructuarius. ff. de usufr.* 101

Usufructuarius non potest exigere nomina debitorum, quorum usumfructum habet sine mandato hæredis. Fachin. *lib. 12. controv. Jur. cap.* 35. nisi sit in possessione ususfructus, uti limitat Fachin. *l. c.* pro conclusione stant Borgnin. *de usufr. nu.* 198. Rol. *cons. 8. nu.* 19. *lib.* 1. Crass. *in §. legatum. quæst.* 34. quibus adstipulatur gl. *in L. uxori usumfructum. ff. de usufruct. legat.* 102

Usufructuarius in materia caducitatis æquiparatur emphyteutæ, vide *Emphyteuta*.

Usufructuarius vendens rem, super qua habet usumfructum tantum, debet cavere de conservando pretio, illoque in fine restituendo. Bich. *dec.* 66. *n.* 25. Felic. *de censib. to. 2. lib. 4. cap. un. n.* 15. Cenc. *de censib. par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 7. nu.* 7. & Rota post illius trac. *dec.* 294. *nu. 3. & 6.* 103

Usufructuarius quamvis non habeat civilem bonorum, super quibus habet usumfructum; possessionem, habet tamen quasi civilem, & ideo manutenibilem, cum illi competat interdictum retinendæ. *L. ait Prætor. §. item ei.* ubi gl. *ff. ex quib. caus. maj. in integr. restit.* Bart. *in L. si plures. §. dejectum. n. 1. ff. de vi, & vi arm.* Bart. *in L. 1. nu. 3. ff. uti possid.* Salyc. *in L. un. n. 24. C. eod.* Abb. *in cap. licet. causam. vers. nunc quero. nu. 37. de prob.* Menoc. *de retin. rem. 3. nu.* 70. Castill. *de usufr. cap. 6. nu.* 33. Boer. *dec.* 199. *nu.* 8. Rota *dec.* 366. *nu. 3. par. 1. recent.* Bich. *dec.* 159. *nu. 3. & seq.* 104

Usufructuarius de Jure communi non potest res hæreditatis *vendere*. *L. 2. §. usufructuarius. ff. de nov. oper. nunt.* Paris. *cons.* 71. *n.* 3. *lib.* 2. Castil. *de usufr. cap.* 20. *a. nu.* 12. Gratian. *disc. for. cap.* 636. *nu.* 18. Giurba *dec.* 79. *nu.* 14. Rota *in Recanaten. manutent. 24. Aprilis 1643. coram Cerro.* Bich. *dec.* 349. *nu.* 6. 105

Usufructuarius tenetur ad annuas præstationes. *L. fin. ff. de usufr. leg. L. usufructu bonor. ff. ad L. Falcid.* Castill. *de usufr. cap. 58. nu. 11. & 12. L. fin. §. fin. autem legata. C. de bon. quæ lib.* Menoch. *cons.* 115. *n.* 11. Surd. *dec.* 193. *num.* 1. Rota *in Interamn. ususfructus. 14. Maii. 1650. quia objectum. coram Cerro.* Bich. *dec.* 643. *n.* 34. 106

Usufructuario competit interdictum retinendæ contra proprietarium occupatorem, aut turbantem naturalem possessionem. Bich. *d. dec.* 159. *nu.* 2. & DD. ibi cit. Quamvis pro ære alieno non possit conveniri, tamen illa, quæ fuerunt apposita propter fructus, qualia sunt annuæ præstationes, & similes solvere tenetur ita Surd. *cons.* 493. *nu. 3. & dec.* 193. ubi Hodier. Rim. jun. *cons.* 372. *nu.* 17. Castill. *de usufr. cap. 57. nu.* 10. Ciarl. *controv. for. cap. 47. n.* 23. Bursat. *cons.* 123. *nu.* 18. Paregr. *cons. 64. nu. 1. lib.* 6. Grev. ad Gail. *lib. 2. conclus.* 146. Burat. *dec.* 73. Barbat. *de divis. fructuum. par. 2. cap. 1. nu.* 101. nisi tamen collectæ, & annuæ præstationes essent decursæ, antequam dies ususfructus cesserit. Tranchedin. *consult. 93. n. 12. & 13.* qui citat Hodiernam ad Surd. *dec.* 193. *nu.* 24. Et si Usufructuarius aliquod æs alienum solvit, ad quod non tenebatur, competit ei repetitio ex actione negotiorum gestorum. *L. solvendo. ff. de negot. gest.* Bursat. *cons.* 123. *num.* 18. Castill. *loc. cit.* Jos. Altograd. *consult.* 39. *num.* 18. Andreol. *controv. for.* 56. *num.* 14. Peregr. *cons.* 24. *num.* 3. *lib.* 6. Tranchedin. *loc. cit. num.* 16. 107

Usufructuarius non adit hæreditatem, neque personam defuncti repræsentat. *L. ex facto. ff. de hæred. instit.* Rol. *cons. 8. num. 25. lib.* 2. Gail. *lib. 2. obs.* 146. *n. 3. & 5.* Berous *quæst.* 13. Crass. *de success. in §. legatum. quæst.* 36. Cyriac. *controv.* 489. *nu.* 3. Trentacinq. *var. res. lib. 2. tit. de pecul. res. 6. num.* 3. Tranchedin. *loc. cit. n.* 5. 108

Usufructuarius, si lis est super usufructu, solvit expensas litis. Molin. *de primogen. lib. 1. cap.* 27. Garz. *de expen. cap. 11. nu.* 20. Castill. *de usufr. cap.* 55. *nu.* 3. si vero agatur de proprietate, expensa spectat ad proprietarium, si est magna, secus si modica, quia tunc spe- 109

ctat

ctat ad usufructuarium. DD. mox cit. & Tranchedin. *consult. cit. nu.* 24. Adden. ad Gomez *var. res. to.* 1. *cap.* 15. *de servit. n.* 8. quia ex Usufructuario committit curam, solicitudinem, & custodiam, ac defensionem rei, in qua habet usumfructum. *L.* 1. §. *fin. ff. usufructuarius quemadmodum caveat.* Bart. *in L.* 1. §. *fin. nu.* 9. *ff. de nov. oper. nunt.* ubi Jas. Castill. & Tranchedin. *ll. cc.*

110 Usufructuarii hæres non facit suos fructus pendentes, sed spectant ad proprietarium. Castill. *de usufr. cap.* 77. Marin. *var. res. lib.* 1. *cap.* 152. *num.* 6. quamvis essent maturi, & proximi recollectioni. Tranchedin. *consult.* 73. *n.* 6. & 7.

111 Ususfructus alius est causalis, qui scilicet est conjunctus cum proprietate. *L. qui usumfruc. ff. de V. O.* & alius formalis, qui est a proprietate speratus. *L. uti frui. ff. de usufr. pet.* Sperell. *dec.* 145. venit nomine bonorum, & in hypotheca illorum. Castill. *de usufr. cap.* 52. Cyriac. *controv.* 490. Merlin. *de pign. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 23. Stail. *de salv. interd. inspect.* 3. *cap.* 2. *a nu.* 794. Ususfructus bonorum Ecclesiæ non potest alienari ob Extrav. *ambitiosæ*. Pauli II. Pignatell. *to.* 1. *consul.* 18. Suarez *de LL. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 5. non potest cedi extraneis, sed tantum commoditas. §. *finitur.* ubi DD. *Instit. de usufr. L. si ususfr. ff. de jure dot. cap. fin. de pignor.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 209. Noal. *de transmiss. cas.* 66. Honded. *cons.* 85. Non transit ad hæredes usufructuarii, nisi aliter fuerit expressum. Ciarlin. *controv. for. cap.* 169. Noal. *de transmiss. cas.* 5. & 66. Honded. *cons.* 85. non venit in confiscatione bonorum. Cyriac. *controv.* 493.

112 Ususfructus imputari non potest in legitimam. Alex. *in L. in fideicommissariam. n.* 8. ubi Salyc. *n.* 7. & Ripa *n.* 41. *ff. ad L. Falcid.* quamvis hæreditas esset tam pinguis, ut plus importarent fructus, quam ipsa proprietas una cum fructibus solius legitimæ. Paris. *cons.* 93. *vol.* 2. Rimin. jun. *cons.* 510. *n.* 48. & *cons.* 50. *nu.* 89. Peregr. *de fideic. art.* 49. *n.* 42. Mangil. sibi contratius *de imput. quæst.* 11. *n.* 9. Fusar. *de substit. quæst.* 296. *n.* 27. & 28. & 47. Gratian. *disc. for. cap.* 239. *nu.* 8. Cyriac. *controv.* 148. *nu.* 7. & 53. Rota *in Romana legitimæ. an.* 1614. *coram Verospio.* & *dec.* 653. *n.* 13. *par.* 1. *recent.* & alii, quos citat, & sequitur Merlin. *de legit. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 8. *n.* 6. & 7. contra Surd. *cons.* 215. *n.* 16. *lib.* 2. Menoch. *de præs.* 196. *nu.* 23. *vers. accendit.* & alios non pvucos apud Merlin. *l. c. n.* 3. & 4.

113 Ususfructus viduæ relictus, si fuerunt instituti hæredes extranei, debetur illi pleno jure. Paschal. *de patr. pot. par.* 2. *cap.* 8. *n.* 14. Gabr. *de usufr. conclus.* 3. Rol. *cons.* 74. Mant. *de conject. lib.* 9. *tit.* 7. Relictus uxori, quando filii sunt instituti hæredes, restringitur ad alimenta. gl. & DD. *in L.* 1. *C. si secundo nupserit mulier.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 144. Mant. *loc. cit.* Gabr. *de usufr. conclus.* 2. Surd. *de alim. tit.* 2. *quæst.* 15. & Crescent. *dec.* 5. de *testam.* Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 29. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 8. Cyriac. *controv.* 52. & 242. etiam favore filiorum primi matrimonii, quamvis uxor fuerit relicta Domina, & Madona, & licet testator prohibuerit uxorem quomodocunque molestari super redditione computorum, quia intelligitur de administratione habita in domo vivente testatore. Maresc. *l. c. nu.* 6. detracta tamen dote, & antefacto. Paschal. *l. c.* Item quamvis adsit clausula *omni meliore modo*. Item quamvis fuerit relicta usufructuaria una cum filiis, quia intelligitur testator, quod velit uxorem esse alendam cum filiis, imo licet una cum filiis fuerit instituta hæres, sive per ultimam voluntatem, sive per contractum uxori fuerit relictus ususfructus. Limit. primo in bonis, quæ ob filii delictum veniunt ad fiscum. Limit. secundo, si filii fuerint mortui. plura vide apud Maresc. *l. c.*

114 Ususfructus non competit patri in dote adventitia filiæ. Socin. *in L.* 2. *ff. sol. matr.* Bald. novel. *de dote. par.* 6. *privil.* 33. Paschal. *de patr. potest. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 39. ratio est, quia etiam dos profectitia de jure antiquo dicebatur patrimonium filiæ. *L. Pomponius. ff. famil. ercifcundæ.* in quo nullum pater habet usumfructum. Cum vero supervenit jus novum disponens usumfructum in adventitiis filii pertinere ad patrem, venit ad augendum jus filii quoad proprietatem, quod non debet trahi ad dotem filiæ, ne inducta ad augendum operentur diminutionem. Paschal. *l. c.*

115 Usufructus non acquiritur patri in dote, quam filiusfamilias acquirit a sua uxore, cum debeat deservire pro oneribus matrim. DD. *in L. si cum dotem. ff. sol. matrim.* §. *transgrediamur.* Castr. *in L.* 2. *C. famil. ercisc.* Pinell. *in L.* 1. *C. de bon. mat. par.* 1. *n.* 57. quod tamen procedit, cum filius ex causa, & sine culpa sua habitat seorsim a patre. Imo tali causa tenetur ei pater consignare donationem propter nuptias. Becius *cons.* 93. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 3. *num.* 39.

116 Ususfructus non debetur patri, cum una cum filio succedit in hæreditatem alterius filii. Rol. *cons.* 95. *n.* 49. *vol.* 1. Socin. *cons.* 34. Paschal. *loc. cit. nu.* 43. per Auth. *item hereditas. C. de bon. quæ liber.* si vero succedit pater cum matre, an retineat usumfructum in bonis, in quibus mater succedit. vide Thes. *dec.* 156. distinguentem inter bona paterna, & materna, ita ut ususfructus bonorum paternorum spectaret ad patrem, maternorum, ad matrem, seu ad avum paternum, aut maternum. Costa *de port. rata. quæst.* 211.

117 Ususfructus non competit Patri in bonis, quæ ipse donavit filio. Vinc. de Franch. *dec.* 4. Paschal. *l. c.* neque tunc, quando ususfructus tantum fuit relictus filio, ne detur servitus servitutis, contra *L.* 1. *ff. de usufr.* Paschal. *l. c. nu.* 100. secus quoad commoditatem. Limit. si ususfructus fuit relictus filio contemplatione patris, ita ut præmoriente filio non extingueretur, & in dubio præsumitur relictus contemplatione patris; ita tamen, ut si præmoritur pater, fingatur relictus filio, donec vivit. *L. fin. C. de usufr.* & ibi Bart. Paschal. *l. c. par.* 1. *cap.* 3. *n.* 10. Neque in bonis Castrensibus, vel quasi filii, si tamen filio sciente pater illum percepit, filius videtur donasse, præsertim si per longum tempus. Tranchedin. *cons.* 98. neque in feudalibus maternis, vel aliunde ad filium perventis. Rol. *cons.* 71. *n.* 65. & alii apud Paschal. *l. c.* Neque in bonis maternis filii Clerici, quamvis ante Clericatum illa habuisset. Rol. *cons.* 16. *vol.* 4. Marth. *de jurisdict. cent.* 1. *par.* 4. *cons.* 22. Costa *de port. rata. quæst.* 211. maxime in Beneficialibus.

118 Ususfructus in bonis maternis competit patri, & filiis pro rata post emancipationem. *L. si viva matre. C. de bon. mat.* in solatium doloris contracti ob amissam uxorem, sicut etiam in aliis bonis adventitiis delatis filio ante emancipationem. Costa *de port. rata. quæst.* 148. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 20. In bonis vero delatis post emancipationem pater habet medium usumfructum, quem prius integrum habebat, qui durat licet filius præmoriatur. Et quando censeatur a filio remissus in emancipatione, vide Cyriac. *controv.* 319.

119 Datus in dotem causa sortis soluto matrimonio est restituendus, ne dos pereat in accessoria, si vero fuit datus pro interesse dotis, non est restituendus nisi pro rata. Garz. *de expens. cap.* 22. Costa. *l. c. quæst.* 131.

120 Ususfructus in bonis filii existentis in patria potestate an competat Patri, vide *Pater.* quem habet in bonis filii, extinguitur per ingressum Religionis patris. vide *Pater.* Extinguitur per mortem usufructuarii, & cum proprietate consolidatur. § *finitur. Instit. de usufr. L. antiquitas. C. de usufr.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 169. *num.* 3.

121 Ususfructus amittitur pro illa rata, pro qua usufructuarius re non fuit usus. *L. si cui.* ubi gl. & Bart. *ff. de usufr.* Item pro ea parte, qua usufructuarius male fuit usus. Menoch. *de arb. lib.* 2. *cas.* 78. & Costa *de port. rata. quæst.* 145.

122 Ususfructus si fuit extinctus, competit Proprietario manutentio in ejus possessione, vide *Proprietarius.* & illius possessio non dicitur nova, sed eadem. vide *Possessio.*

123 Ususfructus reservatus super bonis donatis cadit sub hypotheca ad favorem creditorum. Merlin. *de pignor. lib.* 4. *tit.* 5. *q.* 142. Natta *cons.* 215. Mant. *de conject. lib.* 7. *tit.* 7.

124 Ususfructus remissio facta ab Ecclesia sapit alienationem. Bald. *in auth. hoc jus porrectum. num.* 6. *vers.* 3. *C. de SS. Eccles.* ex text. *in L. jubemus.* §. *fin. C. eod.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 20. *cap.* 33. *n.* 1. & 2. & Bich. *dec.* 66. *nu.* 9.

USURA.

Praxis Usurarum.

§. I.

Quid, & quotuplex?

1 Usura est accessio sortis ex solo tempore tardæ solutionis, seu clarius est, lucrum quæsitum ex mutuo vi mutui. Innoc. Abb. & alii *in rubr. de usur.* Tambur. *lib. 9. de contrac.* 1. *cap.* 2. §. 1. seu est actus voluntatis interior, aut exterior conventio dandi, vel accipiendi lucrum aliquod temporale ultra sortem ex vi mutui principaliter, juxta Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 1. *num.* 2. §. *usura.* P. Pirhing *lib.* 5. *tit.* 19. *sect.* 1. §. 1. *num.* 2. *vers. primo modo.*

2 Usura alia est mentalis, alia realis, mentalis est, quando quis eo animo & intentione mutuat, ut acquirat lucrum ex mutuo tanquam ex justitia debitum in compensationem illius, licet nullo interveniente pacto expresso, vel tacito de lucro. Realis est, cum quis mutuat cum pacto expresso, vel tacito accipiendi aliquid ultra sortem. Alia expressa, seu formalis, alia virtualis, seu palliata. Expressa & formalis, seu manifesta est, quando exigitur pretium pro mutuo. Virtualis, seu palliata Usura est, cum res venditur carius, aut vilius ob dilatam, aut anticipatam solutionem. Alia est restauratoria, seu compensativa, quando aliquid petitur pro interesse damni emergentis, aut lucri cessantis, aut ratione periculi, laboris, vel expensarum, quæ probabiliter faciendæ erunt in recuperatione rei mutuatæ. Lucratorium est, quam mox supra descripsimus. Alia est punitiva, quando mutuo apponitur pactum solvendi aliquid supra sortem in pœnam non redditæ rei mutuatæ statuto tempore. Ita Pirhing *lib.* 5. *tit.* 19. *sect.* 1. §. 1. *nu.* 5.

3 Usura est etiam alia conventionalis, quæ ex conventione, alia legalis, quæ ex mora, & officio Judicis debetur, illa fœnus dicitur, unde fœneratores. Ita Leonardus *de usur. quæst.* 4. ubi plures aliæ afferuntur usuræ divisiones, quæ cum supra allatis concidunt, aut eædem sunt.

4 Porro usura lucratoria est impia contra Deum, iniqua contra proximum, & periculosa in se ipsum, unde dare ad usuram peccatum est mortale, ut docent S. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *ar.* 1. & Theologi de usuris agentes, & constat ex *L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 8. & illas recipientes tenentur ad restitutionem. *cap. preterea.* 7. *cap. tuas.* 15. *de usur. cap. quamquam. de usuris in 6. cap. ad nostram.* 1. *de jurejur.* Et usurarum dominium non transfertur, quia usura furtum, aut rapina dicitur. *cap. si quis usuram.* 13. *quæst.* 4. rei vero furto oblatæ dominium in furem non transit. *L. fin. ff. usufruct. quemadmodum caveat.* tum quia licet in usurarum solutione interveniat traditio, quia tamen hæc provenit ex turpi causa, & injusta, non sufficit ad transferendum dominium. *L. nunquam.* 31. *ff. de acquir. dominio.* Et ex contractu nullo dominium non transfertur. *L. non dubium. C. de LL.* ubi Cart. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. *nu.* 6. Villagut. *de usur. quæst.* 25. quamvis sententia contraria, quod dominium in rigore juris verior videatur, quam tenent Bellam. *in d. cap. si quis usuram.* 14. *q.* 4. Berous *in cap.* 3. *de usur.* Sylvest. *in verb. Usura.* 6. *n.* 1. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. *n.* 7. sed prior sententia procedit attento jure naturali, & ejus æquitate, quam sequitur jus Canonicum; unde sequitur, Usurarium teneri ad restitutionem non expectata ulla Judicis declaratione.

§. II.

Quo jure prohibitæ sint usuræ?

5 Usuræ lucratoriæ prohibentur non tantum de jure positivo, Divino; & Ecclesiastico, sed etiam jure naturali. Ita Catholica doctrina S. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 1. & patet ex *Deuteron. cap.* 23. *non fœneraberis fratri tuo ad usuram pecuniam.* & *Psal.* 14. *qui pecuniam suam non dedit ad usuram.* & Lucæ 6. ait Christus *mutuum date, nihil inde sperantes,* scilicet supra sortem. & *ex toto titulo de usuris.* & *eod. tit. in 6. Clem. un.* §. *fin. de usur.* & *ex Con. Niceno cap.* 17. relato in *cap. quoniam.* 2. *dist.* 47. adeo, ut neque consuetudo qualiscunque, quamvis excuset a pœna fori externi, non tamen excuset a culpa. Scaccia *de Camb.* §. 1. *q.* 1. *n.* 306. Beltramin, ad Ludovis. *dec.* 93. *nu.* 9. Rota apud Bich. *dec.* 15. *n.* 20. Rota *dec.* 301. *n.* 22. & 24. *par.* 5. *recent.* apud Bich. *l. c.* tum quia usuræ sunt prohibitæ de jure Divino. *cap. quia in omnibus. cap. super eo. de usur. cap. plerique.* 14. *quæst.* 14. Neque statuto etiam confirmato a Legato Sedis Apostolicæ, aut consuetudine induci potest, quod licite exigantur. Surd. *cons.* 327. *n.* 51. Farin. *cons.* 15. *nu.* 63. Neque potest permitti a Principe Laico inconsulto Pontifice. Ita Anchar. *cons.* 263. Dec. *cons.* 170. Diana *par.* 10. *trac.* 3. *res.* 5. ubi DD. Sylvest. *in ver. Usura.* 9. *quæst.* 22. Et quamvis Jus Civile permiserit simplices usuras testib. Bart. *in L.* 1. *C. de S. Trinit.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 1. *nu.* 6. Less. *lib.* 20. *dub.* 4. *num.* 31. tamen correctum fuit a Jure Canonico, ut patet ex *Clem. un. de usur.* De quibus plura diximus in praxi *Pactorum.* P. Pirhing *lib.* 5. *tit.* 19. §. 3. *nu.* 17.

Usuræ nec Judæis licitæ sunt, & in illis a Principibus, & Judicibus Ecclesiasticis tolerari non possunt, quia cum jure naturali, & Divino usuræ prohibitæ fuerint, & Judæi Legem Moysis observare debeant, non possunt usuras a Christianis exigere, imo debent illos Judices Ecclesiastici, aut Laici compellere ad restituendas, quas perceperunt. *cap. quanto. de usur.* Riccid. *de jure person. lib.* 2. *cap.* 19. Avendanus *de censib. cap.* 21. *num.* 11. Petr. Gregor. *lib.* 2. *de usur. c.* 5. Fachin. *controv. Jur. lib.* 2. *cap.* 48. Molla *in empor. Jur. tit.* 8. *quæst.* 25. nam licet de iis, qui foris sunt, non sit curandum de illorum animabus, tamen Judæi peccantes contra jus naturale, emungendo Christianos usque ad sanguinem, debent debitis pœnis affici. Majol. *dier. canicular. colloq.* 1. *de perfidia Judæorum.* Petr. Gregor. *l. c.* Eymer. 2. *par. directorii Inquisit. q.* 46. Carena *de off. S. Inquis. par.* 2. *tit.* 14. §. 2. & alii apud Gonzal. *lib.* 5. *Decret. tit.* 19. *cap.* 13. *n.* 2. & cum sit delictum mixti fori, puniri possunt ab Ecclesiasticis, aut Laicis, prout pervenerint. Neque S. Pontifex potest concedere Judæis, aut permittere ut licitum exercitium usurarum. *cap.* 4. *de usur.* ubi Gonzal. Conrad. *de contrac. quæst.* 25. & *seq.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. *n.* 8. quamvis tolerari possit ad vitandum majus malum non secus, ac tolerant meretrices. Lupus *de usuris. comment.* 1. §. 4. Ciarlin. *controv. for. cap.* 29. Est vero usura crimen Ecclesiasticum quoad juris cognitionem, in quo solus Judex Ecclesiasticus potest procedere. gl. *in cap. cum sit generale. de foro compet.* Covar. *l. c.* Clarus *in* §. *Usura. n.* 8. quoad pœnas vero infligendas, & annullandum contractum est mixti fori, ita Clar. *l. c.* Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 30. Bursat. *cons.* 60. *lib.* 1. Farin. *in praxs quæst.* 8. Cabal. *res. crim. cas.* 188. Ciarlin. *l. c.* Diana *par.* [illegible] *tract.* 2. *res.* 77. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 17. 6

Dices. In Deuteron. *cap.* 23. *vers.* 19. habentur hæc verba. *non fœneraberis fratri tuo ad usuram pecuniam &c. sed alieno. & cap.* 28. *vers.* 10. præcipitur Judæis. *fœneraberis gentibus multis.* & Lucæ 19. dicitur. *quare non dedisti pecuniam ad mensam, & ego cum usuris exegissem illam.* ergo usuræ non sunt prohibitæ jure Divino. Respondetur ad primum textum, usuras ibi fuisse permissas Judæis contra extraneos non tanquam licitas in foro interno, sed externo tantum, in quo non puniebantur ad majus malum vitandum, ne fœnerarentur fratribus suis, & permisit illis Deus accipere usuras a gentibus tanquam ab hostibus, quos licitum erat spoliare bonis suis in bello justo, & illud lucrum capiebatur non vi mutui, sed occasione mutui capiebatur, quod aliunde debitum erat. 7

Dices 2. volenti & consentienti non fit injuria, nec dolus. *L. in donationis.* 34. *C. de transact.* at in nostro casu usuræ promittuntur a volente, & consentiente. Respondetur, promittentem non simpliciter, & cum plena libertate consentire, sed coacte, & invite, secus esset, si ex mera liberalitate, & gratitudine promitteret, & in dubio promittens usuras semper præsumitur, quia nemo præsumitur sponte jactare suum. *L. cum de indebito.* 25. *ff. de probat.* Molina *de just. & jur. trac.* 2. *disp.* 304. *num.* 21. Greg. Tholos. *lib.* 2. *de usur. cap.* 3. *n.* 8. Pirhing *l. c. nu.* 11. 8

Am-

9 Ampliatur conclusio, quod usuræ non possint licite exigi, aut accipi etiam ob favorem causæ piæ, aut ad aliud opus bonum etiam ex dispensatione. *cap. super eo.4. de usur.* neque sub prætextibus pietatis potest permitti facultas dandi ad usuras; quia dispensari non potest in jure Divino, & naturali, ut dictum fuit in praxi *Dispensationis*, & non sunt facienda mala, ut eveniant bona, nec placent Deo elemosynæ factæ de usuris. *cap. non est putando.* 27. 1. *quæst.* 1. *cap. forte.* 3. *l. c.* & *cap. ne quis. si quis.* 17. 2. *quæst.* 2. Tolos. *l. c. cap.* 8. *nu.* 16.

§. III.

Usura quibus in contractibus cadat?

10 Directe cadit in mutuo vero, vel palliato. Seraphin. *dec.* 599. *nu.* 3. Layman. *moral. lib.* 3. *de just. tract.* 4. *cap.* 16. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 3. *p.* 2. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 133. apud quem Rota. Indirecte vero committitur etiam in aliis dispositionibus, & contractibus. Menoch. *cons.* 109. & 441. Sperell. *dec.* 90. etiam in contractus emptionis, & venditionis, & quovis alio innominato, etiam in testamentis, & legatis. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 1. *n.* 9. Surd. *cons.* 25. Mastril. *dec.* 106. Rota apud Merlin. *dec.* 161. *n.* 4. data fraude, & prava intentione lucri absque periculo. Ciarlin. *controv. for. cap.* 25. quia usura est, quidquid accedit sorti tam in contractu mutui, quam in aliis de re consistente in pondere, numero, & mensura. Sylvat. *lib.* 1. *cons.* 7. Dec. *cons.* 116. Roman, *cons.* 238. Alex. *cons.* 8. sicut etiam minus solvere locatori ob anticipatam solutionem. Cyriac. *controv.* 87. *a nu.* 15. Et Debitor quantitatis ad certum tempus, si ejus medietatem solvit ante tempus cum pacto, ut pro reliquatu expectetur alius annus, quamvis hoc pactum esse usuratium neget Diana *par.* 9. *tract.* 6. *res.* 24. Ita usura est, aliquid accipere pro fidejussione. Riccius *in praxi Usurarium. par.* 3. *res.* 462. non sit usura pactione, sed exactione. Gratian. *disc. for. cap.* 387. ubi an interesse possit taxari ab initio sine usura. Farin. *dec.* 331. & *quæst.* 163. Mant. *de tacit. par.* 1. *lib.* 8. *tit.* 24. *nu.* 24. Ciarlin. *controv. for. cap.* 29. *num.* 62.

11 Hinc Usurarius est contractus, si aliquid vendatur, & plus exigatur justo pretio ob dilatam solutionem, & hæc dicitur usura palliata, & præsumpta. Molina, Laym. & alii apud P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 19. *sect.* 2. §. 1. *nu.* 25. Nisi sit dubium, an tempore dilatæ solutionis pretium augeri possit, & venditor antea venditurus non esset. *cap. consuluit.* 10. *vers. etiam.* & *cap. fin. de usur. cap. ad nostram. de empt. & vend. cap. illo vos. de pignor.* Barb. & Canis. *in cap. in. Civitate.* 6. *de de usur.* & ibi Gonzal. *n.* 1. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 33. Rodriguez *de an. reddit. lib.* 3. *quæst.* 7. *nu.* 72. Molina *de Just. tract.* 2. *disp.* 355. Leothard. *de usur. quæst.* 24. *per tot.* Cyriac. *controv.* 169. & alii apud Gonzal. *l. c.* Pithing. *lib.* 5. *tit.* 19. §. 1. *num.* 25.

12 Quæres primo, quid dicendum de illo, qui alii mutuum dat cum pacto, ut mutuatarius sibi vicissim mutuet? Respondetur, committi usuram. ita S. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 2. *ad* 4. Molin. *de Just. & Jure. trac.* 2. *disp.* 308. *nu.* 3. Sylvest. *verb. Usura.* 1. *quæst.* 2. P. Pirhing. *l. c. nu.* 26. Idem dic, si quis mutuavit cum pacto, quod mutuatarius ipsi mutuanti, vel alii officium, aut Beneficium conferret. Molina *l. c. disp.* 310. Idem dic, si mutuans mutuavit cum pacto, quod mutuatarius condonet sibi injuriam a mutuante illatam. Ita est usurarium pactum mutuanti adjectum, quod mutuatarius, cui fuit mutuata pecunia, teneatur tempore messis loco pecuniæ restituere frumentum etiam justo pretio, quia mutuum in pecunia requirit, quod solvatur in pecunia, ergo obligare ad frumentum est pactum contra naturam mutui, ergo mutuatarius obligatur ad aliquid, ad quod vi mutui non tenetur. Ita exigere a mutuatario obligationem solvendi debita mutuantis, aut acceptandi, vel solvendi partem debiti in alia re.

13 Quæres secundo, quid dicendum, potestne mutuans percipere fructus pignoris fructiferi a mutuatario sibi dati? Dicendum, non posse. *cap.* 1. & 2. & *cap. conquestus, de usur. cap. significante. de pignor.* quia contractus mutui in hoc differt a contractu pignoris, quod in mutuo transferatur dominium in mutuatarium, a vero in pignore non transfertur dominium pignoris, in eum, qui pignus accepit; cum ergo mutuans non acquirat dominium pignoris, sed maneat apud mutuatarium, illi duntaxat fructificat; quia quælibet res fructificat suo Domino, ergo illos mutuans sine injustitia nequaquam percipere potest, sicut non potest etiam uti pignore non fructifero, si est tale, quod usu atteritur, & consumitur. Neque valet pactum Legis Commissoriæ in pignore, & in mutuo, ut dictum fuit in praxi *Pactorum.* P. Thom. Tambur. *lib.* 9. *de contrac. trac.* 1. *de mutuo & usura.* §. 2. *cap.* 6. P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 19. *sect.* 3. §. 1. Limit. primo, si Laicus detineat prædium injuste, quod Clerico fuit in Beneficium assignatum, & illud postea pro mutuo obliget, aut in pignus det ipsi Clerico, quia tunc potest Clericus fructus ex tali prædio licite percipere, & retinere, nec tenetur illos computare in sortem, quia recipit, quod suum est, & per occultam compensationem redimit, quod ad se legitime spectat, & aliter forsan recuperare non poterat. *cap.* 1. *de usur.* ubi gl. *verb. Beneficium.* quod idem procedit in Laico, qui non potest aliter redimere possessionem rei suæ ab injusto detentore. Limit. 15 secundo, si mutuatarius mutuanti in pignus rem, in qua mutuans habet directum dominium, uti feudatarius dans in pignus feudum Domino directi pro mutuo, seu debito, quo casu fructus percepti ex re oppignorata non sunt computandi in sortem, juxta *cap.* 1. *de feud.* & *cap. conquestus.* 8. *de usuris.* ubi Abb. *n.* 5. quod extenditur communiter etiam ad rem emphyteuticam, quia hæc est natura contractu feudalis, & emphyt. ex prima sua institutione, ut in certis casibus jure expressis dominium utile ad Dominum directum, inter quos est etiam ille, si res feudalis, vel emphyteutica a Vasallo, 16 vel emphyteuta detur in pignus pro debito Domino Directi, quia tunc dominium utile consolidatur cum proprietate. Molina *de Just. l. c. disp.* 323. §. *ult.* Dummodo tamen Dominus Directi a Vasallo, aut emphyteuta non exigat debitum alias obsequium, servitium, aut pensionem. *cap.* 1. *de feud.* quia alias fructus pignoris teneretur computare in sortem. Abb. *in d. cap.* 1. *de feud.* Sylvest. *verb. feudum. nu.* 29. & Dominus directi non 17 percipiat ex re feudali fructus provenientes ex meliorationibus factis per industriam Vasalli. Et feudum in pignus datum non fuerit pretio emptum a Vasallo aut in compensationem præcedentium meritorum acquisitum. Limit. tertio, si maritus pro dote uxoris sibi promissa loco pignoris accipiat prædium, ut ex eo fructus percipiat, donec dotem promissam accipiat; quia tunc maritus facit fructus suos, nec computat illos in sortem, juxta *cap. salubriter.* 16. *de usur.* & hæc ad supportanda onera matrimonii.

§. IV.

De obligatione restituendi Usuras.

Usurarius tenetur ad restitutionem usurarum illis faciendam, a quibus fuerunt extortæ, & si illi non extant, 14 restitutio debet fieri illorum hæredibus tam ex testamento, quia ab intestato, & his etiam non extantibus fieri debet pauperibus, vel Ecclesiis, aut locis piis. Et si ille, cui debet fieri restitutio, longe absit, tenetur usurarius illas transmittere etiam suis sumptibus, si ille a loco discessit, si vero mutuatarius a loco discessit, ubi usuræ extortæ sunt, transmitti debent expensis absentis. Abb. *in cap. cum tu.* 5. *de usur. n.* 9. P. Pirhing. *n.* 102. *vers. notandum* 2. *sect.* 4. §. 3. si vero de usuris acceptis non constet in foro externo, sed tantum in interno, sufficit, quod restituantur pauperibus, si vero constaret in foro externo, in quo quis fuit declaratus publicus usurarius, debet fieri restitutio judicio Episcopi, nec debet credi dicenti, se restituisse, aut velle restituere, quia sicut publice constat de ablatione, ita debet constare de restitutione. Abb. *in cap. cum sit.* 16. *de Judæis. n.* 7. Greg. Tholos. *d. cap.* 13. *de usur. n.* 12. Pithing. *l. c. n.* 103. adeo ut talis publicus Usurarius non admittatur ad S. Eucharistiam, donec publice satisfecerit. *cap. quia in omnibus.* 3. *de usur.* Bonac. *de contrac. disp.* 3. *quæst.* 3. *p. ult.* neque ad sepulturam publicam. *Clem.* 1. *de sepult.*

sepult. sub pœna excommunicationis contra temerè sepelientes, hoc est, sepelire præsumentes, si sepeliant post sententiam declaratoriam specialem criminis. Suarez *to.* 5. *disp.* 31. *sect.* 2. & alii apud Bonac. quæ excommunicatio reservatur Pontifici, donec satisfecerit ad arbitrium Episcopi sui. Dicitur autem Usurarius notorius, seu manifestus ad effectum incurrendi pœnas contra usurarios, qui ita palam exercet fœnus, ut nulla possit tergiversatione celari. Navar. *in man. cap.* 17. *nu.* 280. Molina *de just. & jure. d. disp.* 334. & alii contra Covar. apud Bonac. *de contrac. disp.* 3. *q.* 3. *p. ult.* quæ dicitur notorietas facti. Item qui per sententiam Judicis fuit condemnatus, aut qui in judicio hoc crimen fuit confessus, aut contra quem in judicio fuit plane probatum per duos testes, & hæc est notorietas Juris. *cap. cum de V. S.* Covar. *lib.* 3. *var. res.* 3. & Ansaldus *de jurisd. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 5.

15 Sed pone Usurarium restituisse pauperibus usuras, deinde comparere illum, a quo usuræ extortæ fuerunt, teneturne de novo illi facere restitutionem, aut saltem illius hæredibus, si compareant? Respondetur, quod si solvens prius fecit diligentem perquisitionem Domini, aut illius hæredum, non teneri ad aliam restitutionem, si vero non adhibuit debitam diligentiam, teneri. *cap. sicut.* 6. *§. eos insuper. de homicid.* Tholos. *l. c. nu.* 15. Pirhingh. *l. c. nu.* 103. *vers. notan.* 4. excusatur tamen a restitutionis obligatione pauper. Pratus ad Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 5. juxta *cap. cum tu. §. illi autem. de usur.* inanis enim est actio, quam excludit inopia debitoris. *L. nam is.* 6. *ff. de dolo. cap. olim.* 16. *de restit. spol.* Et Usurarii bona, sicut etiam furis sunt tacite obligata pro restitutione, seu hypothecata. vide *Fur.*

16 Præterea talis usurarius habet quidem beneficium cessionis bonorum, ut retinere possit alimenta sibi necessaria in foro externo, non tamen in foro interno, in quo non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, & nemo ex alieno vivere debet. Abb. *in cap. cum tu.* 5. *de usur. n.* 10. & 11. & ibi gl. *litt. I.* ubi Jo. Andr. *n.* 9. sed tamen Petrus Tolos. in benigniorem partem inclinat, & existimat, usurarium gaudere Benef. cedentium bona saltem, ut alimenta habere possit. ita *lib.* 3. *de usur. cap.* 6. *a nu.* 9.

17 Non usurarii tantum tenentur ad restituendas usuras, sed etiam hæredes eorum tam Clerici, quam Laici, etiam Judæi, ob regulam generalem, quod non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. sed quod repetantur ex conditione indebiti, tenet Ansald. *de jurisdict. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 8. Menoch. *de arbitr. cas.* 389. videri potest Canis. *in trac. de usur. cap.* 7. *nu.* 3. & quoad Judæos probatur ex *cap. post miserabilem.* 12. *de usur.* ubi gl. Host. & Abb. *nu.* 4.

18 Et non tantum usuræ sunt restituendæ, sed etiam fructus, & omne id, quod interest mutuatarii, sibi usuras non fuisse ablatas ratione damni eidem emergentis, aut lucri cessantis. Rodriguez *lib.* 3. *de ann. redit. quest.* 11. *nu.* 14. Molina *de Just. trac.* 2. *disp.* 327. Leothard. *de usur. quest.* 96. *nu.* 19. quia fur tenetur ad omne id, quod interest ex rei furtiva surreptione. *L.* 3. *ff. de condict. furt. L. merito. ff. de vi, & vi armata.*

19 Quæres, an usurarius acquirat dominium rei per usuram acquisitæ? Respondetur, quod non, nisi cum suis ita commiscuerit, ut discerni nequeant. *§. si duorum. Instit. de rer. divis. L. si alieni. ff. de solut.* quo tamen casu, quamvis acquisiverit dominium rei usurariæ, tamen illud acquisivit cum obligatione eas reddendi Domino in æquivalenti, & resarciendi omnia damna. ita jura citata. Covar. *lib.* 4. *var. res. cap.* 3. Molina *de Just. disp.* 327. Sylvest. *verb. Usura.* 6. *dub.* 1. quamvis contrarium teneat Navar. *in man. cap.* 17. qui probat ex *L. nunquam. ff. de acquir. rer. domin.* ubi nuda traditio non transfert dominium, nisi præcesserit justus titulus. Usuræ vero non traduntur, nisi quatenus debentur, & si debitæ non sunt, deficit intentio in illas tradente. Si vero usurarius res usurarias cum suis non commiscuit, usurarius non acquirit illius dominium secundum probabiliorem, quam defendit Molin. *de Just. & Jur. disp.* 326. Less. *lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 158. quam sequitur P. Tamburin. *lib.* 9. *de contract. tract.* 1. *cap.* 7. *§.* 1. *nu.* 5. contra alios.

§. V.

De pœnis contra Usurarios.

Usurarii utroque jure diversis pœnis afficiuntur. Ric- 20
cius *in collect. dec.* 559. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 17. Clarius *in §. usura. vers. sed quaro.* & quamvis sit Laicus, vel Judæus, potest puniri a Judice Ecclesiastico. *cap. post. miserabilem. de usur.* Lapus *alleg.* 10. Tusc. *litt. V. conclus.* 300. Menoch. *de arbitr. cas.* 398. *num.* 42. Lupus *de usur. comment.* 4. §. 4. Farin. *in praxi. quest.* 8. Ciarlin. *controv. for. cap.* 29. *cit.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. *nu.* 1. ubi quod hoc crimen est mixti fori.

Porro usurarius manifestus, si est Clericus, ultra re- 21
stitutionem, ad quam est cogendus, suspenditur ab officio ad arbitrium Episcopi, *cap. quoniam non solum de usur. cap. ad nostram. de contrah. empt cap. ad nostram. de jurejur.* & fit infamis. *cap. inter dilectos. de excess. Prælat.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. & si perseverat in contumacia, non solum ab officio, sed etiam ab omni Beneficio Ecclesiastico suspenditur. *cap. preterea de de usur.* & si adhuc in fœnore perstiterit, de gradu suo dejectus alienus habebitur a Clero. *cap. si quis oblitus.* 4. *cap. quam multi.* 8. 14. *quest.* 4. *cap.* 1. *de usur.* privatur sepultura Ecclesiastica, donec de usuris, quatenus facultates patiuntur, plene fuerit satisfactum. Ab eo nullæ recipiuntur oblationes. Potest, & debet privari feudo. Prob. *ad Monach. in cap.* 1. *de usur. in* 6. Ansald. *de jurisd. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 7. Repellitur ab obtenta, & obtinenda dignitate. *cap. inter dilectos. de excess. Prel. cap. preterea. de usur.* Invalide testatur, & tanquam infamis repellitur a testimonio, sicut etiam a judicando, & patrocinando. Limit. quoad testamentum, si satisfecerit, aut dederit idoneam cautionem de satisfaciendo. Fachin. *lib.* 5. *controv. Jur. cap.* 62. contra Covar. *de testam. par.* 3. *numer.* 11. Crass. *in §. donat. quest.* 5. Dian. *par.* 8. *trac.* 6. *res.* 73. Lapus *alleg.* 125. Limit. secundo in usurario occulto, qui non incurrit infamiam nec juris, nec facti. *L.* 20. *C. ex quib. caus. infam. irroget. cap. inter dilectos. de excess. Prel.* Ansald. *de jurisdict. par.* 2. *tit.* 9. *cap.* 6. Limit. tertio in usurario, qui lucrum actu, & effective non percepit ex contractu usurario, quia non punitur pœna saltem ordinaria. Neque qui usuras non exegit, quamvis contractum usurarium celebraverit. Farin. *in prax. quest.* 163. Mant. *de tacit. par.* 1. *lib.* 8. *tit.* 24. Ugolin. *de usur. cap.* 26. Ciarlin. *controv. for. c.* 40.

Usurarius quamvis fecerit restitutionem, non evitat 22
pœnam, quia jam deliquit, quod procedit in foro externo, non vero in interno. DD. apud Ciarlin. *cap.* 29. & si est Clericus, & ter monitus non desistit, ab officio, & Beneficio est suspendendus per sententiam Judicis. *cap. preterea.* 7. *de usur.* & non tantum est suspendendus ad arbitrium Judicis, sed potest etiam deponi ab officio, & Beneficio Ecclesiastico, & illo in perpetuum privari, & multo magis est arcendus ab officio, & Beneficio obtinendo. *cap. inter dilectos.* 11. *de excess. Prel.* dummodo præcesserint tres monitiones. *cap.* 1. *dist.* 47. sine quibus non potest suspendi, deponi, aut privari, bene tamen arceri ab obtinendis, Tholos. *lib.* 3. *de usur.* 1. *nu.* 3. Hostien. *in sum. nu.* 10. *§. alia a Judice. de usur.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. *nu.* 3. Abb. *in d. cap. preterea. de usur. nu. ult.* si vero usurarii manifesti fuerint Laici, excommunicari debent, donec debite satisfecerint, & inter plures pœnas, quæ in Jure latæ sunt contra usurarios, datur electio Judici, quam infligere velit. *cap. ult. in fin. ut lite non contest.* Abb. *in d. cap. preterea. nu.* 4. & consulit, ut a pœna excommunicationis inchoetur, quia magis timetur. *cap.* 1. *de except. in* 6. Tholos. *loc. cit. nu.* 2. Pirhing. *loc. cit. num.* 151.

Quæres, an testamentum, vel quævis ultima voluntas 23
usurarii manifesti valeat? Respondetur, si non restituit, nec cavit idonee de restituendo, non valere. gl. *in cap. quamquam. §. fin. vers. aliter. facta. de usur. in* 6. ubi Jo. Monach. *nu.* 14. Imo nec legata ad pias causas valent, si decessit impœnitens, quia testamentum est invalidum ipso jure. *d. cap. quamquam.* Molin. *de Just. & Jur. trac.* 2. *disp.* 334. *num.* 11. si atem dedit signa pœnitentiæ, valere docet Sylvest. *verb. Usura.* 9. *quest.* 7. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. Molina *loc. cit.* Pithingh. *l. c.* §. 3. *nu.* 161. quamvis non restituerit, nec idonee caverit, & testamentum esset nullum quoad reliqua, quamvis in hoc

contrarium defendat Vasquez *in opusc. moral. trac. de testam. cap.* 9. §. 1. *dub.* 8. *numer.* 32. Card. de Lugo *to.* 2. *de Just. disp.* 24. *sect.* 4. *numer.* 70.

24 Porro quamvis testamentum usurarii, si non restituit, aut idonee non cavit de restituendo, non valeat, tamen si post testamentum prædictum ante mortem fecit restitutionem, aut idonee cavit, testamentum reconvalescit. gl. *fin. in d. cap. quamquam.* Sylvest. *verb. usura.* 9. *quæstion.* 6. Covarruv. *loco citato capit.* 3. *num.* 9. §. 12. Molina *loco citato numer.* 141. Vasquez *ut supra. numer.* 33. Tholos. *loco citato capit.* 14. *numer.* 4. Lugo *loco citato numer.* 41. Pirhing. *loco citato n.* 163. quia testamentum non pendet in suo valore a tempore, quo conditur, sed a tempore mortis, quia morte confirmatur. *capit.* 9. *ad Hebræos*, *& cap. cum Martha.* 6. §. *cæterum. de celeb. miss.* Restitutio autem ab usurario fieri debet non tantum rei, sed etiam fructuum. Menoch. Mascard. & alii apud Ciarlin. *controv. for. capit.* 40. *numer.* 11. Mascard. *de prob. concl.* 438. *num.* 13.

§. VI.

De probatione usuræ, & quando pœna non procedat?

25 Quia nemo puniri potest, nisi delictum fuerit prius probatum, quia regulariter non præsumitur. DD. apud Sperell. *decision.* 91. *numer.* 15. ubi loquitur de foro externo. Scaccia *de commerc. & camb.* §. 1. *quæstion.* 5. Menoch. *consil.* 201. Seraph. *decision.* 626. *num.* 3. Mant. *de tacit. libr.* 8. *titul.* 17. *numer.* 1. Mascard. *de probat. conclusion.* 438. Sperell. *decision.* 28. & quando præsumatur, vide Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. capit.* 27. Riccius *in praxi usurar. par.* 3. *resol.* 464. Et quidem primo præsumitur ex pactis insolitis. Alex. *consil.* 54. *libr.* 6. & Rol. *consil.* 96. *lib.* 2. Farin. *in prax. quæstion.* 162. Ciarlin. *d. capit.* 29. uti ex pacto retrovendendi cum modicitate pretii. vide *Pactum*.

Et quia est difficilis probationis, probatur conjecturis, & præsumptionibus, dummodo sint præsumptiones juris, & non hominis, liquidæ, & probatæ in suo genere saltem per duos testes. Una tamen non sufficit, sed plures requiruntur. *cap. cum in Diœcesi.* ubi DD. *de usur.* Bald. *cons.* 319. Cravetta *cons.* 145. Mascard. *de probat. conclus.* 438. Menoch. *consil.* 343. Farin. *consil.* 40. sed requiruntur ad minimum tres. DD. apud Ciarlin. *capit.* 40. Fabian. *de empt. quæstion.* 7. *princip.* Covarr. *lib.* 3. *variar. resolut. capit.* 8. Menoch. *de arbitr. cas.* 217. Riccius *in prax. variar. resolut. res.* 53. Ansald. *de jurisdictio. par.* 2. *titul.* 9. *capit.* 12. & Mant. *loco citato titul.* 17. *&* 19 *per tot.*

27 Probatur ex pacto retrovendendi, modicitate pretii, & solito fœnerandi. DD. citat. Item ex pacto solo retrovendendi cum modicitate pretii, dummodo hæc sit in gradu superlativo. Mascard. *de probat. conclusion.* 447. & DD. citat. Farin. *post consil. crimin. decis.* 57. *& in prax. quæst.* 163. Mant. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 20. *par.* 1. Ciarlin. *loc. cit.* Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 12. Diana *par.* 3. *trac.* 5. *res.* 75. Capon. *disc. for.* 188.

28 Ejusmodi vero præsumptiones possunt elidi bona fama, & per pactum retrovendendi ad tempus determinatum; quia tunc præsumitur verus animus. Cæpolla *de simulat. contrac. præs.* 12. Caroc. *de locat. par.* 5. *de usur. quæst.* 3. Ciarlin. *controv. for. cap.* 40. Item per instrumentum publicum, juramentum, & consuetudinem. Fachin. *loc. cit. lib.* 12. *cap.* 27.

29 Et cum agitur criminaliter, debet probari per testes, aut confessionem. Bursat. *cons.* 135. *lib.* 2. Honded. *cons.* 33. *lib.* 2. Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 52. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 17. nisi contractus sit suspectus ab initio, uti si probatur, originalem causam fuisse contractum mutui, aut persona, cum qua fuit contractum, sit vilis, & solita fœnerari, aut nisi exigatur interesse, aut lucrum cessans non concurrentibus tribus conditionibus, scilicet quod creditor sit solitus negotiari, 2. quod habuerit merces præ manibus, & quod debitor pecuniæ mutuatæ fuerit in mora. Ubi vero non agitur de certo actu, sed de consuetudine usurarum, sufficiunt testes singulares concurrentibus conjecturis, & præsumptionibus. Antonel. *l. c.*

Præterea tam manifestus, quam occultus usurarius potest torqueri, ita Socin. *cons.* 19. *lib.* 4. Natta *cons.* 369. Boss. *in prax. tit. de Indic. ad tort.* Bajard. ad Clar. *in* §. *usura. nu.* 14. Cartar. *in prax. Reor. interrog. lib.* 4. *cap.* 1. Farin. *in prax. quæst.* 42. Guazzin. *ad defens. par.* 1. *cap.* 11. Ciarlin. *cap.* 29. 30

Pœnæ contra usurarios non habent locum contra mulierem, quæ ob sexum, & juris ignorantiam excusatur a pœna usurarum. Bertazol. *cons.* 182. *nu.* 17. *lib.* 1. *de usur. cap.* 26. §. 1. *nu.* 2. Farin. *de pœn. temper. quæst.* 98. *nu.* 4. Mant. *de tacit. lib.* 8. *tit.* 25. *nu.* 11. Leotard. *de usur. quæst.* 100. *nu.* 61. Conciol. *res. crim. verb. usura. res.* 1. *nu.* 4. nisi sit sagax, & in manifesta, & aperta usura, sed tantum in præsumpta. Idem dic de rustico, in quo, nisi sit sagax, præsumitur abesse dolus. Menoch. *de arbitr. cas.* 149. *nu.* 47. *& de præs. lib.* 3. *præs.* 122. *num.* 40. Farin. *de pœn. temperan. quæ.* 98. *num.* 27. Ugol. *de usur. d. cap.* 26. §. 1. *num.* 2. Leothard. *de usur. d. quæst.* 100. *nu.* 57. Conciol. *l. c. nu.* 5. 31

Et quando usura in aliquo loco publice, & palam frequentatur, quamvis tunc consuetudo, etiam si esset totius orbis, contractum usurarium validum facere non possit, juxta Rotam *dec.* 301. *nu.* 24. *par.* 5. *recent.* Conciol. *alleg. for.* 1. *nu.* 57. tamen excusat consuetudo usurarium a pœnis, & ut criminaliter puniri non possit. Menoch. *de præs. l. c. nu.* 97. Farin. *de pœn. temper. quæst.* 95. *nu.* 5. Ugol. *de usur. d. cap.* 26. §. 1. *nu.* 2. Cyriac. *controv.* 169. *nu.* 30. Leothard. *de usur. quæst.* 99. *n.* 4. *& quæst.* 100. *a n.* 5. Conciol. *res. crim. l. c. n.* 6. 32

Ita quando usura exacta est modica, seu minima, quia modicitas rei excludit dolum, sine quo nemo dicitur delinquere. Leothard. *l. c. n.* 67. *&* 68. Card. de Lugo *de Just. & Jur. disp.* 25. Conciol. *l. c. nu.* 11. Ugol. *de usur. cap.* 26. §. 1. *nu.* 2. *vers. postremo excipitur.* 33

Usura non probatur depositione testium dicentium, se usuras alicui solvisse, quia propter interesse, quod habent, videntur deponere in propria causa ob restitutionem usurarum, quæ inde provenit, & ideo non sunt integræ fidei. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. *nu.* 4. Olasc. *decis. Pedem.* 42. *nu.* 6. Menoch. *de arb. cas.* 235. *num.* 23. Mascard. *de prob. conclus.* 1417. *nu.* 14. *lib.* 3. Clar. *in* §. *quæst.* 53. *nu.* 18. & hoc sive agatur civiliter, sive criminaliter; nisi testes deponerent ad favorem tertii. Menoch. & Mascard. *ll. cc.* aut declararint, quod ex sua depositione nullum commodum reportare velint. Mascard. *l. c.* Farin. *de testib. quæst.* 60. *nu.* 51. Giurba *cons.* 50. *nu.* 40. *& cons.* 93. *nu.* 7. 34

§. VII.

Quis sit Judex in causa usurarum?

Usura est crimen mixti fori. Conciol. *res. crim. in verb. delictum. res.* 2. *nu.* 12. Clarus *in* §. *usura. nu.* 8. Fachin. *lib.* 9. *controv. Jur. cap.* 30. Bursat. *cons.* 90. *lib.* 1. Farin. *de inquis. quæst.* 8. *nu.* 134. Cabal. *resol. crim. cas.* 188. Ciarlin. *controv. for. cap.* 29. Diana *par.* 1. *trac.* 2. *res.* 77. Antonell. *de regim. Eccles. lib.* 6. *cap.* 17. P. Pirhing. *lib.* 5. *tit.* 19. *sect.* 6. §. 1. tam in quæstione facti, quam in quæstione juris. Sylvest. *ver. usura. nu.* 9. Molina *de Just. & Jur. trac.* 2. *disp.* 133. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 3. *nu.* 1. Canis. *de usur. cap.* 9. *nu.* 4. & probatur ex *cap. post miserabilem.* 12. *de usur. & cap.* 2. *eod. in* 6. Tum quia usuræ lucratoriæ prohibentur etiam per decreta Principum, & statuta Laicorum. Leothard. *de usur. q.* 100. *nu.* 78. 35

Porro in hoc crimine procedi debet simpliciter, ac de plano, & sine strepitu, & figura Judicii. *Clem.* 2. *de Judic.* si causa intentatur in foro Ecclesiastico, secus si usuræ repetuntur in foro sæculari contra Laicum, quia tunc potest intentari judicium ordinarium. Imo nec Judex Ecclesiasticus prohibetur, quin possit servare processum ordinarium in causis usurarum, juxta gl. *in d. Clem.* 2. *de Jud. verb. valeat.* Pithing. *l. c. nu.* 142. *vers. cæterum quoad ordinem.* 36

Ampliatur conclusio, ut sit locus præventioni in crimine usurarum, sive quæstio sit facti, sive Juris, prout tenet communior, de qua supra, quod tamen distinguit Clarus *in* §. *fin. quæst.* 37. *nu.* 2. ubi dicit, distinctionem facti, vel juris habere locum, quando proceditur civiliter. 37

Farin.

Farin. vero *l. c.* dicit, hanc distinctionem quæstionis facti, & Juris esse verbalem. *d. quæst.* 8. *de inquis. n.* 134. & 140. contra Rolandum *cons.* 75. *nu.* 37. *lib.* 1. & *cons.* 96. *num.* 44. *lib.* 2. Decium *cons.* 170. *num.* 2. & 3. Vincentium de Franch. *dec.* 36. *nu.* 3. Bonac. *de contract.* 3. *quæst. p. ult. n.* 2. Sperellum *dec.* 40. *nu.* 73. qui quam plures alios citat Dianam, & alios apud Concioli. *l. c. num.* 13.

§. VIII.

De diversis contractibus, an sint Usurarii?

38 Quæres primo, an sit usurarius ille contractus, in quo aliquis a mutuatario, seu debitore recipit aliquid ultra sortem, eo quod susceperit mutuans, aut creditor in se periculum. Dicendum est, esse usurarium. Ita tenent Canis. & Lupus *in cap. naviganti.* 9. *de usur.* Petr. Gregor. *de usur. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 7. Molina *de Just. & Jur. trac.* 2. *disp.* 318. Leothard. *de usur. quæst.* 23. *per tot.* Giballin. *de usur. lib.* 4. *cap.* 4. *art.* 3. & alii apud Gonzal. *in d. cap. naviganti. de usuris.* ubi abrogatum fuit Jus Civile, quod permittebat fœnus nauticum. Host. *in tit. de usuris. nu.* 8. *vers. in aliis.* Panorm. *in d. cap. naviganti. nu.* 1. & 3. Franc. Garz. *de contrac. cap.* 39. *nu.* 12. Zerola *in prax. Episc. par.* 1. *verb. contrac. vers. urget quis.* Scaccia *de commerc. & camb.* §. 1. *quæst.* 7. *ampl.* 8. *nu.* 52.

39 Quæres secundo. Estne usurarius contractus, cum quis sciens valorem monetæ brevi augendum mutuat alii pecuniam cum pacto, ut illam restituat secundum valorem, quem habebit tempore restitutionis? Respondetur, non esse usurarium. ita Diana *par.* 1. *tr.* 8. *ref.* 25. Bonac. *de contr. disp.* 3. *quæst.* 2. *p.* 5. quia hic utitur jure suo, nec aliquid accipit supra sortem, sed tantum, quod tradidit in mutuo, quod est considerandum secundum rei valorem, & non quantitatem. Præterea licite trado rem meam, quam prævideo perituram, nisi vendam. vide *Mutuans.*

40 Quæres tertio, an sit usurarius, qui emit creditum, vel chirographum minori pretio, quamvis non adsit damnum emergens, aut lucrum cessans, aut periculum? Respondetur negative; quia pecunia præsens magis æstimatur, quam futura, & minus æstimatur actio ad rem, quam res ipsa. *L. minus. ff. de R. J.* & Theologi apud Dianam *par.* 1. *trac.* 8. *res.* 49. Contrarium tenent Molina, Sotus, & Valentia cum multis. Sed vide Leothardum *de usur. q.* 39.

41 Usuræ compensativæ sunt, & fuerunt semper licitæ. Sperell. *dec.* 84. Campeg. *de dote. part.* 7. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 42. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 1. Lupus *de usur. lib.* 1. *comment.* 1. *cap.* 4. Rota apud Merlin. *dec.* 401. & quando debeantur, vide *Interesse.*

42 Usuræ compensativæ, seu interesse rei legatæ non debentur ante moram hæredis. *L. Titia. ff. de leg.* 2. Pajatel. *exped.* 9. sicut nec fructus ante moram percepti. *L. fin. C. de usur.* Cephal. *cons.* 610. quia fructus non debentur Legatario ante translatum dominium, præsertim si fuerunt percepti bona fide.

43 Usuræ pupillares durant etiam finita tutela usque ad realem satisfactionem. DD. apud Sperell. *dec.* 90. Gabr. *de solut. conclus.* 10. apud quos alii.

44 Usura in venditione chirographi, vel nominis qualiter committatur, vide Cyriac. *controv.* 169. 170.

45 Usuræ currunt etiam dilatione a Principe concessa. Salyc. *in L.* 2. *C. de prac. Imper. offer.* Contrarium tenent Boer. *dec.* 296. & Hering. *de fidejuss. cap.* 5. vide Dianam *par.* 7. *trac.* 8. *res.* 33.

46 Usuræ dotis longo tempore non solutæ, si non fuerunt exactæ, videntur remissæ. DD. apud Fachin. *lib.* 3. *controv. Jur. cap.* 93. qui tamen contrarium tenet *lib.* 10. *cap.* 5. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 25.

47 Usuræ exceptio impedit executionem instrumenti publici. Cyriac. *controv.* 260.

Usurarius an possit absolvi ab Episcopo, aut ejus Vicario habente ad hoc speciale mandatum in foro externo, vide Sperell. *dec.* 116. & ibi alios.

§. ultimus.

De iis, quæ excusant ab usura.

48 Interesse damni emergentis potest a mutuante in pactum deduci, si vere mutuans illud patitur, vel passus est. Navar. *in comment. de usur. nu.* 43. & 52. Ugol. *de usur. cap.* 8 §. 3. *nu.* 3. Gail. *lib.* 2. *obs.* 5. *nu.* 16. Gratian. *discep. for. cap.* 387. *num.* 2. & 3. Cyriac. *controv.* 526. *num.* 7. & 24. Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 4. *num.* 5. & 7. Dec. *cons.* 111. *nu.* 9. & 14. Craveta *cons.* 189. *nu.* 7. Honded. *cons.* 41. *nu.* 38. *lib.* 2. Peregr. *cons.* 85. *nu.* 23. Franc. Garz. *de contrac. cap.* 11. *nu.* 5. Leothard. *de usur. q.* 72. *nu* 5. & 6. S. Thom. 2. 2. *quæst.* 77. *art.* 1. & *q.* 78. *art.* 2. *ad* 1. Tambur. *lib.* 9. *de contr. trac.* 1. *cap.* 3. §. 3. Dummodo mutuum sit reverà causa hujus damni, & aliter impediri non possit. Uti si mutuans habeat pecunias paratas ad redimendum censum, nec redimit, aut ad solvendum debitum usurarium, nec solvit, ut amico indigenti, & roganti opem ferat. Dummodo mutuans dein probet tanti sua interesse ex justis & legitimis causis. Bald. *in L. rogasti.* §. *si tibi. ff. si cert. pet.* ubi Purpurat. *nu.* 39. Alex. *cons.* 200. *nu.* 2. *lib.* 6. Mascard. *de prob. conclus.* 934. *num.* 30. Rota inter collect. a Farin. *dec.* 331. *par.* 3. & *dec.* 372. *nu.* 8. & 9. Navar. *cons.* 6. *de usur.* Gutierrez *de juram. confirm. par.* 1. *cap.* 2. *nu.* 5. *vers. imo & a princ.* Cancer. *var. res. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 73. Cyriac. *l. c. nu.* 14. & 34. Leothard. *l. c. nu.* 8. *de usur.* quia æstimatio certæ quantitatis pro eo, quod interest, videtur ab initio esse prohibita timore fraudis; unde hoc interesse nec probatur confessione partium. Bald. *loc. cit.* Nata *cons.* 490. *nu.* 7. Roderic. *de an. red. lib.* 3. *quæst.* 5. *nu.* 40. & *quæst.* 8. *num.* 12. Coler. *de process. execut. par.* 1. *cap.* 10. *num.* 122. quamvis confessio esset jurata. Tiraquel. *de retrac. convent. ad fin. nu.* 152. Roman. *cons.* 320. *num.* 11. Roder. *l. c.* Mascard. *de prob. conclus.* 934. *nu.* 28. quia debitor, qui necessitate strangulatur, facile confitetur, quidquid creditor voluerit. Leothard. *l. c. nu.* 9. & 10.

Secundo excusat ab usura mutuantem interesse lucri cessantis, quia lucrum cessans est pretio æstimabile, & 49
cum mutuatarius sit causa hujus jacturæ, merito resarcire tenetur. Tamburin. *l. c.* §. 4. & potest etiam ab initio in pactum deduci certa quantitas pro interesse lucri cessantis.

Sed dices, interesse lucri cessantis incertum est, & 50
multis modis potest impediri, imo sæpe negotiationes sunt damnosæ, & non lucrosæ, sed pro eo, quod est incertum, certum pacisci non licet. Respondetur primo, lucrum interdum esse certum, ut cum quis paratas habet pecunias ad emendos redditus annuos, qui venales sunt, nec emit, ut indigenti, & roganti dictas pecunias mutuet: quo casu sine dubio licet pacisci circa quantitatem, quam haberet ex annuis redditibus. Molina *de Just. & Jur. trac.* 2. *disp.* 315. *num.* 11. Ugol. *de usur. cap.* 8. §. 7. *vers. concludo igitur.* Canis. *d. lib. cap.* 1. *nu.* 8. Surd. *dec.* 259. *nu.* 16. Scaccia *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *ampl.* 8. *nu.* 4. Leothard. *l. c. nu.* 14. Respondetur etiam in casibus incertis incertitudinem æstimari posse, & ad certam summam reduci arbitrio boni viri. *L. ult. ff. de pretor. stipul.* Ugol. *l. c. cap.* 8. §. 8. *nu.* 1. Honded. *cons.* 41. *nu.* 41. *lib.* 2. Barb. *in L.* 5. *nu.* 72. *ff. sol. matrim.* quia etsi fructus agri, & vineæ incertæ sint. *L.* 17. *C. de usur.* tamen æstimari possunt, & vendi certo pretio. *fistulas.* §. *frumenta. ff. de contrab. empt.* & in assecurationibus Mercatorum pretium periculi, quod est incertissimum, æstimari potest. *L.* 5. *ff. de naut. fæn.* & in societate periculi susceptio æstimari potest arbitrio boni viri, & vendi certo pretio. Conrad. *de contrac. quæst.* 96. *nu.* 1. *conclus.* 2. Navar. *de usur. num.* 32. Leothard. *de usur, quæst.* 31. *nu.* 14. & *q.* 72. *nu.* 17.

Quæres, si quis majorem quantitatem ab initio fuerit stipulatus ratione damni emergentis, aut lucri cessantis, quam vere illius intersit, puta, si fuit stipulatus 51
octo pro centum, & interfuit tantum quinque, an taxatio debeat reduci ad octo tantum, aut contractus, & taxatio omnino usurarius fuerit? Peguera *dec.* 33. existimat, totum contractum cum taxatione usurarium esse. Crot. *cons.* 250. *nu.* 41. *lib.* 2. Mastrill. *dec.* 245. *num.* 51. Leothardus vero *de usur. l. c. nu.* 29. defendit, taxationem pro eo, quod interest, sustineri debere. *L. si pro mutua. C. si cert. pet. L. si ut allegat. C. de usur. L. placuit. & L. pecuniæ. ff. eod.* Trentacinq. *var. res. lib.* 1. *tit. de interesse. res.* 1. *nu.* 38. Marc. Ant. de Amat. *dec.* 142. *num.* 5. Pegueræ vero, & Mastrilli sententia retinenda est in cambiis illicitis, & societati-

bus usurariis, aliisque contractibus in fraudem usurarum celebratis.

52 Supra meminimus, mutuantem teneri probare interesse damni emergentis. Nunc videndum de probatione lucri cessantis, & quidem dubitatur primo, an mutuans possit petere interesse lucri cessantis, si non invitus pecuniam mutuam dedit. Negativam tenet Sot. *de Just. & Jure, lib. 6. quæst. 1. art. 3. conclus.* 1. sed affirmativam tuentur Conrad. *de contrac. q.* 30. Navar. *in comment. de usur. n.* 44. Ugol. *de usur. cap.* 8. §. 7. *n.* 1. Molina *de just. & jur. trac.* 2. *disp.* 315. *n.* 11. Scaccia *de commer.* §. 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampl.* 8. *nu.* 94. Narbona *lib.* 5. *tit. de camb. & campsor. leg.* 15. *gl.* 4. *n.* 11. Lancellot. apud Farin. *par.* 3. *dec.* 331. *nu.* 15. Leothard. *de usur. q.* 74. *n.* 6. Et lucrum cessans deberi non tantum illis, qui soliti sunt negotiari, sed & illis, qui non sunt soliti, cum hac tamen distinctione, quod in priori casu sufficiat probari, mutuantem fuisse solitum negotiari. In secundo vero casu debeat probari certa, & individua occasio lucrandi ex pecunia. Ruin. *cons.* 104. *lib.* 4. Natta *cons.* 370. *n.* 7. Mascard. *de prob. conclus.* 985. *num.* 24. Lælius Zech. *de usur. cap.* 5. *n.* 8. *vers. quod si nobilis.* Scaccia *l. c. ampl.* 8. *num.* 222. Leothard. *l. c. cap.* 74. *n.* 34.

53 Debitor, quamvis de interesse damni emergentis nihil conventum fuerit, si tamen illud revera emergat post moram, illud refundere tenetur. Menoch. *de arbitr. cas.* 119. *n.* 13. & *cons.* 1027. *n.* 6. Jo. Bapt. Lupus *de usur. comment.* 1. §. 6. *n.* 10. Honded. *cons.* 50. *nu.* 41. *lib.* 1. Barb. *in L.* 2. *nu.* 44. *ff. sol. matr.* Scaccia *l. c. n.* 263. Ugolin. *l. c. cap.* 8. §. 5. *nu.* 2. Leothard. *de usur. q.* 75. *n.* 4. & 5. post moram non est necesse, quod debitor moneatur de damno. Navarra *de restit. lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 281. & Scaccia *l. c.* Creditor vero agens ad interesse damni emergentis illud debet probare, quod multipliciter fieri potest, puta, si non potuit agrum colere, ædes vel navim reficere, pignora luere, quæ ob id viliori pretio distracta sunt. *L.* 2. § *nunc de officio. ff. de eo, quod cert. loc.* nec satisfacere creditoribus, quibus interesse solvere debuit, aut non potuit censum agro suo impositum redimere, hæc aut similia damna probari debent. Alex. *cons.* 141. *n.* 3. *lib.* 5. Rol. *cons.* 35. *nu.* 7. *lib.* 1. Rimin. *cons.* 815. *n.* 18. *lib.* 7. Natta *cons* 490. Mascard. *d. conclus.* 933. *nu.* 8. Leothard. *l. c. n.* 8. Præterea creditor debet probare, quod illud damnum passus fuerit ex mutuo, & propter mutuum, aut ex eo, quod pecunia sibi debito tempore restituta non fuerit. Menoch. *l. c. n.* 16. Molied. *dec.* 2. *de usur.* Rota apud Farin. *par.* 3. *dec.* 325. *n.* 5. & post tract. Cenc. *de censib. dec.* 325. *n.* 1. Mascard. *de prob. conclus.* 473. *nu.* 9. Gratian. *dis. for. cap.* 240. *n.* 8. & *cap.* 829. *nu.* 2. & 10. & probatur ex *L sed & si. ff. si quis caut. jud. sist.* Roderic. *de an. reddit. lib. lib.* 3. *q.* 5. *n.* 20. Leothard. *l. c. nu.* 11. qui tamen contra Rotam sentit sufficere, damnum fuisse probatum, licet non fuerit probatum, quod damnum ideo contigerit, quia pecunia non fuit restituta in tempore, apud quem plura de hac materia. Et si creditor aliter suum interesse probare non potest, juramento probare potest, sive sit interesse damni emergentis, sive lucri cessantis. Leothard. *de usur. q.* 74. & 76. *n.* 34. & *q.* 77. ubi de juramento in litem, si ex mora, contumacia debitoris, & ex aliis personarum ac rerum circumstantiis Judici videbitur. Menoch. *de arbitr. cas.* 100.

54 Sed excusabitne ab usura mutuantem periculum, cui se exponit amittendi suum capitale ob inopiam debitoris? Affirmant non pauci Theologi apud Less. *de Just. cap.* 20. *num.* 111. & apud Tamburin. *lib.* 9. *de contrac.* 1. *cap.* 3. §. 6. *num.* 2. P. Pirhing *lib.* 5. *tit.* 19. *sect.* 2. §. 4. *nu.* 43. qui tamen id limitat, dummodo pactum assecurationis & solvendi supra sortem non exigatur tanquam conditio *sine qua non* mutuaret creditor, & periculum sit morale, ac probabile, sed contraria sententia Canonistarum est tutior, quam sequitur Azor. *lib.* 7. *tit. de mutuo. cap.* 7. Conrad. *de contrac. q.* 54. *conclus.* 4. Sotus *de just. & jur. lib.* 6. *q.* 1. *art.* 4. *ad* 1. Navar. & alii apud Rebell. *par.* 12. *lib.* 9. *q.* 12. *nu.* 1. Reginal. *lib.* 25. *cap.* 12. *n.* 246. Menoch. *de præs. lib.* 3. *præs.* 123. *num.* 1. Hartman. Pistor. *quæst.* 2. *num.* 48. *lib.* 3. & hæc sententia, quam defendit Leothard. *de usur. quæst.* 23. *num.* 27. in foro externo est tenenda, quidquid sit de foro interno, in quo fortassis Theologorum sententia procedere potest.

Tandem ex pœnali conventione lucrum captum potest excusari ab usura, quæ quidem pœna licite potest apponi in contractu mutui, uti si mutuans dicat: mutuo tibi centum pro hoc anno, in fine cujus nisi reddideris, solves mihi in pœnam quinque. Dummodo hæc pœna non apponatur ad palliandam usuram, uti si mutuans apposuit pœnam sciens, mutuatarium intra annum non posse solvere sortem. Molina *de just. & jur. trac.* 2. *disp.* 317. *nu.* 8. Tambur. *l. c.* §. 5. *num.* 6. & 7. Sylvest. *ver. usura.* 1. *quæst.* 28. Navar. *in man. cap.* 17. *num.* 215. Azor. *par.* 3. *lib.* 5. *de usur. cap.* 6. *q.* 5. P. Pirhing *lib.* 5. *tit.* 19. *sect.* 2. §. 5. an vero hæc pœna debeatur ante Judicis sententiam, vide in praxi *Pœna conventionalis*. 55

Quæres, an ex contractu nullo, & usuratio debeatur interesse damni emergentis, aut lucri cessantis? Et non deberi tenent Lupus *in cap. per vestras. de donat. inter vir. & uxor.* §. 6. *in fin.* Cavalc. *dec.* 13. *num.* 36. & 37. *lib.* 2. Nevizan. *cons.* 75. *num.* 3. Mastrill. *dec.* 245. *nu.* 52. & *dec.* 304. *num.* 22. Cæs. Manenti *de contrac. livellar. q.* 3. *num.* 65. Natta *cons.* 498. *n.* 28. Plot. *de lit. jur.* §. 12. *num.* 7. & 8. Rota apud Cenc. *dec.* 31. *n.* 9. Scaccia *de commerc.* §. 1. *quæst.* 7. *ampl.* 20. *nu.* 24. Duard. *ad Constit. Pii V.* §. 1. *quæst.* 6. Leothard. *de usur. q.* 80. *nu* 2. quia sine mora interesse non debetur, juxta *L.* 2. §. *ult. ff. de eo, quod cert. loc. L. vinum. ff. si. cert. pet.* Afflict. *dec.* 284. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 119. & DD. cit. sed in contractibus usurariis, & fœneratitiis debitor non est in mora, nisi in contractu usurario addita fuisset obligatio ad damna, & interesse. Ludovis. *dec.* 564. *num.* 5. Leothard. *l. c. num.* 20. aut debitor fuisset interpellatus pro solutione sortis, quia tunc constitueretur in mora. *L. magnam. C. de contrah. & commit. stipulat. L. si pœnam. ff. quando dies leg. ced.* 56

Appendix.

Promissio alicujus summæ pro damnis non potest dici usuraria, quia emendatio damni licita est. Azor. *Instit. moral. par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 4. *vers. tertio quæritur.* Rebell. *de oblig. just. lib.* 8. *q.* 5. *n.* 4. Molina *de just. & jur. trac.* 2. *disput.* 314. *n.* 4. & 5. Bich. *dec.* 166. *nu.* 16. 57

Usuraria dicitur conventio, si quis pecunias ad negotiandum recipit, & in se suscepit omne periculum amissionis capitalis etiam respectu nominum debitorum, quia talis susceptio periculi est illicita, & usuraria. ita S. Joan. de Capistrano *de usur. par.* 2. *num.* 98. *inter tract. diversos. to.* 7. *fol.* 108. quia est contra jus, quod dans pecunias habeat caput salvum, & recipiens habeat caput fractum perdendo oleum, & operam. Laurent. de Rudolph. *de usur. par.* 2. *q.* 19. *num.* 61. Lupus *in cap. naviganti. de usur.* §. 1. *n.* 24. Mant. *de tacit. lib.* 6. *tit.* 6. *nu.* 11. Conrad. *de contrac. q.* 97. *per tot.* Molina *de just. & jur. disp.* 417. *nu.* 9. *conclus.* 2. Scaccia *de commerc.* §. 3. *gl.* 3. *nu.* 35. Rota *in Rom. Cambii.* 18. *Aprilis. coram Peitingerio.* Bich. *dec.* 191. *nu.* 24. 58

Usura est, quidquid ultra vere impensum a Victore in actis judiciariis exigitur. ita *cap. salubriter. de usur.* Covar. *lib.* 3. *var. res. cap.* 1. *num.* 3. *vers. &. hinc etiam.* Honded. *cons.* 36. *num.* 3. & 32. *lib.* 2. Rota *dec.* 130. *nu.* 1. *par.* 1. *recent.* & condemnatio in expensis intelligitur de justis, & moderatis. Jas. *in L. sed & si quis.* §. *quæsitum. nu.* 37. *ff. si quis caut.* Alex. *cons.* 76. *nu.* 17. *lib.* 4. Alin. *in prax.* §. 32. *cap.* 3. *nu.* 3. Bich. *dec* 123. *n.* 9. & 10. 59

Usura non cadit in legato alienativo, quia de natura usuræ est multiplicatio obligationum, & non alternatio. Bald *in L. un. num.* 38. *C. de his, quæ pœn. nom.* Cancer. *var. res to.* 3. *cap.* 7. *nu.* 39. Lupus *in L. curabit. comment.* 1. §. 4. *num.* 73. *circa med. ff. de act. empt.* Rota *dec.* 29. *num.* 9. apud Merlin. *de legitima.* Bich. *dec.* 294. *nu.* 21. 60

Usuræ fumus resaliat ex uniformi solutione cambiorum, puta ad rationem quinque pro centum; quia cambia regulariter non solent esse uniformia. Molina *de contrac. disp.* 410. *n.* 6. Seraph. *dec.* 529. *n.* 1. & *dec.* 946. *nu.* 4. Bich. *dec.* 131. *nu.* 21. & 22. Cessat autem usuræ suspicio, ubi nulla potest considerari mora. Socin. *in L.* 2. *n.* 7. *usque ad* 10 *ff. de his, quæ pœn. nom.* Surd. 61

cons.

conf. 13. *nu.* 12. Gratian. *disc. for. cap.* 34. *num.* 35. Bich. 294. *num.* 18.

62 Usuræ usurarum, seu anatocismus non solum de Jure Canonico prohibentur, sed etiam de Jure Civili. *L. placuit. ff. de usur.* neque possunt in pactum deduci, & si fuerunt pactæ, non datur actio. *L. preces. ff. de re jud. L. improbum. C. ex quib. caus. infam. L. ut nullo modo. C. de usuris*, quia adversantur etiam juri Divino, & Canonico. DD. *in cap. quia in omnibus. de usur.* Villagut. *de usur. quæst.* 7. *nu.* 12. Gregor. Tholos. *in syntagm. Jur. lib.* 22. *cap.* 3. *nu.* 6. Menoch. *de arbitr. cas.* 119. *nu.* 34. Olasc. *dec.* 137. *nu.* 6. Surd. *de alim. tit.* 1. *quæst.* 42. *nu.* 37. Molina *de contrac. disp.* 304. *nu.* 12. Sperell. *dec.* 90. *nu.* 20. *& seqq.* Roderic. *de ann. reddit. lib.* 3. *quæst.* 4. *num.* 23. *& quæst.* 7. *nu.* 27. Merlin. *dec.* 409. *per totam.* Rota *dec.* 63. *nu.* 3. *par.* 1. *& dec.* 315. *nu.* 8. *par.* 2. *divers.* ratio est, quia non datur multiplicatio specialium, quia speciale est, & principiis naturæ repugnans, quod detur usura, sed per quandam fictionem hoc evenit, fictio autem caussata non generat aliam fictionem. Decian. *cons.* 49. *a nu.* 47. nec datur accessionis accessio. Ruin. *cons.* 55. *nu.* 17. *lib.* 2. Faber. *in C. lib.* 4. *tit.* 24. *defin.* 11. *nu.* 4. nec interesse alterius interesse regulariter datur. Quamvis usuræ usurarum fuissent ex nova conventione redactæ in sortem brevi manu, quia sorte aucta sortis incremento usuræ non debentur, nisi in interesse licito. Ruin. *cons.* 55. *n.* 20. *lib.* 2. Borgnin. *dec.* 21. *num.* 30. Menoch. *l. c. num.* 29. Scaccia *de camb.* §. 6. *gl.* 1. *nu.* 82. *in fin.* Cagnol. *in L. un. C. de sent. nu.* 46. *vers. quib. non obstant. to.* 2. Menoch. *cons.* 1181. *nu.* 8. *& 9.* quod est, quando damnum emergens, & lucrum cessans justificatur cum requisitis. Castr. *in L.* 3. §. *ratione. ff. de eo, quod certo loco.* non restituta sorte passus fuit damnum, aut amisit certum lucrum, & licitum, quod creditor habebat præ manibus, sicut etiam respectu ipsius interesse, quando scilicet ob non præstitum justum interesse aliud damnum passus est, aut certum lucrum amisit. Wesenbec. *cons.* 72. *nu.* 7. *lib.* 2. Menoch. *de arbitr. cas.* 119. *n.* 38. *& seqq.* Rota Januen. *dec.* 78. *nu.* 16. Ruin. *cons.* 103. *nu.* 4. *lib.* 1. & non valet argumentum ab interesse ad usuras. DD. cit. quia interesse legitime justificatum juste exigitur, usuræ vero nunquam, quia semper est contra justitiam. Neque pro justificando anatocismo allegari potest consuetudo, quia cum hæc consuetudo sit peccati nutritiva, est potius abusus, & corruptela. *cap. quia in omnibus.* ubi gl. *in verb. multi. de usur. Clem.* 1. *eod.* quia nulla consuetudo etiam totius obis potest excusare. Berous *cons.* 167. *nu.* 10. *vers. non obstat. lib.* 1. Covar. *var. res. lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 8. Clarus *in* §. *usura. nu.* 7. Cacheran. *cons.* 51. *nu.* 6. *& 7.* Rota *dec.* 193. *n.* 1. *par.* 1. *divers. & in Romana Census.* 12. *Jun.* 1594. *coram Blancheto.*

63 Conclusio ampliatur, quod procedat etiam data scientia solventis, qui etiamsi scienter, & sponte solverit, solutam tamen repetere potest. Alex. *cons.* 80. *a nu.* 11. Rimin. jun. *cons.* 399. *nu.* 71. Rota *dec.* 291. *nu.* 6. *par.* 4. *divers. & in Romana societ.* 10. *Jun.* 1600. *coram Lancelloto.* quia lex in solvente usuram præsumitur, & suspicatur coactam voluntatem. Bart. *in L. si non sortem.* §. *si quis ex falsa. ff. de cond. indeb.* Dec. *in L. cujus per errorem. n.* 3. *ff. de R. J.* Menoch. *cons.* 300. *nu.* 13.

64 Et si in cambiis admittitur, quod interesse convertatur in capitale, hoc ideo fit, quia tria ad hoc concurrere debent, primo, quod creditor certitudinaliter, & non tantum possibiliter passus sit interesse, secundo quod quantitas interesse passi sit certa & liquida. Tertio, quod commercium, ex quo procedit hoc interesse, sit ejus qualitatis, ut semper, quando dissolveretur, haberet promptam occasionem renovandi, quibus concurrentibus non dicitur solvi interesse alterius interesse, sed diceretur solvi capitale, uti fit in cambiis. Scaccia *loc. cit. num.* 82.

USURPATIO.

Praxis Usurpationis.

1 Usurpationis præsumptio a Concil. Trid. solum attenditur, cum dubitatur de existentia Jurispatronatus cum ordinario Collatore, vel proviso de libero, secus si contentio est inter Barones de sola pertinentia, quo casu Concilium nihil voluit innovare. Bich. *dec.* 382. *num.* 2. Lother. *de re Benef. lib.* 2. *quæst.* 13. *nu.* 138. Barb. *in collectan. ad Concil. cap.* 9. *nu.* 21. Rota *dec.* 522. *sub. n.* 3. *vers. minus obstat. par.* 4. *divers. & decis.* 179. *nu.* 3. *par.* 3. *recent.*

Usurpationis præsumptio ubi non intrat, tunc Juspatronatus probatur ex quadragenaria cum fama, vel cum adminiculis. Bich. *dec.* 118. *num.* 8. *& dec.* 382. *n.* 3. Cassad. *dec.* 2. *nu.* 4. *de prob.* Achill. *dec.* 7. *de jurepatr.* Put. *dec.* 56. *nu.* 4. *lib.* 1. Rota *dec.* 312. *nu.* 2. *& 3. par.* 1. *recent.* & apud Bichium *dec. cit.* 118. 2

UTILITAS.

Praxis Utilitatis.

Utile per inutile non vitiatur, quando contractus est individuus, secus si est dividuus. Sperell. *dec.* 84. & probatur *ex cap. utile. de R. J. in* 6. vide *Alienatio, Locatio, & Donatio.* 1

Utilis dicitur alienatio Ecclesiastica, quamdiu non probatur damnosa, quod procedit in alienatione necessaria, secus in voluntaria. Sperell. *dec.* 154. præsertim si adsit beneplacitum Apostolicum, quia tunc omnino præsumitur utilitas, aliter debet probari. Bald. *in L. quicunque. C. de serv. fugit.* Redoan. *de reb. Eccles. non alien. quæst.* 23. Ciarlin. *controv. for. cap.* 195. *n.* 48. Riccius *in prax. alien. rer. Eccles. R. causæ. nu.* 2. 2

Utilitas in contractu Ecclesiæ debet esse evidens, & indubitata, sive rei æstimationem, sive qualitatem, sive reddituum æstimationem consideremus. Sperell. *dec.* 154. *num.* 15. *& seqq.* Seraph. *dec.* 508. *num.* 12. Caval. *dec.* 43. *num.* 2. nec sufficit putativa, quia debet esse evidens, & indubitata. ubi DD. quamvis alienatio fiat in aliam Ecclesiam, quod procedit etiam in permutatione, dismembratione, transactione, & Locatione triennium, quamvis alienatio fiat pro solvendis debitis hæreditariis, & in censu. Sperell. *loc. cit.* ubi Quaran. Riccius, & Barb. Bich. *dec.* 375. *nu.* 16. a quo sit probanda. vide *Læsio.* 3

Utilitas in alienatione rerum Ecclesiæ non est necesse, quod sit perpetua, sed sufficit, quod possit esse talis, ut prævideatur futura talis. *Extrav. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.* Menoch. *de arb. Jud.* 152. & quod adsit tempore contractus. Ric. cujus *in prax. par.* 1. *res.* 1. Lim. tempore belli, & calamitoso. 4

Utilitas evidens Ecclesiæ in rerum alienatione coram Delegato Apostolico, ut de ea cognoscat, debet constare per testes examinatos judicialiter parte citata. vide *Alienatio, & Delegatus.* 5

Utilitas pro validitate alienationis bonorum Ecclesiæ debet esse evidens, clara, & indubitata. Seraph. *dec.* 503. Rota apud Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 16. alias si aliqua subest dubitatio, non valet alienatio, quamvis non appareat de damno, quia ut alienatio sit utilis Ecclesiæ, debet Ecclesia fieri locupletior ex illa. Duran. *dec.* 250. Merlin. *dec.* 756. debet respicere ipsam Ecclesiam, non Titularem. vide *Alienatio.* 6

Utilitas Ecclesiæ evidens colligitur ex augmento Canonis. Millin. *dec.* 119. Rota *dec.* 221. *n.* 5. *par.* 4. *divers.* apud Turricell. *l. c. cap.* 18. Dummodo augmentum correspondeat præjudicio, quod alias ex concessione posset inferri Ecclesiæ. Merlin. *dec.* 887. *num.* 21. Item ex fructibus, dummodo habeatur ratio fructuum, prout revera sunt, & non in æstimatione. Seraph. *dec.* 480. & ideo non semper sunt taxandi ad rationem quinque pro centum, quare utilis dicitur census impositio pro extinctione alterius census, pro quo solvebatur major fructuum quantitas, & Ecclesia magis gravabatur. Seraph. *dec.* 1109. *num.* 1. Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 18. *num.* 7. secus si, ut extinguatur census omnino similis, quo casu non dicitur utilis. Rota *post tract. Cenc. de censib. dec.* 27. *num.* 9. quam citat Turricell. *loc. cit. num.* 8. Item ex pactis, & conditionibus. Rota apud Turricell. *loc. cit.* Præterea dicitur utilis concessio facta, ut discedatur a lite, & fiat transactio super re dubia ob dubium litis eventum etiam non probata utilitate. Rota *dec.* 625. apud Turricel. *loc. cit. num.* 13. 14. *& 15.* 7

8 Utilitas præsumitur in contractu celebrato ab Universitate cum solemnitatibus requisitis, donec de contrario constet. Bald. *in cap.* 1. *n.* 6. *de his*, *qui feud. dar. poss.* Alex. *cons.* 79. *sub n.* 6. *vers. fortificatur. lib.* 1. Parif. *cons.* 24. *n.* 5. *lib.* 4. Menoch. *cons.* 1. *n.* 355. Covar. *var. res. lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 2. *vers. aptius defenditur.* Mant. *dec.* 101. *n.* 3. Rota *dec.* 625. *sub n.* 5. *par.* 1. *recent.* & *dec.* 277. *nu.* 6. *par.* 5. Bich. *dec.* 261. *nu.* 11.

9 Utilitas Prælati, & non Ecclesiæ contemplata censetur in contractu locationis, quando annui affictus cedere debent ad commodum locatoris. Redoan. *de reb. Eccles. non alienan. q.* 57. *sub n.* 88. Mant. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 13. *n.* 10. & 22. Rota *dec.* 210. *sub num.* 3. *in Pampilon. alienat.* 14. *Jan.* 1649. §. 1. Butr. *in cap. exposuisti. nu.* 2. *de preben.* ubi Abb. *nu.* 4. Imol. *nu.* 1. Bich. *dec.* 437. *nu.* 10.

10 Utilitatis presumptio cessat ex ipsa facie contractus, si ex illo appareat, non fuisse servatas solemnitates. Socin. *cons.* 52. *nu.* 10. *lib.* 4. Castr. *cons.* 432. *num.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 1. *nu.* 21. *lib.* 4. Gabr. *de præs. conclus.* 1. *nu.* 57. Rota *dec.* 430. *sub n.* 3. & 4. *vers. in casu isto. par.* 2. *recent.* apud Farin.

11 Utilitas alienationis bonorum Ecclesiæ si fuit solemniter facta, præsumitur utilis, & transfert onus probandi in eum, qui prætendit illam fuisse damnosam. Rota *dec.* 625. *nu.* 5. *par.* 1. *recent* Item si a Papa fuit confirmata. Seraph. *dec.* 443. *nu.* 7. Coccin. *dec.* 370. *nu.* 1. & Rota *par.* 1. *recent. dec.* 34. *num.* 10. Idem dic, si Executor Apostolicus, cui alienationis factæ confirmatio commissa fuit, illam confirmavit, nisi Ecclesia doceat de non utilitate. Seraph. *dec.* 338. *n.* 1. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 344. *num.* 6. & Rota *par.* 1. *divers. dec.* 479. *n.* 1. & *dec.* 684. *nu.* 1. *part.* 2. *recent.* & aliæ apud Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 20. *a nu.* 1. *usque ad* 4. nisi appareret, Commissarium processisse non servata forma suæ commissionis, aut constaret de non utilitate. Beltramin. *l. c. nu.* 6.

12 Utilitas præsumitur etiam ex lapsu triginta annorum cum observantia subsecuta, quia ex his præsumitur confirmatio Apostolica, & consequenter utilitas, & justa causa. Beltramin. *l. c. n.* 5. Seraph. *dec.* 1073. *a nu.* 2. Rota *post tract. Cenc. de censib. dec.* 28. *n.* 6. & *par.* 1. *recent. dec.* 34. *n.* 10. Coccin. *dec.* 370. *num.* 1. & alii apud Turricell. *l. c. n.* 6. Dummodo lapsi sint triginta anni completi usque ad ultimam horam, & momentum. Rota *dec.* 103. *n.* 7. *par.* 8. *recent.* Beltram. ad Ludovis. *dec.* 354. *nu.* 18. & debent anni triginta computari subducto tempore vitæ Prælati, aut Rectoris alienantis, quia Prælatus, qui alienando fuit in culpa, præsumitur permittere labi tempus sustinendo damnum Ecclesiæ ob suum interesse. Rota *dec.* 94. *n.* 14. *par.* 7. *recent.* apud Merlin. *dec.* 702. & quia toto tempore, quo vivit Prælatus male alienans, dicitur vacare, utpote carens legitimo defensore. Rota *dec.* 73. *nu.* 21. & *dec.* 103. *nu.* 8. *par.* 8. *recent.* & aliæ apud Turricell. *l. c. nu.* 10. & 12. Dummodo observantia per triginta annos fuerit continua. Beltramin. *l. c.* ac de illa constet certitudinaliter, & non tantum ex præsumptionibus, ne concurrant duæ præsumptiones, confirmationis, & observantiæ. Rota *dec.* 706. *nu.* 10. *par.* 3. *recent.* Seraph. *dec.* 1042. *nu.* 4. Beltram. *l. c. n.* 18. & dummodo titulus invalidus non fuerit exhibitus. Seraph. *dec.* 235. *n.* 4. Merlin. *decis.* 887. *num.* 27. quia exhibito titulo invalido nulla præscriptio allegari potest.

13 Porro quamvis utilitas contractus ex lapsu temporis cum observantia juxta dicta olim præsumeretur, tamen post Constitutionem Urbani VIII. editam 5. Jun. 1641. cessat hæc præsumptio, sed procedit præsumptio contraria, quod nimirum contractus fuerit Ecclesiæ damnosus, & in fraudem Ecclesiæ, si Prælatus alienavit in consanguineos, ita Rota *dec.* 270. *num.* 1. & *dec.* 360. *n.* 16. *par.* 1. *divers.* & *dec.* 430. *nu.* 7. *par.* 2. *recent.* Merlin. *dec.* 702. *de Graff. de reb. Ecclesiæ non alien. dec.* 4. *n.* 24. Beltramin. ad Ludovis. *decis.* 356. *nu.* 9. & post Cenc. *in tract. de censib. dec.* 36. *nu.* 11.

14 Utilitas ergo probari debet, & quidem ab eo, qui cum Ecclesia contraxit. Rota *dec.* 463. *nu.* 1. *vers. quorum saltem. par.* 1. *divers.* & *dec.* 319. *n.* 8. *par.* 4. *recent.* Seraph. *dec.* 413. *nu.* 2. Turricell. *de reb. Eccles. non alien. cap.* 21. *nu.* 1. si alienatio caret solemnitate, & beneplacito Apostolico, alias Ecclesia allegans lesionem, tenetur probare. Rota *dec.* 78. *nu.* 3. *par.* 2. *divers.* & *dec.* 201. *nu.* 3. *par.* 1. *recent.* Turricell. *l. c. num.* 2. Seraph. *dec.* 443. *num.* 7. & *dec.* 1073. *a nu.* 10. Coccin. *dec.* 370. *nu.* 1. Millin. *dec.* 119. *nu.* 4. Duran. *dec.* 250. *n.* 7.

VULNUS.

Praxis Vulneris, & Vulnerantis.

Vulnerans non tenetur de occiso, si ex relatione Medicorum, & peritorum, aut aliunde constat, quod vulnus non fuerit mortale, quia tunc vulneratus non præsumitur mortuus ex vulnere, sed aliis ex causis, uti ex malo regimine, aut culpa Medici. Clarus *in* §. *homicidium. nu.* 33. Menoch. *de arbitr. cas.* 275. *nu.* 3. Farin. *de homicid. quæst.* 107. *num.* 13. Guaz. *ad defens. Reor. def.* 4. *cap.* 10. *nu.* 7. Giurba *cons.* 84. *num.* 27. Cabal. *res. crim. cas.* 248. *num.* 40. Addên. ad Pajatel. *exped.* 88. *nu.* 48. Cyriac. *controv.* 394. *nu.* 6. Antonell. *de temp. leg. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 3. præsertim si constat de magna negligentia in curando vulneratum. DD. apud Conciol. *resol. crim. in verb. vulnus. res.* 1. *nu.* 2. & 3. & conclusio procedit, quamvis vulneratus mortuus fuerit post paucos dies, quia adhuc præsumitur defunctus non ex vulnere, sed ex alia causa, ut vulnerans excusetur. Felin. & Anchar. *in cap. Presbyterum.* 7. *de homicidio.* Dec. *cons.* 415. *nu.* 7. Farin. *l. c. q.* 127. *nu.* 15. Guaz. *l. c. n.* 8. Conciol. *l. c. nu.* 4. 1

Limit. Conclusio primo, si constat, vel est certum, quod vulnus fuerit mortale, quia tunc vulnerans morte secuta tenetur de occiso, quia præsumitur mortuus ex vulnere. Clar. *in* §. *homicidium. n.* 33. Rimin. jun. *cons.* 121. *nu.* 13. *lib.* 2. Farin. *l. c. d. q.* 127. *nu.* 10. Guaz. *d. def.* 4. *cap.* 10. Giurb. *cons.* 84. *nu.* 27. Cyriac. *controv.* 394. *nu.* 5. Antonell. *de temp. leg. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 2. quamvis tunc nullus fuerit adhibitus Medicus, vel imperitus, & constet de aliqua culpa, & negligentia Medici, aut vulnerati, quia adhuc præsumitur mortuus ex vulnere. DD. cit. & Gail. *lib.* 2. *obs.* 11. *num.* 20. & *seqq.* Farin. *l. c.* Adden. ad Pajatell. *exped.* 38. *nu.* 8. Conciol. *l. c.* 6. etiamsi vulneratus moriatur ex intervallo, & quandocunque decedat, quia semper præsumitur defunctus ex vulnere, secus si dubitatur, an vulnus fuerit mortale, vel non, quia fuisse mortale, desumitur ex effectu, nisi contrarium probetur. Gomez. *var. res. to.* 3. *cap.* 3. *sub num.* 29. Clar. *l. c.* ubi Bajard. *n.* 147. Farin. *l. c.* & Gyriac. *l. c.* contra alios. Nisi probetur mala cura, aut magna negligentia, puta si Medicus non fuit, adhibitus, aut supervenerit alia infirmitas non trahens originem a vulnere, sed omnino diversa, & per se habilis ad inducendam mortem. 2

Vulnus vero an fuerit mortale, vel non, standum est relationi Medicorum, vel peritorum saltem duorum. Canonistæ *cap. significasti. de homicid.* ubi Abb. & Fel. Boer. *dec.* 323. Rlar. *l. c. n.* 34. Gail. *l. c. obs.* 111. Mascard. *de prob. conclus.* 1034. Farin. *l. c.* Seraph. *dec.* 665. Rota apud Merlin. *dec.* 53. Capon. *disc. to.* 8. *n.* 17. nisi in loco unicus esset Medicus, vel peritus, quia tunc unus probaret. Clar. *l. c.* Gomez *to.* 3. *de homicid. n.* 28. Mascard. *de prob. conclus.* 615. nisi tamen causa esset ardua, quia tunc mitti debeter etiam ad loca vicina pro perito. 3

Vulnus præsumitur mortale, quando vulneratus de recenti fuit mortuus, aut intra paucos dies; sed communissima apud Farin. *l. c. q.* 127. *par.* 2. dicit, esse remittendum Judicis arbitrio, qui id arbitrabitur ex Medicorum sensu. Menoch. *de arbitr. cas.* 175. Mascard. *de prob. conclus.* 1073. 4

Vulnerans, aut occidens tenetur hæredibus ad damna, & interesse in utroque foro. Maran. *de ord. Judic. par.* 4. *dist.* 1. *nu.* 3. Gomez *de delict. cap.* 3. *de homicid. n.* 37. Clar. *in* §. *homicidium. num.* 18. & 70. & debet Reus, vel Fiscus a Judice ex officio ad illa restituenda condemnari. Farin. *l. c. q.* 110. *num.* 115. Cabal. *res. crim. cas.* 248. Pajatell. *exped. civil.* 88. *n.* 1. ubi Adden. *nu.* 34. Guaz. *def.* 43. *cap.* 4. *num.* 1. & *de pace. par.* 1. *q.* 38. *n.* 10. Conciol. *l. c. res.* 2. *nu.* 1. & tenetur etiam ad damna extra etiam lucri cessantis, juxta *cap.* 1. *de injur. & dam. dat.* ubi gl. Host. Butr. Anchar. Put. *dec.* 280. Gomez. & Clar. *ll. cc.* Rol. *cons.* 39. *lib.* 1. sicut etiam ad interesse animæ facien- 5

faciendo pro illa perpetuam fundationem, aut eleemosynam, DD. cit. & pro interesse corporis competit juramentum in litem, quæ procedunt, cum vulnus fuit culpabile. Pajatell. *exped. & annot.* 88. quod interesse debetur Vulnerato etiam, quando ex vulnere fuit secuta talis corporis debilitatio, quæ impediat operari. *L. qua actione. 7. ff. ad L. A. L. ex hac lege. 3. ff. si quadrup. pauper. fecis.* Gomez. *var. ref. to.* 3. *cap.* 6. *n.* 11. Farin. *l. c.* Guaz. *def.* 34. *cap.* 4. *nu.* 3. Pajatell. *l. c.* Conciol. *loc. cit. nu.* 3. & 4. quæ procedunt etiam in vulnerante equum, bovem, aut aliud animal. Limit. si vulneravit ad sui necessariam defensionem.

6 Et si duo corrixantur, ac unus illorum remanet vulneratus, aut occisus, præsumitur vulneratus, aut occisus a corrixante. Brun. *de indic. q.* 4. *par.* 1. *num.* 7. Boer. *dec.* 238. *sub nu.* 3. Vulpel. *cons.* 125. *num.* 5. Farin. *cons.* 116. *n.* 12. *lib.* 1. Giurba *cons.* 17. *n.* 2.

7 Vulnerans aliquem mortaliter non tenetur de homicidio, si vulneratus ab alio occiditur, aut aliqua ruina suffocatur. Marescot. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 128. *ex L. huic scriptura. ff. ad L. A.*

Vulnerans aliquem cum armis non punitur duplici pœna, scilicet delationis armorum, & vulneris, sed vulneris tantum. Farin. *dict. quæst.* 109. *n.* 166. *de homicid.* Decian. *lib.* 8. *crim. cap.* 4.

8 Vulnerantes, si sunt plures, & nescitur, ex quo vulnere vulneratus fuerit mortuus, omnes absolvuntur a pœna ordinaria. Covar. *in Clem. si furiosus. par.* 2. §. 3. *n.* 5. Clar. *l. c.* licet omnes teneantur ad damna, & sint irregulares. Farin. *l. c.*

9 Vulnerans proditorie non privatur Immunitate Ecclesiastica, quia Bulla Gregor. loquitur de actu consummato. Decian. *trac. crim. q.* 9. *lib.* 6. *cap.* 28. Suarez *de Relig. tom.* 3. *lib.* 3. *cap.* 11. Clar. *in §. fin. q.* 30. Mar. Ital. *lib.* 1. *de Immun. cap.* 5. Farin. *in append. de Immun. cap.* 9. Peregr. *de Immun. cap.* 7. Ciarlin. *controv. for. cap.* 12. *nu.* 22. Diana *par.* 4. *tract.* 1. *ref.* 83. Covar. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 20. *n.* 7. *vers. quibus ipse libenter accedo.* sicut nec vulnerans aliquem in Ecclesia privatur immunitate, nec potest tradi Judici sæculari, quia Bulla loquitur de occidente, vel mutilante. Zabarella *in cap. fin. de Immun.* Farin. *in prax. q.* 28. *& in append. de Immun. cap.* 16. Ambrosin. *de Immun. cap.* 5. Bonac. *de Immun. lib.* 3. *q.* 7. Peregrin. *l. c.* Ciarlin. *controv. for. cap.* 14. *n.* 20. Item dic de vulnerante in cœmeterio. Pignatell. *to.* 2. *consult.* 67.

Vulnerans aliquem in Ecclesia committit sacrilegium. *cap. sicut. cap. si quis. cap. quisquis.* 17. *quæst.* 4. *cap. docet. de Immun. Eccles. in* 6. Innoc. *in cap. cum pro causa de sent. excommun.* Tusc. *verb. Sacrilegium conclus.* 6. Farin. *dict. quæst.* 28. Cabal. *ref. crim. cas.* 194. Martha *de Jurisdict. par.* 2. *cap.* 11. Menoch. *de arbitr. cap* 389. Peregr. *l. c.* Guaz. *l. c. defens.* 1. *cap.* 11.

UXOR.

Praxis Uxoris.

1 Uxor ratione suæ hypothecæ dotalis potest impedire devastationem, seu demolitionem domus viri faciendam ob delictum ab illo commissum, nisi prius illi fuerit pro dote satisfactum. Gandin. *de malef. tit. de bon. malef. n.* 3. Farin. *de crim. læsæ majest. q.* 116. *nu.* 35. Gratian. *disc. for. cap.* 216. *a nu.* 74. Guazin. *de confiscat. bon. conclus.* 13. *lim.* 95. *nu.* 19. Carpan. *ad nov. constit. Mediol. cap. omnium. num.* 296. Fontanella *de pact. nupt. claus.* 6. *gl.* 2. *par.* 2. *num.* 10. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *q.* 75. *nu.* 1. Conciol. *ref. crim. in verb. Uxor. ref.* 1. contra Clar. *in §. fin. quæst.* 82. *stat.* 8. *n.* 4. Imo conclusio procedit non tantum in uxore, sed etiam in aliis creditoribus habentibus hypothecam. Farin. *l. c. d. quæst.* 116. *num.* 37. Gratian. *l. c.* Fontanella ut supra, & DD. ibi cit. Limit. si adessent alia bona, quibus creditoribus, rei uxori posset satisfieri. Farin. Gratian. & Merlin. *ll. cc.* vel si fiscus vult solvere dotem uxori, aut debitum creditoribus. DD. cit. & Conciol. *l. c. n.* 5.

2 Uxor eximens maritum e manibus Curiæ non punitur pœna ordinaria Juris communis, vel Bullæ Sixti V. sed extraordinaria tantum Judicis arbitrio; quia præsumitur id fecisse instinctu intensi amoris, non autem animo offendendi Majestatem Principis. Conciol. *ref. crim. in verb. Exemptio a Curia. ref.* 2. *& alleg. for.* 87. *per tot.* citans Clarum, Rajard. Farin. Guazin. & alios.

Uxor, quæ viro redimendo diversos fecit contractus, ex quibus remanet indotata, est tantum obligata ratione illorum, ratione quorum remanet dotata, non ratione aliorum. Pratus ad Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 5. *annot. ad n.* 18. Pro marito, qui pro sua culpa, aut pro debito fuit carceratus, liberando obligari non potest. Menoch. *de arbitr. cas.* 96. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 14. ubi DD. & multi contrarium tenentes. videri potest Thesaur. *dec.* 223. 3

Uxor vivente marito possidet jure familiaritatis, & eo mortuo pro suis dotibus transit in veram possessionem. Merlin. *dec.* 861. Bich. *dec.* 513. *nu.* 1. ubi quod mortuo marito præsumitur mutasse causam possidendi, si fuit hæres instituta etiam absque alia declaratione, præsertim si in instrumento dotis adest clausula constituti veræ possessionis translativa. Gratian. *disc. for. cap.* 594. *n.* 1. Cavaler. *dec* 284. *n.* 2. Ludovis. *dec.* 546. *num.* 1. cum aliis relatis a Post. *in tract. de manut. obs.* 54. *a num.* 13. Et quod mortuo marito possessio jure familiaritatis transeat illico in realem, & propriam, & jure proprio supervenienre sibi novo titulo tradit. Merlin. *l. c. n.* 3. *ex L. cum nemo. ff. de acquir. poss.* Bald. *in L. pignoris.* 10. *C. de pignor. act.* Dec. *cons.* 400. *nu.* 4. etiamsi non intervenerit declaratio. Achill. *dec.* 4. *de caus. possess. & propriet.* Put. *dec.* 441. *lib.* 1. Rota *in recent. dec.* 97. *n.* 5. *par.* 5. 4

Uxor est alenda in domo mariti ratione obsequiorum conjugalium, quæ quidem obsequia a marito remitti possunt, quia solo ejus favore sunt inducta. Hinc si de mariti consensu discessit, tenetur illam alere etiam extra domum. Albet. *in L. testamento.* 19. *ff. de alim. & cib. leg.* Balb. *in L. si cum dotem. §. transgrediamur. a nu.* 24. *ff. sol. matrim.* Gratian. *disc. for. cap.* 552. *n.* 49. Rota coram Buratt. *dec.* 237. *nu.* 10. & apud Bichium *dec.* 11. *nu.* 1. Marescot. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 83. *nu.* 65. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 4. *quæst.* 2. *sub nu.* 20. Idem dic, si ad maritum rediens non fuit admissa, juxta gl. *in cap. significasti. ver. materiam. de divort.* Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 32. *n.* 26. Sanch. *l. c. nu.* 24. Socin. *in L.* 2. *nu.* 9. *ff. sol. matrim.* Alex. *in L. si cum dotem. §. sin autem, nu.* 7. *ff. eod.* Bich. *l. c. nu.* 7. nisi aliqua bona mariti propterea elegerit, ita Bich. *dec.* 250. *n.* 18. Consistunt autem obsequia uxoris debita marito in debito carnis, in aliis operis, & obsequiis matrimonialibus. Balb. *in L. si uxorem. num.* 6. *C. de cond. infur.* Castr. *in L. divortio.* 10. *ff. sol. matrim.* Menoch. *cons.* 154. *num.* 15. *& de præs. lib.* 3. *præs.* 51, *num.* 5, Felic. *de societ. cap.* 3. *num.* 5. Giurba *ad consuet. Messanæ. cap.* 1. *gl.* 6. *par.* 1. *num.* 56. Ludovis. *decis. Perus.* 28. *nu.* 10. Rota apud Bich. *dec.* 352. *num.* 11. 5

Uxor occidens maritum privatur donatione propter nuptias, & omni alio lucro. Paschal. *de patr. pot. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 82. Imo propria dote, quæ amplius non venit restituenda. Bottazol. *cons. crim.* 83. Menoch. *de arbitr. cas.* 356. *n.* 110. Decian. *trac. crim. lib.* 9. *cap.* 11. *&* 16. 6

Uxor non obstante copula intra bimestre violenter a marito extorta potest contradicente marito ad Religionem transire. Imo in tali casu vim patiens potest conari ad emittendum semen virile in continenti, quia tunc semen non habet pacificam vasis possessionem. Sanchez. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 31. Laym. *lib.* 5. *moral. trac.* 10, *par.* 3. *cap.* 4. Diana *par.* 3. *trac.* 4. *ref.* 242. contra Pont. ibi. 7

Uxor est alenda pro rata dotis solutæ. Costa *de port. rota q.* 63. Surd. *cons.* 150. Et præsumitur alita a marito, nisi de contrario constet; veluti ex instantiis judicialibus; quia tunc præsumptio cedit veritati. Bich. *dec.* 250. *nu.* 24. *&* 25. Buratt. *dec.* 274. *n.* 20. Menoch. *de præs. lib.* 1. *q.* 31. *nu.* 1. 8

Uxor occidens maritum ob concubinatum aut adulterium excusatur a pœna ordinaria ob justum dolorem. Cyriac. *controv.* 105. *nu.* 41. Fain. *q.* 121. *nu.* 121. 9

Uxor. dives tenetur alere maritum inopem. *L. si cum dote. ff. sol. matrim. lib.* 9. *disp.* 4. Bonac. *in Decal. disp.* 6. *quæst. un. p.* 7. *num.* 11. Pontan. *de alim. cap.* 14. Tenetur ex bonis suæ dotis, aut aliis propriis solvere debita contracta a marito ad alendam uxorem, & 10 fami-

familiam, si maritus, dum contraheret, erat inops, secus si erat dives, quia si erat dives, recipit alimenta a marito sibi debita, & sic non fuit facta ditior, nec fuerunt in rem uxoris versa (sermo est de marito, qui moriens non reliquit bona ad satisfaciendum) si vero erat inops, tenetur solvere; quia tunc censetur debitum ab uxore contractum, ex quo a marito inope non poterat prætendere alimenta; tum quia res aliena fuit versa in ejus utilitatem, ergo in defectum mariti solvere debet. *L. ei, qui. C. quod cum eo. L. Julianus. ff. de S. C. Maced.* Surd. *de alim. tit.* 8. *privil.* 48. Barb. *in L. si constante. ff. sol. matrim.* Bonac. *l. c. nu.* 13. Paschal. *de patr. pot. par.* 3. *cap.* 5. *a nu.* 13. *&* 17. ubi Pratus.

11 Mortuo marito, aut soluto matrimonio tenetur stare locationi factæ a marito bonorum paraphernalium, quia censetur facta a marito nomine uxorio tanquam administratore, vel procuratore bonorum illius; non tenetur tamen stare locationi factæ a marito fundi dotalis; quia illa videtur facta a marito nomine proprio; tenetur tamen in casu servare maritum indemnem. Gomez. *to.* 2. *var. res. cap.* 3. Manr. *de tacit. lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 9. Covar. *lib.* 2. *var. res. cap.* 15. *nu.* 5. Bonac. *de contrac. disp.* 3. *q.* 7. *p. ult. n.* 8. Molina *de Just. disp.* 492. sed Marescot. *lib.* 1. *var. res. cap.* 18. *n.* 19. Rol. *cons.* 49. tenent, quod debeat stare locationi, quia est successori necessaria, quia translatio, quæ fit in eam, est necessaria, non voluntaria. Ita etiam Pajatel. *annot.* 56. nisi locatio sit facta ultra annum, quia tunc non tenetur stare locationi, ut dicit prior sententia.

12 Uxor contra promissorem dotis agere non potest, sed maritus. *L. si pro dote. C. de dot. promis. L. doce ancillam. C. de rei vendic.* Paris. *cons.* 33. *nu.* 67. *lib.* 1. Bich. *dec.* 602. *n.* 10. & ideo contra illam præscriptio non currit; quia non valenti agere non currit præscriptio. *L.* 1. *§. fin. C. de annal. except. L. cum notissimi. §. in his. C. de prescript.* 36. *vel.* 40. *an.* Menoch. *cons.* 88. *nu.* 43. apud Bich. *l. c. n.* 11. & Rota *in una Romana dotis & legati.* 15. *Jan.* 1620. *coram Manzanedo*.

13 Uxor nullam habet actionem super re empta a marito ex pecuniis dotalibus nomine proprio, sed tantum pro repetitione pecuniarum in casu restitutionis dotis. *L. si ex ea pecunia. & L. si ut proponis. de rei vendic.* Ossc. *dec.* 140. *nu.* 9. Rota *dec.* 219. *num.* 1. *par.* 2. *divers. &* apud Bich. *dec.* 115. *n.* 14. quia pecunia dotalis spectavit ad maritum. Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 74. & Rota coram Coccino *dec.* 247. *nu.* 6. Beltramin. ad Ludovis. *dec.* 573. *nu.* 16. Potest tamen in subsidium vindicare rem a marito emptam de pecuniis dotalibus proprio nomine. *L. uxor marito. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Bich. *l. c. nu.* 24.

14 Uxor, dum maritus agit contra socerum pro dote, non tenetur respondere positionibus, sed maritus, qui est administrator, secus soluto matrimonio, vel marito vergente ad inopiam, quamvis alii velint teneri, quia est Domina dotis. Pajatell. *exped. & annot.* 26.

15 Uxor ejus, qui postmodum fuit factus presbyter, illi succedit, & Ecclesiæ præfertur deficientibus consanguineis usque ad decimum gradum. Oinot. *de success. ab inest.* imo etiam exstantibus consanguineis, cum matrimonium est sine dote, vel donatione dotali uxor inops, maritus vero præmortuus dives.

16 Succedit autem tunc in quarta bonorum, nisi haberet filios plures quam tres, quia tunc succederet in portionem quoad usumfructum, idem dic, si dos est modica. Succedit autem non tantum ex testamento, sed etiam ab intestato.

17 Uxor habens feudum cum consensu Domini obligatum pro dote, potest renuntiare huic juri in manibus debitoris sine consensu Domini, quia talis renuntiatio rendit ad feudi liberationem, & Domino est favorabilis. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 91. Afflict. *dec.* 232.

18 Uxor, cui sunt obligata bona mariti etiam feudalia reservato Domini consensu, & non aliter, alias, nec alio modo, licet feudum sit apertum Agnatis, tamen favore dotis potest impetrare dictum consensum, nisi jam fuerit tertio jus quæsitum. Marescot. *l. c. cap.* 141.

19 Uxor potest renuntiare Vellejano, quia *L. ult. ff. ad Velleian.* ita clare disponitur, tum quia potest esse Tutrix filiorum, dummodo renuntiet Vellejano. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 60. Covar. *de pact. in* 6. *par.* 2. *§.* 3. *nu.* 4. *&* 5. Gomez. *de contrac. cap.* 13. *nu.* 17. qui tamen conclusionem admittit, si renuntiavit in judicio, secus si extra. E converso multi negant, mulierem, seu uxorem posse renuntiare Vellejano, quia eadem facilitate, qua inducitur ad fidejubendum, inducitur etiam ad renuntiandum. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 5. *num.* 9. Bald. *in auth. si qua mulier. n.* 10. Abb. *cons.* 44. *nu.* 1. *lib.* 1. Bolognin. *cons.* 45. *n.* 6. sed respondetur, Beneficio pro se inducto quemlibet renuntiare posse, si accedat juramentum. Marescot. *lib.* 2. *var. res. cap.* 5.

Uxor tenetur sequi maritum, si nullum obstat pactum contrarium *cap. unaquaque.* 13. *quæst.* 2. nisi justa causa excuset. Sanchez *de matrim. lib.* 9. *disp.* 24. Bonac. *de matrim. q.* 4. *p.* 6. *n.* 21. quamvis maritus esset solitus vagari, præsertim si erat solitus tempore contracti matrimonii, & hoc erat notum uxori, secus si ignorabat; tunc enim non tenetur tantum onus subire. DD. mox cit. Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 29. Farin. *quæst.* 131. *§. sequitur* etiam bannitum sequi tenetur. Sanch *de matrim. lib.* 1. *disp.* 41. 20

Uxor non fit domina dotis sibi assignatæ propter inopiam mariti, sed tantum acquirit liberam ejus administrationem. vide *Mulier*. 21

Præsumitur acquisivisse de bonis viri, quando controversia est inter uxorem, & virum, vel ejus hæredes, secus si est controversia inter uxorem, & extraneos, quia tunc præsumptio sumitur ad favorem uxoris. ita Riccius *in prax. par.* 2. *res.* 384. Gabr. *de præsumpt. conclus.* 15.

Possidens bona mariti defuncti, exceptione juris retentionis ratione dotium, & contradotium, an impediat immissionem, vide *Possessor*. 22

Paraphernalia potest quandocunque exigere a marito etiam constante matrimonio. Bald. *in L. adhuc. C. de Jur. dot. & in L. si mulier. C. de pact. convent. super dote.* Jas. *in L. maritus.* C. *de Procurat.* Alex. *cons.* 144. Socin. jun. *cons.* 83. Menoch. *cons.* 56. *nu.* 30. Ciarlin. *controv. for. cap.* 9. *n.* 51. an possit contrahere, vide Bonac. *de restit. disp.* 2. *q.* 10. *p.* 2. 23

Volens consequi usumfructum sibi relictum a marito sub conditione, si dotem non petierit, debet asserre hæredibus mariti liberationem dotis, & ideo dotem amittit. Bart. *in L. amplius. ff. rem rat. hab.* Picus *in L. Titia. ff. de leg.* 2. Manr. *de conject. lib.* 10. *tit.* 2. Surd. *de alim. tit.* 5. *q.* 3. *n.* 45. *&* 46. Dec. *cons.* 299. *n.* 13. *vers. decima conclusio.* quia acceptando legatum censetur dotem remisisse. *L. un. §. pro secundo. C. de cadac. toll.* Contrarium tenet Fachin. *lib.* 12. *controv. Jur. cap.* 64. & alii apud eundem. 24

Uxor putativa habet privilegium in bonis mariti pro dote opinata. Fachin. *lib.* 10. *controv. Jur. cap.* 30. *L. si cum dotem. ff. soluto matrimonio*. 25

Uxor, si est læsa ultra dimidium in æstimatione dotis, imo etiam intra dimidium, debet restitui. Imol. *in cap. cum dilecti. de empt. & vend.* Afflict. *dec.* 290. Gabr. *de empt. & vend. conclus.* 1. Finell. & alii, quos citat, & sequitur Fachin. *lib.* 2. *controv. Jur. cap.* 29. 26

Uxor Clerici conjugati gaudet privilegio fori sicut maritus, dummodo sit unica, & fuerit virgo, quando illi nupsit, hoc est, non cognita ab alio, quam marito. Ciarlin. *controv. for. cap.* 53. *n.* 36. Socin. *cons.* 12. *n.* 18. *lib.* 1. Abb. & Felin. *n.* 5. *cap.* 2. *de foro competen.* Gemin. *in cap. un. de Cleric. conjugat. in* 6. Decian. *tract. crim. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 6. *nu.* 53. *& seqq.* Bellet. *disquisit. par.* 1. *tit. de favor. Cleric. reali. §.* 1. *nu.* 23. & non tantum vivo marito, sed etiam illo mortuo durante viduitate. Graff. *de effect. Cleric. effect.* 1. *n.* 155. & de ejus familia dicitur. Tusc. *litt. V. conclus.* 204. Ciarlin. *controv. for. cap.* 119. *n.* 32. Diana *par.* 3. *trac.* 1. *resol.* 45. Barb. *de pot. Episc. alleg.* 13. *nu.* 15. contra Sanchez & Bonacin. apud Dianam *par.* 4. *tract.* 1. *resolut.* 41. & Ansaldum ibidem. 27

Petens separationem a marito ob impotentiam, non potest eandem petere ob adulterium, quod maritus accessorie fuit confessus in positionibus. Riccius *in prax. matrim. res.* 221. 28

Uxor adultera propter adulterium sui mariti recuperat suam dotem, & donationem propter nuptias. Farin. *quæst.* 142. Covar. *in* 4. *par.* 2. *§.* 6. *cap.* 7. *num.* 5. Clarus *in §. adulterium. n.* 13. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 16. etiam constante matrimonio. Sed quid si postmodum detegatur matrimonium fuisse nullum, poteritne 29

mu-

mulier dotem suam repetere ex eo, quod ob nullitatem matrimonii non potuerit dici adultera? Respondetur negative. Bald. novell. *de dote par.* 11. §. *hactenus. num.* 36. Covar. *in* 4. *Decret. fol.* 135. *nu.* 1. quia considerari debet status matrimonii, qui erat tempore commissi delicti saltem putative, & mala intentio mulieris.

30 Uxor pecunias per adulterium quæsitas tenetur restituere marito. Molina *de Just. & Jur. to.* 1. *tract.* 2. *disp.* 94. Navarra *de restitutione. lib.* 3. *cap.* 1. ac si aliter laborando acquisivisset, occulte tamen, ut suæ famæ consulat, quia maritus est Dominus corporis uxoris. Sotus *de just. lib.* 4. *q.* 7. *art.* 1. & alii apud Dianam *par.* 2. *tract.* 17. *vel.* 3. *resol.* 7. qui tamen contrariam contendit esse probabiliorem cum Bonac. *de contrac. disp.* 1. *q.* 3. *p.* 3. Megala, & aliis.

31 Uxor amittit dotem etiam propter præparatoria ad adulterium. Rol. *cons.* 50. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 287. Clar. *in* §. *adulterium. nu.* 16. Farin. *quæst.* 142. Sanchez *de matrimon. lib.* 10. *disp.* 4. non tamen propter unum solum, sed propter plura. Contrarium, quod propter osculum non amittat dotem, sed tantum propter adulterium, vel insidias vitæ, tenet Fachin. *lib.* 11. *controv. jur. cap.* 75. & 76.

32 Uxor, cui fuit relictum legatum, si caste vixerit, non potest illud in conscientia petere, si occulte fuit fornicata. Ita Covar. & multi alii apud Dianam *par.* 19. *tract.* 13. *resol.* 2. Sanchez *de matrim. lib.* 7. *disp.* 91. quod ampliatur etiam ad osculum impudicum. Contrarium tenet Card. de Lugo, Molina, Palaus, & alii apud Dianam *l. c.*

33 Uxor non tenetur recipere maritum, vel ad illum redire, si fuit tanquam hæreticus formalis publice damnatus, & pœnitens reconciliatus. Pont. *de matrim. lib.* 9. *cap.* 22. Sanchez *eod. tract. lib.* 10. *disp.* 15. qui tamen *l. c. num.* 9. & 19. contrarium tenet, & plures apud Dianam *par.* 6. *tract.* 7. *resol.* 25. quia habitare cum tali est arduum, & infame, nec obligatur ingredi Religionem, quia iste status est arduus, & ita contrarium docent Rebellius, Sotus, & alii apud Dianam *l. c.* Clar. *in* §. *heresis.* Surd. *de alim. tit.* 7. *quæst.* 21. Sanch. mox cit.

34 Uxor potest ex pura liberalitate legare ejus marito fructus bonorum dotalium. Bich. *dec.* 294. *nu.* 13. Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 18. *num.* 12. & donans marito annuos redditus, si moriatur, donatio confirmatur. ita Bich. *dec.* 201. *n.* 16.

35 Uxor habens dotem in pecunia habet hypothecam in omnibus bonis mariti pro restitutione dotis; habens vero dotem in fundo, habet tantum hypothecam in illo. Bich. *dec.* 151. *a num.* 14. & ideo dos in pecunia est uxori utilior, quam in fundo. Rol. *cons.* 92. *num.* 10. *lib.* 2. Honded. *cons.* 41. *n.* 30. Cephal. *cons.* 351. *n.* 33.

36 Non potest pro marito fidejubere. Bich. *dec.* 649. *nu.* 3. Rol. *cons.* 64. *nu.* 9. *lib.* 1. Bolognin. *cons.* 45. *nu.* 4. Thes. *dec.* 223. *nu.* 2. Rota post Statil. *de salv. dec.* 177. *nu.* 4. Honded. *cons.* 45. *n.* 8. *lib.* 1.

37 Uxoris debita præsumuntur a marito soluta ex bonis ejusdem uxoris ab illo administratis, non autem de proprio. *L. debitor. ff. de negot. gest.* Surd. *cons.* 290. *nu.* 32. Rota *dec.* 555. *num.* 4. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.* Bich. *dec.* 265. *nu.* 13.

38 Uxori mortuo marito an debeantur ab hæredibus alimenta infra annum, & post illum, si non potuit habere restitutionem dotis, vide Marescot. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 83. Rotam, & DD. apud illam affirmantes, videri etiam potest Pajatell. *exped. & annot.* 50. secus si dotem habuit, vel aliunde alimenta. Cyriac. *controvers.* 542.

39 Uxoricidium dirimit matrimonium sequens, dummodo fuerit vera occisio conjugis, & non tantum gravis mutilatio, quia verba legis præsertim pœnalis debent intelligi cum effectu. *cap. relatum. de Cleric. non residen.* secundo dummodo cum uxoricidio intervenerit conspiratio mutua inter occisores de contrahendo inter se matrimonio, quamvis mors fuerit perpetrata per sicarium, aut si mors fuit illata sine consilio alterius, interfectionem præcesserit adulterium. Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 78. Gobat. *de Impedim. matrim. cas.* 9. *a n.* 180 Clarus *in* §. *homicidium. nu.* 48. Idem dic de mariticidio, punitur capitaliter, nisi justus dolor excuset, uti si fuit deprehensus in adulterio. Cabal. *res. crim. cas.* 300.

Uxor vendens una cum viro censetur adhibita ad cautelam emptoris, ne possit illum molestare ratione hypothecæ suæ dotis super bonis venditis, & sic nullum jus censetur transtulisse in emptorem, sed venditio produxit tantum effectum liberationis a nexu hypothecæ pro suis dotibus super bonis venditis. Natta *cons.* 552. *nu.* 6. *vers. videtur. lib.* 4. Ursill ad Afflict. *dec.* 209. *n.* 3. & 4. Osasc. *dec. Pedemont.* 140. *n.* 2. Mant. *de tacit. lib.* 3. *tit.* 22. *nu.* 5. Thes. *decis.* 222. *nu.* 14. Andreol. *controv.* 162. *num* 4. Cyriac. *controv.* 37. *num.* 19. & *controv.* 251. *nu.* 29. & 30. quamvis res vendita fuerit dotalis, cum illa sit in dominio viri. Rota *dec.* 472. *num.* 2. *par.* 1. *divers.* Cyriac. *l. c.* Conciol. *al. Civil.* 4. *nu.* 30. Præsertim si uxor reservavit sibi suas dotes super aliis bonis mariti. Andreol. & Conciol. *ll. cc.* 40

Uxoris obligatio pro viro de rota dote, aut ultra dimidium est nulla, quamvis renuntiaverit Vellejano etiam cum juramento. Gratian. *disc. for. cap.* 723. *num.* 12. & 18. Gyit. *de credit. cap.* 4. *quæst.* 7. *num.* 961. Thes. *dec.* 223. *num.* 14. Gail. *lib.* 2. *obs.* 77. *num.* 11. Maur. *de fidejuss. par.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *a. nu.* 103. Marescot. *lib.* 2. *var. resol. cap.* 5. *num.* 19. Sperell. *decis.* 164. *nu.* 30. & 31. Cyriac. *controv.* 216. *num.* 19. Andreol. *controv.* 376. *num.* 3. Mancin. *de juram. par.* 4. *eff.* 202. Rota post Cencer. *decis.* 33. *nu.* 5. Seraph. *decis.* 1187. *nu.* 2. Conciol. *l. c. nu.* 34. Etiam sine remediis rescissoriis, quia est nulla ipso jure. Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 7. *gl.* 2. *par.* 6. *nu.* 59. & 60. Cancer. *var. res. par.* 1. *cap.* 13. *nu.* 43. & alii apud Conciol. *l. c.* 41

Uxor est, & dicitur vere Domina dotis constante matrimonio, maritus vero ficte, & improprie. Ita post infinitos Castill. *de usufr. cap.* 4. *nu.* 18. Fontanella *de pact. nuptial. claus.* 5. *gl.* 8. *part.* 13. *nu.* [illegible] & *claus.* 6. *gl.* 1. *part.* 2. *nu.* 32. & alii, quos citat Conciol. *alleg. civil.* 5. *nu.* 17. Et ideo uxoris est periculum contingens in fundo dotali sine culpa viri. Covar. *pract. q. cap.* 28. *nu.* 8. Honded. *cons.* 41. & 77. *n.* 2. *vol.* 2. Cyriac. *controv.* 220. *num.* 10. Salyc. *in L. si inter virum.* 21. *C. de Jur. dot.* Laderch. *cons.* 65. *num.* 4. Conciol. *alleg. Civil.* 6. *nu.* 43. 42

Uxor ut consequatur quartam in bonis mariti, requiritur, quod sit in extrema inopia, ita ut fere mendicare cogatur. Surd. *dec.* 61. *nu.* 9. Batt. *dec.* 129. *n.* 10. Mangil. *de imput. q.* 159. *nu.* 4. & 5. Fontanell. *de pact. nupt. claus.* 5. *gl.* 8. *par.* 9. *a nu.* 19. Paschal. *de patr. potest. par.* 4. *cap.* 10. *n.* 16. Paul. Rub. *de testam. cap.* 25. *nu.* 134. & ad denegandam uxori quartam sufficit, quod tempore obitus viri possit quoquo modo se alere absque eo, quod mendicet; quia beneficio quartæ gaudet solum illa mulier, quæ in extrema reperitur inopia. Hinc quarta denegatur uxori, si est humilis conditionis, & potest laborare propriis manibus, vide Conciol. *l. c. n.* 7. & 8. qui citat plures casus, in quibus quarta denegatur uxori. Cyriac. *controv.* 221. *nu.* 43. DD. cit. & Mangil. *de imput. q.* 139. *num.* 6. & ut quarta debeatur, non requiritur, quod alimenta non sufficiant pro concedentia, sed pro necessitate. DD. cit. Porro quartam non consequitur, si habeat fratrem divitem, aut patrem divitem. Dec. *in auth. præterea. C. unde vir, & uxor* Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 35. *num.* 8. Rol. *cons.* 14. *num.* 19. & 53. *lib.* 3. Barb. *in dec. Bonon.* 130. *per totam.* Paschal. *l. c. nu.* 16. quamvis multi apud Honded. *cons.* 93. *sub num.* 29. *lib.* 1. contrarium defendant. 43

Et quamvis DD. communiter dicant, uxorem esse, & dici pauperem ad effectum consequendi quartam a marito, cujus dos non est sufficiens pro alimentis illius. Vinc. de Franch. *dec.* 410. *n.* 2. Fontanella *l. c. claus.* 5. *gl.* 8. *par.* 9. *num.* 10. Mangil. *de imput. quæst.* 159. *nu.* 2. Rota apud Statil. *de salv. interd. dec.* 147. *nu.* 15. & amplient, alimenta debere esse talia, ut sufficiant ad conservandum illum statum, in quo uxor manebat vivente marito, & secundum dignitatem viri præfuncti, & dotem dici parvam, quæ non est sufficiens ad alimenta pinguia, quæ uxori præstabantur a viro divite. 44

Tamen verior, & communior videtur illorum sententia, quod si uxor ab initio matrimonii fuit congrue dotata attentis facultatibus viri illius temporis, qualitate ipsorum conjugum, & consuetudine Regionis non potest dici pauper, & ita excludatur a quarta, quamvis dos non sit sufficiens pro alimentis uxoris de tempore soluti matrimonii. Gabr. *cons.* 142. *nu.* 13. *vol.* 1. Honded. *cons.* 45

conf. 93. *num.* 13. *vol.* 1. Cephal. *conf.* 671. *nu.* 26. & 27. *lib.* 5. Barz. *dec.* 128. *nu.* 39. Fontanella *de pact. nupt. clauf.* 5. *gl.* 8. *par.* 9. *num.* 18. Mangil. *de imput. q.* 160. *n.* 3. Surd. *conf.* 216. *num.* 4. *lib.* 2. & *de alim. tit.* 9. *quæst.* 37. *a nu.* 8. Gratian. *disc. for. cap.* 120. *num.* 64. *par.* 1. Vinc. de Franch. *dec.* 410. Rota *dec.* 202. *par.* 2. *diverf.* & *decif.* 230. *par.* 4. *recent.* & alii apud Conciol. *l. c. n.* 15. quia Imperator noluit dare beneficium quartæ, nisi mulieribus indotatis, aut quæ sunt tam parum dotatæ, ut vere dotatæ dici non possint. *Auth. Praterea. C. unde vir*, & *uxor.*

46 Uxor quamvis possit se obligare pro viro, tamen obligatio etiam jurata non valet, si non constat negotium cessisse in utilitatem viri, quia tunc contractus est nullus ipso jure, quem non potest confirmare juramentum. Ita innumeri apud Conciol. *alleg.* 76. *n.* 12. Farin. *de simul.* & *fals. q.* 160. *n.* 251. Mancin. *de juvam. par.* 4. *eff.* 1. *q.* 3. *n.* 1. Marescot. *lib.* 2. *var. ref. cap.* 5. *nu.* 17. qui licet asserat *l. c.* quod imo juramentum confirmet obligationem ipso jure nullam, ut tenent plurimi, quos recenset Conciol. *l. c. num.* 13. Abb. *in cap. cum contingat.* 28. *n.* 2. *de jurejur.* Seraph. *de privil. juram. privil.* 61. *n.* 5. Speell. *dec.* 46. *nu.* 9. id tamen limitat, si mulier ex obligatione maneret penitus Indotata, aut dimidia pars dotis non remaneret salva, aut statutum tollat fidem instrumento.

47 Uxor non potest agere contra rem dotalem ab ipsa alienatam, præsertim cum juramento, secundum Boer. *dec.* 23. *num.* 7. & 9. Honded. *conf.* 45. *numer.* 39. Vinc. de Franch. *dec.* 84. Hodier. ad Surd. *dec.* 86. *n.* 25. nisi in subsidium, quando illi non fuit consultum super aliis, [illegible] maneat indotata. Afflict. *dec.* 31[illegible]. ubi Ursill. *nu.* 2. Vinc. de Franch. *dec.* 477. *n.* 11. Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 19. *n.* 34. Carcer. *var. ref. par.* 3. *cap.* 15. *n.* 100. Fab. *in C. lib.* 5. *tit.* 13. *defin.* 14. Gratian. *disc. for. cap.* 723. *nu.* 19. & Merlin. *de pignor. lib.* 2. *q.* 18. *n.* 66. Fontanell. *l. c. clauf.* 7. *gl.* 2. *par.* 6. *n.* 7. Rota apud Cenc. *dec.* 33. Thes. *dec.* 223. & alii plures apud Conciol. *alleg.* 30. *n.* 9.

48 Uxor contrahendo matrimonium videtur tacite ratificare promissionem dotis viro factam. Dec. *conf.* 35. *a n.* 1. Fontanell. *de pact. nupt. clauf.* 13. *gl. un. n.* 7. Rota *dec.* 89. *a num.* 11. *par.* 2. *diverf.* & *dec.* 497. *num.* 11. *part.* 4. *recent. to.* 2. & apud Buratt. *dec.* 283. *n.* 8. ubi Fetetill. *litt. A.* & apud Duran. *dec.* 42. Conciol. *alleg.* 30. *nu.* 38.

49 * Quamvis obligatio uxoris pro viro non valeat, sed sit nulla ipso jure, juxta Auth. *si qua mulier.* ubi DD. *C. ad Velleian.* Graff. *de except.* 27. *nu.* 22. Marescot. *var. ref. lib.* 2. *cap.* 5. *nu.* 1. Surd. *dec.* 164. *num.* 11. Merlin. Pignatell. *controv. for.* 56. *nu.* 1. Capyc. Latro *dec.* 148. *nu.* 1 *lib.* 2. Rota apud Zachiam *de societ. dec.* 3. *num.* 2. & *de oblig. camer. dec.* 100. *nu.* 1. apud Duran. *dec.* 449. Thes. *dec.* 223. Marescot. *l. c.* tamen obligatio, qua se uxor obligat pro viro pro dotanda communi filia, valet. Bald. *in L.* 1. *n.* 1. *verf. quintum decimum. ff. sol. matrim.* Bald. Novell. *de dote. par.* 6. *privil.* 3. *nu.* 7. & *privil.* 12. *n.* 2. Barb. *in L.* 1. *part.* 4. *num.* 101. *ff. solut. matrim.* Cravetta *conf.* 77. *a nu.* 1. Trentacinq. *var. ref. lib.* 3. *de fidejuff. ref.* 2. *nu.* 4. Gratian. *disc. for. cap.* 647. *num.* 10. Rota apud Put. *dec.* 160. *lib.* 4. & *dec.* 390. *num.* 7. *par.* 4. *recent.* quia dos est adeo privilegiata, ut illius favore cesset beneficium Vellejani. *L. si dotare.* 12. *C. ad Velleian.* Bald. novell. *l. c. par.* 6. *privil.* 12. Gratian. *l. c. nu.* 12. Altograd. *conf.* 34. *nu.* 8. *vol.* 1. & alii apud Conciol. *alleg.* 76. *nu.* 20. & 21. quamvis contrarium teneant Marescot. *lib.* 1. *var. ref. cap.* 4. *n.* 13. & *lib.* 2. *cap.* 5. *nu* 16. Maurus *de fidejuff. par.* 2. *sect.* 8. *cap.* 3. *nu.* 31. Surd. *dec.* 64. ubi Hodierna *nu.* 5. Cyriac. *controv.* 41. *nu.* 9. & *controv.* 295. *num.* 25. qui id tenet, si uxor remaneret indotata, nisi tamen obligatio fuisset jurata. Idem Maresc.

Uxor, viro vergente ad inopiam, habet jus repe-
50 tendi suas dotes, seu illas assecurandi super bonis viri. *L. si constante.* 25. *ff. sol. matrimon.* Costa. *de remed. subsid.* 1. *num.* 1. & 2. Gail. *lib.* 2. *obs.* 83. Vinc. de Franch. *dec.* 617. Cephal. *conf.* 747. *numer.* 33. *lib.* 5. Gratian. *disc. for. cap.* 44. *nu.* 2. *par.* 1. & Giurb. *dec.* 16. *num.* 1. Pajatell. *exped. civil.* 4. *num.* 9. Fontanell. *de pact. nupt. clauf.* 7. *gl.* 2. *par.* 3. *num.* 16. Post. *de subhast. inspect.* 18. *nu.* 109. Rota *dec.* 292. *num.* 1. & 2. *par.* 1. *recent.* & ad hunc effectum sufficit, quod uxor probet, virum incipere labi facultatibus suis, & male uti substantia sua. DD. cit. & Conciol. *l. c. alleg.* 77. *nu.* 2. & 3. quæ procedunt, quamvis maritus fidejussorem offerat de conservanda, & restituenda dote. gl. *in L. ubi adhuc.* 29. *C. de Jure dot.* Bart. *in L. si constante.* 25. *num.* 46. ubi Alex. *nu.* 19. *ff. solut. matrimon.* Gail. *lib.* 2. *obs.* 83. *num.* 7. Gratian. *dec. March.* 194 *num.* 10. & *disc. for. cap.* 44. *num.* 24. Pajatell. *loc. cit.* Giurba *dict. dec.* 16. *num.* 1. Fontanell. *loc. cit. gl.* 2. *par.* 2. *num.* 63. Thes. *dec.* 207. *num.* 1. quia non tenetur uxor fragilitati cautionis se committere. DD. cit. & Campeg. *de dot. par.* 3. *privileg.* 29. Conciol. *loc. cit. num.* 9. & 10. Et repetit etiam expensas litis, ne dos ipsa minuatur. Fab. *in C. lib.* 5. *tit.* 6. *defin.* 3. Fontanell. *dict. clauf.* 7. *gl.* 2. *par.* 3. *n.* 60. & bona paraphernalia, quæ marito tradidit. *L. ubi adhuc.* 29. *C. de Jur. dot.* Gail. *dict. obs.* 83. *num.* 3. Conciol. *d. alleg.* 77. *num.* 15. Et si in suo instrumento dotali habet clausulam Constituti, potest impedire executionem in bonis mariti etiam non probata inopia. Gratian. *disc. for. cap.* 1000. *num.* 5. *par.* 5. Gramm. *dec.* 92. *num.* 18. Carrar. *dec.* 8. *num.* 2. Giurba *dec.* 61. *num.* 16. Conciol. *l. c. num.* 25. Neque refert, quod uxor scienter nupserit inopi, quia per hoc non dicitur approbasse facultates illius. Galles. *de except. ult. vol. tit.* 4. *except.* 9. *num.* 15. Gail. *lib.* 2. *obs.* 84. *num.* 5. & alii apud Conciol. *alleg. cit. num.* 27. Limitatur conclusio principalis, quod uxor non possit petere assecurationem, aut restitutionem suarum dotium, si lapsum sit decennium a die, qua scivit, virum lapsum esse suis facultatibus, & male uti sua substantia. Mascard. *de prob. conclus.* 1158 *numer.* 11. *lib.* 3. Costa *de remed. subsid.* 2. *sub. numer.* 4. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *quæst.* 73. *num.* 55. Conciol. *loc. cit. num.* 29.

Neque potest hæc assecuratio, seu restitutio dotis super bonis mariti uxori impediri a creditoribus posterioribus viri per oblationem sui crediti dotalis in pecunia, secundum communiorem. Afflict. *decis.* 199. ubi Ursill. Socin. sen. *conf.* 111. *lib.* 3. Vinc. de Franch. *dec.* 54. Bald. novell. *de dote. par.* 7. *privil.* 47. Negus. *de pignorib.* 1. *membr.* 5. *par. numer.* 31. Giurba *decis.* 16. *num.* 12. Olasc. *decis. Pedem.* 135. *num.* 11. Gail. *lib.* 2. *obs.* 92. *num.* 7. Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 30. *num.* 12. Gratian. *disc. for. cap.* 489. *num.* 21. Fontanell. *l. c.* Feuzon. *ad statut. Urbis. cap.* 129. *nu.* 27. quia pecunia est de rebus, quæ servando servari non possunt. *L. lex, quæ tutor.* 22. *C. de administr. Tut.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1. *gl.* 7. *nu.* 104. Simoncell. *de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 116. & ita fieret deterior uxoris conditio. Mant. *de tacit. dict. tit.* 30. *nu.* 12. Cyriac. *controv.* 295. *nu.* 40. Conciol. *l. c. nu.* 32. soluto tamen matrimonio pecunia potest offerri uxori. *L. cum tibi.* 102. *respons. C. qui potior. hab.* Bart. *in L. si constante.* 25. *n.* 88. *ff. solut. matrimon.* Mant. *de tacit. lib.* 11. *tit.* 30. *nu.* 1. Merlin. *de pignor. lib.* 3. *quæst.* 73. *nu.* 54. Cum soluto matrimonio dos restituta non sit amplius dos. Conciol. *l. c. nu.* 36. 51

Uxor, si ex bonis dotalibus, & paraphernalibus sibi reservavit aliquam quantitatem fructuum cum facultate de illis libere disponendi, ex hac reservatione resultat, reliquos fructus marito acquiri, ad quem ex statuto loci spectant. Surd. *conf.* 361. *nu.* 21. Merlin. *dec.* 386. *nu.* 4. Rota *decis.* 669. *nu.* 2. *par.* 1. *recent.* Bich. *dec.* 634. *num.* 26. 52

Uxori competit Salvianum interdictum pro alimentis contra tertium possessorem bonorum viri, quæ opinio est vera, neque ab illa in judicando recedendum. Surd. *de alim. tit.* 8. *privileg.* 49. *n.* 8. *in fin.* Bich. *dec.* 250. *nu.* 43. & 44. 53

FINIS TOMI QUARTI.

IN-

INDEX ALPHABETICUS
RERUM ET VERBORUM,

Quæ in his quatuor Tomis continentur,

Pro cujus intelligentia adnotatur, quod numeri in margine positi Tomos indicent, numeri vero qui sunt intus positi, ubi plures sunt, priores paginam, *sequentes vero numeros* marginales *denotent.*

Absens,

Ædi-

Heres

image
not
available

Be-

tur

Cam-

Car-

Cardinales, & Cardinalatus.

Carnes.

Caste.

Casu quo.

Casus.

Catechumeni.

Cathedraticum.

Caupo.

Causa.

Citatio

Cle-

Cle-

Co-

Conductor.

Conferens.

Confessarius.

Confessio.

Confidentia, & Confidentiarius.

Confinia.

Confirmatio.

Confiscatio.

Qui-

Confraternitas.

Confrontatio.

Confugiens.

Congrua.

Conjugatus.

Conjuges. Conjux.

Consanguineus.

¶ *Data.*

Do-

De-

Re-

Dis-

Dispensatus.

Dispositio.

Eccle-

Ele-

Epi-

Equites.

Exe-

Ficte. Fictio. Fingens.

Fideicommissarius.

Fideicommissum.

Filiatio.

Filius.

Fœmi-

Furor.

H

Habere.

Habilitatio.

Habitatio.

Habitus.

Hereditas. Hereditaria.

Heres.

¶ *Homo-*

Ge-

I.

Jactans.

Identitas.

Idoneus.

Jejunium.

Jesuitæ.

Ignorantia. Ignorans.

Illata. Invecta.

In-

Judex

Judicium.

Juramentum.

Jura-

Jurans. Jurare.

Juris Assistentia.

Juris Consultus.

Jurisdictio.

Agens

Lega-

Legitimatio.

Legitimatus.

Licen-

Licentiatus.

Lictor.

Limites.

Linea.

Liquidatio. Liquidare.

Lis.

an

Loca-

Man-

Masculus. Masculinum.

Mater.

Matrimonium.

Ma-

Mediator.

Medicina. Medicus.

Melioramenta.

Emens

Mitra.

Mobilia.

Moderamen.

Modica.

Modicitas.

Modus.

Molendinum.

Murus.

Mutuans.

Mutus.

N.

Narrata. Narrari. Narrativa.

Nativitas. Natales.

Nati.

Nulli-

Ope-

Opera, & Operarius.

Opinio.

Opponens & Oppositiones.

Opprobrium.

Optare. Optio.

Oratio.

Oratorium.

Ordinarius.

Ordi-

 1

Pactum

¶ *Pallium.*

Papa.

Pa-

Peca-

Per-

Pœ-

Præsens.

Præsentare. Præsentatio. Præsentans.

Præ-

Pretii

Prin-

Pro-

Proles.

Promissio. Promittens.

Puella

Re-

Relatio.

Relevium.

Relictum.

Religio.

Religiosus.

Reliquiæ.

Renun-

Retentio.

Revocatio.

Riscum.

Rixa. Rixans.

Romipeta.

Rota.

Scri-

Sen-

Separatio.

Sepeliens. Sepultura, & Sepeliri.

Sepul-

Sepulchrum.

Sequestratio. Sepulchrum.

Servitus.

Servus.

So-

¶ *Stellionatus.*

Sterilitas.

Stipes.

Stipulatio.

Stola.

Stultitia, & Stultus.

Stuprans. Stuprator & Stuprum.

Stylus.

Subdelegare. Subdelegatus &c.

Substitutio. Substitutus.

Suspi-

Terminus.

Territorium.

Tertiarius.

Tertius.

Ter-

Testamentum. Testandi.

Trina

Va-

Vica-

Vicinus. Vicinia.

Victor. Victus.

Quo-

Vul-

Finis Indicis Rerum & Verborum.